ILLUSTRES CARDINALES ARMANDUS. D. DE RICHELIEU...

Digitized by Google

Q
7
14



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
32
1 C
27

V
7
17

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

B

MINISTERIUM CARDINALIS RICHELII, ET MAZARINII

Cum

OBSERVATIONIBUS POLITICIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtres Cardinales

ARMANDUS. D. DE RICHELIEU ET MAZARINUS,

REGUM FRANCIÆ

Ludd. XIII. & XIV. Conſiliarii intimi.

Ex Bibl. ...

Minim. SS. Trinit. in monte Pincio.

Sive

Secretiſsima inſtructio & hiſtoria univerſalis ab Anno 1624. uſque ad hac tempora,

De

MINISTERIIS, CONSULTATIONIBUS, NEGOTIATIONIBUS, LITERIS, SCRIPTIS, CONFÆDERATIONIBUS AC DEMUM MACHINATION BUS

IN MATERIA STATUS,

Contra Univerſam Domum Auſtriacam, per Italiam, Sabaudiam, Rhætiam, Lotharingiam, Flandriam, & alias dynaſtias peractis.

Cum

OBSERVATIONIBUS POLITICIS, Ad quælibet Capita.

Opus Gallicum, Latinitate donatum.

HERBIPOLI

Imp. Hæredum

JOHANNIS GODOFREDI SCHONWETTERI

Bibliopolæ Francof.

Anno M. DC. LXII.

Digitized by Google

35-1-C-27

Digitized by Google

GENEROSO
&
EXCELLENTISSIMO DOM. ISAACO VOLMARO,

Sacr. Cæſareæ Majeſtatis Ferdinandi III. nec non Sereniſſimi Principis Ferdinandi Caroli, Archiducis Auſtriæ conſiliario intimo: & ad evacuationem Francodalii Legato ampliſſimo.

VIR EXCELLENTISSIME ET GENEROSE,

CUm libellus iſte primũ in Germanorum, Vir Excellentiſſime, & Generoſe, incidit manus, miratio ſubiit mentem, cur ſacra propalari paterentur Galli taciturnitatis. An ut prudentiam jactarent, erroreſve emacularent, aut qui hactenus apud ipſos rariſſimi fuêre genii rerum gerendarum ca-

Digitized by Google

paces, palmam Richelio relinquerent. Germanis arrident exotica per morbum ſonticū, ubi patriæ fines peregrinando exivêre inter cætera&hic libellus, cujus drama non nulli ſpectaverant præſentes. Religio erat, eum alieno idiomate, eoq́; communi legi quòd ſæpiculè Auſtriacam familiam, nunquam ſatis laudatam ſuggillet; aliquando &in Cęſarem iniquior, quem hæreditariæ boni publici curæ ætatem impendere novimus, utriuſq; meritū ſupremus judex arbitrabitur. Dandum id tamen cenſui partium ſtudio, & natalis ſoli amori, cùm vix ab omni fuligine inveniatur defæcatus animus, gnarus utique, panegyricos ſemper ſortiri æquos cenſores.

Reminiſcentiæ politicæ, ubi hiſtoriæ aliquod penſum probetur minùs, ex penu ſuperiorū temporum

rũ depromtæ, demulcebant, ni fallor, mentem, quæ in fervorem abituriat Ille ſua memorat, ſua laudat, ſua comprobat Suffenus: eandem aliis vel invitus largietur veniã. Fucum, ſi fecerit, ipſa veritas detergebit, opprobrium, ſi dixerit reſorbebit. Fax maledicentię in flumine innocentiæ extinguitur. Lubuit alteram dramatis partem, quantum licuit, adnectere, propter conformitatem, & rerum ſeriem continuam.

Cùm autem huic operi, præ cęteris, ob ſalebroſam materiam eſſet quærendus patronus, incidit illud Philoſophi; ſicut animam non niſi anima intelligit, ita ſapientem non niſi ſapiens. Vnde pronũ fuit arguere, ſacrarii negotia deberi ſummo Miniſtro. Eum ſane Te, Vir Excellentiſſime & Generoſe, univerſa Europa nedum Germania agnoſcit, qui non ex penuriâ, quam

Gallia ſponte fatetur, ſed ex copiâ egregiorum virorum, quos Principum Curiæ, & Aula Cæſaris præ omnibus, ad invidiam Italiæ ipſius ubertim fert, adſcitus es ad clavum Reipublicæ; eò major hoc regio, quantò Cæſar præſtat rege. Virũ requirit Germania Cęſarẽ, qui interſit rebus, ſuis videat oculis, optima domi hauriat conſilia, & ingenio æquè ac imperio anteſtet: Viros ille ſibi legit, quos in partem curarum vocet, quibuſcum graviſſima Orbis Chriſtiani, quẽ humeris fulcit, negotia partiatur. Virũ Te, Vir Excellentiſſime, & Generoſe ex plurimis ſagaciſſimus legit, qui ultimam paci univerſali admoveas manum.

Vicennalia ferè regii iſtius ex bello bellum ſerere gaudebant, quod turbatoribus proclive: Tu bellum cum pace commutâſti, inſtrumen-

tum

tum utique optatum ejus firmandæ. Tricennalia Tibi comprecamur, & amplius, ut conſiliorum pacificorum proventu fruamur ætatem. Non enim viribus, aut velocitate corporum res magnæ geruntur, ſed conſilio, authoritate, & ſententiâ.

Suſcipe igitur, Vir Excellentiſſime, & Generoſe hunc libellũ ſerenâ fronte, quâ ſoles etiam adverſarios contueri, præſta patrocinium hoſti ad Tuam manſuetudinem confugienti, poſtquam facultatem nocendi veneno, quod habet, ademit mors: non ut hinc ullum mutueris prudentiæ adminiculum, qui præceptis aut magiſtris nihil eges, cùm rebus ipſis, unde magiſtri præcepta eliciunt; abundes, ſed ut Orbis tantilla hæc mirari deſinat, poſtquam Tua ſuſpicere inceperit,

Digitized by Google

quæ ſi per modeſtiam Tuam liceat, aliquando volumen juſtum conficient ad pacem ſolidam Germaniæ, & Europę tranquillitatem diuturnam. Hanc ſecundum incolumitatem Tuam & proſperos rerum ſucceſſus animitus optat,

Vir Excellentiſſime
& Generoſę

Cliens Tuus devotiſſimus.

Jo. Godofr. Schonwetterus.

HISTORIA
DE MINISTERIO CARDINALIS Richelii.

Anno M.DC.XXIV.

Laus regis Galliæ: quis ad miniſterium reipublicæ adſciſcendus.

Cum Numen gubernandis rebus humanis ſponte ſufficeret, partes ſupremarum Dynaſtiarum, Vicariis ex propenſo in genus mortalium animo, communicavit; motibus cœleſtibus præfecit, Monarchiis viros illuſtres adjunxit. Reges quidem authoritate ſupremâ ornavit, eodem non donavit genio. Pondere, menſura & numero Deus omnia fecit, ſed veluti Raphaelem & Titianum inter paucos omnibus pingendi ſtudioſis perfecti magiſtros dedit, ita Reges à Cæſare, Conſtantino & Carolo Magno, gubernandi modum accipere voluit. Quicquid enim in quovis genere excellit, Philoſopho monente, menſuram præbet inferioribus. Hoc encomio fraudare nemo auſit regem Galliæ, populis venerandum. Certum enim, regnum, ipſius ductu, complurium retro ſeculorum gloriam extendere, ubi dubites, an prudentiæ, fortitudini Juſtitiæve primas tribuas, aut regibus imitandas propines. Juſti tamen cognomen nunquam non expetivit, dum juſtitiæ normam rebus gerendis ſumſit, ſummam regum gloriam, Majeſtatis incremetnum, conſiliorum proſperitatem, pacis firmum fulcimentum. Neque hinc Magni nomine caruerit, cum id maximè ipſius ſceptro debeatur; Invictum dixeris ob ſortitudinem, Auguſtum, ob virtutem, Conqueſtorem ob fortunæ indulgentiam. Nam per dignitatem excellit inter reges, potentiâ evadit fortiſſimus, conſilio ſapienti-

Digitized by Google

pientiam præfert, opulẽtia divitẽ facit, & pietas juſtum prædicat præ cõſortibus. Quotieſcũq; enim nubecula ſplendorẽ ejus obfuſcare viſa, mirandæ prudentiæ materiam præbuit, ut à ſolo Gallicano tempeſtates ingruentes diſtineret.

Patre gaudet, quem Orbis terrarũ à rebus geſtis Magnũ celebrat: dicam tamen, fortunã olim Philippi Macedonis rebus modũ feciſſe, ut Alexandro filio campus ad exercendũ animũ pateret; ita Magno civiliũ bellorum finem indultũ, ut hic noſter Ludovicus juſtus de Hæreſi triũpharet, & ambitioni Auſtriacæ pedẽ ſtrueret. Hæc enim exorſus eſt, quamprimũ per ætatẽ equo hærere potuit, victor, qui Crucis labarũ Bearniæ inferret, Hæreſin per univerſũ regnum exarmaret, Hiſpano Regiq; Hungariæ ſæpiſſimè prædã extorqueret, ut illi imaginẽ Monarchiæ univerſalis, domi expolitã amitterent. Cælũ in ipſius mentẽ jurâſſe videas, cum obſtantia diruat, penè ſingulis actibus miracula concedat, regnum beet obedientiâ benevolâ populorũ & victoriis cumulet. Quis igitur tantam ſapientiã fortitudinẽve in occulto relinquat? nefas enim, laude virtutẽ, poſteros exẽplo, quibusvis Politicorũ libris potiore privari. Secreta principũ ſilentio quidẽ tegẽda, ſed virtutẽ literis mandari, æquum: ut ut lex illic exigat taciturnitatẽ, gratitudo tamẽ erga merita, & ſtudiũ boni publici iſtud ſuadẽt. Hinc inprimis calamꝰ mihi geſtit, ut publicitꝰ innoteſcat iſtius regni gloria, quẽ æterno otio addicerẽ, niſi ſilentiũ rumperet. Adeo cõmodã præſtabit operã ſeculis futuris, ubi tramites gubernandi depinxerit. Profiteor ſanè, mearum non eſſe viriũ, ut res verbis exæquẽ; malo tamen verbis deficere, quàm animo erga regem, & ſtudio in patriam, ſpe plenus de meliore ſucceſſu, quòd Heroum res geſtæ non rarò eloquentiæ vim affuderint commentariis.

Princeps non tritâ viâ ad gloriã contendens habeat oportet Miniſtros, ſuggerendis conſiliis, & in rẽ deducẽdis aptos: quos ut rectius legat, conſultũ puto, Titi Livii ſententiam animadvertere, qui tres hominũ facit claſſes, ubi primarii ſpõte perſpiciunt momenta rerum, domi conſilia capiunt, nihil mutuum tenent, omnia penetrant & dijudicant, genio ad quodvis onus apprime forti. Proximos ab his dixeris mediocres, quibus non ſatis eſt firmum judicium & dexteritas; capaces tamen judicii ſuggeſti, & ſecundum conſulta gubernãdi, ut res maximas conſequãtur. Poſtremi ordinis fuerint,

ſui

Digitized by Google

ſui impotẽtes, alieni incapaces, judicii inopes; unde plerũq; deplorandos in errores prolabũtur, & paſſim intricantur. Ex prima igitur claſſe legat rex Miniſtros reipublicæ ad grandia conſilia cõcipienda, & ſucceſſum felicẽ expectandũ. Sit ipſe ex eo numero, & ſuccenturiata opera ad miraculũ procedet ſed inter mediocres ſubſiſtẽs, tantò magis egebit genio, qui per beneficiũ cæli, ſuâ authoritate queat, aut alienâ debeat populos regere. Periculo ſanè grandi non vacat, Miniſtrorũ ſummorũ temeraria lectio: Hinc Ariſtoteles grandẽ impingit culpam Athenienſibus, quòd Magiſtratũ ſortibus permitterent, cùm in eo momento rerũ maximè ſit ſpectanda prudentia, ut inepti poſthabeantur. Ex quovis ligno, inquit ille, non fit Mercurius; neque omnia omnibus conveniunt. Itaque viri accommodentur negotiis, ne ex vitio virium aut conſilia heroica evaneſcant, aut ad perniciem vergant. Nihil utique majus à Mortalibus unquàm effectum, quàm imperia: nihil etiam illuſtrius præſtabunt, quàm ut ea rectè gubernentur. Si cauſæ ad menſuram rerum extenduntur, & viri ad ſumma negotia ſummi poſtulentur. Oculus objectũ remotiſſimum petens, radio polleat acutiſſimo oportet. Robuſtior dextra longius percutit: lumẽ latè diffundendũ, vividâ valeat luce; ſic omnis cauſa in operando ampla, requirit majorem vigorem. Quæ cum ita ſint, Miniſtri ſummi genius longè ſit perſpicacior oportet cæteris, quòd ad plurima diſtrahatur, memoria vegetior, quòd imagines plurimas reponat; animus capaciſſimus, quòd univerſa complectatur; ſapientia præclarior, quòd cauſas latiſſimas penetret; prudentia exactior, quòd ſummam rerum procuret. Vitæ privatæ, ſufficit genius vulgaris, ſed gubernaculo debetur excellens animus. Is in Deum, primam cauſam & motorem omnium rerum, reſpicit: qui ad fiduciariam adminiſtrationem regni ſapientiam adhibet præcellentem, ut ea ſocietatem civilem inſtar animæ rationalis cæteros motus bono conſilio dirigat. Hoc ordine neglecto, omnia confunduntur: cùm nihil minus rationi conſentaneum ſol aſpiciat, atteſtante Spiritu ſancto in Scripturis, quàm ſtultum in tribunali & ſapientem deſpectum. Id verò foret remigi clavum, & gubernatori remum; infimæ ſphæræ ductum primi mobilis tranſcribere.

Cardinalis in partem curarum aſſumitur.

Virtutes iſtæ eminentiores Cardinalem exemerant cenſu

vulgi, ut Regina mater cum Regi filio ad promovenda deſtinata daret. Neque tamen in eo vertebatur rerum cardo, niſi & fides acceſſiſſet. Ea quidem minus ſplendet inter cœteras, tantò magis verò hic requiritur, cùm ſumma ingenia ambitioni, avaritiæ, & affectibus mancipata, fruſtra hic ſint. Apparuit autem fides clariſſimè in Cardinale, qui nec gloriam, nec opes alibi, quàm in regis commodis quæſivit. Teſtimonia ejus rei ampliſſima viderat rex in ſummis negotiis, quæ Actuarius intimi ſenatus tractaverat: opinionem confirmavit, ubi ab Aula remotus, nihil quicquam ſeſe tricis Reginæ Matris admiſcuit, aut Magnatum ſtudiis ad imminuendam Regis authoritatem unquam patuit, gnarus utique omnium ad turbandum. Satis habuit primò, per Diœceſin munus Paſtoris boni obire, & de publico cum bonis ſentire: ſepoſitus deinde Avenionem, totum ſe dedit literis, & profeſſioni, ut ſolitarius oſtenderet, ſe negotiis prioribus euſque parem, quod Politici & modeſtiam & fidem in ſummis viris requirunt: ii enim formantur per obedientiam, ut cæteri privatim modeſtis libentius pareant. Neque etiam rex de fide ipſius ullatenus dubitare potuit, poſtquam univerſa Gallia comperit, eum Avinione evocatum, ut Reginam matrem, quorundam ſiniſtris ſuggeſtionibus digreſſam Blæſis, & Inculiſmi morantem, à conſiliis perverſis revocaret. Ubi honoris apicem attigit, ab invidis unus ad negotium ſummæ fidei adhibitus, quam exeruit in propero itinere, ut manifeſtum faceret, caſtigatione ipſorum neglectâ, oneri ferendo parem inventum. Incolebat regina mater urbem munitam, principibus & magnatibus ſtipata, ad obſequia paratis; quorum potentiæ ſi tantus genius acceſſiſſet, actum videri poterat de malevolis. Et invitabatur ad vindictæ ſigna prodenda vel Reginæ matris, Dominæ ſuæ ſtudio, quæ præſtitam operam ampliſſimè remunerata etiam tum ſola putabatur fortunam malignam placatura: tantum nocuerat unicuique malevolentia! ſed nec memoria præteritæ offenſæ, nec pars obſequii, nec ſpes ampliandæ ſortis, nec affectuum motus unquam potuêre fidem ipſius labefactare.

Quamprimùm Inculiſmum appulit, & virtute nuperam fiduciam reparâſſet apud Reginam, nihil prius habuit, quàm ut eam cum rege filio reconciliaret. Teſtabatur à primo limine

mine, quantum afficeretur ejus ſorte, in quam operâ inimicorum redigeretur; deinde progreſſus, ut potentius inſinuaret, & voluntati paulatim vim adferret, inſtitit molliter, adhibitis etiam obſequii illecebris, ad oculum oſtendens, videri quidem illam ſibi infauſtam, quòd nec regis perſonam, nec conſilia moderaretur, fore autem longè deterioris conditionis, ubi famulandum ſit turbatorum voluntati: omnium iniquiſſimo conſilio, fortunam ſuam iſtis committi. Graviſſimè imprimebat menti, arma, quæ regi ſemper potiora, viam ad gubernaculum non aperire, ruinâ ingruente; Cujus rei plurima adducebat exempla per tumultus omnium temporum, ut tandem perſuaderet fiduciam amiſſæ authoritatis, modò regi uniretur: nec dubitandum, etſi prima facies quædam negaret, cùm regis filii animus cauſam illius agat, licet hinc prudentia, & miniſtrorum conſiliis nullus urgeatur. Nihil penſi, præter contemtum imbellem in ſequeſtratione iſthac fore; cùm regi aſſenſa, ad Aulam ſit invitanda, & quovis obedientiæ honore, pro more excipienda. Rationibus iſtiusmodi pugnabat; unde prudentia fide roborata pervicit, ut diſſidio ſublato redintegraretur unio, ad Galliæ tranquillitatem. Rex verò qui omnium rectiſſimè teneret momenta negotii, tanti cepit facere fidem Cardinalis, ut inconcuſſam ad omnia arbitraretur: ipſa virtutibus cæteris illuſtrior tantum valuit, ut rebus gerendis omnium aptiſſimus haberetur. Nemo facilè dixerit, quàm ſubitò facies rerum fuerit tum immutata, & ex imbecillitate ad robur emerſerit. Genium regis proſequebatur obſequio, & ad grandia quævis propenſum impellebat, tum modum rei, tum ſeriem facti diſponens. Quæ nuper palam agitabantur, & Exteri præcipiebant, ut prius ſubverterentur, quàm in actum abirent conſilia; modò teguntur, cùm taciturnitas ſit anima conſiliorum, quorum optimam celebratur, cujus momenta non niſi perpetrati pateſcunt. Hinc quotidie miranda prudentiæ monumenta ſurgebant, quæ Magnates ne mente quidem attigerant.

Fatendum etiam, omnia proniora, rege taciturnitatis tenace, evaſiſſe. Marchionis Veterivillani auſteritas & faſtus omnium patientiam irritaverat: unde miratio ſubibat, ſi quis nunc, mutatâ rerum facie, pro demerendo rege ad Aulam excubabat, ubi miniſtri frons benignitatis thronus, &

Digitized by Google

affabilitas violenta, etiam in difficillimis ſatis faciebat, ut vel invitos devinciret Gravitatem etiam Gratiæ eò formârunt, ut reverentia intus excitata, amoris nunquam evertat meritum, idemque amor nullo metu diſplicendi impediatur.

Antiquitus fœderati, ante hoſtium prædæ expoſiti, fiduciam in eo ex famâ ponebant; cumque perſentiſcerent, tantum genium de propulſandis injuriis non ſolummodo cogitaturum, arma paulatim capeſſebant, tùm ut injuſtas uſurpationas procul haberent, tum ut authores injuriarum aggrederentur. Compendio dicam, uti nullis ſeſe partibus unquam addixerat, ita animum à perduellione alieniſſimum geſſit. Hinc Magnates & Religionarii maturè intelligere, ſibi ab officio obedientiæ nullatenus recedendum. Itaque turbarum impatiens, ante omnia aliam vitæ rationem eos docuit, ut ſummam rerum fundamento immoto imponeret: ſic omnes boni gaudere, Gallia domi foris que florere, & antiquum ſplendorem induere, ob quem nunquam non primum Europæ regnum audivit.

Matrimonium inter Regem Angliæ, & Henriettam Mariam Virginem Galliæ principem ſancitur.

MAtrimonium principis Henriettæ Mariæ, ſororis regiæ, cum Carolo Principe Walliæ, poſtmodùm rege M. Britanniæ, inter prima alicujus momenti negotia exoritur. Cardinale Miniſterium regni ſubeunte. Id Hiſpanus diu metuebat, gnarus utique Galliam Angliæ junctam, tantum pondus acquirere, ut conſilia ſibi non magno molimine ſit diſſipatura Hinc eousque ſimulaverat, id ſibi cordi, adeò ut Palatinatum doti adjiceret cum ab ea mente tantundem abeſſet, ac rex Magnæ Britanniæ à vi inferenda: quam telam ad duodecimum annum deduxit, Indies remoris ſubnaſcentibus.

Verum ubi rex M. Brit. impoſturam ſub tegmine tanto animadvertit, tempusque in lucro poni, donec Regias Gallia Virg. alicubi collocâſſet, quod ampliſſimis conjecturis erat aſſecutus; ſtatuit periculi ergo P. Walliæ in Hiſp. ablegare, Is exiguâ morâ cum conſiliariis didicit, ſe varia ſpe lactatum, judicium tamen in regno alieno, metu ludibrii, preſſit, quod reverſus Regi, Jacobo parenti, tam callidè fecit, ut ſtatue-

Digitized by Google

fuerint, maturrimè negotium abrumpere, ne apud cæteros Principes imprudentiæ culpam ferrent, ſummo regni Senatu etiam intercedente. Id conſilium quantocyus in rem deductum, adeò ut rex Jacobus à ſummo regni Senatu exquiſierit rationes recuperandi Palatinatus; in medium prolatis diverſis cauſis, quæ ſibi perſuaderent, leges matrimonii à tanto tempore reformatas, eventum nunquam habituras, cùm Hiſpanorũ ſcopus in Palatinatu tàm altè adoleſcat defixus, ut evelli poſtmodum nequeat: exiſtimare ſeſe, nullas alterius ipſis præbendas aures. Senatus regni ſummus facillimè detulit iſtis rationibus, jam ſæpius ſuſpiciones de Hiſpanorum technis prodens, ſcivitque mentem ab eo matrimonio abſtinendam. Verùm rex Magnæ Britanniæ non hìc ſtetit, ubi Princeps Walliæ, filius, ex Galliâ redierat, tàm animi lætus, quàm amore captus erga ſororem regis, Virginem principem, quam in Aulâ, nulli licet notus, peregrè veniens, erat contemplatus, patriſque conſenſum, de matrimonio conficiendo impetrârat. Itaque Senatui id proponitur, & ex plurimis cauſis haud difficulter comprobatur: maximè verò, quòd Gallia ſuæ Religioni aſſueta, æquè enormes ut Hiſpania leges pro Catholicorum incremento, non ſit poſtulatura. Conſultum, ut Legati in Galliam irent, fundamenta negotii jacturi, viſum regi hanc provinciam tradere comitibus Carliliæ & Hollandiæ. Vela fecit igitur Hollandius ad medium Majum, in mandatis habens, ut regẽ ſolum, de Palatinatu, quod ferebatur acturus conveniret; ſed reverà ut pertentaret, quo animo exciperetur petitio, & repulſæ vicinus, deſineret. Regem ubi ſalutavit Compendii, primò de mediis recuperandi Palatinatus agere cæpit; ſuggeſſit deinde per induſtriam, quæ mens eſſet Domini & regis ſui, de matrimonio inter Principem Walliæ, filium ſuum, & principem Virginem, ſororem ipſius ineundo.

Rex gnarus iſtiusmodi petitiones, quantumcunq; remotas, cum honore excipiendas, teſtari magnã benevolentiam, & cum intimis deliberare. Penſiculabant illi, nihil rectius convenire ſorori regiæ, nullibi ex Imperio tantundem commodi expectari, ultra vicena matrimonia Galliæ cum Angliâ & Scotiâ extare in monumẽtis hiſtoriarũ, de libero religionis ſuæ exercitio facillimè Principi Virgini proſpectũ iri poſtquã Hiſpaniæ tanta fuerint conceſſa, Principes ſumma

Digitized by Google

eatenus inferioris eſſe conditionis, ad Virgines mediocris fortunæ, quòd vix dimidiato ſeculo ſors æqua matrimonii contingat, adeò ut poſt occaſionem neglectam ſæpiculè coguntur formam annis depaſcendam innuptæ permittere. Operæ igitur pretium fieri, ſi faciles adhibeantur aures. Renunciatum id Hollandius regi ſuo pergratum fore aſſeverabat, negotii progreſſu ad ampliora mandata rejecto. Rex Magnæ Britanniæ de iſtis certior, Comitem Carliliæ ampliſſimè inſtructum ſubmittit: Ei Hollandius Ambianum usque occurrit, ut de ſumma rei deliberarent: ſic compendio propinqui, à Duce Sevreuſiæ duodecim carpentis excipiuntur, & magnificè habentur, juſſo & ſumptu regio. Ingreſſis poſtridie facta copia dicendi: ubi petitio plauſibilis viſa, rex fiduciarios legit, qui eam perpenderent exactius.

Novus erat Cardinalis in Senatu, ſed non in rebus agendis, quod regi patuit, ubi liberè juſſus dicere ſententiam, & rationes plures explicuit, & modum rei benè gerendæ demonſtravit, ut prudentiæ primas ferret Rationes verò iſtius matrimonii tàm commodi hæ ferè ſunt, Angliam ſic Galliæ unitam, fæderatis Germanis ſpem facere ſuppetiarum, cùm plurimum ejus interſit Angliæ; conjunctione iſtâ Auſtriacorum potentiem & exæquari, & illis Principibus tantillum annitentibus ſuperari; eventu ſecundo gloriam regno acquiri, inimicis minui. Cumque res præſentes efflagitent, ut Religionariorum temeritas coërceatur, miram hinc rei apparere opportunitatem, ubi Rex Magnæ Britanniæ vereatur auxilia illis ſubmittere, & à ſe impetrari ſinat naves bellicas, Rupellæ domandæ. Inſuper affulgere ſpem magnam, Catholicorum per Angliam res in tolerabiliorem locum collocandi, ubi nova nupta & regis gratiam demeruerit, & maritum amore devinxerit. Undiquaque igitur ſummam felicitatem emicare: dexterrimè negotium, adeoque properè conficiendum. Admiſit Rex omnia; voluitque ut ipſe ſummam rei dirigeret, genius igitur ejus quæcunque penetrare ſuetus, exiguo tempore per ſummam induſtriam omnia expedivit, ut ad finem deduceret. Mirum verò eventum conſiliis exactè reſpondiſſe: nam Anglia Galliæ juncta Mansfeldio deſtinabat exercitum, qui Germaniam irrumperet, & Palatinum in avita reſtitueret: altero anno rex Magnæ Britanniæ naves miſit, quarum ope Rupellani prælio mari-

maritimo; inferiores fuêre Etiam potiora tuliſſet Gallia, niſi Sevreuſia turbas dediſſet, domeſtici novæ nuptæ imprudentius egiſſent, & rex Jacobus lucis uſuram amiſiſſet. Adeò enim is Galliæ ſtudebat, ut aliquando purpuratis fateretur, Regem præ omnibus Anteceſſoribus multum obtinuiſſe, paratum ſe, & populorum & ſuam ipſius vitam regis commodis impendere: occurſurum ſe perduellionem in Gallia meditantibus. Nihil minus Catholici à nova nupta ſibi promittere poterant, modò mors induiſiſſet Monarchæ vitam ad conſummationem matrimonii. Flagrabat enim tanto nunquam viſæ deſiderio, ut aliquando nunciaret ex animo ad modum tenero, non impunè laturam, quòd neque ſuas, neque filii, Principis Walliæ literas, niſi permiſſu reginæ matris legere ſuſtinuerit: gratum tamen quòd lectas ſepoſuerit, ſuas quidem ſub cervical, filii verò in ſinum, ut argui poſſet, cui repoſitorio ſecurè innixura, quem in penetralia cordis admiſſura eſſet.

Politica Reminiſcentia.

INter media tranquillitatis ſtabiliendæ, & potentiæ augendæ ab omni ævo fœdera cum exteris per matrimonia, potiſſimum valuêre: ſic incendia bellorum ſæpius extincta, & pax languentibus reddita. Exemplo ſit Hugo, qui Comitis Catalaunenſis filius, Aliſiâ hærede Burgundiæ, in matrimonium ductâ, diuturnis calamitatibus finem fecit. Inimicitiæ internecinæ inter familias Burgundiacam & Aurelianenſem occaſione matrimonii, quo Philippus Comes, Vertuſii, ſecundo genitus Aurelianenſis, à Duce Burgundiæ confoſſi, Catharinam Burgundiacam ſibi junxit, aliquamdiu quievêre. Idem docet antiquitas; nam Argas Cyrenarum rex, Berenicen filiam unicam Ptolomæo ex fratre nepoti deſpondit, ut aboleret memoriam injuriarum.

Neque ad pacem duntaxat conducunt matrimonia, cùm Principes ſic fines ſuos ſæpe numero proferant. Auſtriac hac via ad potentiam pervasêre. Alſatiam, Auſtriam, Carinthiam, Tirolem & Goriciam per Hetringis: per Johanna Caſtellam, & Arragoniam, Siciliam & Neapolin; per Eliſabethæ Auſtriam; per Annæ matrimonium Hungariam Bohemiam obtinuère, cùm deſpectui fere eſſent ab origine Co-

 mitum

Digitized by Google

mitumHabsburgicorum inHelvetiâ. Poſſunt etiam Principes hoc vinculo cõjuncti vires unire, mutua auxilia præſtare, & potiora conſilia promovere: id quod Ludovicus XI. callebat, qui, ut Caroli Burgundiaci matrimonium cum Margarethâ, Richardi Eboracenſis filiâ, eâdemq; ſorore Eduardi Angliæ regis diſturbaret, ne vires Angliæ Burgundiacis accederent, eandem fratri Carolo expetivit, nullo penitus deſtinato nuptiarum, providus utique fratris turbarum avidi fœdus cum hoſte pari ſuis rebus obfuturum.

Quemadmodum verò illud fœdus Galliæ cum Anglia regno Galliæ periculoſum creditum; ſic iſtud commodiſſimum accidit, ubi Auſtriacis obnitendum, nec aliunde major opportunitas affulget, quòd Europæ regnum potentius alterutri Coronæ pondus & ſummum momentum ſit allaturum. Non tamen eſt cur Gallia ſibi promittat, Angliam ratione iſtius matrimonii, ſua neglecturam, quorum Principes ſunt tenaciſſimi; ſed id ſibi perſuadere auſit, ab eâdem non niſi ob gloriæ ſtimulos, aut res maximi momenti hoſtilia metuenda, imò prompta auxilia in grandibus cõſiliis ſperanda. Id denique commodi Gallia adipiſcitur, ut Anglia hoſtibus non accedat, tempeſtatem cum illis non excitet: quod in poſtremis non habendum, ubi calamitas ingruens, & hoſtium incrementum diſtinentur.

Noverat Cardinalis, Miniſtrum regni ob curam Eccleſiæ omnimodam cæli gratiam regno conciliare, inde omnem impendit induſtriam, ut ea per Angliam liberiùs degeret. Ubi innotuit. Carlilii & Hollandii poteſtatem in iſtis apicibus non multum hæſuram, cùm ſecundum Domini ſui opinionem exiſtimarent, ob Religionum per Galliam diſſidium, ſatis fore, ſi nova nupta cum domeſticis omni libertate ſuam religionem exercendi gauderet: Verùm Cardinalis mentem regis rotundè expoſuit, complures urgere cauſas, cur rex ampliora, quàm Hiſpani, nihilque minus in commodum Eccleſiæ, exigeret. Edocebat ſimul, regem primogenitum Eccleſiæ, adeoque Chriſtianiſſimum, opprobrio nunquam cariturùm, ſi quicquam remittat: neque fœdus absque conſenſu ſummi Pontificis coire, qui peſſimè eſſet laturus, ſi leges Hiſpanicis indultis inferiores proponerentur. Repoſitum, propterea maximas in Angliâ difficultates oborituras, cùm rex ſuus eâ ratione Senatui ſummo,

Digitized by Google

mo iſtud fædus cum Galliâ expoſuerit quòd ea minus libertatis Catholicis foret poſtulatura, Hiſpaniæ vel inde nuncio remiſſo; legis etiam fundamentalis vim obtinere apud ſuos, ne qua libertas, regno damnoſa, illis permitteretur. Non defuit pietati induſtria; conſtare ſibi, regerebat Cardinalis, nec regem, nec regni Senatum à fædere Hiſpanico diſceſſiſſe, niſi poſt technas compertas, & animum à Principe Walliæ diverſum. Libertatem Catholicorum nihil in regno turbaturam, cùm experientia plus millies fidem fecerit, nihil æque perduellionem excitare, quàm vim religionis exercitio illatam: nihil æquè ad excutiendum obedientiæ jugum ſtimulare, nec unquam feliciter ceſſiſſe, ubi Princeps profeſſionem inveteratam opprimere ſit conatus: Poſſe igni & enſe obviari, antequam radices agat; adeò ut poſtea fruſtra fueris, rebus chariſſimis tantò pertinacius ſervatis: quod axioma Gallia, ratum fecerit, ubi Edicta pacifica Religionariorum plures converterint, quàm ſuppliciorum rigor, aut belli calamitates. Tanta autem vis ſermoni inerat, ut Legati Angliæ non haberent quod opponerent.

Reliquum erat, ut idem regi M. Britanniæ perſuaderetur; quod ab ipſius genio impetratu facile putabatur, cum ad converſionem ipſus propenderet, etiam de quibusdam Catholicæ fidei articulis amplius imbutus, adeò ut Eburodunenſem Archiepiſcopum, expetitum legatum ad diſcutiendos quoſdam articulos fidei, paſſus ſit Confirmationis ſacramento intra Londini pomæria ultra vicies mille Catholicos ſignare. Obſtabat verè ſummi Senatus authoritas in rebus maximi monenti, quæ regis animum avertere poſſet: ſuggeſſit ergò Cardinalis, hos ſcopulos declinari, ſi Marchio Effiatius mitteretur, qui intra privatos parietes tranſigeret quæcumque matrimonium ſpectarent. Is in mandatis arctioribus habebat, omnem operam adhiberet, quo regi M. Brit. rationes à Cardinale allatas probè inculcaret; privatimque adderet, negotio Senatum ſummum ex Proteſtantibus & Puritanis conflatum, in hoc ſuſpicione involvi, nec Catholicorum res ei permittendas, hoſti utique; ſummumque periculum Principi ex ſupergreſſa religione vereri, cùm vitam ea projicere doceat, & contemtrix ſuæ, aliorum vis vitæ immineat; vim illam ſecuritati regiæ invidioſam, cujus complura exempla in Chronicis etiam poſtremorum

morum ſeculorum extent. Prægnantiſſimis iſtis rationibus Marchio per induſtriam pondus adderet, ut in regis animo valerent quod apud legatos potuerant, literis eorum non parum adurgentibus.

Articuli matrimoniales inter regem Magnæ Britanniæ & Henriettam Mariam Principem Virginem Galliæ.

NEgotiatio illa eventum adeò proſperum eſt ſortita, ut Rex ad omnes, in Catholicorum commodum propoſitos articulos deſcenderit, legatisque ſcribendos mandarit. Signantur igitur ab iisdem & Cardinale Lutetiæ Pariſiorum, decimo die Novembris, iſtis legibus: 1. ſoror regis omni libertate ad exercendam religionem Catholicam, Apoſt. Rom. unà cum miniſtris, eorumq; liberis gaudeto: ei in eum uſum per ſingula domicilia regia ſacellum, cum Epiſcopo & viginti octo ſacerdotibus, ad ſacramenta & verbum Dei adminiſtranda, omniaq; Officia cultus peragenda, parator. 2. Liberi ex iſtoc matrimonio orti à matre in religione Catholica usque ad annum ætatis 13. aluntor, inſtituuntor. 3. Omnes ipſius domeſtici in Angliam deducendi, Catholici & Galli, à rege Chriſtianiſſimo lecti ſunto; quibus mortem oppetentibus ipſa alios, Gallos & Catholicos cum regis M. Britanniæ conſenſu ſubſtituito. 4. Rex M. Britanniæ una cum filio, Principe Walliæ jurejurando cavento, nulla ratione animum novæ nuptæ demutanda religione ſollicitandum, aut ad ullam rem contrariam, deducendum: ſcripto etiam fide verbisque Regis ac Principis obligantor, ſecuraturos, ut Catholici, tam Eccleſiaſtici, quàm ſeculares, ab ultimo edicto captivi in libertatem aſſerantur. 5. In Catholicos Angliæ propter religionem omnis inquiſitio inhibetor; ii à jure jurando Catholicæ religioni adverſante immunes ſunto: facultates, quæ extant, ab Edicto ultimo, iis, reſtituuntor. 6. In ſumma, Catholici in honorem iſtius matrimonii ampliora, quàm Hiſpaniæ fuerat ob eandem cauſam promiſſum, obtinento.

Nec id temporis plura religioni erant optanda, donec nova nupta, omnibus & animi & corporis dotibus, quìs inſinuatur, ornata præpolleret apud regem Jacobum, Principemq; Walliæ maritum, & colophonem imponeret, quod rex ab ipſius induſtria & pietate eò vehementius expectabat, cùm mulie-

mulieres in maritos, ſocerosque amore præpeditos ſummum adipiſcantur imperium.

Politica reminiſcentia.

A Principe fœmina de mariti converſione quidvis jure expectes. Callet enim ſexus iſte per naturam ſuadelæ artes & maritos pro lubitu, etiam ad inacceſſa pertrahit. Sola forma adeò violenter ferit, ut quoſvis motus per oculorum feneſtras cordi inſinuet. Amoris æſtus tantum potentiæ ipſi indulget, ut accedente tantillo induſtriæ, perſuaſiones nemo evadat. Hoc autem præter cætera in converſione maritorum, & populorum ſubditorum licet animadvertere cujus rei tot extant exempla, ut hiſtoriæ ignarus ſit, qui providentiæ divinæ modum iſtum ad beatitudinem non videat.

Clotildis, Ducis Burgundiaci filia, induxit Clodovæum maritum, inter primos Galliæ reges laudatum, ad fidem Chriſtianam, idololatriâ, per omnem ditionem proſcriptâ. Chieſuntis, filia Meræi, Angliæ regis, nupta Offæ, regi Saxonum Occidentalium, maritum ad Chriſtum convertit, Divarum numero adſcripta. Theodolinda, Agilulphi Lombardiæ regis uxor, marito, & potiori parti populi contemtum falſorum Deorum perſuaſit, Evangelii lege ſuggeſtâ. Giſella, Henrici Bavari filia, ſoror eadem Henrici I. Imperatoris, nupta Stephano I. regi Hungariæ, tantum perfecit, ut rex cum univerſo regno fidem Chriſtianam amplexaretur. Complura iſtius generis exempla comprobant, reginas quovis tempore hîc plurimum potuiſſe: unde Spiritus Dei earum miniſterio uſus, aſſerit, maritum infidelem per mulierem fidelem ſanctificari. Ubi gloria Dei intervenit, cælos ſentiunt propugnatores. Poſt eloquentiam fortiſſimam videmus & geſtus corporis invictam rationem præſtare; ſi verbis occulta vis ſubigendi ineſt, induſtria certè omnia mentis robur ſuperat.

Aliæ leges matrimoniales, familiam novæ nuptæ ſpecialius ſpectantes.

PRudentia Cardinalis, ſecundum exactiſſimam curam & religionis commodo, & regni bono, nihil prætermiſit, quod Principis Gallicanæ conditionem illuſtrare poſſet. Convenit etiam, ut ipſa octingenta millia aureorum dotis loco auferret, & inde hæreditati, paternæ, maternæ, ac colte-

laterali, ſi quæcunque obtingeret, renunciaret, idque ex authoritate reginæ matris, cui liberorum tutela per naturam convenit. Legati etiam advigilârunt, ut rex Magnæ Britanniæ ratam haberet, ne quid periculi regno, uti olim, enaſceretur. Adeò ſcrupuloſè verò Cardinalis in commodis Principis prævertit, ut ad quosvis caſus immota perſtaret. Etiam ipſius vigilantiâ cautum eſt; ut Principe Walliæ absq; liberis decedente, dos integra, ſive Angliam incoleret, ſeu ad Gallos reverteretur: Liberis verò extantibus pes redderetur, triénte in mobilia verſo: cujus uſurâ ad dies vitæ frueretur octingenta millia librarum Anglicarum, quæ ſexagies mille aureos, monetæ Gallicanæ exæquant, in annuo cenſu haberet, latifundiis & domiciliis attributa, quorum eſſet aliquod ſupellectile ita inſtructum, ut habitationem commodam præberet.

Teneretur rex M. Britanniæ ipſam cum familiâ ad ſplendorem regium alere; gemmas quinquagies mille aureorum pretio comparatas, in favorem matrimonii offerre, quæ nihil minus, quàm quas poſſideat, aut acquirere poſſit, ſibi ſuisq; propriæ maneant. Latifundiorum, quo nomine Ducatus vel Comitatus unus intelligatur, adminiſtratione quoad beneficia & munera quævis, libera fruatur. Integrum ipſi fuerit viduæ in Galliam redire tametſi liberis careat, aut abundet: eo caſu teneretur rex Magnæ Britãniæ ſuis ſumptibus, & decenti pompâ, Caletum uſque illam deducere. Familia ad eam dignitatem, & miniſtrorum numerum componeretur excellenti, quem Virgini Hiſpanæ nuper negotiatio delineaverit. Et ut ſarta tecta hæc omnia cuſtodirentur, conventum eſt in mulctam quadringenta millia aureorum, ſi alteruter rex ſui officii partes adimplere negligeret. Neque enim ulla firmior ſanctio tum apparebat.

Politica reminiſcentia.

OMninò hîc perpendendum, univerſum negotium, quodcunque verbum ultro citroque relatum, omnesque actus nomine regis proceſſiſſe, in cujus poteſtate matrimonia ſunt Virginum ex regia ſtirpe, legesque nuptiarum, adeò ut ipſæ nihil contribuant, præter aſſenſum, ad perſonas lectas & leges ſcriptas. Poteſt quidem conſuetudo impedimenta objicere matrimoniis, niſi ordo illius obſervetur: Hinc Papæ in Canone Juris eam poteſtatem agnoſcunt, & inpri-

imprimis Alexander III. qui Epiſcopo quærenti, an matrimonium inter compatrum liberos valeret, reſpondit, facile ſe id tolerare, modò conſuetudo patriæ id permitteret. Dicam amplius, eundem Papam profeſſum, poſſe per Galliam id conſuetudinis vigere, ut matrimonium ſolvatur, quod Romæ comprobetur. In reſponſo ad Epiſcopum Ambianum, an matrimonium cum caſtrato poſſet conſtare, ait, ſe, ſi Eccleſiæ Gallicanæ conſuetudo generalis diſſolutionem permittat, patienter laturum, tametſi Eccleſia Romana contrarium obſervet. Conſuetudo autem Galliæ fert, ut nec Principes, nec mulieres conditionis illuſtris, quorum matrimonia Rempublicam contingunt, ea non niſi ex mandato & conſenſu regis contrahant. Secunda ſtirps regum illuſtre præbet exemplum, ubi Juditha vidua Edmulphi, regis Angliæ, ſine conſenſu Caroli Calvi nupſerat Balduino, qui ex magno Saltuario poſtmodum evaſit primus Flandriæ Comes: quod matrimonium per Epiſcopos & Clerum Galliæ Sylvanecti congregatos irritum pronunciatum; quamvis ipſa & primis nuptiis, & regia dignitate ſui juris evaſiſſet, ſed eam ſententiam nec Papa Nicolaus carpſit, nec tangere voluit. Poſſet animus ſiniſtrè edoctus ſuſpicioni indulgere, ac ſi Papa formidoloſior obmutuerit. Diverſum autem monet fulmen cenſuræ in Lotharium conjectum, qui vivâ prima induxerat alteram conjugem, Clero apud Mediomatrices & Colonienſes fruſtrà conſentiente, donec divortium faceret coactus cum poſtrema, in thorum revertente prima, excuſſis etiam duobus illis Epiſcopis. Rectiſſimè itaque noverat, conſuetudine Gallorum, Judithæ non permitti quodvis matrimonium.

Tertia ſtirps aliud exemplum apud authorem majori fide dignum adfert, quòd Galliæ profeſſus adverſarius, matrimonium per nuncios contractum inter Maximilianum & Annam Britannicam Armoricæ, non quidem ut illud Judithæ conſummatum refert, ideo tamen irritum habitum, ex jure regio, quod Carolo VIII. in ſalutato coiiſſet. In foro Eccleſiaſtico declarantur partes nexu ſolutæ, Maximilianus ducit Margaretham Mediolanenſem, & Carolus VIII. Annam illam Britannicam Armoricæ, nemine quicquam dealterutrius matrimonii robore diſputante.

Cùm iſtæc exempla conſuetudinis antiquitatem arguant,

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæq; reverentiam erga eam demonſtrent, nemo prorſus de cauſis æquiſſimis dubitabit, cùm Reipublicæ plurimum interſit, unde vel pacis vel belli principia duci ſolent; & annotante Tacito, gradus ſit ad altiora, in perniciem etiam majeſtatis. Itaque ſtatuendum, Virgines regias abſque conſenſu Regis non poſſe valido matrimonio jungi: unde nec ipſæ nec ipſarum tutores unquam recuſarunt vel jure jurando, vel quovis modo id regibus ſpondere.

Philippus Auguſtus ſtipulatâ fidea, Mahaute Flandriæ Comite obtinuit, ut ne ipſa, ab Eudone III. Duce Burgundiæ ſeparata, ſe inſcio denuò nuberet. Philippus Namurci Comes eidem Regi fidem obſtrinxit, neptes Johannam & Margaretham, Flandriæ comites: tutorio nomine non elocandas, niſi regis permiſſu, Johanna Comes Flandriæ tabulis particularibus Ludovico ſancto promiſit, ſe bono regis applauſu Simoni Comiti Monfortio nupturam. Johannâ filiâ Philippi Burgundi, redditâ Johanni regi, uti cum Comite Sabaudiæ tranſactum convênit ut nuberet ex voluntate regis, ſolo Delphino præterito. Franciſcus dux Britanniæ Armotiacæ, inter alias leges Carolo VIII. ſtipulatus eſt, filias præter regis benevolentiam nuptum non dandas, adjectâ mulctâ bis centies mille aureorum, oppidis inſuper primariis in fidem regis adactis, ni promiſſa ſervaret.

Pater Berulus legatur ad Pontificem, ad impetrandam diſpenſationem matrimonialem.

QUam rex Pontifici ſummo teſtatus reverentiam, inter primas leges matrimonii per legatos Angliæ contracti ſanxerat, ut propter diverſa ſa , a nubentium diſpenſatio à ſede Apoſtolicâ ante nuptias, impetraretur. Ad eam rem ex mente Cardinalis ſelegit Patrem Berulum, quem Patres Oratorii agnoſcunt ſupremum, tum ob ſpectatam prudentiam tum ob pietatis laudem in vulgus, ne inveniret Hiſpanorum perverſitas, quod carperet. Sic prævertit eorum rabiem, matrimonium hoc mirè ſuggillantium, quòd impediendi tempus perdidiſſent, prodito imprudenter eodem tegmine, quod ultra undecimum annum produxerant.

Animus ſanè non fert opprobria tabularum examinare, quæ

quæ ambitio evomuit, ubi intellexit, datum Galliæ Miniſtrum ſummum, qui cuniculos educeret, injuſta conſilia retunderet: dicam quod res eſt, Berulum in mandatis accepiſſe, ut properè Romam ſe conferret, ad impetrandam diſpenſationem: exponeret Pontifici, regem Magnæ Britanniæ, filio Carolo, Principi Walliæ expetere ſororem Regis, HenriettamMariam in matrimonium; non moleſtè auditum, vel ob converſionem Anglorum: ſiquidem olim Virgo Gallici ſanguinis Chriſtianam fidem occaſione matrimonii illic ſeminarit. Noluiſſe tamen ob reverentiam in ſedem Apoſtolicam, ipſiusque ſanctitatem ſingulatim, & recordatione ſuſcepti baptiſmi, ubi Clementis VIII. ſponſoris vices peregerit, ſine diſpenſatione negotium perficere. Matrimonium id non tantùm ex commodis Catholicorum expendendum per Angliam, ſed Orbis Chriſtiani utilitate metiendum: nihil periculi eſſe de ſponſa, quæ ad votum in fide & pietate profecerit, quibus tamen ſtatuminandis addantur viginti octo ſacerdotes cum Epiſcopo: familiam ſincerè Catholicam fore.

Regem Magnæ Britanniæ cum Principe Walliæ filio Tabulis & jure jurando obſtringi, ne ullo modo, à quovis mens tentetur ad mutandam religionem. Ubi omnia à partibus Virginis ſint in tuto, fore, uti à rege, ſatis prono ad Catholicam fidem, adeoque principe Walliæ tenerè adamata, ad utriusque converſionem non parum momenti ſit allatura, prout fæminis plurimum adcreſcat imperii in maritos ac ſoceros, ubi amor mentes ſubegit. Ex Zelo Virginis indubitatam ſperari induſtriæ operam, quæ apud ſocerum & maritum forte inanis, per liberos priſtinam fidem poſtliminio reduceret, cùm ipſi liceat eoſdem ad tertium decimum ætatis annum in fide & exercitiis Catholicæ religionis educare; primis pietatis ſeminibus ſuſceptis & diligenter cultis, ubi tenella mens maximè rapit inſtitutionem, fructus perennes præter dubium producentibus, ut ea fides firmata, neque adultâ ætate per Hæreſin diſpereat. Neque etiam Catholicis per Angliam exiguam inde ſurgere utilitatem, cùm præter regem & filius fidem tabulis conſignatam ſint interpoſituri, de tollenda inquiſitione & præſtanda impunitate; de captivis relaxandis, & reddendis

B facul-

facultatibus, à tempore poſtremi Edicti ſurreptis, quæ extent: denique de longè majori favore, quàm ex fœdere Hiſpanico ſperare licuiſſet. Juſſus addebat, ad majorem Eccleſiæ reverentiam Sponſalia & nuptias modo Catholicorum, ad exemplar matrimonii, quod Carolus IX. inter Margaretham Galliæ principem, & Henricum IV. id temporis regem Navarræ conciliârit

Singula iſta ſponte loquebantur, in oculos vividè incurrentia, ut dubio nullus locus. Berulus enim, & animo & Zelo inſignis, dexterrimè rem explicabat, ut Pontifex de brevi eoque optato reſponſo ſpem faceret. Diſtinuit tamen Diſpenſationem ad Cardinalium conſulta, ne Hiſpaniam æmulatione provocaret, ſi alio pede, quàm erga ipſam in eodem poſtualto procederet: Lecti tamen rei trutinandæ, quibus juſtitia præ benevolentia cordi. Convenêre illi ſæpiuſculè, interſtitiis Curiæ ſolitis, ut pro prudentia & majeſtate omnia expendiſſe viderentur; cenſuêre tandem, ita volente Pontifice, Diſpenſationem indulgendam.

Nihil moleſtius in hoc negotio, quàm Beruli ſuperſtitioſa cura: quaſi Angli non ſatis càviſſent, de miniſterio liberorum, Proteſtantibus non deferendo; de non tentandis miniſtris; de non exigendo jurejurando Catholicis, Sedique Apoſtolicæ adverſo: tametſi diſertis verbis tabulæ loquerentur, Regem Magnæ Britanniæ, Principemque Walliæ ſcripto cauturos, fide interpoſitâ, ne id ulterius exigeretur. Permovuit igitur Cardinales cum Pontifice, Bethunio inconſulto, licet Cardinalis prudentia inſeruiſſet mandatis, omnia collatâ operâ agenda, ut rex vigore Diſpenſationis teneretur regem Magnæ Britanniæ ad amplius cavendum adigere: ita ſuæ mentis, ex cauſis plauſibilibus Pontifici ſuggeſſit, ut iſtæ leges Diſpenſationi arrogarentur, citiſſimè transmittendæ.

Politica Reminiſcentia.

VT maximè pietas Miniſtros ab actibus, qui in religionem

Digitized by Google

gionem impingant, arceat ; prudentia jubet, eximiæ probitatis viros adhiberi, ubi juſtitia animos ulceratos offenderet. Æquiſſimi quique judicium ad axiomata Politiæ exigunt, ſed major numerus ſenſu & ſpecie externa ductus, ſæpius negotia ex fiduciario æſtimat. Sic opinio Orbem terrarum regit, pretio virtuti conſtituto, adeò ut authoritas actoris conſilia comprobet. Niſi fidem habet Vulpeculæ optima conſulenti, virum integritate præclarum à rebus iniquis abſtinere dices, cùm fama & actioni & ſermoni pondus conferat, opinione in vulgus conceptâ, conſulta ejus oraculis adæquari.

Priſcorum quidam ajebat, Vero nihil fortius : ſed ubi opinio in animis mortalium prævaluit, vix ac ne vix quidem demigrat. Ut Medici famoſi remedia ſemper laudantur, ſic virtutis fama arcet quodvis opprobrium. Quod Ethnicorum prudentiſſimi in ſuum commodum convertêre. Ut pietatis plusquam humanæ laudem ferret Scipio Africanus, aliquoties ſolus in Capitolio verſabatur, ſimulatis cum Jove de Reipublicæ incremento colloquiis : Eodem modo Minos, qui Cretenſibus leges præſcripſit, in ſpecum deſcendebat, ut ex Jovis antro, quod vocabat, ſcriptas, & â numine dictatas proferret : unde quidvis plebi perſuasêre. Ipſe Deus eam videtur rationem ad res maximas tenuiſſe, lectis utique ſummorum negotiorum miniſtris, quorum eximia virtus ſermones vero maximè congruos propinaret. Sic Prophetis & Apoſtolis impoſuit res ſenſui plerumque mortalium non obvias, ſed ea dona addidit, ut nemò ferè eorum authoritati derogaret.

Villo Clericus ad regem Angliæ extra ordinem legatur.

REx Pontifice culto, Villoclericum, à conſiliis & ſecretis, cum matrimonii tabulis viceſimo Novembris ſcriptis, in Angliam mittit, qui ante omnia regi, principique Walliæ teſtaretur propenſiſſimum animum, unde potiſſimum cojerit matrimonium: ratas haberent leges, & Legatorum fidem de jurejurando, promiſſisque ſcriptis exoluerent. Utrumque is præſtitit optimè diverſis de regis ſui benevolentia ſermonibus, ut Galliæ benè capere eum, inprimis regi demonſtraret. Conſummationem urgebat, ne qui caſus quid perverteret: initio facto à tabulis & jurejurando, ſecundum acta tranſacta. Uterque igitur nihil moratus, in ſancta Evangelia jurârunt, nihil unquam tentaturos, adverſus novæ nuptæ fidem Catholicam, Apoſtolicam, Romanam, aut ad ingrata compulſuros. Promittebant etiam uterque, interpoſitâ fide & verbo principis; ſeſe Catholicis in omnibus quæ ſacra ſpectant, majorem libertatem, quàm ex favore Hiſpaniæ adepti forent, conceſſuros; ſacramentum legibus Eccleſiæ Romanæ contrarium non exacturos; procuraturos, ne ulterius ob ſacra vel ipſi, vel facultates turbentur modò exercitia ſine rumore obirent, obedientiam bonorum civium colerent. Sic geminæ tabulæ & ſigillis & juramentis robur utrinque acquiſivêre.

Præterea meminerat, ſibi à verbis ad res progrediendum, ut Catholicis libertas promiſſa obtingeret: inſtat igitur, & promiſſa aufert, conſummato matrimonio Edictum de relaxandis captivis, & non amplius turbandis Catholicis, promulgandum: cæterorum cauſa mandatur ſub ſuo ſigillo & ſigno regio Actuario Angliæ Conveyo, omnibus notum faceret, quorum intererat, Velle regem, ne ulterius inquirerentur: Conveyus inde regis mentem primicerio, Quæſtori, Archiepiſcopis, Cantuariæ & Eboraci, omnibusque primariis miniſtris aperuit; ſingulari ad Quæſtorem juſſu, ut omnis pecunia extorta, fiſcoque illata redderetur, nec ejus rei cauſa quicquam in poſterum exigere-

igere-

Digitized by Google

igeretur. Sic verbis, fide & tabulis Catholici optatam libertatem, modò exercitia ſacrorum privatim, & ſine rumore peragerent, obtinuêre.

Politica reminiſcentia.

Regum verba ab omni ævo ſancta, Gallos à jurejurando ad donationes firmandas ferè abſtinuêre. Sic Ludovicus Sanctus renuit pacem cum Henrico III. Angliæ rege in caſtris ad Albani fanum, anno triceſimo primo ſupra milleſimum ducenteſimum, initam ipſus firmare, petens, ut ſuo nomine, ſeque præſente, id à Præpoſito fani Martiniani Campeſtris fieret. Cum enim Principis verbum nullatenus violari queat, offendetur utique, ſi fidem in dubium vocari, adeoque jurejurando firmandam videat. Jam ipſo genio principis olim venerabili, ut per ipſum decerarent, derogatur, ubi juramentum ab eodem poſtules.

Multorum tamen ſubleſta fides conſuetudinem jurandi in rebus magni momenti induxit, vinculum quippe arctiſſimum, quod legibus ſanctum adeò eſt, ut nullo unquam commodo diſſolvatur. Perjurium geminato urgeur peccato, cùm & cultum Deo debitum violet, teſte eo udato, & fidem, ſanctiſſimum ſocietatis humanæ vinculum, rumpat. Unde Principes præ cæteris fidem colunt, uòd de perfidia diffamatis nihil penſi reſtet.

Chriſtiani verò ante omnia ad amuſſim colant fidem, ne l exempla tot Ethnicorum ruborem ducant. Deplorandum verò, plurimos quid differat fraus à diſſimulatione, norare, nullo morſu conſcientiæ jusjurandum præ utili olantes: Marii ſententiæ (in omni antiquitate ſuggilla-quòd ſcientiam dextrè mentiendi faceret partem virtu-, ingenii gloria inde quæſitâ) magis affines, quàm Ronæ Reipublicæ, cui Ptolomæus, Ægypti rex, filioli tuelam commendârat. Neque falſus fuit, cùm ſincerè adminiſtratum regnum ætati adultæ reſignaretur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Fœdus inter regem & Hollandos renovatur.

QUando legati Angliæ Compenchium appulêre, Nortvicus, Plavius & Eſtenus, legati Hollandiæ extra ordinem, itidem adfuêre, petitum ſuppetias, & fœderis redintegrationem, poſtquam induciis elapſis hoſtes libertatis conſilia in exitium ſuæ reipublicæ paulatim exercerent Rex æquè pronus ad fœderatos juvandos, ac ſuos in officio continendos, benevolè exceptis ſpem amplam facit deſiderii obtinendi; gnarus utique eorum patrocinium honoris fore incrementum, cùm ad Principis gloriam pertineat, opprimendos aſſerere, certo teſtimonio fortitudinis in ſuppetiis ſtatuto in Juſtitiam intelligebat ex hiſtoriâ Belgii, quæ Auſtriacis ob everſas leges, & oppreſſam libertatem, priorem authoritatem abrogârit: Hollandis apprimè ſtabilitis, poſtquam jugum obedientiæ, iisdem legibus, quæ vel primum Hollandiæ Comitem attingunt, excuſsêre. Vis enim æquitate pollet, inquit ille, quæ in tutandis imbellibus occupatur; juſtiſſimum utique, libertatem, extra hominum memoriam legibus fundamentalibus ſancitam, fœderatis ſartam tectam ſervare.

Id quod eò certius, ubi principes mutuo contractu, & ſecundum leges patriæ imperantes, ſine detrimento authoritatis eas conculcare nequeunt, maximè circa populos ſic poteſtate exeuntes. Ex quo reſpectu Hollandi à regibus Hiſpaniæ, & Archiducibus Flandriæ, cùm de induciis anno 1609. ageretur, liberi & ſui juris pronunciati ſunt: deinceps à regibus Angliæ, Daniæ, Sueciæ, Anſeaticis pleriſque, Venetorum Republica, compluribuſque Germaniæ principibus, per negotia belli paciſque habiti. Hinc juſtitiæ opus præſtat, quicunque adminiculatur ipſorum libertati: eoque juſtius, quòd libertas ſemper juſtiſſimam bellis anſam præbuit inveteratâ mortalium opinione, mortem perpetuâ ſervitute po-

Digitized by Google

potiorem, ubi jus naſcendi, patriæ ſtatuta libertatem dediſſent.

Secundùm iſtas conſiderationes edocebatur Rex quid commodi inde ad Galliam rediret: cum ipſi per ſexaginta annos à regno, & maximà Europæ parte commeruerint auxilia, qui, Hiſpani ad æquilibrium redacti, arma occuparint, ne alibi conſilia produceret: ſic potiſſimum valebat ratio divertendi arma, dum Rhætis dominium Vallis Telinæ redderetur. Videbat etiam, Hollandis in omnem eventum auxilia reciprocari, ſi nunc protegerentur: quorum neceſſitatem Henricus IV. adverſus Ligæ injuſtam vim apprimè intellexerit: cùm Callia malaciæ ſimilis, ex fato regnorum in eaſdem anguſtias incidere poſſit, bellis civilibus & externis obnoxia, quemadmodum Oceanus quibusvis tempeſtatibus. Pervicerunt iſtæ prægnantiſſimæ rationes, ne repulſam ferrent Hollandi: rex igitur, rebus æquè juſtitiam ac fortitudinem ſpectantibus intentus, legatis ampliſſima condixit, ſe ſuppetiis magnificis, novis etiam iterati fæderis confectis tabulis. Juſſus Cardinalis regi ſummus author, momenta rerum expenſa menſe Maio Compendii concluſit; numeraret rex ipſis tres Milliones, ducenties mille libras mutuò, triennii ſpatio, reddendos primo triennio à bello finito: ipſi nec pacem, nec bellum uſpiam ſine regis ſententia aut interceſſione tractarent: præberent, ſi opus eſſet, naves bellicas, aut emptas, aut conductas æquo pretio: mediam partem ſuperioris pecuniæ redhiberent, ſi rex bellum ſumeret, aut navale ſufficerent auxilium, ad mutui exæquationem, legiones etiam Gallicas, regis ſumptu apud ipſius militantes, Caletum vel Diepam deducerent, ſic eodem tempore ingreſſum ad res gerendas Cardinalis matrimonio, quo Rex magnæ Britanniæ ad favendum Galliæ obligabatur; & divertendis in Belgium armis Hiſpanicis, ne Valli Telinæ majorem potentiam præſtarent, celebrem fecit.

Politica reminiſentia.

MAtrimonia conducunt ad incrementum potentiæ ſed fœdera cum vicinis contracta ad mutuam defenſionem, modò ritè firmentur, maximè geminatis viribus. Sic enim ſapiens, tametſi hoſtis adverſus unum prævaleat, duo ipſi reſiſtent Societas mercatori opulentiam, principi potentiam ad eximia quæque confert. Utilitatem comitatur neceſſitas: ubi Numinis mireris diſpoſitionem, ut Reſpublicæ invicem mutua indigeant ope. Cùm Nulla, teſte Ariſtotele, ſuis viribus nitatur. In Microcoſmo partes mutuum inſerviunt, ne nobiliſſimis quidem exceptis: & Deus admenſus eſt potentiam imperiis, ut reciprocis ſuppetiis creſcant, unde id fundamenti omnibus fæderibus ſubſternitur. Fallitur, quicunque credit, amicitiâ principis ea necti, cùm proprio cujusque commodo conſtent, eo non conſecuto, continuò diſſolvenda. Sed enim potiſſimam rationem coëundi dat hoſtis communis, cui occurrendum ne, poſt vicinos peſſundatos & ipſos conculcet.

Hinc Italorum Legati Antiochum Regem in fædus contra Romanos pertraxerunt, cùm demonſtrarent, niſi eos perpetuis armis exerceret, amicos quidem jugum ſubituros, ſed ipſius regnum propugnaculis deſtitutum, eidem hoſti paſſurum. Ob eam cauſam Principes Aurelianenſes Burgundis inferiores, cum Anglis ſociabantur, quantumvis inviſis: & Ferdinandus Neapolitanus cum Ludovico Sforciâ, nepotis ſui tutore, & Laurentio Mediceo amicitiam contraxit, ut ingruentibus Galliæ armis haberet quod opponeret.

Ornanus tribunus militaris in Baſtiliæ carcerem, & inde in Caſtellum Caen conjicitur.

DUm rex ſuperioribus negotiis vacat, Cardinalis induſtria

duſtriâ optatum ſucceſſum conciliante, Marchilio Veterivillanus, à biennio ſummarum rerum particeps, regem monet de Ornano tribuno, qui Ducem Aurelianenſem fratrem ſcilicet regis gubernabat, rebus novis ſtudente: is omnem operam impenderet, ut Ducis gratiam, animumque poſſideret, quod gubernatori in prono erat: inde criſtas tollere, palam altiora præ ſeſerre, & diffidentiæ ſemina in animum Ducis ſpargere, ſuffocatis reverentiæ, amoris ac obedientiæ genuinæ ſurculis; Ducis authoritatem in metum ſui convertere, vanè etiam de officio diverſim neglecto gloriari, adeoque primorum aulicorum diligens conciliator. Quæ res eo majorem incutiebat formidinem, quòd maximorum malorum, civiliumque bellorum ſcaturigo ex diſcordiâ Principum plerumque conſurgat. Rex igitur, Cardinale liberrimè dicere juſſo, citra fucum intelligit periculum, ſi tribunus id ferret impunè. Modeſtiæ pertinax genius Cardinalis ad remedia violenta, quæ ab aliis ſuggerebantur, regem non impulit, ſed perpendendum dedit, regibus per leges Clementiæ convenire, ut Magnatum errores, maximè verò agnitos, & præventos levi brachio perſtringant, cùm & ſapientiſſimi quique impingant, ſed pœnitentiâ ducti, potiorem referant operam: moderatione ſæpius ad majorem fidelitatem, & benevolentiam deducente, præ nunquam lapſis. Eam pænitentiam à tribuno Ornano rectiſſimè ſperari, quod hactenus ab officio non receſſerit, parente ad finem uſque vitæ exemplar fidelis operæ præſtante. Oblitum quidem ſortis ſuæ, ſed facile in viam revocandum, majorique venia dignum, quod maximæ parti mortalium in culmine fortunæ vertigo ſubeat: aciem verò oculorum ad errorem agnoſcendum, per abſentiam à Duce firmari, ut præcipitia potius, quàm gradus altiores ſit animadverſurus.

En tibi ſapientiam moderatione temperatam cujus ductum rex, ad optima conſilia proniſſimus, ſecutus, tribunum jubet ad Pontem ſancti Spiritus ſecedere, provinciæ obeundæ. Ille verò præter conjecturas nihil reſcitum putans, audacter renuit, Duci patrocinium ſui perſuadet, ut à rege omnibus modis contenderet,

deret, ne aulâ excedere cogeretur. Sed Rex ad omnia immotus, aſſeverabat, abſentiam tribuno mali vitandi occaſionem, ipſis amicitiæ ſolitæ fulcimentum præſtare. Ubi non erat, quod reponeretur, rex tribunum in carcerem Baſtillæ, & paulò poſt in Caſtellum Caën duci jubet.

Moleſtia carceris errorem tanto animi motu agnoſcendum dedit, ut per amicos regi omnem fidelitatem ſanctè offerret; deinde interceſſione Cardinalis fretus, qui rigorem non niſi adurgente juſtitiâ ſequeretur, libertatem ſperare audebat. Marchione Veterivillano, qui obſtabat, gratiâ regis lapſo, educitur, carcere, & poſt ampliſſima promiſſa redditur Duci, ſolatio grandis pecuniæ etiam delinitus. Sed nihilo melior factus aut pœnâ aut gratia, fæminarum, adeoque juvenum quorundam tricis immiſceri voluit, qui vaſtum inflabant animum, ob Ducem omnibus metuendum, tanta temeritate, ut hinc inde ſeſe efferret, per ſe ſtare Magnatum aliquot deſideria, Ducem ab Aula ſubducendi, niſi Mareſchalci munere ornaretur.

Ornanus ex tribuno evadit Mareſchalcus Galliæ.

REx iis auditis inſtigatur à viris authoritate præditis, aut carcerem, aut Mareſchalci munus ei conferre, alioqui grande malum inde pullulaturum: inclinabat etiam animus irritatior ad caſtigationem, cùm alieniſſimum videretur, metu aut præventione mali, id honoris extorqueri. Juſta tamen iracundia moderamen admiſit, perſuaſitque Clementiæ, Mareſchalci ſignum officii leges expoſiturum de futuris bonâ ſpe conceptâ; adeò ut rex ab exitio procul diſcederet. Cardinalis eum motum animi fovet, veniam expetit, demonſtrat, nihil periculi emergere ex ſigno dignitatis, cùm æque duci poſſit, ſupplicio vel ex officio ob gratiam amplam illuſtriore. Sic recipitur in gratiam, dignitate adjecta; adeò ut omnia non minus clementer, quàm ſuperiora ſapienter rex peregiſſe laudetur.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

IMprudentiæ apex fuerit, principem colere, ut ejusdem favore adverſus regem abutare. Is enim quamprimum æmulatione tangitur, ubi officia ſumma in diverſum abeunt; ſuetum bellis civilibus exordium. Sic ægerrimè tulit Tiberius, Pontifices precibus pro incolumitate ſua nomina Neronis & Druſi temerè adjeciſſe, licet ſanguine eodem orti imperio deſtinarentur, quod Senatui Pontificique acerbè exprobravit. Idem ubi ſummi honores matri decernerentur, meditatâ oratione monuit, ut moderati fæminis tribuerentur honores cùm ipſe ſtatuerit, & ſibi decretos coërcere. In Macram ſatellitum Ducem palam invehebatur, Solem occiduum deſeri, orientem adorari, quòd Caligulam coleret. Regum animi in his tenerrimi, vix ferunt, liberos coli. Tenerè quidem amabat Demetrium filium Philippus Macedo; offendebatur tamen frequentiâ populi ſequacis, quem ſibi operosè demerendum inde ſumpſit.

Etiam æmulatione nullâ, coercenda iſtæc inſolentia, ne factiones emergant: fatendum tamen, cum mortalibus mala conſilia æquè deponere ac concipere liceat, periculo non vacare, ſi ad extrema progrediare. & ad primam ſuſpicionis umbram exitium inferas. Neque prudentiam Medici, violenta quævis exorienti morbo objicientis valde laudâro, niſi præſtoletur, quid virium natura exerat: ſic ſeverè nimis egerit ſummus Miniſter, ubi tricis in detrimentum principis pateſcentibus, authores, pœnitentiâ præclusâ extirpet. Hinc magno vituperio apud Tacitum vapulat Cæcinna, quòd ob turbas neſcio quas acrem vindictam exercuiſſet, nullo reſipiſcendi tempore reis permiſſo: Julius verò Agricola omni laude celebratur, quòd plerumque ſatis haberet, errores agnoſci, nullo unquam ſupplicio extremo, ubi ſpes emendationis appareret.

Summus etiam Miniſter moderationi ideò maximè debet ſtudere, quando novo homini, vel in commodum principis, benevolentia eſt captanda. Sic exoriens

oriens Sol nunquam æſtu lædit, ſed calore benigno & ſuavi orbem terrarum roſis & rore ſpargit. Quod exemplum ſummum Miniſter in oculis feret, ſemper memor, initia ſummi Miniſterii favoris plena, populi gratiam conciliare, proſperis ſucceſſibus adeoque gloria coronandum.

Marchio Veteri Villanus ad fanum Germani cuſtodiæ mancipatur, in Caſtellum Amboſianum ſeponendus.

DIverſiſſimi motus ſortem Ornani exagitârant, ut modo in præceps ferretur, modò ad ſummos honores evolaret, ut fortunam cæcam facilè agnoſceres: ſed eandem proterviam & Veterivillano exhibuit, quem ad ſummum Miniſterium ſummum evexerat, additâ etiam primâ curâ fiſci, quem tamen ineunte Auguſto regis gratiâ excuſſum cuſtodiæ tradidit ad fanum Germani, Caſtello Amboſiano propediem inferendum.

Periti rerum non valdè mirabantur Aulæ inconſtantiam, ubi fortunæ ludibrio ſingulari à paucis annis plurimi ad ſummos honores conſcenderant, ut graviori lapſu ruerent præcipites: ſic conſtitutis rebus mortalium, ut ſupremo puncto elevationis adhæreat caſus, plerumque eâ violentiâ, ut calamitas felicitatem æquet. Nemo iſtæc ignorat, ſed uti invidiæ ſolitum, diſpendia Miniſtris Principum imputare, ita Hiſpani cujusdam toxico infecit calamum, qui Cardinalis hanc faceret culpam, ob formidinem concedendi Miniſterii ſummi.

Miror verò, quomodo inimicus & regis & regiorum Miniſtrorum auſus ſit veritati tot infligere vulnera, poſtquam authores calumniæ iſtius Marchionem nihil faciunt, ubi non longo uſu didicerunt, id inſtrumenti rebus ſuis promovendis minus aptum, ſibimet protervè ruinoſum. Digreſſus enim ejus à fano Germani cum ridiculo non poterat regem inducere, ut eum animi arbitrum ſumeret. Id etiam eſt ignorare eminentem genium Cardinalis, quaſi metuiſſet à Veterivillano

no fortunæ ſuæ. Nec Sol timet ab aſtris obfuſcari, nec rex Miniſterium ſummum projicit grandi imprudentiâ; gnarus utique uter iſtorum rebus agendis ſit aptior. Quod Sol exoriens, vitia faciei, per noctis tenebras occultata, oſtendit & aſtrorum coruſcationem delet lumine copioſiſſimo; Cardinalis conſiliorum ſapientiam ad primum introitum deprompſit, quo Marchionis imbecillitas palam facta, & velo obſcuro loquacitas prius æſtimata regis judicio exempta eſt; jam Sol nimii ſplendoris, & viri admirandæ prudentiæ rei peragentur.

In vulgus cauſæ æſtimii evanidi percrebuerant, rege ad Senatum ſummum poſtridiè cuſtodiæ perſcribente, in culpâ eſſe ipſius negligentiam, quam viri cordati facile huc erupturam augurabantur. Immutaverat enim, quæ præſente rege decernebantur; cum Oratoribus contra mandata regis negotiatas; odio publico, ex vindicta privata in quoſdam exercito regem oneraverat, monita ad exauctorandos, quîs rex integrè fidere poterat, diverſa ſuppoſuerat: quæ omnia adeò vera ſunt, ut rex, ne incautus rueret, mutaret rationem vivendi, accuratus mandatis inhæreret, cautius loqueretur & ageret, ſæpius admonuerit, quid iisdem literis explanatur.

Sed vitia ejus maximè aperiebantur regi poſtquam primores aulæ faſtu contumelioſo offendiſſet, quoties donaria regia exigerent; tum etiam nimio rigore, in amputandis ſalariis, & quæ quovis nomine rex antè ſolitus erat erogare. Iſtis ſtimulis acti, regem de omnibus edocuêre, accuſatoribus conſtitutis, qui comprobaturi erant, interverti ſſe, pecunias Hiſpanicis rebus deſtinatas, ſibique ac Bellomarehæſio ſocero applicuiſſe: unde rex permotus eum duci juſſerit.

Poli-

Digitized by Google

Politica Reminiſcentia.

NEmo dubitat, Miniſtrum primitus omnia confuſa reperientem, remedia neceſſaria circumſpicere oportere, ſed ſecundum leges prudentiæ cum moderatione atque affabilitate, ne Medicum imprudentem referat, qui præcipiti uſu remediorum, conſtitutionem decumbentis ad incrementum morbi incendat. Periculoſiſſimum enim, homines ab uno ad alterum extremum brevi traducere, cùm id auſus, tela invidiæ atque odii, ad operam inanem, & præſentius periculum declinare nequeat.

Primi conatus ſummi Miniſtri amoris aut odii fundamenta ponunt in animis populorum: unde rigidus proceſſus præter malevolentiam nihil lucratur apud regem etiam ſiniſtrè producendus. Uſus, reipublicæ perniciosos ſi amputet, nemo facilè laudârit, ob authoritatem lapſu temporis firmatam: ſpatium igitur indulgeat, rem expendendi, paulatimque deſueſcendi. Prudentiæ magiſter Tacitus innuit, optimè in republica turbulenta primitus obliquari ad vim inveterati moris, ut poſtmodum dextrè remedium adhibeas, ne omnia primo impetu præceps evertas. Cujus rei gemina adducit exempla, ob contrariam naturam illuſtria: alterum eſt Tiberii, qui populo grandi licentiæ ex longo uſu pacis ſub Auguſti dulci imperio aſſueto indulſit, ſuggerente prudentiâ, nondum locum factum ſeveritati; conſultius fore, aliquamdiu diſſimulatione uti: quod ex voto ſucceſſit. Alterum eſt Galbæ, optimi præ Tiberio imperatoris, infauſtum æquè ac imprudens: qui adepti imperii vitia reſecare inſtituebat, reorum ſanguine ſeveriſſimè profuſo, ſed non ſine nota avaritiæ, unde tanto odio flagravit, ut poſt pauculos menſes Romæ à militibus trucidaretur.

Eadem ratio populi gubernandi, quæ ægroti, qui ad periculoſa extrema prolabitur, niſi hydropicus pernicioſas adipiſcatur aquas: ſic enim præciſè negatis immunitatibus,

Digitized by Google

tatibus, quis longo uſu gaudebat, rabiem concipit, authore mutationum in ſcopum expoſito Maximè verò convenit ſummo Miniſtro, faciem paulatim reipublicæ immutaturo ſumma manſuetudo & affabilitas: vix enim ullum vitium deteſtabilius faſtu & impetu, quibus nihil promoveas, niſi ut odium ex negotiis reportes: hinc juſtiſſima ratio medendi fit intolerabilis, dum civilis animus amara guſtui efficiat grata, cæteris iniquitatis notâ damnatis. Imo facilius fert populus aliquid vitii in Miniſtro ſummo, modò civilem ſeſe præbeat, quàm virtutem difficilem & faſtuoſam. Omninò mandatis manſuetudine inductis majorem vim ineſſe experietur, quàm quæ faſtu turgent. Mentem itaque Ariſtidis ipſi voveam, cujus virtutum affabilitas agmen ducebat, ad conciliandos populi animos in quamvis obedientiam efficax: aut Pompeii humanitatem, à cujus oculis nemo unquam triſtis receſſit: Aut Auguſti civilitatem, cujus portæ ſalutantibus ſemper patulæ, benignitas petentibus nunquam non obvia. Iſtis enim exemplis formetur, nec mollitie aut nimia facilitate, turbarum fomite, corrumpatur. Accedat generoſa Bruti manſuetudo, qui referente Plutarcho ab omnibus ob naturæ benignitatem amabatur, licet à propoſito, menteque recta dimoveri nequiret ad ullam tolerantiam.

Champinnius & Mariliacus fiſco præficiuntur.

COllapſo Veterivillano Rex quærebat ſucceſſorem prudentem fidumque, cui ſecurè fideret. Conſulitur Cardinalis, cùm rex ſciret, fruſtra curam rerum gerendarum ſuſcipi, niſi Miniſtri idonei executioni legantur, qui tanquam anima motum, felicem ſucceſſum producant. Hac igitur de re ſermo inſtituitur, aperit Cardinalis, poſt Veterivillani ineptias à plurimis ſuggillatas, eidem muneri duos Miniſtros præfici commodiſſimè: cum longè

longè diverſiſſima ſit ratio adminiſtrandi fiſcum, ad ſummum Miniſterium. nam diſcordiam & invidiam plerumq; turbas gignere in ſummo Miniſterio in fiſci verò negotiis graviſſimam conſtituere adverſariam, cum fieri non poſſit, ut æmuli bello Hiſpanico tributas pecunias intervertant, reciproco indicii metu.

Cenſuit ergò, utrumque integerrimum legi, ut ſaltem alteruter officium faceret: qui etiam per ætatem uſumque rerum maturuiſſent, iſti muneri inprimis congrui, cùm ſenes ſponte ad parſimoniam inclinent, authoritate præpolleant ad onera populo perſuadenda: experientiam verò rerum apprimè neceſſariam, ne ſenes deſpectui ſint, ſed ſolidiſſimo ſapientiæ fundamento innitantur, fallaciis fortunæ multoties deluſi ſuo damno in paucis fidem, media ſubleſta ſemper habere. Eſſent præterea mediocres inter inopiam & nimiam potentiam, inops enim tentationibus jucurſari de intervertendâ pecuniâ, ad conſulendum rebus anguſtis; potentes verò quidvis audacter rapturos. Ingenii autem acumen ante omnia requiri, quibus ordo domi eſſet curæ, cùm non facilè ſummis proxima mediocri fortunæ fuit credenda; & ab inordinatis fruſtra ordinem expectes. Sunt enim iſtæ dotes fiſci adminiſtratori propriæ.

Nihil horum latebat regem, iſto ſermone jam penitus in opinione firmatum. Cardinalis juſſus proferre, quos maximè idoneos muneri arbitraretur, Champinnium dixit & Mariliacum, dotibus illis inſtructos: ætas quippe cum experientià effecerat quibusvis negotiis pares; natales & fortuna ſatis benignè proſpexerant de animi & vitæ facultatibus, accedente etiam integritatis famâ. Unde fiſci munus obire juſſi Certum tamen, complures Cardinalis clientes fideliſſimos, ob exiguam Mauriliaci operam regno præſtitam, arguiſſe rei indignitatem, maximè ob violentiam tempore ligæ. Sed meminerint, de conſiliis per eventum non judicandum: fortunam non minus prudenter cogitata, quàm temerè ſuſcepta inſectari. Dicam amplius Cardinalem unicè optâſſe, ut Mariliaco aliquid genii irrequieti ex nuperis tumultibus ſupereſſet, ob magnam moderationem, quam ſupplicationum magiſter, &

Sena-

Digitized by Google

Senator exercuerat; unde colligebatur, per ætatem & uſum rerum deferbuiſſe juveniles ignes, ſeditionibus affines.

Politica reminiſentia.

Cùm omninò deceat diffidentiæ modum fieri, ubi rebus agendis leguntur viri, ne cuivis temerè quidvis credamus; æquè dedecebit nemini prorſus fidem habere, & à negotiis removere, quos fama & vitæ ante actæ ratio præbet. Viciſſim teſtimonium non leve probitatis capias, ſi Miniſter ſummus confidat eximiæ virtuti, tametſi nuper aliquid humani paſſæ. Malus animus nemini, vix ſibi ipſi fidit; vir bonus verò integritatem adeò veneratur, ut facilè credat.

Diffidentiam optimè veneno, quod Medici remediis admiſcent, comparavero, ſi prudenti doſi exhibeatur, in deploratis morbis ſalutari; ſin minus, exitiali. Sic diffidentia moderata inter præcipua gubernandi fundamenta habetur; ſed nimia & reipublicæ, & miniſtro fuerit exitialis. Nullam enim quietem admittit, quocunque modo tranquillitate turbatâ, ſuſpicio mali conſilii quosvis appropinquantes corripit. Niſi cultum inſolitum exeras, impoſturæ metum facis, ipsâ virtute ſimulationis notam ferente. Sic ſibi ipſi gravis, proximos chimæris offendit. Nihil dicam de tenuibus qui reipublicæ ſæpius utiles, libertate deſtituuntur ſeſe præbendi, unde ſummum Miniſtrum averſantur, cùm ſe deſpectui eſſe putent: Fiducia igitur animo tranquillitatem adfert, amorem mortalium conciliat, quoſcunque commodos adhibet, inimicorum etiam technis non rarò in favorem verſis.

Hinc Romani ſapienter diffidentiam poſthabuêre, ut à muneribus remotos revocârint. Sic Camillus ab exilio Dictaturam ſuſcipit, Conſulatum gerit, & excuſſo Marco Livio exercitibus imperat. Neque Auguſtus Lucium Cinnam punivit, vitæ inſidias ſtruentē, ſed majoris fiduciæ ergo conſulem fecit, unde neminem majoris fidei in privatis habuit: nam motus animi non ſunt remediis exempti, adeò ut ſeditione diffluentes, principi fidem ſervare diſcant.

ſcant. Unde regula de moderanda diffidentia non quosvis exorbitantes comprehendit, ſed examen errorum, an proprio genio, an occaſione lapſi ſint; an occaſio etiamnum teneat, an immutatio animi, virtute duce, credi poſſit, inſtituit, ut tanto æquius de virtutis notæ cultoribus judicium fiat, quòd Principis, ejusque Miniſtri laus ex opinione negotiantium fluat: modò habenas perverſitati ex fiduciæ abuſu ortæ injiciant.

Haligrius, ſigilli cuſtos, ab obitu Silierii ſit primicerius.

DUobus iſtis Senatoribus aulicis fortuna per Veterivillani caſum viam ad honores ſummos ſtravit: Mors idem juris ſibi Silierio mortalitatem exvente ſumpſit in promovendo Haligrio, à Cuſtodia Sigilli ad primicerii munus. Sepulchro illatus eſt vir ampliſſimus, excenſu geniorum illuſtrium in Senatu, ad Sigillum, & propter vitæ rationem privatæ: unde nuperrimè regis gratiâ lapſus, annitente Veterivillano, potioris virtutis impatiente, triumphavit non gemuit ex malevolentia.

Sepoſitus techhnis illius Silierium, turbis caruit; intimis & coram & per literas teſtatus, mutationi nullum jus in conſtantiam, indignationi, in animum recti conſcium. Ajebat, ſibi ſemper curæ fuiſſe, ad ultimum caſuum cauſam penetrare, & in providentiæ divinæ ſtatutis acquieſcere; cùmq; nemini fas ſit refragari, æquum eſſe, ut ejusdem ordini voluntatem ſubmittat. Nunquam ignorâſſe, turbam primariorum munerum comitem, non viros, ſed fortunam conſequi quod ſolitudo per experientiam demonſtret: rarioribus ſalutationibus, amicorum numero nihil decedere: frui cæterùm libertate ampliſſima, quàm in ſummis negotiis non licuiſſet guſtare: ex ea voluptate dolere ſe animitùs ſortem per blanditias fortunæ ſervientium, cùm faſtidium hoc ſummis honoribus potius ducat.

Iſtis meditationibus prudenter ſolitariæ vitæ procul ab aula per annum ferè conſuluit, donec ultima dies eum vivis eximeret, gloria in animis familiarium nunquam intermo-

Digitized by Google

termoriturà. Sic igitur Haligrius, authore Cardinale, fit primicerius, ne interceſſione rex à more, Sigilli cuſtodiam hoc apice decorandi, recederent. Cardinali innotuerat viri ingenium, non prorſus oneri par, ubi eximiæ probitatis ornamenta, quibus pollebat, non omnes partes implent; noluit tamen eum ipſe novus traducere, quin potius inopiæ genium fortiſſimum ſuppoſuit, ne res publica detrimentum pateretur; non dubiâ ſpe, de animo per frequentes admiſſiones ad graviſſima negotia formando, licet diſpendium alicujus temporis fieret, modò vir tantus loco ſtaret.

Politica reminiſcentia.

DIfficillimè judicatur de dotibus viri ad ſumma negotia adhibendi. Certum enim genios excellentiſſimos ſæpiſſimè in minimis deficere, & plurimos admirationem in mediocribus mereri, nullo operæ pretio in ſummis. Sic Veſpaſianus ante imperium mundandæ urbi præfectus, tantam reprehenſionem incurrit, ut juſſu imperatoris luto conſpurcaretur: idem ad ſummam rerum evectus oſtendit, incuriam illam animi ad excelſa nati indicium feciſſe, cùm ſumma ingenia quisquilias deſpiciant.

Videas tamen etiam inferiori muneri aliquando ſummum ſtudium impendi, & in graviore confundi. Galba rem comprobarit, qui ante imperium eximiam exerebat prudentiam ad ſummum ſui æſtimium, quod in ipſo principio imperii perdidit. Rationem vix aliam invenero, quàm cauſæ ad effectum, pro natura rei, modum juſtum & ingeniorum ad negotia conformitatem, ſi maximè interiora inſpicere velis. Nacta enim ſunt ingenia ſuos limites, intra quos ſemper rectè agere poſſunt, ubi ulterius urgeas, aut ad ima deprimas, impotentiam prodent. Quo ſenſu Tacitus Poppeum Sabinum refert, mandatis parem, ſed non ſuperiorem: ſic T. Livio, Dictatore L. Quinctio Cincinnato animum muneri æqualem arguente, ſed exercitus curam derogante.

Verum enim verò in juſtitiam, & ſæpè in prudentiæ leges impinget ſummus Miniſter rerum dubius, ſi virũ ne-

gotiis occupatum, integritatis famâ nobilem, ab honoribus abſtineat. Injuſtitiæ, inquam, maculam vix evaſurum fuiſſe, niſi per integritatem laudatiſſimam dignum cenſuiſſet. Imprudentiæ etiam nonnihil ſuberit, cùm virtus odiò irritet obſtantes. Addam etiam, eam demum ſummam potentiæ gloriam, ut omnibus, virtuti potiſſimùm, benefaciat, cùm nocere poſſit. Summus Miniſter nullo negòtio virtutis opinionem adipiſcitur, ſi virtute præditis faveat, de peſſimis conſiliis ſuſpectus, ſi noceat: Id quod ab exordio primum, ut populum ſuum faciat. Rectiſſimè intellexit Alexander Magnus quanti id referret, cùm querulò purpurato, quòd eximiis tantùm pateret, reſpondit, colere ſecuritatem, ut per illam imperium òrbis acquireret.

Fiſci adminiſtratio excutitur.

MAriliacus fiſco præfectus, quietis impatiens, non diu cohibet violentiam, quin Quæſtoribus negotium faceſſeret, eo fervore, ut innocentiæ viciniores vertigine laborarent. Requirebat ſanè bonum publicum, modum in plurimis, ne pecuniæ regiæ palam dilapidarentur. Hoc enim & regni & belli nervò ſucciſo, plebs neceſſariò novis oneribus premebatur, erogationes regiæ, vel gratuitæ, vel debitæ expirabant: ipſorum verò plurimi luxu diffluebant, pernicioſo in publicùm exemplo. Abſtinuiſſet tamen rem exaggerare, ne rex acerrimè commotus, omnes crimini affines ſtatueret apud ſe.

Accerſuntur igitur ex quovis ſummo Senatu integerrimi ſinguli, fit Curia juſtitiæ, adjunguntur ſupplicationum magiſtri aliquot, & duo Præſides rationum. Liberum fit plurimis accuſatoribus, Procuratori ſummo capita quævis adverſus mandatarium ejuſve vicarium exhibere: inquiritur in actiones adeò ſeverè, ut ad unum ferè tempeſtati ſeſe fugâ ſubducerent. Curia ab Octobre ad Majum ſequentis anni juſtitiam exercuit majoribus minis, quàm ſuppliciis, cùm unum pro multis datum ſit caput, nonnulli per effigiem in furca hæſerint.

Cardinalis procelloſum hoc aliquamdiu ſpectabat mare, repreſsâ per prudentiam lenitate, quin regis juſtam iram ſeda-

ſedaret; ne in ipſo exordio crederetur favere peculatui, ut rei trepidarent, ad integritatem juſtitiamque revocandi. Primarii verò eorum, ubi de fortunis & vita periclitari ſe vident, ad quodvis officium deſcendunt regi proponunt communi nomine eam ærarii rationem, ut nullæ pecuniæ interverti, aut beneficiarii fraudari poſſent; ibi Cardinalis cauſam apud regem ſuſcepit. Supplicium tamen crumenæ non ſubterfugêre, novo in futurum inſtituto, numeratisque ſeptem Millionibus librarum. Statuto ſancitum, ut quovis decennio iſtiusmodi Curia in actiones Quæſtorum inquireret, remedio ex metu quæſito; ſecundum novas leges, quæ vix eundem errorem admitterent. Ægrè etiam ex acerbatus rex veniam indulſit, poſtquam Cardinalis rationibus animum ad moderationem reduxit. Is innuebat, Clementia principes ad Deitatis laudem proximè accedere, gloriam ex venia delictorum exurgere, quam pari vitio perduellionis indulſerit rex per tumultus præteritos: nihil hinc pænitentiæ metuendum, ſi revocet in memoriam, Parentem laudati nominis inde maximè celebrem, quòd Meduanio, ad officium reverſo, aliquando aſſeverârit, ſummam ſeſe voluptatem in negotio pacis hauſiſſe, ubi perduelles in gratiam recepiſſet. Leges Romanorum ad veniam quaſi invitare, peculatui exilium irrogantes: Juſtitiam principis potius emendationem, quàm miniſtrorum caſtigationem quærere: conſultum videri, ut crumenæ emungerentur ad inopiæ ſenſum ſic tamen, ut aliquando regi ſubſidia præſtare quirent. Veſpaſianum memorabile dediſſe exemplum, cùm fiſcum maluerit ſervare, quàm pendere; quòd Quæſtores Prædio quovis imperio crederet commodiores; prato, cui falcem aliquando immittas; ſpongiæ, quàm exigente neceſſitate comprimas, non abſimiles.

Tantum robur iſtis rationibus inerat, apud regis animum, ut valido Indolis inſtinctu veniam indulgendam ſtatueret. Solvit igitur Curiam Juſtitiæ, gratiam præteritarum facit, & leges ſancit, quibus avidiſſimi quique coërcerentur.

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

NIhil novi dixeris, ærarium privatim exhauriri : peculatum Græcis familiarem faciunt Polybius , & apud Xenophontem Chiriſophus, qui vix ullum virum alicujus notæ hoc crimine eximit. Ariſtides ærarii ſummus præfectus apud Athenienſes, demonſtrabat publicè neminem non eorum Quæſtorum & ſui & præteriti temporis, ipſumque Themiſtoclem, pecunias publicas ſubtraxiſſe. Gylippus grandem ſummam à Lyſandri ſervo ſubtegulas tecti occultatam intervertit, ſervo innuente, illìc plurimas dormire noctuas, quòd ſignum monetæ Atticæ præferebant. Ephori tamen , productis teſtibus , mulctam irrogârunt. Syllam apud Romanos ejus criminis reum Cenſorinus peregit, hoc maximè argumento, quod natalibus tantillis ortus, ut conductitiâ ædiculâ uteretur, repentè opulentus evaſiſſet. Nihil verò facilius, quàm exemplorum ſeriem hîc nectere. Non tamen iſtud munus viris integerrimis unquam caruit, ut ad laudem Periclis contenderint, quem Thucydides aſſerit, ne drachmâ quidem auxiſſe patrimonium ex quæſtura : id dicam, fuiſſe olim in divertendis pecuniis publicis quoſdam adeò occupatos, ut gloriæ reputarint divitias inde partas. Ut ut antiquitatis famam oleat hoc crimen, mulctas nunquam evaſit probatum , vel legibus Græcorum & Romanorum, adeoque Gylippi & Lyſandri exemplis. Summam enim arguit imprudentiam impunitas cùm peculatus reipublicæ muſculos & nervos inſtar veneni corripiat, vigore ad res gerendas evanido. Sic Veſpaſianus, referente Suetonio, ſæpiculè Quæſtorum patrimonia de facultatibus ſubducebat, furtum abundans fiſco reddebat.

Galliæ ſtatuta majorem ferunt ſeveritatem, non rarò in uſum deducta, judiciis adverſus ſummos viros exercitis, è quorum numerò Petrus Berchæus, Engerrandus Marinnius Giacus & Camus Bellocius , ejus criminis regnantibus Philippo, Ludovico filio, & Carolo VII. convicti & damnati. Philippus Valeſius Senatu

ex

ex tribus Ordinibus regni lecto, ſtatuit, Quæſtorum rationes exigendas, cura pecuniæ publicæ Eccleſiaſticis & Equeſtribus demandatâ, quibus integritas magis cordi foret. Sic Abbatis Marmonſterij & Corbiæ, adjutis quatuor Epiſcopis, totidemque Equitibus eam provinciam ſubiêre. Petrus tamen Eſſarſius in carcerem abiit, plurimis Quæſtoribus grandi pecuniâ emunctis.

Turbæ per Vallem Telinam.

EXactis & mortis & fortunæ imperiis, proximum eſt, ut res Vallis Telinæ inſpiciamus, ubi majoris explicationis gratia altius penetramus, exordio à loci facie ducto. Sita eſt Vallis Telina ad radices Alpium, ad formam latæ foſſæ montibus altiſſimis verſus Rhætos, Italiamque ſeparatur: non admodum ampli ſpatii, una leuca latitudinem, decem longitudinem abſolventibus, fertiliſſima tamen & maximi momenti apud Hiſpanos & Venetos ad excipendum militem Germanum, & tutandis & augendis rebus. Veneti enim, cùm negotium illis Paulus V. anno 1603. faceſſeret, cum Rhætis, quibus Vallis Telina paret, convenerant ut anguſtiæ illæ ſibi paterent ad neceſſitatem, tametſi Galliæ deberetur id poteſtatis ſecundum leges cum Ludovico XII. ſancitas, ab Henrico IV. anno 1602. ad vitæ ſuæ, regiſque iſtius terminos renovatas, indeque decennio exacto denuò confirmatas. Fædus hoc Hiſpanorum ſuſcitavit invidiam, qui diverſum cum Rhætis in defenſionem Mediolani pepigêre. Utrumque tamen poſt diuturnas negotiationes anno 1613. tollitur, Gallicano tantum redintegrato, quod tamen parum tenuit, quod Veneti, cum Ferdinando & Auſtriacis diſceptantes, Actuatio Patavino ad Rhætos miſſo, aliud contraxêre, unde & Hiſpani veteres clientes requiſivêre, duabus factionibus inde ortis, Plantana in Hiſpanorum, & Deliana in Venetorum commodum, quæ incendium belli dedêre hactenus inextinctum.

Sic ab anno 1617. ad annum 1621. novem ſeditionibus laboratum, armorũ ſorte reciprocante, donec Vallis Telinæ

injuſtitiæ & extorſionibus ſtudebant, ex ſuſpicione abolendæ Catholicæ religionis, inſtigante Mediolani gubernatore, omnes obedientiam projecêre, omnibus Proteſtantibus anno 1620. trucidatis. Vindictam igitur metuentes, cùm Rhæti non magno auſu crudelitatem iſtam caſtigare potuiſſent, ad Mediolanenſem confugiunt. Is læto animo occaſionem arripit, militem mittit, & Vallem monumentis coërcet ac tutatur. Gallus id temporis ſubigendis Religionariorum oppidis occupatus, Rhætis adeſſe non potuit: miſit tamen Mareſchalcum Baſſumpetram extra ordinem in Hiſpaniam, qui reſtitutionem Vallis Telinæ cæterarumque rerum poſtularet. Id ægerrimè impetratum, Madriti tamen menſe Majo A. 1621. ſignatum, ampliore Catholicis per Vallem libertate, modò Helvetiorum pagi & Vallis Telinæ incolæ caverent, de Rhætorum fide: Hiſpani autem ad ſubruenda pacta, Pagos Catholicos corrupêre, ne promiſſa firmarent, qua ratione pactorum vis eluſa; aliud fædus cum Rhætis, & alterum tertiumq; cum Rhætis & Archiduce Leopoldo dedit, quibus res ſuas egregiè conſtituebant, libertate ad militem neceſſarium ducendum impetratâ, Ringebatur Sabaudus, cùm principibus Italiæ & Germaniæ, quorumcunque fortunæ penes Auſtriacos non erant. Sic res defertur ad regem, qui & iſtorum & Rhætorum ſtudioſus fædus cum Sabaudo & Venetis pangit menſe Februario anni 1623. ad exequenda pacta Madritiana Rhætorumque imperium in Vallem Telinam aſſerendum. Diſcebat hinc Hiſpanus, quantas æmulationes ſuſcitaret uſurpatio, ſed ſibi ipſi difficilem ſtatuit illa muminenta in poteſtatem Gregorii XV. Sedisque Apoſtolicæ ad finem negotiationum omnium reſignare.

Ægrè aſſentitur rex, cùm præter Madritiana nova non deſideraret pacta, & Hiſpanis interea anguſtiæ paterent Pōtifici tamen id datū eâ lege, ut munimenta intra trimeſtre ſolo æquarentur, quod tēpus tranquillitati reducendæ Roma ceperat. Ibi Oratorem Galliæ agebat Silierius, Paſtranæ duce idem munus ab Hiſpania gerente. Cumque uterque poteſtatem accepiſſet rei agendæ, varia reciprocabant, Galliâ nihil unquam in commodum religionis Catholicæ, liberrimè exercendæ per Vallem Telinam recuſante,

ge, ſed Hiſpano anguſtiarum libertatem mordicus retractante.

Diem ſuum obit Gregorius XV. ſuccedit Urbanus VIII. is continuò alias leges præponit, Eccleſiæ & Chatholicis perquam utiles quas Gallia lubentiſſimè accepit, Hiſpania ob anguſtiarum uſum negatum audacter reſpuit. Pontifici id præter mentem accidit, ſed à Miniſtris perſuaſus; exiguum verò id fore hoſtimentũ pro tot millionibus religioni Catholicæ per Vallem impenſis: unde Pontifex cenſuit, anguſtias copiis ad bellum Flandricum & Germanicum adverſus Hæreticos tantummodò aperiendas: quod regĩ nunquam placere poterat, cum anguſtiis quocunque modo permiſſis, optata Hiſpanus obtineret, provincias nempe Auſtriacas per Germ. annecteret Italiæ, quod alibi ſumus dicturi: principes Italiæ, & præcæteris Venetos magno Galliæ opprobrio, ambitioni ſuæ immolaret. Cùm pacta Madritiana, quibus exequendis conventus ageretur, ſic infringerentur, regiq; cum Sabaudo & Venetis jam fœderato integrum non eſſet ante reſtitutoonem omnium recedere. Commendator quidem Silierius ab Hiſpanis circumventus, jam conſenſerat in legem de anguſtiis permittendis, ſed ſalvo ſigillo: id rex repudiavit, ut pote contra mandata factum, maximè poſt fratris primicerii, & nepotis Piſiæi caſum, habuitque irritum.

Politica reminiſcentia.

SUmmum periculum intentatur regi, ubi vicinus aliquis princeps provinciam aut anguſtias, inprimis verò ad auxilia fæderatis ſubmittenda commodas, quibus reſpublica continetur, invadat. Sic enim illi datur imbecillitatem firmare, junctis provinciarum viribus. Ut Flumina in rivulos deducta, vadum ubivis locorum præbent in alveo perpetuo metuenda; ſic imperia in partes diviſa facilè corripiuntur, quæ unitâ formidinem vicinis incuterent, aliis inhiarent, Hinc Philoſophiæ ortum axioma, Virtus unita fortior, Sertorius exercitum id docuit lepido artificio, cùm legeret duos milites, qui caudam equinam convellerent tractim: eosque indolis & roboris diverſi, alterum

terum robuſtum ſed præcipitis judicii: hic in pugillum collectis crinibus, omnem operam trahendo perdidit; ille ſingulis crinibus evulſis rem confecit: quo ſymbolo Sertorius ſuadebat unionem & pugnando & ducendo ſervandam; cum potentiæ unitæ æquæ difficulter vincantur, ac facilè disjunctæ ſubjugentur. Quod ſi iſtæc ratio non permittit ullum invaſioni locum, neceſſe itidem fuerit cavere, de anguſtiis ad mutua fæderatorum auxilia: cùm illæ non minoris ſint æſtimandæ, quam ipſi fæderati, iiſq; amiſſis nihil reciprocum cum iſtis reſtet, nam qui earum uſurpationem fert princeps, priſcos amicos exponit prædæ, altero brachio ad defenſionem ſui amputato.

Hinc reges Galliæ, cum aliquoties animadvertiſſent, Hiſpanum Sabaudiæ imminere, continuò arma tutelaria expedivêre, ne Gallia ab Italiâ avelleretur, longè certiſſimi, poſt ea principes Italiæ Hiſpanorum arbitrio permitti, tunc omni auxilio ex Galliâ, perpetuâ patronâ, ſe cluſos & Galliæ omni inde auxilio negato.

Bethunius mittitur Romam Orator, revocato Silierio.

COmmendator Silierius impoſturam paſſus, neceſſario per regem revocatur, ſubſtituto, viro ſummi judicii & amplæ famæ Bethunio, qui in ſingularibus habebat mandatis. Pontifici ſolidè remonſtraret, regem Hiſpanis Vallis Telinæ anguſtias nunquam permiſſurum, rogaretq; ſupplex, ipſus authoritatem ſuam interponeret, ad pacta Madritiana exequenda, quo juxta juſtitiæ normam Rhætis & per Val. Telinam, & per Cadææ tractum. jura ſua redderentur. Intellexerat quidem Rex paulò ante ſuſceptum illius iter, repulſam de anguſtiis Romæ comprobari. unde in viâ mandavit, indies obſtinatior evaderet, ſparſa etiam fama, ad Hiſpanorum linguas refrænandas, remiſſionem hîc ſpondentes. Bethunius Romam perveniens, mandatis adeò pertinaciter inhærebat, ut Pontifex de regis voluntate nihil amplius dubitaret, & munimenta quamprimum dimittenda ſibi ſtatueret. Acquievit quidem Bethu-

Digitized by Google

Bethunius tum, ſed à rege juſſus, Pontifici abſque ambagibus oſtendit, non convenire, ut ea Hiſpanis cederent, diſſidio in apertum bellum prorſus evâſuro; & Rhætis reddita, Religioni detrimentum afferre. Optimum fore, privatâ ſua ſententiâ, ea dirui, juxta pactorum Madritianorum tenorem; aut Vallis Telinæ incolis relinqui, cum quibus facillimè tranſigi poſſit. Impeditus Pontifex, quo ſeverteret non habebat, at meditatur dilationum ſeriem, niſi proteſtatione ſæpius iteratâ, regem poſt inanes negotiationes ab armis remedium propediem petiturum, ut per vim obtineret, quod juſtitia cauſæ negaret; preſſus, Vallis Telinæ incolis munimenta tradere cogitabat, niſi ſumptibus ſequeſtrationis metuiſſet. Eos Hiſpani erant reddituri ſed & Bethunius; unde major difficultas, ne alterutri regi reddita offenſam, adeòque bellum ſuſcitarent.

Diverſi modi proponuntur, qui à rege nova mandata elicuêre, ne illorum ullam haberet rationem, orator, ſed Pontificem perurgeret, linqueret potius munimenta Hiſpanis, quàm dilatione importuna annum traheret rebus gerendis inutilem: ſententia dubia, Marchioni Cæurio mandaret, arma in Vallem Telinam inferet.

Politica reminiſcentia.

FAmiliare principibus, qui arbitrium pacis inter diſſidentes ſumunt, Oratores rationibus ſponte abſonis differre, cum tempus ſperent caſum ponendis armis inventurum; niſi & imparato modum lucrentur, vires colligendi, ad reſiſtendum. Ibi decet oratorem & prudentiam & fortitudinem exerere, tum ut propoſitionum monimentis expenſis, rationes deteriores rejiciat, cauſaſque juſtas, cur acceptas habere nequeat, continuò demonſtret; tùm ut rationibus validis, animoq; elato regis commoda ſuſtineat, vano importunitatis metu, certo audacter loquendi animo, ſi res ferat. In abjecto enim animo vituperium, niſi remedii aliquid producat, propoſitis dextrè ſe explicat. Summum viciſſim honorem merebitur, ſi induſtriam & robur animi exerat, ut negotia difficillima

ſæpius

Digitized by Google

ſæpius iſto modo facilè terminet, patriam ſævo bello eximat, inimicorum fervorem reſtinguat, cerebroſos ad rationis viam reducat. Sapientiæ primas auferet, ſi metum belli ſuſcipiendi procul habeat, cum inimici in ſuum id vertere commodum queant. *I*mitetur igitur Quintum Fabium, qui à populo Romano miſſus Carthaginem, cepit æquo ferre animo, ſi quis modus, utriſque commodus ad concordiam pateſceret; ſin minus, duo pignora, alterum pacis, alterum belli offerre, ut alterutrum ſumerent, Romanis utrinque & ad pacem & ad bellum propenſis. Magnum incurrerit opprobrium, ſi frivolis propoſitionibus ſeſe circum agi ſinat, ad temporis lucrum, quod legatis Dionyſii tyranni uſu venit. Miſſi enim Syracuſas pacis conciliandæ causâ, à Dione ſummo exercitus duce, diſtinebantur diverſis mediis, nullâ certitudine, donec collapſum murum, ubi aditus patebat, ſarcirent: tandem hoc reſponſo Syracuſanis nunquam cùm Dionyſio conventum iri, niſi imperium deponeret, mediocribus contentus honoribus. Legatum itidem dixerim decere, ut urgeat, aliquando etiam principem pungat, ubi æquo nullus locus: quamprimum enim hîc importunus audiet, domi fortis atque fidelis habebitur: conſiſtat tamen ſemper intra terminos reverentiæ, ſummis viris debitæ, ne compuncti reſtitent, & offenſi ad extrema ferantur. Genuenſis id legatus aliquando Galeatium, Mediolani Ducem lepidâ technâ docuit cùm nunquam admitteretur ab obſtinato animo, donec falculum cum plantâ Baſilici obtulit: quo viſo obſtupeſcit, & quid ſibi vellet, ignarus, legatum accerſit, qui ænigma explicaret. Præſtò ille ajebat, Genuenſes pro more plerorumq; principum, plantæ illi non multum abſimiles, quæ trita leniter, odorem ſpargeret gratum; ad ſuccum contuſa, ſcorpiones produceret: magnamque petitorum partem impetravit. Eò enim ſunt animo principes, ut, legato per imprudentiam moleſto, & contumelioſo, producant Scorpiones, bella ſcilicet internecina per excandeſcentiam; ubi verò ſatis prudentiæ & animi ad dexterè & moderatè urgendum adeſt, rationi parent, & petitis annuunt.

Mar-

Digitized by Google

Marchio Cæurius ad pagos Hnlvetiorum legatur, ob Rhætiæ turbas.

MAndati articulos cum omni prudenriâ & fortitudine exequebatur Bethunius, neque tamen ab Hiſpano quicquam æqui impetrabat, commodo ex dilationibus vafrè quæſito. Cardinalis igitur, cui à longo tempore innotuiſſent technæ, regi perſuaſit, ne porrò negotiationi inhæreret, ſed armis juſtitiam extorqueret. Conſilium iſtud longiſſimè abibat à more nupero, in eum finem, ut Galliæ fama & authoritas apud exteros denuò clareſceret, arma ſine hæſitatione Auſtriacorum conſiliis opponere potius, quàm fæderatorum fortunas conculcari pateretur, quorum ruina Monarchiæ Gallicanæ fundamenta concuteret. Generoſa iſtæc conſilia conveniebant cum regis animo: mittitur igitur Marchio Cæurius in Helvetiam, Bethunio Romanam contendente.

Duæ erant partes mandatorum: prior jubebat pagos Helvetiorum reconciliari regi, Catholicis perſuaderi, ut pactorum Madritianorum fidem ſponderent, ſi qua occaſio, Rhætis imperium in Vallem Telinam reddendi ſubnaſceretur: poſterior ſub fide ſilentii premenda erat, ubi illa ſucceſſiſſet: ſin minus, articulate jubebatur animare Rhætos, atque armare, auxilia ex copiis ſubmittendis, juxta mandata proxima præſtare. Sociantur itaque ex regis voluntate Rhætorum Centuriones, in legione Helveticâ, qui aliquam operam in Valle Telina præſtarent, neceſſaria expiſcarentur, Marchioni clientes pararent. Optimè tamen ſalvum conductum centies ſexagies mille librarum firmabat, parte ad Helvetiorum animos, hâc potentiſſimâ ratione demerendos, parte inſumtus bellicos, ſi uſus ferret, deſtinatâ.

Quamprimum pedem Helvetiæ intulit, Hiſpanorum artes præveniſſe ſenſit, ut operam videretur perdere in aperiendis, ad præcipitem patriæ perniciem, populi oculis Utebatur Meſminii & Meſnilij induſtriâ per circulos & conventicula, Badenam ad ſummum Senatum contendens;

Digitized by Google

dens; ubi tamen exiguo fructu procedebat, donec Salodori de ſumma rerũ deliberaretur. Suos interea faciebat Centuriones & argento & rationibus prolatis: edocebat Catholicos, regem de imperio Rhætorum im Vallem Telinam ſollicitum quidem ſed exercitio Catholicæ religionis cautum velle, ut ſuſpiciones ab Hiſpanis ſeminatas diſſiparet. Univerſis verò, ſacrorum & reipublicæ bono demonſtrabat, Valle Telina amiſſa, tria Rhætorum fœdera trahi, quorum Archidux Leopoldus jam partem occupet. Iis fœderibus ſublatis, Hiſpano omnes anguſtias ſponte patere, in contemptum exiguorum pagorum, unde illis utilitas cum authoritate magna adcreſcat. Facilè exinde patriam invaſurum, jure quocumque.

Rationes iſtæ graviſſimæ, connumerato ſtipendio annuo tantum potuère, ut Berna & Tigurum permiſerint primi militem regi ſcribendum, apparatum quemcunque alicubi deponendum. Patuit autem Marchionis ſumma prudentia in Conventu Salodorenſi, cùm famam & ſuppetias regis palam efferret, argenti prodigus, unde omnia pro voto ferè peracta. Nam Chatolici fidem pactorum Madritianorum erant ſponſuri, de recuperandis per vim Vallis Telenæ monumentis nihil ſolliciti: Bernam & Tigurum ſequebantur cæteri pagi, Salodoro per factionem Ladinoieri Roollij dubio.

Catholici tamen eâ lege conſentiebant, ut Galliæ bono miles ſcriberetur, Marchio verò Regis commodum & fœderatorum proferebat, nulla palam mentione Rhætorum. Nulla igitur ſpe majoris pretii, parabat arma in Vallem Telinam, rege de Rhætorum rebus, ubi Landanus & Devauſius præmiſſi ad nutum omnia diſpoſuerant, certiore, novorum mandatorum avidus.

Politica reminiſcentia.

RESpublicæ, eæque Democratiæ difficulter magna audent tanto pacis amore, ut quamcumq; belli gloriam, utilitatemve poſt habeant. Diverſa ratio Principũ, ob fœde-

Digitized by Google

fœderatorum amicitiam, gloriæ ſtimulos, futuri formidinem, vicinæ potentiæ incrementum, neceſſitudines, ſenſum calamitatis alienæ, & deſiderium firmamendi imperii: quæ omnia Rempublicam non tangunt; dum ſinguli Senatores privatum ſpectant commodum, id ſibi perſuadentes, nihil damnoſius bello, ob fructus interceptos, commercii & opificiorum detrimentum, quodcumque malum graviſſimum trutinæ opponas, niſi extrema tandem compellant.

Reperias quidem ingenium unum atque alterum ſummis conatibus par; ſed ubi ſuffragia numeratò, non ex merito valent, idem illis accidit, quod rectæ rationi à pernicioſis deſideriis voluntatem ruentem fruſtra revocanti. In caſſum plebs metu futurorum terretur, cum genius debilis ultra præſentia non feratur; ſenſu enim feritur, mavult fortunæ, rerum humanarum utique præſidi, prudentiæ diffiſa, ſummam rerum permittere quàm armis tutari: cæterum tenaciſſima partorum, belli ſumptibus avertitur, ad tympani ſonum, tormentorum fragorem, ſi quando obſidionis aut prælii ſaltem mentio fiat; abjectiſſima. Optes ei & plus fortitudinis & providentiæ ad eos caſus, cùm procraſtinationes magnis rebus adverſentur, fluida utique occaſione exequendis.

Florentini Ludovico XII. in Italiam contra Ludovicum Sfortiam moventi, documentum præbuêre. Fædus expetebat rex, ut anguſtiis ipſorum ad neceſſitatem uteretur, Oratores, ut quietè agerent, & protectionem regis optarent, induci potuêre, donec victoriæ compotem viderent, qui fædus jam ex neceſſitate requiri ſentiens, ſuſque habuit.

Fædus inter regem, Sabaudum & Venetos coit, de Valle Telinâ reſtituenda.

VBi Cæurius de Helvetiorum & Rhætorum animis regem feciſſet certiorem, jubetur Cardinalis cum Marco Antonio Moroſino, Venetorũ Orat. & Abbate Scagliano, Sabaudiæ legato de fœdere, ad Vallem Telinam reſtituendã propoſito prorſus agere. Is igitur, impellente genio, cui religio

Digitized by Google

religio eſt, Exteris fortitudinem regis in quovis negotio ſupprimere, juxta omnes prudentiæ partes hæc pepigit: Copiæ Galli, Sabaudi & Venetorum ad quintum decimum Septembris coirent, Gallicæ quidem in agrum Breſſanenſem; Venetæ ad partes Mediolani, Vallis Telinæ & Rhætiæ; Sabaudæ ad alteras partes Mediolani & Genuæ: legio mille vel plurium gregariorum, cum quadringentis equitibus ex Brixienſi exercitu Cæurio ſubmitteretur in Helvetiam eunti; Conneſtabilis reliquum exercitum Sabaudo adjungeret, ut Hiſpanum in agium Genuenſem diſtraherent, à Valle Telinâ turandâ averſum: Cæurius quamprimum juberetur, ter mille Rhætos, & totidem Helvetios ſcribere, uti permiſſum: conſilia & res communi authoritate gererentur: ſumptus faceret rex ad ſemiſſem, Veneti ad ſextantem, Sabaudus ad unicam: Veneti tormenta, cum apparatu, & annonam præberent, impensâ ad leges fæderis exactâ.

Obtulerat præterea Comes Mansfeldiæ regi ſuam operam, ad conſcribendos vicies quinquies mille peditum, ſepties mille equitum, auſpiciis Palatini, ſi trecenta, ſexaginta millia librarum menſtrua numerarentur, ad corripiendas Auſtriacorum terras per Germaniam, in Palatinatus vicem. Iſtas rationes Cardinalis legatis Venetorum & Sabaudi proponebat, quæ fæderatorum bono gloriam traherent, & ſuo maximo commodo ad recuperandam Vallem Telinam Auſtriacorum arma diſtinerent. Conventum igitur, ut rex centies octuagies, Veneti centies vicies, Sabaudus ſexagies mille libras in ſingulos menſes conferrent. Veneti tamen, uti Rebuspublicis familiare difficulter ad res ſummas, maxime ubi vægrandi opus ſumptu deſcendere, ſuam ſortem non contribuere, etiam ab agro Genuenſi abſtinentes, in regem Sabaudumq; eo onere devoluto, uti proximo anno dicemus.

Rebus ad hunc modum compoſitis, rex Cæurio mandat, gratiſſimam ſibi negotiationem de imperio Rhætorum reſtituendo; contractas copias oſtentaret, ad primum nuncium Bethunii, de tranſigendo deſperantis: additis iis, quæ cum Venetis & Sabaudo convenerant, ut rectius procederet, rerum neceſſarium certus.

Poli-

Digitized by Google

Politica Reminiſcentia.

TAmetſi fœdera principum de rebus magnis apud multos malè audiant, cùm nulla ratione diuturnitatem adipiſcantur, exiguo hactenus ſucceſſu: magni utique momenti fuerint, quæ tutandis rebus fiunt, cùm Ariſtotele in Politicis annotante, nulla provincia ſuis viribus conſiſtat: neque etiam nihili fuerint, quæ invadendo hoſti parantur, cùm principibus poſſeſſiones cogitatu etiam intactas ſpondeant. Illi fidem fecerint Samnites, Romanis aliquamdiu pares, quòd Hannibali referebant, ſed quod inferiores, Pyrrho fœderati. Iſtam ſtabilierit Chriſtianorum Liga, ubi inſignem victoriam in Propontide de Turca reportârunt, quam ſinguli nulla ratione ſperaſſent. Conſequentia quidem Ligæ non ſemper proſpera, quod Principes diverſis commodis ducantur, & iis, quà armis, quà compoſitione obtentis, diſcedant: malum igitur illud imprudentiæ, non fœderi imputetur. In contrahendo fœdere nihil præcipitandum, ſed leges commodæ, parteſque diſpiciendæ, ne illis fallentibus infortunio vapules. Neceſſariò ſane cùm iis principibus ineuntur, qui noſtram expeditionem contingunt, tum ob anguſtiarum clauſtra, tum annonæ commodum, & militiæ neceſſaria. Iſtius rei prudens Hannibal, Gallos & Hiſpanos ſibi fœdere junxit in Italiam moturus, obſidibus acceptis, & præſidiis hinc inde diſpoſitis. Idem Romani perpendebant, cùm ob bellum Macedonicum Ptolomæum Ægypti regem, cujus ſubſidiis difficillimè caruiſſent, fœdere ſibi adſtringerent.

Quod ſi habeas, cur de fide ipſorum ambigas, aut locum aliquem munitiorem occupes, aut primores ducas obſides, ut propter ſalutem ipſorum in fide maneant. Id pluribus Regum, arma Italiæ inferentium neglectum, ſumma per anguſtias pericula & damna peperit. Superſedere licebit iis pignoribus, ubi fide mutatâ nihil movere queant: ſupplemento tamen, quando ab hoſte demulſi diſceſſerint parato. Turbat quidem fides fluxa, id tamen commodi ex fœdere traxeris, quòd deſtinata auxiliaribus copiis, ſumptu communi procedant eatenus. Diffidentiæ cave

ſigna extent, ne eandem doceas; ſed premantur, ad incommoda quævis prævertenda.

Fædera denique & cum Rebuſpublicis, & cum principibus, eorumque ſucceſſoribus, ad majorem ſecuritatem pangantur, quam Eduardus IV. Angliæ rex: qui regno exutus, à quodam Galliæ rege auxilia petiit fruſtra, quòd fædus cum rege regnoque initum, violaretur, ſi Gallia regnum, regemque poſſeſſorem oppugnaret. Compendio dicam, leges fæderis adeò dilucidis ſcribendas verbis, ne ullus commentarius diſcedendi anſam præbeat, aut fruſtrandi; erga eos maximè, qui famam cum fide jungunt, & absque eo non facilè mutarent.

Cæurius ducit exercitum, ad munimenta Vallis Telinæ occupanda.

EOdem ferè momento & mandata regis, & Bethunii literæ, de ſpe inani tranſigendi, perferuntur. Cæurius igitur moræ impatiens, ſtatuit inopinata irruptione progredi. Tres tribuni Helvetii, totidem Rhæti jam ipſi receperant totidem legiones adducere, ad nutum intenti: cum Oratoribus Venetis & Sabaudis de neceſſariis diſpoſuerat: Meſnilius annonam Tigurum alendis Helveticis & Rhæticis copiis comportarat: Venetus eundem apparatum Bergami parari aſſeverabat.

Valde incommodum accedebat, rem ſilentio premendam nimis multis communicare, quàm & Nuntius Pontificis Scapyus, & Oglianus Hiſpaniæ legatus odorati, omnem moverunt lapidem ne Helvetia militiam permitteret, aut anguſtias. Ob illam fruſtra fuêre, quod Berna & Tigurum, numerato pretio, fidem ampliſſimè dediſſent, certi de validis auxiliis ad res dubias. Anguſtiæ tamen ut apud Catholicos clauderentur, obtinuêre; hinc Cæurius ad mandata regis exequenda, à prudentia conſilium mutuatur.

Viſum itaque quaternos equites ex Breſſanenſibus ſuppetiis accipere, & Bernæ tranſitum legionis Vaubecurtiæ procurare, ut ſic ad Rhætos placidè vel impetu penetraret. Satis habebat, eos pagos ex fædere copiis regiis in cauſa

Digitized by Google

cauſa juſta tranſitum debere, adeò ut perrumpens in æquitatem nihil peccare potuiſſet. Certior etiam de eorum conſiliis à Nuntio & Hiſpano ſuggeſtis, colloquium uſque ad procinctum diſtulit, ut parcius recuſarent impetum, & tempore ad reſiſtendum excluderentur. Omnia ad executionem conſilii ubi in promptu habet, Landium ad exules Rhætorum mittit Tigurum, qui arma capeſſerent. Harcurtio, Landioque imperat, Saliſio juncti Rhætiam irruerent, anguſtias Steigæ pontemque Rheni occuparent, firmarent: quod illi extemplo, ſine magna vi effectum dedêre. Eodem momento Marchio Randanus copias ex vicinia Tiguri ducit, & nulla oppoſita vi, Meyenfeldiam deſcendit, ex patriæ aſpectu lætior. Gnarus etiam, quantum momentum ad ſummam rerum allatum eſſet populorum concordia, quos diſcordia hoſti expoſuiſſet, ut ex benevolentia eorum fructum perciperet, ei rei incubuit, paucisq; dieb. magna præſtitit. Facile excitavit faſtidium jugi Leopoldici, ob jurisdictionem uſurpatam, ut obedientiam, præter jus exactam, projicerent, tribus Rhætorum fœderibus in priſcum corpus poſtliminio redactis, reſtituta libertate & imperio, quibus ante bella poſtrema fruebantur, priſcis ſigillis fœderum redditis, indulta venia ampliſſima, quæ omnes provinciales Vallis Telinæ, Clavannæ, & Wormatiæ comprehenderet, abolita perduellionis memoria, firmato fœdere cum regno Galliæ, exceptis Auſtriacorum terris hæreditariis, & Helvetiorum fœderibus.

Ubi omnes Copiæ conveniſſent, bis mille pedites, cum ducentis equitibus, ſub imperio Harcurtii, ſervandis Curia, & munimentis Pontis Rhenani, Steigæque relinquuntur, progrediuntur quinto & viceſimo Novembris in Vallem Telinam ſex millia peditum, cum trecentis equitibus. In conſultatione aliud aliis viſum, Cæurii ſententia prævaluit, ut Tiraniam verſus ducerent, media via ad Venetorum neceſſaria ſubſidia excipienda. Proruunt copiæ in Vallem Monaſterii, & vident munimentum deſertum conflagrare, tranſeunt in Vallem Poſchianam, hoſtem ex turri Caſaccia, dejiciunt, anguſtias occupant. Sic ſeſe dabant principia. Sed Wormatienſes, metu armorũ conſternati, deprecatũ

D 2 mit-

Digitized by Google

mittunt, impetrato etiam regis patrocinio, ſecundum uſum immunitatum, & ſacrorum: præſidii tamen aliquid, ob anguſtias impoſitum. Ægerrime ferebat Cæurius ſibi in tam proſpero curſu rerum quater mille tantum reſtare; nec deſeruit fortitudo fortunam, licet tormentorum inopia à munimentis expugnandis abſtineri juberet, militis fervor proſperiora ſponderet. Plaurarmala in proximo obſtabat, adeò munita, ut vim retudiſſent præſidiarii feroces: productis autem foſſis, fruſtra ſparſo glandium plumbearum grandine, tantam trepidationem concepêre, ut ſeſe ſubducerent, locumque vacuum victori permiſerint, qui poſtridie ferè omnes per Vallem Telinam copias eò contraxit.

Bagnyus, Pontificii exercitus imperator, univerſam Vallem armari miratur, impar etiam ſociatis armis, tranſactionem petit inſtitui. Cæurius ratus, Serbelani Hiſpanorum duci ad promovendas copias tempus quæri, Saliſium jubet foſſas ad mænia producere: velitationibus certatur per biduum, eo ſucceſſu, ut Bagnyus in Caſtellum ſeſe colligeret. Inſtat Cæurius, deditionem maturat, legibus ex reverentia in Pontificem, prout rex illius ſignis omnimodum honorem exhiberi juſſerat, ampliſſimis. Suaſit tam facilis fortuna, Sondrium petere, cujus incolæ imperata feciſſent, niſi Gubernator obſtitiſſet; deditionem tamen fecêre, ubi Cæurius tormenta à Venetis accepta in ſuggeſtu collocâſſet, Caſtellum quinquagenâ ferè diſploſione tormentorum uſu exuiſſet, præſidio ad exiguum numerum redacto, ut Gubernator reculis ſalvis diſcederet. Hæc eſt ſumma armorum, per brevi tempore elabentis anni, niviumque tempeſtate ſolità: quam rex pignori cepit, de ſubjuganda univerſa valle, quod trimeſtri proximo debetur.

Politica reminiſcentia.

SUmmi ducis eſt, expeditionem adverſus provinciam aliquam inſtituendi; prudentiæ non vulgaris ſignum, fortitudinis eximiæ corona. Prima inſtituti ratio, ut prudentia quamcunque ſpeciem conſilii occultis circumdet.

Mag-

Digitized by Google

Magnæ id difficultatis, cùm executio numerum puſtulet, poteſt tamen & tempus & locus principii recondi, ut omnibus paratis agas, quæ remota videbantur, locoque inopinato; Sic munimenta corripiuntur, cuſtodibus imparatis, & facilè vim patientibus. Hinc Romani ſilentium tanti fecêre, ut ei omnia conſilia referrent. Vix invenias, qui de rupto ſilentio non doleat, compluribus inde grâviſſimè mulctatis. Doceat Perſeus rex Macedoniæ, cur Romanis bellum illaturus, conſilia non ſatis clam habuerit, Senatumque rei certiorem permoverit, ut eas vires opponeret, quæ victoriam retulerint, antequam bellum ceptum Romæ innotuiſſet. Iſtius imprudentiæ ſequaces, eundem ſucceſſum à fortuna expectabunt.

Exinde temporis ratio eſt habenda, ut occaſioni ſeſe præbenti ne deſis, cùm ex eo momento negotiorum ſumma plerumque pendeat. Ipſum Numen deſtinato tempore & occaſione agit, unde prudens rerum capillos à fronte fluidos ad ſuum commodum corripiet, ne fruſtra occipitium calvum prenſet. Arbores præmaturis aut ſerotinis gemmis fructum ut plurimùm negant. Proſpera agendi ratio tempori adeò inhæret, ut paucorum dierum interſtitium ſpe negotium deſtituat, aut facilitato juvet. Julius Cæſar, ob eam cauſam, Suetonio annotante, conſilia non exequebatur ſtatuto tempore, ſed ſecundùm fortunæ arbitrium, lecto plerumque cælo ingratiſſimo, quo nemo quicquam tentaturum credebat. Non minoris momenti fuerit loci conſideratio, quod experientia, ſive ducas, ſive caſtrametiaris, ſive pugnes, quibus actionibus militia ferè abſolvitur, comprobat. Locus ſanè Anglis Johannem regem capiendum præbuit, cùm ad eam gloriam vineas occupâſſent, colliculis quibusdam ad prælii campum inſeſſis. Quando autem occaſio locum & tempus benignè offert, promptè occupanda ſunt, cùm nimia mora magnificis conſiliis obſtet, diligentiâ infinitò numero palmarum exultante. Si Chaumontius exercitum Bononiam verſus rapuiſſet, Pontificem ad pacem, oppido tenuiter cuſtodito, compuliſſet; ſed lento gradu obſidionem exorſus, commodiſſimâ occaſione fruſtratus eſt ſe ipſum. Promptitudinem & fortitudo fervorque comitentur oportet, ut hoſtis ad impetum pri-

det. Fortuna enim fortitudinis fautrix, omnia audaciæ indulget, famoſo ad victoriam principio. Tandem & ſubacto munitiori loco non acquieſcendum, ſed victoriæ fervidè inſtandum, ut fructus conſequentes colligas. Sic Chriſtianorum copiæ à prælio in Propontide quievêre, cum Turcam in ſummas anguſtias compingere potuiſſent, qui reſpirans, vires recollegit per otium, ut nunquam victus, ne dum pugnâſſe videretur.

Religionarii Duce Subiſio claſſem adornant, & Blabiæ portum occupant.

ARmis Galliæ per Vallem Telinam occupatis, Religionarii, externa bella in ſuum commodum aucupari ſoliti, & hîc aliquid audebant: ægerrimè ferebant, munimentum Ludovici, paucis ante annis Rupellæ, inſtar capiſtri ad non dubiam obedientiam, objectum. Nihil reliqui fecerant, ut de eo per fiduciarios conquererentur, quaſi Magolonenſi tranſactione demoliendum eſſet. Reſponſum tulêre, promiſſum id quidem, ſed eâ lege, ut religionem Catholicam intra pomæria Rupellæ reſtituerent, Eccleſiæ quæ uſurpaſſent redditis: ſibi ipſis igitur cum defuerint, fruſtra quærere munimenti demolitionem, quam nec paris conditionis ſi eſſent ex æquo flagitare poſſent. Æquiſſimum hoc reſponſum, ſeditioſos animos quibus omnia ingrata ſordent, incitavit, ad aliud munimentum occupandum, ut rex diſturbationem hujus, præ illius recuperatione faceret. Inſtruunt ergò complures naves ad bellum duce Subiſio, non ad ſimulatum prolixius iter, ſed ad occupandum, ſi queant, Blabiam, Britanniæ Armoriacæ portum, Ludovici nomine notum. Res tanto ſilentio agebatur, ut nec Rupella ipſa, nec alii factioſi intereſſent, conſcientiâ ad diffitendum liberâ, ubi eventus decollâſſet: ſin optatus, Languedociam, Xantones, & Pictaviâ inundarent, rege ad bellum in Vallem Telinam compactum, ſimulque iſtud diffuſum, impare, qui munimenti demolitione pacem domi foret redempturus.

Subiſius, cùm intellexiſſet, Cæurium cum Bagnyo colluctari,

ctari, naves in mare devoluit, duas Blabiam præmittit, ſpeculandi gratiâ, quibus ex ſimulatione curſus prælongi omnia erant libera: accurrit ipſe poſtridiè ad horam nonam veſpertinam, nuncio de negligenti cuſtodiâ accitus, portum ſubit cum mille militibus præter remiges, omnibus ad facinus egregium neceſſariis apprimè inſtructus. Occupat ſex ingentia navigia, partim regis, partim Niverſii; exponit militem, & potitur oppido. Munimentum felici errore non rapuit, quod impetu capere poterat, nullis ferè propugnatoribus defenſum. Gubernator enim tumultu per oppidum excitato, defenſionem parat, portas claudit.

Non diuturna tamen gaviſus eſt poſſeſſione oppidi, dùm Vindonicenſis, Britanniæ Armoricæ rector equeſtrem ordinem cum quantiscumque turmis tumultuariè evocat Undiquaque concurritur, ipſe Vindonicenſis celeribus adeſt Querollinum in munimentum cum ſubſidio, & annonâ penetrâſſe intelligit, excipit Duces Retium & Briſſacenum, præter Dynaſtas viciniores. In medium conſulitur, excitandum è regione veteris novum munimentum, ut naves Subiſianæ utrinque tormentis peterentur, & egreſſuræ portum mergerentur, dum oppidum ſex locis diverſis oppugnaretur. Munimentum illud mirâ promptitudine ſurgebat, ſuggeſtu quantocyus erecto.

Oppidum ſponte deſerverat Subiſius, & tormentis continuò pulſatus, vela fecit, beneficio noctis obſcuræ, & venti vehementiſſimi, qui trans rudentes eum rapuêre, dimersâ Nivernii pulcherrimâ navi, quam trahebat, quatuor aliis in orificio portus fractis. Sic Rupellam revolat; quæ tamen cum univerſitate Religionariorum per fiduciarios apud regem, & publico ſcripto, facinus à ſeſe amoliri ſtuduit.

Politica reminiſcentia.

PEriculoſo errore peccat gubernator, qui cuſtodiam pace conſtante, loci muniti, maximè verò maritimi, & in repub. bellis civilibus obnoxiâ, negligit: ſic enim turbis favet penitiſſimè, mari ad ſubditos caſus ſemper aperto. Do-

cet hiſtoria ſacra, Danicos tribules, ob nimiam ſecuritatem in Lachidos incolas diffidentiæ vacuos, irruiſſe, internecione concidiſſe, oppido in cineres redacto.

Franciſcus I. in Italiam movens, oppreſsâ Villâ francâ omnes munimentorum cuſtodes docuit, nullâ unquam conſideratione vigilantiam poni, cùm aggeribus, aut hoſti longinquo peſſimè confidas. Nam Proſper Columna, ei oppido præfectus, ſuſpicione vacuus, indulgebat genio, rege, quod credebat, remotiſſimo; ſed Paliſſio, quem longiſſimè adventantem inaudierat, palatium ingreſſo, obrutum ſe ſenſit. Colorem inducebat quidem errori, quòd vigilum extremis correptis, Paliſſius clientelis niteretur oppidanorum. Quicquid ſit, ipſe Columna magnæ licet alioqui famæ, exinde malè audiit, cùm nemini minus, quàm iſtiusmodi viris dicere liceat, Non putâram. Hinc Iphicrates, Athenienſium imperator celeberrimus, exercitui vigilias imperavit, tàm pacis, quàm belli tempore. detrectatori reſpondens, perpetuum timorem obviare ſubitis caſibus.

Vigilantia utique gubernatori inter ſumma neceſſaria eſto: ſicut, imperii honorem gloriâ ſervitutis abſorberi, cùm inde excubias cæteris ſomno indulgentibus, agat. Onera dicuntur provinciarum adminiſtrationes, quemadmodum & caſtellorum cuſtodiæ. Diſcat igitur, id oneris prudentiæ ſuæ impoſitum; munimentumque non tam gubernatoris, quàm gubernatorem munimenti eſſe, ut videlicet curam ejus gerat.

Finis primi anni, qui eſt, 1624.

ANNO M. DC. XXV.

NEmo non ſaliente oculo vernalem orbis faciem aſpicit, ubi Sol benignâ Numinis manu extollitur, aëre pacato, tempeſtatibus ſemotis, terrâ pulchritudinis formas variegante, languoribus hybernis evaneſcentibus, rigore remittente, abundantiâ locum ſterilitatis occupante,

Digitized by Google

re, gelu glacieque in teporem concedente, Lætior ſanè facies Galiæ, Cardinale ad partem curarum admiſſo, qui inſtar Solis illuxit, ut gloriæ digniſſimum inſtrumentum priſcum inferret ſplendorem, bella civilia, ſingulis ferè annis per regnum exorta finiret, Exterorum ambitioni limites figeret, auſpicia regis Sereniſſimi firmaret.

Cum Rex ſummi Miniſtri authoritatem indies pluries faceret, animum addebat, ut novo lumine genius coruſcaret, ad prudentiæ acumen, occaſionibus ſubinde naſcentibus, quæ compertum facerent, eum inter Miniſtros ſummos, ex omni Hiſtoriâ laudatos, eminere, quemadmodum Cedrus inter frutices hyſopi. Admirationi omnibus erat vita functionibus publicis mancipata, quæ voluptatibus nuncio remiſſo, quo cæteri Miniſtri fortunæ munere marcebant, ſemper egregium quid ad gloriam regis meditabatur. Neque enim ignorabat, delitiarum immoderato uſu perire Miniſtris ſummis mille occaſiones rerum gerendarum, miniſterio publico à voluptatibus maximè remoto; inde palam ſibi præter honeſtam recreationem, earum uſu interdixit; etiam tyrannidem proprii commodi ex voluntate proſcripſit, cùm ſola gloria regis actiones omnes honoris normâ dirigeret, unde & utilitatem quamcunque ejus ſterilem deſpiciebat.

Exordio ſanè maximam admirationem peperit, quod à Numine, per eſſentiam & operandi modum occulto, mutuatus prudentiam, effecta dabat, quorum conſilia & proceſſus latuerant, cùm antè pleraque majori rumore decernerentur, quàm fierent Seriem hiſtoriæ pertexentes, rei documenta notabimus, Fundamento iſtoc ſubſtrato, regem, ubi perſpexiſſet eminentiam genij, conſiliorum ſapientiam, fortitudinem animi, fidem inconcuſſam, & dexteritatem agendi ſine exemplo, arbitrum curarum eum ſumpſiſſe, uti ipſe regiæ dignitati ſeſe totum devovit.

Politica Reminiſcentia.

SUmmo Miniſtro Principis gloria, reipublicæ ſalus actionum omnium ſcopus eſto, Meminerit, Reges Numinis imagines vivas, Miniſtros Soles, à regibus gloriæ pro-

priæ, boniquc publici cauſa factos, quemadmodum Deus ſolem diei præſecit, ut ſplendoris ſui infiniti radium exerceret, conſtituto eo principio omnium quæ in oculos incurrunt gratiarum permundum inferiorem. Didicerit itaque, antequam rebus gerendis admoveatur, commodum privatum, familiarum incrementum, in animo ſummi Miniſtri quovis hoſte perniciofius graſſari, reipublicæ adminiſtratione à tutela orphanorum nihil differente, ubi non tutoris, ſed pupillorum ſpectatur utilitas.

Præter gloriam nullus ipſi ſcopus permittitur; quam ne per ſomnium quidem ceperit, niſi egregium quid, in laudem Principis. ſuiq; miniſterii audeat. Sic Cardinalis Amboſianus partem gloriæ ſenſit marceſcere, Principis commodo per Italiam ſuſque habito, ſuum quæſivit: neque etiam fama miniſtri excellet, niſi ſeſe totum Principi devoveat. Verè generoſus animus nullum præmium actionum optat, præter gloriam, facinoriſq; conſcientiam egregii: gnarus tamen, virtutem radios ſpargere, qui venerandam univerſo generi mortalium proponant: in quo apice vera demum conſiſtit gloria.

Deliberat Rex cum Cardinale de bono publico.

CArdinalis genio ſedebat, regnis pernicioſiſſimum accidere ſummorum Miniſtrorum animos imbelles, qui otioſa pace gaudeant, dum Exteri potentiæ incrementa nullo obſtaculo, inveniunt; in vulneribus domeſticis per ſuperficem ſanandis ſeduli, fonte malorum nunquam quæſito. Certus igitur, ultra mediocritatem ſolitam exurgere, regi ampliſſima ſuggerebat conſilia, ut Galliæ ſplendorem primum Monarchiæ illuſtriſſimè redderet.

Ita comparatum eſt jure naſcêndi, ut mortales ad propinquiora magis trepident, quàm ad remota licet periculoſiora; quæ hactenus fuerat conſiliorum ratio. Miniſtri autem iſtius genius perſpicax, præcepta futurorum ſeculorum ſerie, regi pericula computat, oſtenſa alia via eaque faciliori, ſed per Miniſtrorum impotentiam à

rege

Digitized by Google

rege neglecta. Exiguo negotio demonſtrat pacis nimium ſtudioſos, enervare paulatim rempublicam, ubi animi populorum otio torpeſcant, Exteri vim parent armorum uſu, & incremento potentiæ omnibus vicinis ſuperiores Prudentiam Medici imitatus, qui cauſas concuſſæ valetudinis edocet, ut ægrotus remedia ingrata hauriat, judicio de uſu illorum permiſſo.

Sereniſſime Rex, inquit, aliquando in Senatu intimo, tametſi Princeps, tranquillitatis cupidus, non præter rationem doleat, ubi Miniſtri rempublicam turbarunt, cum quotidie diverſæ ſub oriantur calamitates; glorię utiq; ſtudioſus nihil terrebitur, cum turbæ materiam trophæis, prudentiæ & fortitudini præbeant. Quietem igitur animi noli ægrè ferre, ob errores in adminiſtranda republica commiſſos, poſtquam ji quibus ea cura incumbebat, fide apprimè integra, ingenio ad conſilia fortitudinis perſequenda non ſatis robuſto, defecerunt, remedio in poſterum facili, quod meditaris: ſi quidem cauſis perſpectis, remediiſq; commodis adhibitis, reipublicæ ſalus ſtabilietur.

Tuum fuerit quaſcunque mihi partes delegare; meum ex voto omnem curam, induſtriam, vitamque ipſam gloriæ tuæ immolare. Dicam liberè, poſtquam copiam feciſti de ſumma rerum deliberandi, me quatuor animadvertere reipublicæ enervatæ cauſas: Primam eamq; externam invenio in Hiſpanorum ambitione, quæ Europæ imperio delibuta, vicinos noſtros, regni propugnacula, ultra fines prætenſa, premit, ad limites firmato pede, & irrumpat, ubi viſum fuerit, & auxilia amicorum arceat. Cæteræ ſunt internę, adeoq; domeſticæ, omnium tumultuum fomites, & Leonis inſtar, regnum depaſcentes. Altero igitur loco cenſeatur nimia magnatum licentia, qua authoritati regiæ tantum decedit, quantum ipſi rapiunt. Tertium ordinem ducit militiæ inopia, ad ſubitas caſus fæderatorum; defenſionem. Agmen claudat fiſcus inanis, ad bellum quavis occaſione ſumendum, & ex neceſſitate ducendum.

Hinc arbitror quodcunq; malū Galliæ ſcaturire, & fontibus exſiccatis evāeſcere, quavis proſperitate, regniq; gloria ſucceſſura. Subiſii auſum de intercipiendâ Blabiâ, dum Rhætis auxilia præbentur, ſatis docet, factionem illam,

rege

Digitized by Google

rege foris occupato, ſibi nunquam defuturam. Civiles tumultus, annui ferè, regiæ potentiæ ad externa tentanda derogant, populis in obedientiæ adſueſcentibus, unde Magnates authoritatem, ſolidè ſceptro convenientem carptim auferunt. Auſtriacorum uſurpationes, magnum Galliæ malum minantur, niſi cohibeas. Et ut omnia compendio dicantur, exiguæ copiæ, eæque exercitio armorum parum aſſuetæ, nulla ærarii perſimonia, regiam potentiam & Exteris, & tumultibus imparem reddunt. Medendum igitur maximè iſtis vitiis, ut Gallia, facie quamprimum mutata Exteris terrori potius, quàm ludibrio fiat. Id conſilii raram, adeoque mirandam Cardinalis arguebat prudentiam, oſtenſo omnis mali germine: & facilè regis aſſenſum tulit, ut poſt ulteriores ſermones effectui dandum, quod porrò annus iſte evidens faciet, conſtituerit.

Politica Reminiſcentia.

ID demum imminutæ reipublicæ teſtimonium, ubi ſummus Miniſter, paci otioſæ tantum vacat: verum utique Reſpublicas bellis temerariè ſuſceptis interire, otio enervari. Ipſæ Monarchiæ ſine magnis auſis, infortunio diu carere nequeunt, tranquillitatis periculoſo omine: cujus avidiſſmi etiam imprudentes detrimentum ferunt, juventutem otio imbuunt, animorum vigore marceſcente, dum Exteri, armorum pertinaces, prædæ inhiant. Sic Romani bella non rarò traxêre: ut miles haberet quod ageret, perniciosiſſimo otio careret; juvenili ardore illic erumpente, alioqui ad motus prono.

Ajunt ſanè, Eduardum III. à pace Brettinia ob eam cauſam excepiſſe Britanniam Armoriacam, Philippum Pulchrum itidem filio Johanni exercitia armorum tranſ mare impoſuiſſe. Neq; ulli dubium, Henricum II. ſi pace anno 1559. facta ſubditos externis bellis exercuiſſet, Auſtriaciſque arma foris oppoſuiſſet, bellis civilibus, adeoque extremæ ruinę metu cariturum fuiſſe. Si quidem rebus humanis negatum eodem diu ſtare talo, adeò ut naturæ vim inferat is conatus. Reſpublicæ navigantium more, continuo feruntur motu; & ſummus Miniſter, deficiente animo

Digitized by Google

ſno ad altiora contendendi, collabentia propediem cerne omnia. Quiquid eſt rerum inferiorum, à natura in motum propendet; ubi clavum pangere tentes, reſilit.

Quomodo verò regnum in eodem conſerves ſtatu, vicinis per continuum armorum uſum ad potentiæ incrementum graſſantibus, quorum prædæ brevi ſis acceſſurus? Inſigniter fallitur Miniſter ſummus, qui domeſtica duntaxat expendit, cùm Principis gloria non minus in hoſtium exitio, quàm propriis viribus conſiſtat, potentiâ ex illorum detrimento procedente. Intendat igitur curas in Exteros, ut uſurpationibus obſtet, æquè ac in ſubditos, obedientia continendos. Utrumque neglectum, in principem ſæpè tempeſtates exitiales concitavit, authoritatem calcavit, vires alieno incremento attrivit, & Rempublicam hoſti proſtituit.

Cæurius de novo jubetur exorſam telam in Valle Telinâ armis perſequi.

VIdimus anno expirante regis animum, de Rhætis adverſus Auſtriacos aſſerendis, miſſo exercitu, qui ſub imperio Cæurii Vallem Telinam recuperaret. Rationibus à Cardinale rex perſuaſus juſtis, iterata mandata Cæurio dederat, ut ſortem armorum proſperam ſequeretur. Is igitur occaſione arrepta, rerumque curſu conſiderato, juxta regis mandata, quicquid momenti alicujus eſſet per Vallem, aut ad onguſtias uſurpatione occupatum, prima anni labentis trimeſtri, ſolo munimento Rive excepto ſui juris fecit, reverentiâ erga Pontificem adeò ſollicitè cuſtoditâ, ut ne tactio quidem fieret. Exordium victoriarum dederant menſe ſuperiore Decembris Planta, Mala, Tirania; quâ operâ defunctus Cæurius, Fondrium ducit, oppido manus dante, caſtellum tormentis lacerat, vi capit, ſex tantum gregariis ex regio exercitu deſideratis. Hinc tanta trepidatio Morbeniam, Travonam & Orbinium invaſit, ut per legatos res ſuas dederent: Wormatia tamen in limite Tyrolis omnium maximam vim oppoſuit, vel munimentis confiſa, vel animis obſtinatioribus.

Tor-

Digitized by Google

Tormenta igitur promoventur in ſuggeſtum, aperiuntur muri, & exiguo propugnatorum numero, rebus ad obſidionem ferendam neceſſariis alioqui deſtituto, fit deditio.

Harcurtius, Campiductor, dum Travonæ hæreret Cæurius, jubetur Clavennam ſubigere quod longâ obſidione confecit: Riva inde petitur. Sed obſtabat Campona, ab Hiſpanis inſeſſa: de iis oppugnandis ubi conveniſſet explicantur omnes copiæ; quo cognito, Hiſpani ſubſidium immittunt, noſtris appropinquantibus ad ducentos paſſus obviam procedunt, cordatiſſimè congrediuntur, ſine tamen emolumento; eò quòd noſtrates tanto robore confligerent, ut pugna non acerrima coturbatos ad regreſſum compellerent. Ubi prævertere non licuit, ob ſuppetias occurſantes, repulſi ad radices montis, auxiliaribus itidem firmantur, ut multos mactarint, cæteros in fugam effugos, ultra quingentos paſſus trans Campanam perſequerentur.

Cæurius ſuos prædæ intentos ubi videt, prudens etiam victoriæ ſervandæ, ſi exercitum per ordines contineret, Vauſium Vigiliarum vicarium mittit, qui palantes Gallos colligeret: quod ea promptitudine fieri non potuit, quin Hiſpani verecundia fugæ moti, irruerent, cæde fugaque mutua graſſati; Non diuturna lætitia, cùm noſtrates ad ſigna reverſi tanto fervore pugnarint poſtmodum, ut Hiſpanorum plures caderent, reliqui conſilio poſtridie capto, de Campona deſerenda, Rivaque fortius tutanda, excederent. Ad miraculum uſque ſuccedebant iſta: unde cauſarum ſcrutatores cenſebant, partem gloriæ Cæurii quidem deberi prudenti induſtriæ, partem ſibi vendicare militum ferociam, ſummam tamen prudentiæ Cardinalis attribuendam, qui conſilium expeditioni invenerit, media diſpexerit ſemovendis obſtaculis, tempuſque opportunum ſumpſerit, dum Cæſaris Hiſpaniſque vires circa Bredam hærerent, nullo metu Gallorum, quamdiu in Pontificis fide manuque ſtarent munimenta, quæ Hiſpanorum technis ſub ornatus ipſe nunquam redderet, ſive formidinem pingerent Rhætorum, adeoque hæreſeos reſurgentis, ſive ſpem fingerent cujuſcunque tranſactionis, qua munimenta illa ex Pontificis poteſtate nunquam exirent.

Poli-

Digitized by Google

Politica Reminiſcentia.

CONſilia magnorum negotiorum præ executione laudem ferunt. Prudentia enim hoſtes prævenit, inopinatò opprimit, vires eorum diſtrahit, occaſionem commodæ pugnæ faciliſq; victoriæ ſumit. Hinc Guicciardinus in hiſtoria inquit, prudentiam viri eggregii potentius agere, quam exercitus. Philoſopho ſanè conſilium divinum quid videtur, ut intelligas, ad deitatem ſic mortales proximè accedere, cui proprium, aſſerente Apoſtolo, omnia ex conſilio voluntatis agere. Suffragatur & T. Livius, ſibi ſæpiſſimè inter viros milites auditum; primũ locum deberi, ſi quis norit imperare; alterum, ſi quis norit obedire. Certum quidem, executionem conſiliorum æquè neceſſariam, ac inventionem, quod invanum conſulatur, niſi eſſent qui manum admoverent operi; fatendum tamen conſilium tantò excellentius haberi, cum ex prima virtute, quæ eſt prudentia fluat; effectus verò robur agnoſcat, illi minimè comparandũ. Sic remiges perpetuo labore occupantur, pro diverſis operis nauticis, modò vela vertunt, funes colligunt, modò malum ſcandunt, prædones ſpeculantur, modo fiſſuras neaqua penetret, obſtruunt, adeoq, longe vehementius exercentur quàm Nauclerus, qui in prora deſidet, clavũ tenet aliquando commovendum, à cujus nutu cæteri pendent. Nemo tamen illis honorem directi navigii tribuit, Nauclero eripit, cujus animus plus agit, quàm membra remigum, eò quòd mentem intendit. & judicium exerceat ut perferat tempeſtatem, ſcopulos vitet, viam rectam teneat; tantò nobiliori actui inſerviens, quantùm mens præſtat corpore.. Nemo etiam ſine injuſtitiæ vitio majorem gloriam executioni facinoris egregii tribuet, quàm ei, cujus mens fæcunda rem primitus diſpexit, prudentia excoxit, mediis agendi inſtruxit, per judicii robur obſtacula excuſſit ingruentia per induſtriam, per providam mentem difficultates præcurrit, omnemque agendi ſeriem ad optatum ſucceſſum diſpoſuit Hoc igitur jure ſuo poſtulare poteſt Cardinalis, quod ſapientiſſimus regum, juxta ſupernam veritatem ſcriptum reliquit, ſapientia magis æſtimatur, quàm

Digitized by Google

quàm robur; & vir prudens plus gloriæ meretur, quàm qui fortitudinis laude claret.

Pontifex Cardinali Valettano, adeoque Bethunio teſtatur, quàm ægrè ferat, munimenta ſuæ fidei commiſſa, per Vallem Telinam tentari.

PRimum de fœderatorum ſuppetiis, ad Vallem Telinam Rhætis reſtituendam nuncium adeò turbavit Pontificem, ut Dominica ſequente in Sacello ſacris interfuerit vultu demiſſo, ac meditabundo: poſtea graviter conqueſtus eſt Cardinali Valettano, de injuria quàm ferret in munimentis fidei ſuæ concreditis, quæ ſuis copiis ſignisque aſſererentur, aperto deſiderio cum Bethunio expoſtulandi. Is igitur monitus, colloquium petit, non ut querelis ſatisfaceret, ſed ut interiora rimaretur, per iram maximè patefcentia, inprimis verò ut Hiſpanicæ factionis acrimoniam averteret. Exorditur Pontifex ad primum aſpectum, Nunquam ſeſe cogitâſſe, Gallos arma Eccleſiæ illaturos. In promptu erat reſponſum, Regem ab iſtoc opprobrio alieniſſimum, cùm ab armis Eccleſiæ, & particulatim Pontifici ipſi intentandis adeò abhorreat, ut eximiam potius reverentiam præſtet, ad incrementum ipſius gloriæ authoritatisque arma & omnem potentiam collaturus. Non eſſe, quod Pontifex ſe obrutum queratur, regè multoties conteſtante, niſi Hiſpani æquitatem colerent, Galliam non ulterius laturam; Rhætos munimentis privari: illa non ut Pontifici concredita haberi, cùm ſequeſtrationis ratio ob cauſas ſæpius productas exſpirârit, unde Pontifex æqui intelligens, Vallis Telinæ incolis munimenta aliquoties obtulerit. Terminum igitur ſequeſtrationis neque continuari, neque produci potuiſſe, quòd Hiſpani redhibitioni obſtiterint. Hanc exinde viam, ea extorquendi Hiſpanis, Pontificis fide jam exoleta, in ſuum commodum abutentibus, inventam. Tantò minùs itaque Regis actiones ſuggillandas, quòd Pontifex, pater commũnis, æqui ſtudioſiſſimus, exacto ſequeſtrationis tempore, Hiſpa-

Hiſpanis in detrimentum & opprobrium Gallorum favere poſſit. Æquiſſimis iſtis rationibus Pontifex nihil oppoſuiſſet, niſi ab Hiſpanis circumventus identidem graviter de armis Gallorum quereretur. Invenit tamen eum Bethunius aliàs admiſſus longè moderatiorem, præter ſolitæ benevolentiæ teſtimonia; addito etiam, Cardinalem Borgiam acceſſiſſe, ut ex calcato reſpectu irritatum, ad cenſuras Eccleſiaſticas in regem, niſi contineret arma, impelleret, ſolito Hiſpanorum faſtu; ſi Gallis iſta permitterentur, Hiſpanos ultra proceſſuros, conſilio ex utilitate ſumpto, obſtaculo quovis perrupto. Ad quæ indignationem non tenuerit; proteſtatus etiam, ſeſe ad omnia irritamenta, neutras futurum partes. Aſſuetus tamen Theologorum Romanenſium opinionibus, ut bonum publicum ex ſua voluntate metiretur, clarè dicebat, ſibi minimè ferendum, ut illa munimenta per vim ſibi extorquerentur. Bethunius prudentia conabatur derogare illi ſententiæ, armorum regiorum juſtitia juxta verum producta, oblato etiam exercitu auſpiciisque regis ad Urbini Ducatum nepoti cuidam ex familia Pontificis conferendum. Quos jam fecerat Barberinum & Magalottum Cardinales, compotes arcanorum, & promiſſis ampliſſimis de regis favore erga ipſorum neceſſitates, & muneribus regiis, quæ tamen, ne in partes tranſiiſſe viderentur, recuſabant: facta etiam mentione matrimonii inter Ricuſiam, ampliſſimæ per Galliam dotis, & Thadæum Pontificis nepotem, quo ille haud parum tumebat, averſo licet animo ad hæredem Stilaniæ.

Politica Reminiſcentia.

PRincipes bello diſtenti, exorto diſſidio ob locum unum atque alterum, ſæpius in ſequeſtrationem conſensêre: ubi ſequeſter meminerit, nihil ſibi authoritatis, niſi onus cuſtodiæ accreſcere, ad tempus, & ſecundum leges litigantium. Antiquitas depoſitum habuit ſacrum, & ejus uſurpatores ſacrilegii damnavit. Ex Codice etiam lex quædam injuſtitiæ ſummæ reum declarat, ſi quis id reddere nollet, cum contra æquitatem naturæ ſibi rapiat alienum. Piſſianorum

norum ſanctione mortis tenebatur reus depoſiti negati. Et Glaucus Spartiata, Herodoto referente, pecuniæ grandem ſummam, à Mileſio acceptam, reddere nolens, Apollinem adiit, quid facto opus eſſet ſciſcitatum. Oraculum reſpondit, terram nec ipſum, nec familiam ulterius laturam: cui eventus convênit. Unde optimum putat, de reſtituendo depoſito ſemper cogitare. Ariſtoteles autem acutè enormitatem iſtius criminis exprimit, cum reum majori injuſtitia notat, quàm qui mutuum reddere non vult, cùm & leges æquitatis violet, ut ille, ſed & amicitiam fidemque, prout depoſitum accepit, conculcet. Addo, ſequeſtrum contra voluntatem proprietariorum nullatenus poſſe depoſitum retinere, adeo ut & in arbitrium litis nullum jus habeat, niſi ex pacto, cùm teneatur illud purè & ſimpliciter, conditionibus ſcriptis adimpletis, reſtituere.

Periculo tamen non vacat, ſequeſtrum ſumere, qui aliquomodo ſuperiorem ſe ferat, aut reverentiam poſſideat: ita conſtitutis mortalium animis, ut dignitatis eminentioris compotes cæteris ex mente ſuâ leges dare ſatagant, cùm non ſine periculo & arbitrium ejus admittatur. Prudenter itaque tabulis depoſiti inſerendum, ne ipſus arbitrium diſſidii ſumere queat: maximè ubi Pontifex ſit ſequeſter. Quod obſervatum in obſidibus pace Quieraſcana ipſis commiſſis. Arrogat enim ſibi aliquam in reges authoritatem, & inſtar patris communis in judicium de litibus ipſorum ſeſe ingerit; alioqui etiam partium ſtudioſus. Hinc principes eo ſequeſtro ſæpè anguntur, cùm difficulter citra magnas turbas æquum vi armorum obtineant. Pauci ſanè principum Henrici IV. fidem æquant, qui liberè Genevam introductis triginta quinque millibus Gallorum, in obſidione munimenti Cathariniani, inſtigatus à quibusdam Centurionibus, in tanta facilitate oppidum occuparet, reſpondit, rem fore injuſtiſſimam, ſi oppidanorum fiduciam perfidia compenſaret.

Pon-

Digitized by Google

Pontifex ad regem legat Bernardinum Nâryum, qui ægritudinem teſtaretur de Cæurii progreſſu per Vallem Telinam.

ARmis per Vallem Telinam micantibus, Cardinalis Spada, Pontificis Nuncius in Galliam, grandi querela fatigabat regem ob Cæurii auſa: cui Pontifex Bernh. Naryum etiam extra ordinem ſubmiſit, ut ægritudinem illam teſtaretur. Reſponſum per rationes prægnantisſimas, ut armorum regiorum curſus comprobaretur, quibusvis querelis majorem æquitati lucem affundentibus. Liberè dictum, regem Rhætorum arma auxiliantibus fæderatis non niſi ad extrema permiſiſſe, poſtquam æquiſſimæ rationes ad finiendam litem nihil potuerint. Cæurii res geſtas, ſi rectè inſpiciantur, plus laudis, quam vitii mereri; qui exordium ſumpſerit à tribus Rhætorum fæderibus in priſca corpora redigendis, ut Valli Telinæ gratiam obtineret præteritorum: Sacra Eccleſiæ Romanæ apud Rhætos, & ubicunque fuiſſent ſublata, reſtituerit, per Vallem Telinam præter Religionem Catholicam nihil reliquum fecerit: digladiatus cum Pontificiis, ſed provocatus, vim vi retuderit, à fæderatis averterit, cùm palam ſciret, ſub ſignis Pontificiis Hiſpanorum res agi.

Iſtis tamen omnibus neglectis, Cæurium Bagnyo ejusq; copiis & benevolè, & reverenter, quantum dignitas Pontificia legatis quærere poſſet, occurriſſe. Jam autem Pontificem, cum ſequeſtratio munimentorum per Vallem Telinam conſtituti fuerit temporis, quo via tranſigendi inveniretur, de offenſione non rectè queri, poſtquam terminus effluxerit, nulla tranſactione apparente, omnibus rationibus rejectis, aut in commodum Hiſpanorum quæſitâ morâ.

Rex, quantumvis hinc eluceret juſtitia regiorum armorum, ex ſolita erga Sedem Apoſtolicam reverentia, cùm & Pontifex id temporis rogaretur diſpenſare de matrimonio Anglicano, Spadæ & Naryo auſcultabat, quorum potiſſimum erat petitum, ut bimeſtre in Comitatu Clavenæ placeret armiſtitiũ, quo currente Pont. ſperaret tranſactionẽ.

Digitized by Google

Adeò non repugnabat rex ut continuò mitteret, qui arma Exurii cohiberet. Curſor quidem jam dedita Clavenna advenit, inutili armiſtitio iſtic locorum, ſed valido quoad Rivam, ne Pontifex quicquam deſiderare poſſet.

Politica reminiſcentia.

SUſcepto aliquo facinore, viciniæ ingrato, rex adverſus omnes rationes querelaſque conſtantia inconcuſſa armetur: cùm facilè intelligat neminem non, quorum intereſt, pateſcente negotio, legatos miſſurum, qui ſua commoda urgeant. Natatores ſtrenuos imitetur, qui in trajiciendo freto nec murmura tempeſtatis, nec maris procellas, ſed littus oppoſitum ſpectant; iiſdem argumentis ad ſuſcipiendum, & ad reſpondendum validis. Prudens ſanè, ſuſpecta habebit omnia quæ proponuntur, cùm ad imponendum venerint, ipſi à Dominis non rarò circumventi. Peſſimè ceſſit Lacedæmoniis, quod Themiſtoclem Athenienſium legatum audivêre, qui tempus muniendæ urbi trahebat, dum moras nectit, tanquam ſocios muneris expectans; quod ſerò nimis patuit.

Hoc igitur ordine rex in iſtis occaſionibus utatur, ut ante omnia introſpiciat legatorum animos, an ſpeculatum venerint. Eo caſu, bellis familiari, ubi pax prætexitur, conſultum putem, ut promptè remittantur, quod Romanis erga Perſeum uſu venit, adeoque obſerventur oculo in omnes eorum actiones intento: quemadmodum Athenienſes induſtriè caverunt, ne Xerxis emiſſarii cæterorum Græcorum fæderibus accederent, aut cum quovis, dum apud ipſos commorarentur, ſermones caperent. Ubi conſtat, conſiliorum curſui interrumpendo adveniſſe, magnificè excipiendos putem, & benevolè audiendos, ne de jure hoſpitalitatis conqueri poſſint. Quod ſi de ſumma rerum agant, rationibus rationes opponat, & valide & prudenter, animo ex cauſis ſuſcepti negotij obfirmato, propugnaculorum more, nec ullis artibus mutetur, ſed ad ſcopum contendat, quantumcunque fieri poteſt, nunquam non recordatus, nec victoriam ſine pugna, nec palmam ſine victoria dari.

Hiſpa-

Digitized by Google

Hiſpanus fœderi ſuperiori fœdus opponit cum principibus Italiæ initum.

IN opinatum accidit Hiſpano, anguſtiis, quibus provinciæ ipſius per Italiam firmantur, privari, cum ſponte intelligeret, quid incommodi ſibi inde exurgeret. Itaque ſuſque habito Pontificis patrocinio, Miniſtris mandat properè, fœdus cum principibus Italiæ contrahant; obviam iturus illi Gallicano, quæſito ab omnibus provinciis, primoribusq; annexis in belli ſumptus quantocunque tributo. Commovetur univerſa Italia, famâ ſparſa, regem, Sabaudum & Venetos Italiam ſubactam diviſuros: unde principes minorum gentium tutandis rebus fœderi connectendos fore.

Hiſpanicæ factionis fautores ferebant, regem, Duces Hetruriæ, Modenæ & Parmæ, reſpublicas Genuæ & Luccæ exercitum terreſtrem vicies quater mille peditum, ſexies mille equitum, duce Feriâ, gubernatore Mediolanenſi, auſpiciis Imperatoris; alium navalem nonaginta triremium in portum Genuæ, talaſſiarcha Sancta Crocio conflaturos. Addebant, omnia Hiſpaniæ regna, Magnateſque provinciarum, pecuniam alendis centies mille bellatoribus ſponte promiſiſſe. Evanuêre tamen nubes iſtæ denſiſſimæ citra fulminis ictum, ad regiorum armorum ſplendorem, majori tumultu, quàm victoriâ, quod inferius patebit.

Politica reminiſcentia.

ITa comparatus nunc eſt orbis Chriſtianus, ut rerum ſummat principumque forunæ penes Hiſpanum ſint vel Gallum, hinc alteruter aggreſſor provocat æmulum, quocunque conſilio. Cauſam rectè attribueris æmulationi, quæ à ſeculo ita adolevit, ut alter alterius incremento doleat. Puto tamen utrique diverſam. Nam Hiſpanis, uti olim Lacedæmoniis Monarchia quærebatur non in æquo, ſed in utili, unde juſtitiam violare nulla religio, ſed ruinoſo

fundamento, certoque exemplo. Alia Gallis mens, qui juſtitia nixi, ad arma nunquam convolant, niſi pro defenſione & propria, & fæderatorum. Gallia conſervationem ſui ſpectat, Hiſpania incrementum.

Galliæ certum, ſecuritatem in æquilibrio potentiæ, viriumque utrinque conſiſtere: hinc obſtaculum debere ſe putat Hiſpanicæ potentiæ, ne præpolleat; Hiſpania autem a longo tempore conſilia coxit produxitque univerſæ Europæ ſubjugandæ, unde injuriam interpretatur, quoties-cunque Gallia fæderatos in poſſeſſione juſta armis tutatur. In hoc diſſidio feruntur ſocii utrinque diverſis rationibus. Sic Gallia fædere complectitur quicunque Hiſpani potentiam formidant; Hiſpania cæteros fovet, Auſtriacorum clientes, aut ſobolem; etiam à Gallia remotiſſimi, adeoque auxiliis deſtituti, coguntur ejus favorem ambire, aut inſtitutum adjuvare, ſpe beati, de ſorte Ulyſſis ultimâ in antro cyclopis.

Inter poſtremos hoſce colloco Italos, qui ſæpius Gallorum experti protectionem, cùm locorum diſtantiâ, tum difficultate copias traducendi, inanem arctius Hiſpano adhærent, Neapolitano regno & Ducatu Mediolanenſi imminentibus. Hinc experientia evidens fecit, nullam ipſis erga Gallos fidem: cùm reges noſtros aliquando fæderibus ſuis ad ſumma negotia traxerint, ſed ſumptu immenſo, utilitate nullâ, pleriſque fidem projicientibus, exemplo Ludovici Mauri, duce Mediolanenſi, & Parmenſi, qui Henrici II. fortunam deſeruit labentem, ab eodem licet Cæſari ereptus.

Unicum igitur medium, eos Galliæ adjungendi, & ab Hiſpanorum partibus avellendi, quos nullâ propenſione animorum amant, fuerit, ut anguſtiæ occupentur, copiis ex Languedociâ, Provinciaque promptè, ſubmittendis, quo bono Cardinalis fortitudo Galliam beavit, acquiſitâ videlicet Pignevola.

Hiſpanus diffamat fœdus Galliæ cum Sabaudo & Venetis.

HIſpani quòd libelli diffamatorii ſubtiliſſimis artibus populorum animos captivent, adeoque faces ab omni

ævo

Digitized by Google

ævo excitandis bellis aptiſſimæ judicentur, hîc non defuêre ſibi, quin plures in fædus Galliæ cum Sabaudo, Venetisque contractum ſpargerent; quemadmodum ſolent pietatem atque religionem adjuſtitiæ famam cauſæ ſuæ prætexere. Satis felici pollent memoria eum prætextum ſuo regi invadendis Indiis profuiſſe; Philippo II. ferè Galliæ regnum peperiſſe, & nuperrimè Palatinatum aperuiſſe, unde & Valli Telinæ inhiabant.

Hinc Scriptoribus illorum prona calumnia regem Magnæ Britanniæ & Helvetios Proteſtantes fæderi acceſſiſſe, cùm eo præter Sabaudum & Venetos nemo contineretur: Proteſtantium fædus vocitare contra omnem veritatem, ſuum Catholici nomine præter rationem laudantes, cùm Elector & principes Saxoniæ ſuperiores, Duces Luneburgici, Ludovicus Haſſo Darmſtadianus, & pleriqne Lutherani per Germaniam eo comprehenderentur: hæreſeos utique maculâ conſpurcantur, quicunque ambitioni ipſorum minus favent: prono perſuaſu, Deum eodem perinde fore numero, quòd aliquando adverſetur.

Ubique prædicabant, ſibi ſacra Romana per Vallem Telinam cordi eſſe, & hæreſin extirpandum, tametſi factio ipſorum, maximè commoda, hæreticorũ eſſet, Rudolpho Plantâ anteſignano, cum plurimis hæreticorũ primoribus. Creditum etiam volebant, Catholicos à Rhætis per Vallem Telinam opprimi. Patuit tamen ex diverſis reſponſis, quæ Manifeſtis ipſorum opponebantur, neminem unquam Catholicum, ſive ſecularem, ſive Eccleſiaſticum vexatum, niſi poſt turbatam rempublicam, hæreticis æquè ac Catholicis propter auſa pernicioſa, nullo ad religionem reſpectu, caſtigatis. Conati denique animos ad miſericordiam erga Vallis incolas flectere, ob magiſtratus plerumque hæreticos à Rhætis impoſitos, haud dubio argumento turbatorum ſacrorum. Cùm autem iſtæc fama inveritatem impingeret, quibusvis incolis ſcientibus, Magiſtratus indifferenter ſacrorum legi, liberrimo religionis exercitio, facilè reſponſum fuit, Magiſtratus, à ſuprema potentia datos, ex quavis religione venerandos, tanquam Dei legatos, id Apoſtolis & ſcriptis & vitæ inſti-

Digitized by Google

tuto aſſerentibus, nullis querelis relinquebatur locus, ita ut omnes ipſorum rationes animos infirmiores tantùm tentarent, quibusvis vel mediocriter ſapientibus, artes ex ambitionis fabricâ agnoſcentibus.

Tincturam tamen ipſi prodidêre, poſtquam rex remedia firmiſſima ſervandæ religioni, & libertati Catholicorum inveniſſet, ipſi incolis ea negârunt, armis non poſitis. Perinde ac olim enixè laborarunt, ne Henricus IV. Romæ in gremium Eccleſiæ reciperetur, ad ſacra Romanenſia reverſus, licet paſſim gloriarentur, ſibi nullam aliam cauſam eſſe Galliæ impetendæ, quàm ut eum ad ſacra Catholicorum adigerent.

Politica reminiſcentia.

NUnquam non Ambitioni quæſitum religionis pallium. Sic principes Romæ paganæ omnibus technis inaniter plebem arcuerant ab honoribus, inde ad religionem deſcendêre, quaſi Dii conſulti de bono publico reſpondiſſent, honores cum plebe communicatos prophanari: hinc ſupplices rogabant, ab inſtituto abirent, verecundiâ in Deos ſimulata, commodi privati nulla ſuſpicione. Nôrant utique, plebem ad quævis religionis ſacra propendere, adeoque facilè circumveniri, accedente inſuper ignorantia, quantum interſit Principis, reipublicæ & religionis. Sic Otho imperium invaſurus, non ſatis habuit inſigni perfidia propenſum in Imperatorem Galbam fingere animum, niſi ad incendendos militum animos aſſeveraret, Deos tempeſtate nobili teſtatos eſſe, ſibi adoptionem Piſonis à Galba factam diſplicere.

Quicquid ſit, vulgus infirmius iſtis artibus tantùm capitur; cæteris, qui pauliſper ex fæce emerſerint, probè gnaris, actiones potius quàm verba per ſimulationes aulicorum ſpectanda: experientiâ edocente, id genus mortalium rectiſſimè falſis Monetariis comparari, qui impurum æs auro inducunt, ut fallant. Principes tamen iſtis larvis ita aſſuevêre, ut fruſtra ulterius tententur; adeoque plebis murmure neglecto, arma ad protegendos fæderatos corripiant.

Col-

Digitized by Google

Colluſio Hiſpanorum cum Religionariis.

AMpliore argumento, ad probandas Hiſpanorum ſimulationes, ubi ſacra injuſtis conſiliis obtendunt, nihil opus, ſi colluſionem cum hæreticis Galliæ intelligas Quandoquidem norant, tantas eſſe Galliæ vires, ut curſum inſtituti non diviſæ quovis tempore ſiſtant operam dedêre vigilem, ut per Vallem Telinam ingruentibus armis, in partes diſtraherentur. Graviſſima perpeſſi tunc hæretici ab aliquot annis per Bearniam & Languedociam, mutuebant, à pace potiſſimum Magolonenſi, tot damnis ultimam perniciem minitantibus.

Hos igitur motus animorum fovent Hiſpani, omni operâ in Rohanium & Subiſium pervertendos intensâ, nullo armorum duce reliquo. Succedit res, ubi fratres iſti conveniſſent Caſtra, ad deliberandum, quid ex uſu foret. Conſtituunt ergò, ſub Autumnum anni elapſi concitare factionem ſuam per maritima Aquitaniæ, & Languedociam. Impetus in Blabiam, de quo ſuperius, inde erupit, ubi & Ducis Rohanii ejuſque conjugis conatus per Languedociam. Ea fœmina maturandis rebus plerumque ad cereos vehiculo ferebatur, & lugubri cultu equorumque crine provinciales nocturnis itineribus ad inſolentiam ſtupentes, territabat potius, quàm ut principes oppidorum lucri faceret.

Vigilantia tamen Cardinalis maximè obſtitit, factionibus diſſipatis. Regi enim ſuaſerat, mitteret ocyus, idque ineunte anno Ragnyum in Languedociam cum aliquot legionibus, ut ille tubas naſcentes reprimeret, per viros cordatos, Senatum oppidorum principalium occuparet, quò potior pars in officio perſtaret Manifeſto enim publicato Subiſius omnem Religionariorum commoverat factionem, quaſi regius Senatus extrema in eos ſtatuiſſet, religionem abſque armis ſervari non poſſe quo munimentum Ludovici ad Rupellam, cæteraque illata damna clariſſimè probent. Negabat Edictis fidem habendam, regiſque promiſſis, argumento ducto ex plurimorum Catholicorum opinione, ſcriptis il-

Digitized by Google

luſtrata, Hæreticis fidem non eſſe ſervandam. Quæ omnia tanto producebantur artificio, ut complures moverentur, maximè ob quoſdam ex equeſtri aut militari ordine à duce Rohanio per oppida diſtributos, ut authoritatem ſumerent, Concionatoribusque ſtimulos ſubderent ad plebem concitandam; nullo penſo, id motus ab Hiſpanis inſpirari, hoſtibus utpote profeſſis, qui eorum nullam curam gerant, niſi ut vires regis ex Italia huc converterent.

Politica reminiſcentia.

PRincipis eſt, arma expedire: uti olim apud Romanos Conſuli tantùm, cuſtodi videlicet reipublicæ, licebat portas ferreis vectibus centumque cardinibus occluſas, in belli ſignum reſerare Hinc Cæſar in Gallias nullis populi, aut Senatus auſpiciis, ſed ſponte moturus Catonem habuit adverſarium, qui exercitum in Italiam reducendum, & tantum imperatorem deſtituendum cenſebat.

Regibus dextra Dei conſtitutis nemo refragabitur ex quacunque cauſa, ſine culpa perduellionis. Neque enim religio ſatis cauſæ ad bellum confert, hæreſi omnem prætextum alioqui pendente: qui verò ductum Scripturæ ſacræ profitentur, in ea peſſimè verſantur, niſi didicerint, principibus quantumvis infidelibus, dextra Dei coronatis, æquè ac cæteris parendum eſſe. Apud Eſaiam vatem Deus Cyro Perſarum Medorumque Monarchæ rerum divinarum penitus ignaro ait, Vocavi te, quamvis me non cognoſceres: Nomine tuo te appellavi, & in honorem potentiamque exaltavi, licet nulla tibi eſſet mei notitia. Hinc volo, ut Oriens atque Occidens ſciant, quòd ego is ſum, qui te conſtitui, adeoque nemo gubernatorum in terra inveniatur, qui ſuam potentiam à me, & ex manu mea non acceperit. Idem Dominus paululo intervallo addit, Unctum illum eundem ſibi, dextra ſua deduci, ut nationes ſubjugum illius mittat; ſe in præſentia illius cæterorum regum renes contundere; portas æneas confringere, vectos ferreos rumpere;

rumpere; ut omnia ipſi pateant nihilque occultetur. Eadem ratione de Nabuchodonoſore, qui omnium peſſimus tyrannus, cæteriſque principibus à conditu mundi nequior, poſt patriam Dei dilectiſſimam conculcatam, urbem Hioroſolymorum obſeſſam, captam & expilatam, ædificia proſtrata, muros dejectos, templum laceratum, Sanctuarium prophanatum, vaſa cultui divino deſtinata rapta & ablata, liberos regis cum maxima parte ſacerdotum ad ſacra excubantium trucidatos, reliquis in ſervitutem Babylonicam abductis; denique poſt ſtatuam ſuam in cultum divinum erectam, nihil ominus apud Jeremiam & Barucum prophetas, ut honor ipſi à Deo collatus ad regendas nationes agnoſceretur, legitur Deus, qui fecit homines & beſtias terræ, eximia vi & brachio exerto dedit cui voluit, in manus ſervi ſui Nabuchodonoſoris commiſit. Vult, ut omnes nationes ſerviant ipſi, & filio ipſius. Submittite ergò colla veſtra ſub jugum regis Babylonici, & ſervite ei. Quicuque enim collum ipſius jugo non ſubmiſerit, eum viſitabit Deus gladio, fame & peſte! Orate pro vita Nabuchodonoſoris, & Balthaſaris filii, ipſius, unt in terris, quantum cœlum, duret.

Quæ cum ita ſint, in poteſtate mortalium non fuerit, contra reges ex quacunque ratione inſurgere; neque ſubditorum fuerit, authoritatem, contra Dei inſtitutum eripere, & ipſis leges præſcribere. Tempore Divi Pauli, cæterorumque Apoſtolorum nemo regum fidem amplectebatur Chriſti; juſſu tamen illorum preces pro regum incolumitate fiebant, omni cultu & ſubjectionis & obedientiæ, idque & amore in Deum, conſcientiaque, ipſis exhibito. Hinc apud æquiores Politicos minimè ferendum cenſetur, ſi ſubditi jugum, à Deo impoſitum excutiant, auctoritatemque in eos ſumant, quibus actionum omnium rationes erant reddendæ: Cùm ſubditis ex lege Dei præter fugam nulla concedatur defenſio: eam Apoſtoli primis Chriſtianis permiſère. Quod ſi ea in militia vituperium ferat, ubi Principes invicem digladiantur, au reſpublicæ, eodem carebit, ubi ſumma authoritas inter venit.

Re:

Rex aggreditur Genuenſium rempublicam, ob graviores cauſas.

FErvor Hiſpanorum in excitandis Religionariis, quò rex cogeretur Vallem Telinam deſerere, eundem ad idem per Italiam audendum compulit, republicâ Genuenſium invasâ. Non quidem hæc unica fuit ratio illius expeditionis ſuſceptæ, cùm loca per vallem Telinam ob imbecillitatem, potiſsimum, ubi munitiſſimus quique locus obſidionem diuturnam ſuſtinere nequeat, urgerent. Unde fruſtra fere occupantur, niſi vindiciarum arma à recuperatione diſtineas valide. Uſurpatio etiam Hiſpani, antequam ea munimenta Pontifici traderet, ſatis arguebat longiſsimè meditatum conſilium de univerſa Italia invadenda: nullo dubio, portæ dominium ſibi domicilii dominium quærere. Requirebat igitur neceſsitas, ut ambitioni obviam iretur, quod nunquam majori impetu fieri poterat, quàm invaſione Genuæ, quâ ſolâ portâ Apennium tranſcendit. Eâ itaque occlusâ, & excenſu prohibito, nullas copias effundere poterit, anguſtiis maxmè per Vallem Telinam alterâ ut pote porta ereptis. Genuenſium etiam reſpublica non tantum Italiam aperiebat, ſed & copias militares in Germaniam atque Belgium effundebat, argenti fodinis itidem ſcaturientibus. Viribus igitur illius non parum decedebat, illinc exturbati. Veriſſimæ iſtæ audiendi cauſæ apud regem, juſtiſſimis rationibus minimè carebant, quòd floſculus ille per negligentiam quorundam regum decerptus, alioqui patrocinio regio gauderet, unde Hiſpanis minor querulandi occaſio, quam regi de uſurpata Valle Telina, à plurimis annis in clientelam ſuſcepta. Indigebat autem rex Sabaudo ad hanc expeditionem, tum ut anguſtias is permitteret, tum ut provincia tormenta annonamque ſubminiſtraret. Cardinalis igitur conſulit, eum expeditioni cum ſummo imperio præficeret, tanto penitius intricandum. Id negotii Conneſtabili Lesdiguierio, ex mandato regis, in colloquio Suſano, expeditum.

Cre-

Digitized by Google

Crequyus menſe Octobri ſuperioris anni ad aulam venerat, ut regem de ſpe negotii edoceret: inde reverſus San Gerryus ad Ducem & Conneſtabilem minuta ſecundum mentem regis illorumque Bonſilium referebat, cum mandato arctiore de ſcribendo milite. Sabaudus pronior ob injurias, juſti alioquin belli cauſas, propalabat, Genuenſes evulſiſſe & in ſuum agrum protuliſſe terminos Pedemontii, feudum Zuccareliæ invaſiſſe; effigiem contumelia affeciſſe, odio latis profeſſo.

Injuriis iſtis permoveri poterat, niſi inferior videretur etiam Hiſpano in campum ſimul progrediente: lubentiſſimo igitur animo regiis ſuppetiis ferociebat, adjecto etiam ſummo imperio in copias regias, ſubſidii nomine venientes. Duci id famoſum, regi utile; qui eâ ratione diſtrahebat Auſtriacorum quantamcunque potentiam, pace integrâ. Sic armiſtitium munimen Vallis Telinæ ſervabat, Sabaudo ob privatum commodum in bellum ruente, ut niſi ſalutis prodigus, fidem colere neceſſum haberet; eo Conſilio Cardinalis effectum ſingularis prudentiæ merente. Hac igitur expeditione conſtituta, jubetur Crequyus ad Conneſtabilem reverti, ut mandata à San Gerryo perlata, cæteraque propoſita confirmaret. Optabat Cardinalis, & Venetos implicare; ſed illi pro ſolitâ rebus publicis mora & difficultate rerum arduarum, abſtinuêre. Conneſtabilis itaque decies mille pedites, cum bis mille equitibus, ineunte anno ducit trans montes, Taurinorum Auguſtam cum Crequyo ingreſſus. Alter dies februarii in exercitu vicies quinquies mille peditum, & quater mille equitum numerabat, ut exeunte menſe omnia in procinctu verſarentur. Hinc tanta Romæ trepidatio, ut Pontifex, ac pleraque alii fluctuarent conſiliis, metu incendii per univerſam Italiam, cujus ſcintillæ flammulæque tranquillitatem depaſcerentur.

Politica reminiſcentia.

ID demum prudentis eſt regis, ad bellum extremum inten-

intenti, ut principem provinciæ invadendæ viciniorem faciat ſuum. Hinc Scipio bellum in Africam contra Carthaginenſes translaturus, fœdus inter Romanos & Syphacem pepigit. Quemadmodum autem difficulter ad promovendum bellum promoveas principem exigua ſorte fœderis obligatum; ita majoris fuerit prudentiæ, ubi nihil ſine illius ope fiat, ob anguſtias, ſuplementa & annonam, ut eidem ſummo imperio conceſſo, exercitus ſubſiſtat. Quòd ſi fœderum ſolita mala evitare velis, Principes ſocios aliis vinculis, aſtringas oportet, quam fide condicta. Id quod alibi, potiſſimum hic fuerit maximè momenti. Si cura hæc Ludovicum Maurum Mediolani Ducem tetigiſſet, de perdendo imperio, niſi Galliæ adhæreret, certior fidem non fefelliſſet regibus noſtris, qui illius fide freti in Italiam moverant. Hoc etiam modo rex adverſarium poteſt aggredi, illæsâ pace; exurgit tamen aliud, idque maximum commodum, nempè ſecuritas reip. principe ſummam rerum moderante ad ſervandam fidem arctiſſimè conſtricto, quem liberè deſerat dubiæ fidei, hoſtilibus armis conficiendum, nulla neceſſitate paciſcendæ pacis, aut fœderis violandi, cùm fides ſemel proſtituta ſuppetias malè poſtulet.

Pontifex mittit Cardinalem Barberinum cum authoritate legati, pacem conciliatum inter reges Galliæ & Hiſpaniæ.

PОntifex præter ſummam curam ſacrorum, etiam patris communis inter principes Chriſtianos reverentiam adeptus, ægerrimè ferebat, bellum in Gallia & Italia jam jam erupturum. Erga Galliam movebatur miſericordiâ, quòd Eccleſia & regis authoritas æquè peterentur. Præterquam autem quòd de Italia dolebat, metuendum erat de provinciis Eccleſiaſticis, ne juxta Genuenſem agrum tragædiæ theatrum illæ aperirent. Hinc de mittendo in Galliam & Hiſpaniam, aut locum neutri parentem, quo partium legati ad pacem reſarciendam convenirent, legato cogitat; prout olim Cardinalis Florentiæ ad pacem

cem Veruniensem, & Aldobrandinus ad Sabaudiacam abierint.

Pontifex de inſtituto jam certo cum Bethunio confert, mentemque de familiari aliquo mittendo aperit, ut illius ſenſum, maximè ob pacis præ cæteris ſtudium ſequeretur. Principio facit mentionem Cardinalis ad S. Onufrium fratris ſui: de quo Bethunius tantummodo hoc monuit, Legationi quidem peparem, ſed monaſticæ vitæ, pietatique eximiæ aſſuetos, ſæpius negotia ad devotionis regulas exigere; unde iſte Vallis Telinæ uſurpationem ex ſpecioſo prætextu Hiſpanorum foret expenſurus: ubi omnia ad rerum ſpiritualium uſum referantur, publicum negligatur, non omnes ad pacem neceſſarias inclinationes utrobiq; inventurum. Ut iſta paucis agebantur, ita reciprocatione carebant. Sermonem tum quidem Pontifex alio convertit, ſed poſt aliquot dies etiam mentem; ut Cardinalem Barberinum, nepotem ſuum, ſumo deſiderio ad iſtæc negotia, iterq; per Galliam & Hiſp. ſuſcipiendum, flagrantem mitteret. Eum Bethunius quidem colebat inter probatiſſimos Conſiſtorii Cardinales; facilè conjiciens, ſine rerum uſu, negotio imparem; iter etiam, ob Hiſpanorum pertinaciam in retentandis anguſtiis, inane futurum: ſed aliunde edoctus de Card. deſiderio, Pontifici diſſenſum teſtari noluit: ſatis tamen habuit, principio indicaſſe dolorem ſuum, ſi Pontifex viro adeò propinquo, ſummèque charo eam provinciam imponeret, cujus aſpectu aliquamdiu carendum foret; hanc rationem præ cæteris penetraturam autumans. Addebat poſt modum, videri ſibi, ad iter citius conficiendum, ut ſumma capita controverſiarum cum Hiſpaniæ legato diſquireret, ne in Galliâ & Hiſpaniâ negotio crudo, ac nondum exaſciato diutius à Pontifice ab eſſe cogeretur.

Pontifex tamen, à Cardinale nepote præventus nimio ſtudio ejus, nihil animadvertit; pauloq; poſt, coacto extra ordinem Conſiſtorio legations Crucem decerni, & Pontificalibus indutum ab omnibus Cardinalibus, de more, extra portas Romæ deduci curat. Alii eodem munere defuncti, regrediebantur in urbem per aliquot dies rebus diſponendis occupati, publicorum tamen actuum exper-

expertes : ſed deſiderium itineris ulteriorem non ferē-nat moram, ut eodem die diſcederet, mandatis Pontificis ſingulatim obſervatis, maturaret impenſius, ne bellum per Italiam progrederetur, & patris communis officium utrique regi, ſuo nomine, pace reſtaurata, præſtaret.

Politica reminiſcentia.

ÆQuè glorioſum ac utile Pontifici accidit arbitrium pacis inter Principes : ſic ſolis potior vis in elementorum adverſitatibus temperandis, ut & ipſa ſubſiſtant, & conſervationem Univerſi juvent, cùm ex mente Phyſicorum mundus elementaris propter perpetuum illud diſſidium in primum chaos, nihilumque ſine eo rediret. Eodem modo Pontificum moderatio, ſi Eccleſiam cum cœlo, Papam cum Sole coferas, inter Principum Chriſtianorum diſſidia ac bella, nobiliſſimo actu & ſplendorem exerit, & gloriam acquirit. Accedit enim juxta honorem & id commodi ut eorum potentia pace obtinente maximè vigeat, oraculis per bellorum tumultus, uti magiſtratu per turbas civiles neglectis.

Deinde nihil eis rectius convenit, Vicariis nempe Chriſti, qui mundum ingreſſus pacem reduxit, pacem Apoſtolis egreſſus, uti rem ſibi gratiſſimam reliquit, ut veſtigia eius ſequantur, mentem teneant, viam præſcriptam terant : tenentur tamen in moderandis Principum animis ipſi affectus & commoda ponere. Quemadmodum enim ſoli qualitates elementares ad temperamentum reducere non liceret, ſi quamcunque illarum indueret, ita Pontifices fidem apud Principes perdunt, quotieſcunque particulari commodo ducuntur; nam ad partes diſcedens, ſponte fidem deſtruit proponendi ob ſuſpicionem meritam impos.

Bern-

Berulus Pontificem adit, ob diſpenſationem matrimonii, inter Henriettam Mariam Galliæ Virginem, & principem VValliæ contracti.

DUm Barberinus aulam Galliæ properat, nos alia graviora apud Curiam Romanam de ſorore regis conſiderabimus, ut iis confectis Cardinalem illìc aſſequamur. Et jam antè monuimus, matrimonio hoc pacto, Berulum ad impetrandam diſpenſationem Romam miſſum. Ubi appulit, à Bethunio Pontifici ſiſtitur, rogat nomine regis, inter Chriſtianos eminentiſſimi, eum excipit, de diſpenſatione reſpondet, cùm Hiſpania, idem matrimonium cum Principe eodem quærentibus, non niſi ex Cardinalium conſulto eam indulſerit, nunc iiſdem inconſultis ſuperſedere: datâ fide, rebus Gallicis ſuſpectos à conſilio arcendos, faventibus admiſſis. Seſe ex animi in regem propenſi teſtimonio quod Hiſpanis negarit, Cardinales coram habiturum, ad promovendum negotium.

Paucis intercurrentibus diebus nomina Cardinalium prodit, oblitus promiſſi, de præſentia, ne aut gratia iſta eximia Hiſpanos offenderet, quod cavendum putabat, aut difficultatem, quam Cardinales ingerebant, ſua præſentia tollendam crederet. Magnæ tamen evenêre concertationes, aut ſolito Curiæ ſtudio in quodvis religionis emolumentum difficultatibus, ut deciſiones majoris fiant, auctis, aut Berulò privatim cum Cardinalibus agente, ut diſpenſationi præter pacta conditiones quædam adderentur.

Hinc Bethunius, tricarum ignarus, Berulo junctus aliquoties Pontifici oſtendit, regem Zelo ad omnia Eccleſiæ commoda teſtato, non ſine magno molumine, conditiones omninò optatiſſimas, Catholicorum Anglorum bono, pactis matrimonialibus inſeruiſſe: Hiſpanos in educationem liberorum ad annum duntaxat duodecimum conſenſiſſe; regem verò tertium decimum obtinuiſſe, non ex-

F iguo

expertes: ſed deſiderium itineris ulteriorem non ferenat moram, ut eodem die diſcederet, mandatis Pontificis ſingulatim obſervatis, maturaret impenſius, ne bellum per Italiam progrederetur, & patris communis officium utrique regi, ſuo nomine, pace reſtaurata, præſtaret.

Politica reminiſcentia.

ÆQuè glorioſum ac utile Pontifici accidit arbitrium pacis inter Principes: ſic ſolis potior vis in elementorum adverſitatibus temperandis, ut & ipſa ſubſiſtant, & conſervationem Univerſi juvent, cùm ex mente Phyſicorum mundus elementaris propter perpetuum illud diſſidium in primum chaos, nihilumque ſine eo rediret. Eodem modo Pontificum moderatio, ſi Eccleſiam cum cœlo, Papam cum Sole coferas, inter Principum Chriſtianorum diſſidia ac bella, nobiliſſimo actu & ſplendorem exerit, & gloriam acquirit. Accedit enim juxta honorem & id commodi ut eorum potentia pace obtinente maximè vigeat, oraculis per bellorum tumultus, uti magiſtratu per turbas civiles neglectis.

Deinde nihil eis rectius convenit, Vicariis nempe Chriſti, qui mundum ingreſſus pacem reduxit, pacem Apoſtolis egreſſus, uti rem ſibi gratiſſimam reliquit, ut veſtigia eius ſequantur, mentem teneant, viam præſcriptam terant: tenentur tamen in moderandis Principum animis ipſi affectus & commoda ponere. Quemadmodum enim ſoli qualitates elementares ad temperamentum reducere non liceret, ſi quamcunque illarum indueret, ita Pontifices fidem apud Principes perdunt, quotieſcunque particulari commodo ducuntur; nam ad partes diſcedens, ſponte fidem deſtruit proponendi ob ſuſpicionem meritam impos.

Bern-

Digitized by Google

Berulus Pontificem adit, ob diſpenſationem matrimonii, inter Henriettam Mariam Galliæ Virginem, & principem VValliæ contracti.

DUm Barberinus aulam Galliæ properat, nos alia graviora apud Curiam Romanam de ſorore regis conſiderabimus, ut iis confectis Cardinalem illic aſſequamur. Et jam antè monuimus, matrimonio hoc pacto, Berulum ad impetrandam diſpenſationem Romam miſſum. Ubi appulit, à Bethunio Pontifici ſiſtitur, rogat nomine regis, inter Chriſtianos eminentiſſimi, eum excipit, de diſpenſatione reſpondet, cùm Hiſpania, idem matrimonium cum Principe eodem quærentibus, non niſi ex Cardinalium conſulto eam indulſerit, nunc iiſdem inconſultis ſuperſedere: datâ fide, rebus Gallicis ſuſpectos à conſilio arcendos, faventibus admiſſis. Seſe ex animi in regem propenſi teſtimonio quod Hiſpanis negarit, Cardinales coram habiturum, ad promovendum negotium.

Paucis intercurrentibus diebus nomina Cardinalium prodit, oblitus promiſſi, de præſentia, ne aut gratia iſta eximia Hiſpanos offenderet, quod cavendum putabat, aut difficultatem, quam Cardinales ingerebant, ſua præſentia tollendam crederet. Magnæ tamen evenêre concertationes, aut ſolito Curiæ ſtudio in quodvis religionis emolumentum difficultatibus, ut deciſiones majoris fiant, auctis, aut Berulo privatim cum Cardinalibus agente, ut diſpenſationi præter pacta conditiones quædam adderentur.

Hinc Bethunius, tricarum ignarus, Berulo junctus aliquoties Pontifici oſtendit, regem Zelo ad omnia Eccleſiæ commoda teſtato, non ſine magno molumine, conditiones omninò optatiſſimas, Catholicorum Anglorum bono, pactis matrimonialibus inſeruiſſe: Hiſpanos in educationem liberorum ad annum duntaxat duodecimum conſenſiſſe; regem verò tertium decimum obtinuiſſe, non ex-

iguo ad religionem momento, cum ea ætas ſacrorum ſemina avidius rapiat, quàm ut poſtea ſuffocari queant. Nihil oblitus, gloriam Pontificatus extollere, ſi primogenitus maternis inſtitutionibus roboratus, Eccleſiam libertati & ſplendori priſtino per Angliam redderet: fructus iſtius matrimonii per futurum metiendos commodum, cum & rex Magnæ Britanniæ lege ultima pactorum promiſerit majorem benevolentiam libertatemque Catholicis in favorem Galliæ, præ Hiſpania, addito etiam jurejurando: Hiſpanos quidem ampliora contendiſſe, Baſilicam videlicet, nihil tamen obtinuiſſe, nec plura ſperari poſſe, cum eventus optatis non ſemper reſpondeat. Pacta denique matrimonialia tribus ſummis articulis, de conſcientia novæ nuptæ nunquam turbanda, de educatione liberorum, & ampliore libertate Catholicorum, abunde caviſſe:

Eadem hæc Deputatis ampliſſimè explicabat, qui tamē poſt tertium conſeſſum, à Berulo, ſpe larga ſingulatim præventi, cenſuêre, nec ſibi, nec Pontifici integrum eſſe, diſpenſationem ſecundum terminos puros & ſimplices pacti inter duas Coronas matrimonii permittere. Addebant enim, ut liberorum miniſtri legerentur Catholici à matre, nec Angli tentarent quenquam ex familia ejus liberorumve à religione Catholica avertere ad annos ætati conſtitutos: licet rex Angliæ jurejurando ſeſe ad duo iſtæc puncta obſtringeret: Chriſtianiſſimus rex fore, Pontifici promitteret, ſe curaturum, ut rex Angliæ pactis ſtet.

Bethunius mirabatur, tam obſtinatè additas novas conditiones, quæ conſummationem matrimonii multum morarentur, caſu quovis ad diſſolvendum emergente, in Catholicorum per Angliam rigidiorem perſecutionem. Id nempe præfervidus Beruli Zelus efficerat, Pontifice ipſo & Cardinalibus adeò importunè præventis, ut paulatim aſſenſum præberent: unde patuit, devotiſſimos quoſvis ad negotia publica, ob nimiam mentis ſagacitatem, non ſemper aptiſſimos, maximè verò ubi obſtinatè, ut plerique cæteri, neceſſitatis legibus cedere nolunt.

Poli-

Digitized by Google

Politica Reminiſcentia.

SUmmæ eſt imprudentiæ, ſi legatus præter mandata agat, & difficultates negotiis ex proprio ſenſu ingerat. Id enim legato mandatum, quod Nauclero magneticus index: is verò naufragium quærit, ductum mentis obſtinatæ ſecutus, & legatus negotiorum eventum projicit, mandatis neglectis. Tenetur enim expendere, mittentem ampliori pollere notitia rerum, & plena agendi libertate negata, ſibi perſemitam præſcriptam ad ſcopum contendendum, ne ſecus agens ſeipſum exitio, & principem anguſtiis vix explicandis involvat. Tanti id olim apud Athenienſes erat, ut extremum ſupplicium legatis in Arcadiam miſſis irrogarent, quòd alia, quàm juſſum erat, via reverſi eſſent, legatione licet optimè defuncti, referente Æliano. Invertuntur quidem negotiorum momenta ſæpius legato jam profecto, unde pro re nata ipſi agendum, ut media præſcripta ad expeditionem faciliorem immutare queat; ſed rebus integris mandato inhæreat, ne graviſſimam contrahat culpam.

Manlius filio non pepercit, præter mandata pugnanti, victori licet: cùm nefas ſit, præter ducis mandata ab hoſte etiam certam reportare victoriam: ſic legatus graviſſimam ſubit caſtigationem, ſi proponat quæ mandatis adverſentur, negotiis æquè ac bellis ſummam boni publici aliquando contingentibus. Acutis tamen ingeniis caſus iſte familiarior, quòd proprio ſenſui nimium inhærentes, plus nimio rerum momenta excoquunt, mente ultra quævis mandata exſcendente: unde Thucydides ait, ingenia tardiuſcula in negotiis aliquando acutiſſimis præferenda.

Quæ diſpenſationem matrimonii cum Angliâ contracti impedierint.

DIſpenſatio tandem Nuncio mittitur, quam regi non exhiberet, niſi rex Angliæ etiam jure jurando obligaretur ad conditiones additas; rexque Chriſtianiſſimus tabulas

bulas conficeret, de rege Angliæ ad promiſſa præſtanda adigendo. Rex re intellecta non parum movebatur, ſibi neceſſitatem novorum pactorum, & iteratæ diſpenſationis, diſpendio tot menſium imponi; id quod tantò moleſtius accidebat, cùm caſus aliquis matrimonium ſolvere, adeòque utrumque regnum ſummo cum detrimento Catholicorum per Angliam, collidere potuiſſet.

Aditur Nuntius, edocetur, quantillum mutati articuli ad periculum imminentis divortii referrent, cùm jam convenerit de educatione liberorum in domicilio matris, cujus domeſtici eſſent Catholici, unde ſponte eluceret, liberos à Catholicis educandos. Quam vis autem id evidens eſſet, ille tamen ingenio in rebus agendis difficiliori, cæterum ad commoda Pontificis obſtrictis, rogabat viam expediendo negotio, ut & Pontifici ſatisfieret, fide interpoſita, de edocendo Pontifice, quid periculi mora traheret, niſi difficultates tollerentur.

Hinc ad Carlilium & Hollandium itum, rege etiam ab Anglo petente aſſenſum integrum, cum actuarium perquam exigui eſſe momenti. Is ſtupere, pacta tamen de educatione liberorum ad tertium decimum ætatis annum, eorumque miniſtris Catholicis, integroq; ſacrorum ſuorum uſu firmare, etiam petitis annuere, ut liberorum miniſtri eſſent Catholici, nec in uſu religionis unquam turbarentur: ad regem omnimoda fide remiſſa nulla jurisjurandi mentione. Sic igitur Nuncius, quicquid promiſſorũ Pontifex à rege exegerat, accipit, reſpõſa ad Pontificẽ ſcribit, fidem dat, de miniſtris liberorum, quos Deus eſſet daturus, non niſi Catholicis legendis. Omnibus deniq; expeditis, quæ Romæ ſcrupulos movere poſſent, mittuntur & mari & terra, qui hæc ad Bethunium perferrent, ut diſpenſatio quam primum corrigeretur, Pontifice, nomine regis exorato, ad maturandum, juxta novas conditiones, non attento novo jurejurando. Bethunius ad primum nuncium partes mandati cum ſumma prudentia implet, nulla urgendi occaſione omiſſa, quo regi ſatisfieret. Itaque cum Pontifice agit vehementius, intelligeret grande emolumentũ, quod Eccleſiæ rex contulerit, quanto fervore arma Hæreticis intulerit, unde Sedi Apoſtolicæ, gratior, & in æquiſſima

Digitized by Google

ſima cauſa non illæſa juſtitia audiendus eſſet, tùm gratitudinis ergò, tùm fiduciæ causâ de futuris Eccleſiæ commodis procurandis. Nec prætermittebat periculum diſſidii in nervum erupturi ex tantâ morâ, unde Catholici per Angliam perſecutioni exponerentur. Auctarium aliquatenus in tabulis contineri, cujus executio novæ nuptæ domeſticis relinqueretur: regem tamen ex reverentia in Pontificem non ægrè aſſenſum, etiam ad regem Magnæ Britanniæ perſcripſiſſe, qui ad omnia condeſcenderit, præter novum jus jurandum, cui rex inſiſtere noluerit, ob illa priora de novæ nuptæ religione, domeſticorum adeoque Catholicorum per Angliam libertate; novo iſto jurejurando quodammodo in primo comprehenſo. Abundè igitur de religione & libertate conſcientiæ domeſticorum & liberorum cautum, quamdiu maternæ inſtitutioni permitterentur; unde ob religionem turbari nequeant.

Addebat etiam, regis fidem de obſervandis pactis datam, ad minimum Hæretici regis jurijurando æquipollere: habere ſeſe in mandatis, omni modo ſupplicandi inſtaret, ut illo ſcrupulo neglecto pergeret Pontifex, precesq; tantò æquius audiret, quòd confirmatio magis per reverentiam, quàm neceſſitatem quæreretur, cùm famoſiſſimi Doctores cenſeant, in provincia hæreſi infecta, licere Catholicis citra diſpenſationem contrahere matrimonia cum hæreticis. Hæc ſumma rationum, quas Bethunius & Pontifici & Cardinalibus ad diſquiſitionem lectis propoſuit: ii pondere & æquitate earum expenſa, ſatis teſtabantur aſſenſum ſubſecuturum. Pontifex tandem ad ſententiam ferendam conſeſſum mandat, addito deſiderio gratificandi ad votum, tùm ut emolumenta Eccleſiæ à rege accepta collaudaret, tum quòd plura ab Anglia exigi non poſſe perſpiceret. In conſeſſu denique diſpenſatio ad voluntatem regis perſcribitur, quæ Nuntio per ſummam diligentiam adfertur, ut regi, & inde Anglo exhiberetur.

Politica reminiſcentia.

NOn ſemper expedit ſummum commodum in rebus agen-

agendis, cùm ſæpius ad temporis rationem, quam ad alia quævis neceſſitas ſpem compingat. Nullum quidem negotium ad conſilia inhoneſta aut injuſta poteſt cogere; eſt tamen, ubi non integrum ſit ad potius bonum aſpirare. Quicunque iſtam regulam agendi negligit, graviter impinget, identidem teſtatus ignorantiam & humanæ & divinæ voluntatis; iſtâ omnia pro lubitu conſtituente, illa ſub neceſſitatis legem ſæpius redacta, ut conſilia ad modulum rerum accommodet.

Liceat rerum arbitris ſcrupulos injicere, ad majus operæ pretium, cùm familiare ſit mortalibus, proclivia non magni æſtimare; cedant tamen, ubi intelligunt, nec tempus, nec rerum curſum potiora permittere optatis: repulsâ majorem contradictionem, quàm prudentiam arguente.

Moritur rex Magnæ Britanniæ, perficitur matrimonium inter Principem VValliæ filium, & Henriettam Mariam Galliæ Virginem.

FErvente diſpoſitionis negotio Jacobus rex Magnæ Britanniæ in graviſſimum incidit morbum in Palatio Theobaldi, decem millibus paſſuum à Londino. Tertiana febri ad quartam ſeptimanam procedente, extremisque inſtantibus, filium, Walliæ principem accerſitum graviſſimè alloquitur, haberet fidiſſimos miniſtros ſibi commendatos: & ante omnia nepotes, ex Electrice filia natos; potentiam relictam ad recuperandum patrimonium eorum conferret: agoni vicinior fauſta quæque comprecatur in adminiſtrandis regnis. Obitus in finem Martii incidit, ubi continuò Præcones ex more Angliæ Principem Walliæ proclamabant regem Magnæ Britanniæ, qui exinde habenas rerum gerendarum arripuit.

Extremum Amaſiæ deſiderium eum extemplo compulit, ut Duci Cheureuſiæ poteſtatem daret, ſuo nomine & ſponſalia & nuptias peragendi. Rem confectam

Digitized by Google

ſectam optabat rex, & de poteſtate transmiſſa certior, Sponſalia ad octavum Maij in Palatio Lupariæ, coram Rege, reginis, & omnibus Principibus, proceribusque Aulæ, Cardinale Rupis falconariæ ſacris operato celebrantur, qui idem Dominicâ ſecutâ, quæ in undecimum Maij incidebat, in Baſilica beatæ Virginis, ſummi Eleëmoſinarii munere functus, ſolennia nuptiarum peregit. Unum dicam de pompa, nihil addi potuiſſe: Sponſalia in pegmate ad introitum Baſilicæ fiunt, Miſſæ ſacrum ceremoniarum faſtu peragitur, rege, tribusque reginis præſentibus, Duce Chereuſiæ & legatis novis Angliæ, poſtquam regem ad introitum Chori deduxiſſent, in ædes Archiepiſcopi ſecedentibus, quod rex nempe Magnæ Britanniæ, cujus perſonam ferebant, diverſis ſacris vacaret: ii tamen receptum regem ad eundem introitum Chori, finitâ Miſsâ, in Archiepiſcopi aulam deducunt.

Hìc epulatur Rex cum reginarum triade, matre videlicet, conjuge & ſorore, duce Cheureuſiæ, Comitibus Carliliæ & Hollandiæ, Matronis Guiſia, Elbævia, & Chereuſia; ubi magnificentiæ acutiſſima ceremoniarum pompæque regiæ ingenia vim omnem intenderant. Feſtalibus ignibus collucet Lutetia, tormenta cælum terramque tonando territant.

Dux Bukinkamiæ à rege Magnæ Britanniæ in Galliam legatur, ut reginam conjugem deduceret.

SEcundum hæc dux Bukinkamiæ, intimus regis Magnæ Britanniæ jubetur transfretare, regique ſupplicare, reginam conjugem quàm primum ex Aula dimitteret, regi marito adducendam: Lutetiam is appulit Majo expirante, exiguæque moræ tempore regiè habitus, votorum compos, ineunte Julio cum Regina Magnæ Britanniæ in viam ſe dat. Occurrêre regina mater, Regina nupta, frater regis cum univerſo ferè aulæ ſplendore. Ambiani regiis honoribus, ita mandante rege excipitur:

regina mater hîc extremum ipſi vale dicit, reginâ nuptâ ad duas leucas progreſsâ: frater regis, cum aulæ maxima parte Boloniam usque procedit, ubi illa navem Oceani maximam, ſumptuosè ornatam conſcendit. Ventis ſecundis claſſis ſine incommodo Dobriam appellit, inter æmulationes tormentorum, tympanorum & lituorum, lætitiam conteſtantium. In littore ſtabat domus lignea, odoribus ad expellendam nauſeam, floribusque pretioſiſſimis diſtincta. Rex rogatus ut unam diecu-lam marino aëri concoquendo indulgeret, poſtridie cum aulæ pompa adeſt, teſtatus per omnia generoſum amorem, qui nihil reliquum fecerit ad congratulandum adventum. Unà pranſi, concedunt Cantabrigiam, ad matrimonium Galliæ Angliæque bono conſummandum.

Politica reminiſcentia.

MAgnificentia præ cæteris ornamentis Majeſtati regiæ ſplendorem affundit, cùm ex eo maximè æſtimentur, ſi vægrandia præſtent. Hinc apud Exteros celebrantur, à ſuis coluntur. Philoſophi docent, actiones ad qualitatem ſubjecti producentis exigendas: unde regum qualitas eminentiſſima omnia præſtat magnifica; quod Diocletianus Imperator palam ferebat. Hanc igitur decori virtutem potiſſimum in ſolemnibus matrimonii, etiam propinquorum exerent, cùm eâ occaſione & Exteri & ſubditi aulam frequentes adeant; & ipſi rariſſimè alioqui conſpectui expoſiti authoritatis radios ſplendore eximiæ pompæ tum animis inſinuent.

Quod ſi expenſæ occaſionibus ſint metiendæ, matrimoniorum ratio ſanè maximas poſtulabit. Si Cælitus etiam bona dantur, ut honori inſerviant, tenacitatis vitio notabitur animus abjectus. Privatorum opes videntur propriæ, ad liberrimum uſum; diversâ naturâ regiarum fortunarum, cùm ſplendori neceſſario, ad cultum à populis obtinendum debeantur. Fiunt quidem aliquando immodici ſumptus in vana, cum vento evaneſcentia, unde nec nomen magnificentiæ, nec regno ſplen-
doris

igitized by Google

doris quicquam accedit: ſed vetus earum uſus, per occaſiones prægnantes, immane quantum illuſtrat. Id demum eſt Deum imitari, qui miraculis quidem potentiam immenſam oſtendit, ſapientia tamen pondus, numerum & menſuram eorundem expendente. Hinc certum, reges nunquam rectius divinam imitari majeſtatem, quam magnificis actibus rectè diſpoſitis, queis ſumptus eximium ſplendorem mutuat.

Colluſio legatorum Angliæ cum Matronis quibusdam aulæ Cardinali innoteſcit.

NImiæ procraſtinationes Curiæ Romanæ in expedienda diſpenſatione matrimonii ſæpius nominati, legatos Angliæ diutius in Gallia retinebant. Illi aut tædii pellendi gratiâ aut commodi ex mora quæſiti ſtudio, aliquibus Matronis aulæ ad ſueſcebant, recreationis ergo, quod prætendebatur: ſed ut Galliæ intima ſcrutarentur, & idonea inſtrumenta rebus turbandis, ubi Angliæ commodum foret, acquirerent.

Converſationes adeò frequentes ſuſpicione vacare non poterant, apud eos maximè, quibus fæminarum artes, æſtusque factionibus excitandis & inflammandis comperti. Sic in Aula compluries conventum, viſitationibus tegendis relatum tamen, diverſis modis Matronarum illarum familiares, & fiduciarios tentatos, ut turbarum initia gliſcerent.

Rex certior factus remedium ſumit à diſpenſatione, aliquot Matronis, ipsâque Verventiâ ſecedere juſſa, ne nimia frequentatio præter recreationem aliquid monſtri produceret. Creditum utique ipſis, Cardinali regis inſtitutum deberi, hinc odium in eum concepto poſtmodum vix liberari potuêre, illo ſuſque deque rem ferente, regiæ fortunæ, bonique publici pertinace.

Politica Reminiſcentia.

SApientes manifeſtè fæminas à rebus agendis ſubmovent;

vent; illæ tamen nectendis & fovendis turbis, ſecretisq; rimandis ſtudent. Per legem naſcendi ingenio pollent artium capaciſſimo ad captivandos viros, amore, quibus potenter irretiunt, magnum imperium ipſis conciliantê, ut ferè omnia penetralia excutiant, quidvis obſtinatè perſuadeant. Infirmitas plurimum potentiæ in viros confert; nam fortiores ad technas inſidiantium, minus Suadelæ haberent ad optata. Poſſem hìc demonſtrare, hoſtem ſalutis noſtræ ad ſuggerendum peccatum potius Evam, quàm Adamum fuiſſe aggreſſum, quod ipſam inſtituto rectius inſervituram putaret, modò ſemel voluntatem ſubegiſſet. Sed miſſis ſpirituum exemplis, meminerimus, Auguſtum Cæſarem inimicorum uxores ambiiſſe, non tam voluptatis ergò ſed ut conjurationes in ſuum caput perdiſceret, Tacito referente.

Bellum per agrum Genuenſem.

DUm Venus Angliam lætitiâ perfundit, Mars incendium belli per Italiam ſuſcitat. Exercitus Saubaudi, copiis Gallicanis auctus, deſinente Februario accingitur, in agrum Genuenſem expeditione directâ: dùm Hiſpani alibi occuparentur, Genua ad defenſionem ferè inermi. Pedemontii princeps patri, Crequyus Conneſtabili ſocero aderat. Conſenſerat rex ex ratione fæderis cum Sabaudo, ut Dux teſſeram daret, eadem reverentia erga principem Crequyo injuncta.

Ducendi ratio ſtabat, ut Conneſtabilis primi agminis ductor Lopiatam verſus iret, Dux Cremolinum peteret. Lopiata vim opponere ſatagebat, ſed capta in exemplum prædæ exponitur. Sic Gua Genuenſis territorii claves offert, ſed Reyrano ingreſſum negat, ob Nicolai Doriæ copias, defenſioni paratas. Jubetur igitur Verruæ Comes vim moliri, unde trepidatum, Doriâ copias abducente, Martino Corſecâ Centurione continuò deditionem faciente. Novyum, ſatis ſpatioſum oppidum, Genuæ annexum, nihil diſtulit Conneſtabili portarum clauſtra permittere. Hinc Gauyum petens, quin-

quinque turmas, Neapolitanorum equitum, ab Hiſpano ſubmiſſas, in via fundit, junctusq; Sabaudo, ad excipienda ſex millia, ex tribuni Gaſei & Modenæ & Parmæ militibus, ſuppetiarum cauſa advolantibus: pars eorum ad Ottagam, bihorii ſpacio ceciderat, non longè inde quatuor turmis itidem conciſis; ut oppidum cum caſtello Ottagæ imperata faceret: viginti tria ſigna capta, mille ducenti Neapolitani & Genuenſes trucidati, mille capti cum primariis ducibus.

Poſt hanc victoriam Gauyum petitur, quod viam Genuenſem claudebat: caſtellum rupi impoſitum, oppido ſic ſatis munito, ut plurimis res ardui negotii videretur, cùm & Barbaroſſa temporibus Franciſci I. in Genuenſium fluvium terramque exſcendens, hîc operam luſerit. Conneſtabilis autem, cui animus timori cedere neſcius ab inſtituto, foſſas verſus oppidum ducendi non abſtinuit. Propugnator cum trecentis viris eruperat, ſed vix tertiâ parte redeunte, incolæ ex magna formidine mittebant, qui obedientiam, ſi prædæ eximerentur, ſalvis immunitatibus, ſponderent: iis conditionibus Conneſtabilis ingreditur oppidum, jam ſubigendo caſtello occupatus.

Gubernator primitus audaciam jactare, tormentis oppidum infeſtare, inani fiduciâ caſtelli, & inaceſſarum rupium ſed Conneſtabilis oſtendit, Gallicis auſis omnia cedere, poſt pauculos dies tormenta in apicibus rupium oſtentans, quorum violentia deditionem ultimo Aprilis extorſit. Hiſpani quidem invulgus retulêre, gubernatorem aureis tormentis expugnatum: quicquid ſit, Conneſtabilis Caſtellum obtinuit. Princeps Pedemontii ſecundum hæc tam proſpera, decem millibus militum aſſumptis, anguſtias Ghegi montis à Genuenſibus occupatas munitasque ibat apertum, ut via ad obſidendam Sabionam Sterneretur. Lineas igitur inopinato impetu ſuperat, ad plevam uſque liberè graſſatus, quæ intra montes ſita, valido Caſtello, plurimiſque parvis tegebatur munimentis, ut diuturnam obſidionem præſe ferret: ſed princeps munimẽtis ſuperatis, vim parat, idq; adeò cordatè & feliciter, ut obſeſſi ſubverſis portis, muriſq;

murisque captis, deditionem peterent, inermibus vitam pacti. Tanta autem acerbitate pugnatum, ut occiſorum & captorum numerus ducentos excederet, quibus acceſsêre ſeptem ſigna, à principe conjugi oſtentata, & cum cæteris ad Ottagam captis ad regem miſſa: adjecit Sabaudus Caraccioli & Cataneæ Campiductorum bacillos, victoriæ Gallicanæ fructus, uti ajebat in literis, Marchione Saluſſio latore. Princeps plavam militi expilandam dederat per ſpatium triginta ſex horarum, inde Albengam ducit, fideque accepta ingreſſus, Orviettam à Genuenſibus correptam tendit, paucorum dierum opus. Exinde Vintimelliam tentat, admotisque copiis ad deditionem territat, caſtello hæſitante: cujus gubernator viſis tormentis per apices rupium, quo ſexcentorum Niſſeorum lacerti ea ſubvexerant, oppidi exemplum ſequi ſtatuit. Sic Sabaudi arma per menſes Martium, Aprilem & Majum conculcavêre omnia obſtacula per agrum Genuenſem, occupatis non tantum locis iſtis quæ diximus, ſed & plurimis aliis, ad centum ſeptuaginta quatuor, benè aut malè munitis: Adeo propitiam experiuntur fortunam generoſi animi.

Politica Reminiſcentia.

FOrtuna, quin potius Providentia divina, plerumque generoſis animis ad res arduas favet. Non quidem miracula ad eventum optatum confert, ſed audaciam ſubdit, prudentiæ junctam, providentia divina ad cauſas ſecundas deſcendens, auxilium præſtet, Suſcitat ſpem, quæ ad ſumma quæque exſtimulet, formidine illis intactis abſtinente. Hæc ſpes ſola hoſtiles copias metu percellit, quæ non ex animo ſed neceſſitate dimicantes, plerumque pedem retrahunt ad impetum eximiæ audaciæ. Ipſa etiam ad exteros invadendos compellit.

Docuit autem experientia, per plurimos caſus, Principem aggreſſorem multum præpollere propugnatore, idque inprimis prudentia duce, que tempus ſpeculatur opportunum, copiis nempè aut diſtractis, aut fractis, aut inermibus. Qui Cæſaris victorias diligentius ſunt con-

contemplati, generoſo animo res geſtas tribuunt, quem natura adeò excellum finxerat, ut nihil metueret ventorum & procellarum etiam violentia contempta quemadmodum aliquando Nauclerum monuit, nihil metueret, quòd Cæſaris fortunam veheret.

Miles nunquam pedem retraxit, quin ad primos ordines, evolaret, fugam ſiſteret, vultum converteret, nullum unquam periculum formidinem incuſſit, mortem credidit vitæ finem, non malum quid: ſic in gloria quæſivit fortunam, rebus arduis animo novum robur addentibus. Hinc fortunam laudavit perpetuam comitem, comprobavitque, fortitudini omnia ſuccumbere.

Quæ Galli porrò per Italiam egerint.

FAtendum, fortunam Gallorum Sabaudique armis fortiter agentibus, exiguo tempore ad patranda ſumma plurimùm indulſiſſe: partem tamen illius gloriæ Cardinalis ſibi vindicat, ex cujus generoſo animo conſilium primum pullulavit, ubi & ipſæ regis auſpiciis inſtitutum delineavit, eoque tempore in actum deduxit, ut nec Hiſpani, nec Genuenſes paratas copias haberent, quæ tutandis locis ſuppeterent: ut nihil dicam de clientelis per agrum Genuenſem, quæ ad felicem ſucceſſum nonnihil contulêre.

Fortuna tamen, aut potius providentia divina, armorum præſes, ſæpiſſimè ludibrium facit mortalibus, quorum inſtituta vel ſucceſſu beat, vel infortunio mulctat, ut intelligant, quid ſibi debeant. Sic victoriis modo facto, dorſum obvertit & Gallis & Sabaudis. Nam curſus adeò proſper armorum Auſtriacos excitabat, ut extremis per Germaniam tentatis, validum exercitum ſub imperio Feriani, gubernatoris Mediolanenſis, Genuenſibus ſubmitterent. Etiam Santo Crocius claſſem viginti quinque triremium, quinque Gallionum Siculárum, impoſitis quater mille bellatoribus, Contrahebat. Hoſtiles iſtæ copiæ ob morbos, quibus Galli vix tertiam ſui partem videbant, opportunè procedebant, ipſo Crequio, ſecundumque ipſum Conneſta-

neſtabile decumbente. Oppida etiam pleraque Genu-enſium, quæ videbantur jugum obedientiæ lubenti animo excuſſiſſe, pleraque ſub finem Junii mente immutata, gubernatores præſidiaque magno conatu expellunt, fortunâ nullam unquam calamitatem immittente ſolam. Sed vitioſi tormentorum apparatus, inopia clitellariorum ad ſubvehendam annonam, cæteraque exercitui neceſſaria, omnium maximè nocuêre, Sabaudo rem deſtituente, & in Conneſtabilem æmulo.

Hæc rerum diſpoſitio Hiſpanis addebat animos, ut Ferianus, ne quid temporis periret, exorſo Julio in Monferratenſem moveret agrum, ubi Gallis extorquet Spionam, & poſt paulò Acquyum, quo Conneſtabilis armorum & annonæ ſummam depoſuerat, impoſitis tribus legionibus. Hinc princeps Pedemontii cum Conneſtabili copias ad occupandam Sabionam revocat, ut Ferianum aggrederetur: is autem commodiſſimè ſedebat Terzii, inter Biſtagam & Acquyum, ut nemo per vadere poſſet, anguſtiis vix binos armatos ſimul admittentibus.

Eodem tempore Albergæ, Navyi & Aquyi incolæ inſurgunt in præſidiarios; eos ſequuntur cætera minora: ſexies mille Genuenſes Gavyum petunt, gubernatorem cum filio Galliæ ſalvum reddunt, loco occupato; Parlamentum tamen Provinciæ Gajuvernonem filium laqueo damnavit, Patris cadaver, Quod juuſtitiam mors præoccupaſſet, Tulonii refoſſum, exuritur, cineribus in ventos ſparſis.

Animus celſus aliquando conſtantiæ bono fortunam ad mitiora ſtectit, ut coacta aliquantulum faveat; Sic Galliæ & Sabaudi exercitus ſeſe Feriano quidem opponebat, ne ulterius progrederetur, ſed in Pedemontium concederet, Aſtæ obſidionem meditatus. Conneſtabilis à morbo infirmus exceſſerat, Crequyus tamen penultimo Auguſti quater mille Gallos Introduxit.

Eodem die erumpit cum principe Cariniano, hoſtem de ponte, quem per ſex dies tenuerat, dejicit, in turpem

pem conjectis abitum octodecim millibus gregariorum, & ſeptingentis equitibus. Id verò egregium Gallorum facinus ſatis teſtabatur, ſi Gallia vicinior & ſubſidia & annonam ſubmitteret, aut Sabaudus tempeſtivè exercitum refeciſſet, quod ex legibus fæderis debebat, occupata non tam facilè fuiſſe amittenda Inviti tamen didicêre calamitatem eorum, qui alicujus fæderis fiduciâ in remotas provincias contendunt.

Politica Reminiſcentia.

ETſi expeditiones principum fæderatorum proſpera aliquando ſortiantur principia, rarò tamen exitu optato terminantur: neque aliud argumentum adducam, quàm noſtratium expeditiones in Italiam per annos viginti ſupracentum. Sed miſſa faciamus exempla, ut intelligamus, principem fæderatorem promiſſis confiſum, non abſimilem mercatori, fortunas navigio lcero committenti: cùm experientia millies teſtaatum] fecerit, Principibus tot eſſe feneſtras animorum, per quas inſinuare liceat, funesque paulatim fæderum ſolvere, ut ſecuritati locus ferè nullus dari poſſit Vinculum arctiſſimum fuerit, locus munitior in pignus fidelitatis: pauci tamen ea tradunt, ex metu pignoris malè reddendi, quocunque figmento fractæ fidei: quod Carolus VIII. auſus eſt in oppidis Florentinorum. Difficillimè etiam duces, copiæque diverſæ in eodem exercitu æmulationem calcant, quin ex minimo diſſidio offenſus diſcedat. Sed nihil pronius ad fæderatos ſeparandos, quàm commodum oblatum, cùm id ſolum principum fæderibus ſubſternatur, & ſubtractum adferat finem. Grandia tamen hinc non rarò mala exurgunt, maximè ubi expeditio in longinquas inſtituitur provincias, vicinioribus onus ſubſidiorum quorumcunque declinantibus; remotioribus ad prompta auxilia ſecluſis, unde ſponte pereunt, aut per hoſtem nullo penè negotio diſſipantur, Plures

res enim principes fœdere, juncti nunquam ad unum comparantur, nunquam præſtabunt, quæ ille domeſticis copiis, tametſi longè inferioribus numero.

Religionarii, inſtigatore Hiſpano, potenter in regem inſurgunt.

DUm Italia theatrum præbet diverſis armorum exercitiis, religionarii ad ſeditiones ferè nati, tum Hiſpanorum artibus ſeducti, enixè occupare ſtudebant arma regia, per Languedociam, & Pictaviam incremento ſumpto. Dux Rohanius cum fratre Subiſio præbebant ſe duces rebellibus, ille per Languedociam, hic per Pictaviam. Etſi verò Subiſius Blabiæ portu excidiſſet, auctum tamen ſe ſenſit ſex grandioribus navigiis tum regis, tum Niuernii, ad majora audenda. Iam antè undecim naves ſatis firmas militiæ adaptârat, præter magnum numerum Cymbarum, & celocium, unde vel Oceani imperium ſomniabat. Ita littora Pictaviæ & Aquitaniæ incurſabat crudelis, ut à Turcâ graviora nemo metueret: refugio ad inſulas Reæ & Oleronis conſtituto, ubi munimenta à factione illa nuper incepta properè abſolvebat. Videns etiam Eſpernonium ad Montalbanos conterendæ meſſis ergò, quod proximè dicemus, digreſſum, claſſem ſeptuaginta quatuor navium cuiuſcunque molis contrahit, Garunnam ſubit, Burdigalam verſus, medio Junio in Medocum exponit ter mille viros, caſtilium occupat, exigui ſpatii in ea ripa, munitque: campos ubique pervadit graſſando, Burdigalenſium domus campeſtres, recreationibus ut plurimum deſtinatas ſpoliat, nullo militari proterviæ facto modo. Thoraſium tamen vidit obviam euntem, an Cardinalis annuente rege eam provinciam impoſuerit, ut ex cendere auſum profligaret. Trahens igitur turmam volonum, tredecim turmas ex legionibus Champaniæ, centuriam ex Bergeracenſi præſidio ab Eſpernonio ſubmiſſam, aliasque nuperrimè conſcriptas, tanto impetu in eum fertur, ut ad naves compelleret, ſublatiſque anchoris Rupellam verſus relictis

lictis armis, tormentis, annona & impedimentis intra fortalitia, fugæ traderet. Impatientiſſimè ferebat Subiſius hanc contumeliam, vindictæ intentus: Thoraſius diſcedit, ſubmittitur continuò Vergerius Malaguettus, ut altera vice in Medocum deſcenderet; id autem commodius ad Becadambium factum, campis miſerè afflictis. Ubi autem Cardinalis Univerſitates ad defenſionem fortunarum in arma concitavit, cogitur ille redire ad naves, & Subiſium quærere. Unde patuit, nullum non caſum à Cardinale prævideri, cui remedium ferè ante ortum non præpararit.

Politica reminiſcentia.

SUmmus utique Miniſter pro republica excubat, ut quoſcunque caſus avertat. Vix fieri poteſt, quin curâ exactiſſima provincias amplexus, factiones gliſcentes, & ſeditionum adornamenta, perdiſcat, cùm artes, quibus complures capiuntur, & ſecreti bellorum apparatus diu latere non poſſint. Sed de iſtis certior, copias militares eò locorum deſtinabit, ubi tumultuum ſuſpicio, cùm ſolus aſpectus conſilia perniciosa diſſipet, aut ſaltem congregationes impediat, cæde prompta ante facinus diſpoſitum: absque hoc, & rempublicam, prædæ & authoritatem propriam opprobrio exponi brevi dolebit.

Oculus in apice ſceptri pervigil, & Leo quadrupedum rex, qui oculis patentibus ſomnum capit, apud Ægyptios providentiæ ſacra erant ſigna, ut principes diſcerent, ab illorum authoritate minimè ſeparandam, niſi populos bellorum civilium exterorumque calamitatibus perire malint. Sol in ſummo cælo præſes mundi elementaris quotidie ab extremo ad extremum vadit, ut omnibus rebus inferioribus influentias communicet: ſic ſummus Miniſter curam in omnes provincias extendat, omnes urbes pervadat, omnes Magnatum familias ſcrutetur, ut quid agatur ſciat, remedio cuicunque factioni parato.

Egregium videntur Syracuſani iſtius doctrinę dediſſe

Digitized by Google

ſpecimen, qui de Athenienſium inſtituto certlores, claſſe jam hoſtili Siciliam verſus navigante, Hermocrate inſigni politico authore, defenſioni neceſſaria parabant, Senatu ad eam curam compulſo; tametſi Athenagoras multa in contrarium proferret, quare Athenienſes fruſtra eſſent futuri, rem utique ultra rationem aggreſſi, ne cives apparatum bellicum facerent. Senatores tamen prudentiores Hermocratis ſententiâ comprobatâ, res bello neceſſarias procurabant, ne idem cogerentur præter opinionem depropetare, aut periculo ſuccumbere. Reputabant enim, nuncio de Athenienſium claſſe vero, defenſionem omninò inſtituendam; ſed falſo eodem, civitatem nihil incommodi ex apparatu ſenſuram: Præſtat denique periculum metuere, quàm contemnere, ſuppreſſo tamen nimio metu, ne fortitudine indignum quid committatur.

Rohanii auſa per Languedociam: ſententia Parlamenti Tholoſani adverſus ipſum & ſocios.

ID temporis, adultò Aprili Rohanius diverſis excitatis factionibus in Religionariorum oppidis per Languedociam, bellum ſumit, bis mille ad Caſtra congregatis, quem locum refugio delegerat, cum per Conſules ſua authoritate lectos plurimum ibi valeret: ſparſo rumore, & Rupellanos arma induiſſe, de novo fidem cum Eccleſiis illarum partium firmaſſe, ut in eundem errorem pertraheret credulos. Sic adit Puilaurentum Ruellam, Soreſium, fanum Pauli, Laviatam & Briteſtam, Conſulibusque factionem juratis perſuadet. Lavauri idem tentans, fruſtra eſt.

Cardinalis ex authoritate regis Gubernatoribus eorumque legatis per provinciam injunxerat, ut aliquid auſum affligerent: unde Carmaniæ Comes, Foxii gubernator, primus rebellioni reſtitit, Conſules Ruellæ & Soreſii, ipſo digreſſo, ad agnoſcendum errorem, miſſumque eum faciendum deduxit.

A Parlamentorum authoritate per iſtiusmodi caſus armorum regiorum moderatores omni ſolebant tempore fidem

dem & animum fulcire; unde illud Tholoſanum militiæ Rohanianæ edixit exauctorationem; eam ſponte ſumerent, aut ab equeſtri ordine Univerſitatibusque internecionem expectarent: ſic commercia cum Caſtrenſibus interdicuntur, tribunalibus & regiis & Eccleſiaſticis, etiam fiſco Lautrecum translatis: ſingulari juſſo ad omnes judices & miniſtros, domicilia itidem transferendi: darent operam, ne regiæ pecuniæ corriperentur, libero earum uſu ad conſervandam juſtitiæ integritatem, aut oppidum refractarium coërcendum. Sententiam etiam tulit de rebellium facultatibus in fiſcum referendis, tum ut caſtigaret factioſos, tum ut ſequaces abſterreret. Curia dimidiata Beſeriæ idem præſtitit, pronuncians juxta regis declarationem, 25. Januarii ejusdem anni publicatam, Ducem Rohanium reum læſæ majeſtatis, perturbatorem tranquillitatis publicæ, cum omnibus complicibus: oppidis & privatis communione illorum interdicens, omnibus regis ſubditis mandans, copias eorum perſequerentur, conciderent, caſtella & domicilia nobilium illius factionis everterent.

Quem tamen ſuggerente Cardinale rex adhibuit, ordo maturandi, potentiſſimè inhibuit rebellionem. Juſſus enim Theminius curam gere provincialium, copias contrahere, novas ſcribere, & naſcenti malo occurrere: Campi ductoribus Ragnyo & Carmaniò. Is temporis parcus, ad exercitum confluentem properat, Blancum & Donacum, nidulos rebellium, per viam corripit: exercitum luſtratum Caſtra verſus ducit, populationi intentus. Ferrerius equitum magiſter apud factioſos eruptionem facit inanem, temeritate lethali. Gaſtadurii, calonum genus, populationi addictum, neglectis tormentorum ictibus & creberrimis pugnis, reciprocâ utrinque nece, tantam calamitatem favore regiæ militiæ intulêre, ut nec ſeges, nec arbor, nec vitis emineret. Rohanius interea exercitum Sommeriæ admovet, primâ luce portam evertit, ſed ingreſſus, Caſtellum Marſiliaco propugnatore acerrimo non cepit, Valenſæo ſuppetias decem millium adducente à Mantoſone; adeò ut Anduſam ille ſeſe reciperet. Theminius fanum Pauli &

Digitized by Google

Miattam, in ripa Langauſti, inter Caſtra & Lavaurum petit; fanum Pauli à paucis diebus capit, expilat, incolis Miattam confugientibus; ſed ii loco diffiſi, imperata ſponte faciunt. Parum iſtæc videri poterant, niſi Rohanii copiæ profligarentur: eum igitur Vianæ in agro Albigenſi aſſequitur, quem locum dux inſederat, bis mille peditum in Peyreſequadam, ad radices montis, cui Viana inhærebat, collocatis. Carmenius ſpeculatu reverſus, edocet conſtitutionem omnium: decernitur impetus, procedit Theminius evaginato enſe, Ragnyo & Carmenio utrinque ſtipatus, ſequitur exercitus cordatè, ut pænituerit non acerrimæ pugnæ, quam nemo ſalvus evaſiſſet: nam primis impetum ſuſtinentibus, cæteri Vianam elabebantur, quos Normaniæ legio ad portas inſecuta, ferè ingrediebatur. Sic Peyreſequada capta, centum quinquaginta rebellium aut cæſi aut vulnerati inventi, quotum ſortem Rohanius ex propugnaculo Vianæ deſpiciebat. Ex eo caſu res arduas meditari is deſiit, Theminio ſemper inſtante, & omnia conſilia turbante: idque ex Cardinalis maximè diligentiâ, majori numero, viginti quatuor horarum ſpatio ad nutum parato, quàm Rohanius per menſem vix coëgiſſet.

Politica reminiſcentia.

QUicunque in regem arma ſumit, perniciem quærit: nulla conſiliis gloria, & prudentia & juſtitia deſtitutis, nulla utilitas impotentiæ, cum ſubditis conditio abhorreat, principe ad vindictam irritato, in vitæ ſortunarumque exitium. Mahometus, Turcarum dominus, rebelliones adeò execrabatur, ut duobus falconibus capita amputaret, aquilam oppugnantibus, reginam utique avium: ut ſubditis inculcaret, temerarium iſtud exemplum eandem ſemper mulctam trahere, cùm princeps ex lege prudentiæ & juſtitiæ teneatur authoritatis ſupremæ detrectatores punire.

Magnates quidam Alexandri Magni exemplo qui exiguis Macedonum copiis Perſarum potentiam proſtraverit;

Digitized by Google

verit; Romanorum itidem, qui unius Civitatis domini, orbem terrarum ſubegerint, abutuntur: diſcant autem, neque hos, neque illum primitus magnos invaſiſſe principes, ſed limites paulatim protuliſſe, deſideriis ad vires exactis. Verum & hoc, fortunam atque fortitudinem non parum adjumenti attuliſſe; ſed cum fides Chriſtiana nos doceat, nullam fortunam niſi providentiam divinam eſſe, nemo regi inobediens ſucceſſum ſperabit, legum utique everſor, ordinisque divinitus in regno inſtituti contemptor.

Calamitas circa Montalbanum ab Eſpernonio infertur.

ESpernonius & fortitudinem & induſtriam adhibuit calamitati circa Montalbanum inferendæ, quo ineunte Junio ex mandato graſſabatur. Oppidum variis copiis tumebat, alterum ſcilicet à Rupella factionis refugium. Unde populatio poſt acres pugnas, & eruptiones repulſas cepit. Quintodecimo Junii perdiderat decem milites, cum totidem captis, in quorum numero Mirandæus & Santomerius; talionem tamen reddidit, ducentis conciſis, & quadraginta captis, præter ſaucitos, die viceſimo ſeptimo: Unde nemo fæniſecas turbare auſus. Ducem frumênta ad leucam unam inde comportâſſe obſeſſis innotuerat, favorem noctis aucupati, per curſores indicantur. Fit acre prælium, Rochius ductor tribus pilis ſaucius capitur, dilabuntur cæteri, centum vel trucidatis, vel vulneratis graviſſimè. Frumento igitur & fæno deſtituti, ad egeſtatem quamprimum compelluntur.

Politica reminiſcentia.

EX plurimis mediis coërcendæ rebellioni, ſummum creditur depopulatio: nam calamitas divitum plebem ſubigit, ut à factionibus ad obedientiam redeat. Pauci enim animum inducunt, fortunas plebi tumultu

Digitized by Google

anti immolare : nemo turbas, niſi lucri causâ ſequi[illegible]tur, it[illegible] conſtituta mortalium natura, ut commodo pro[illegible] nihil præferant. Ubi verò depopulatio non ſufficit [illegible]morum vi, nemo dubitabit, obſeſſos annonæ inopes [illegible]tionem diuturnam minimè laturos : ſic igitur aut vis, [illegible]tio commodi ad obedientiam valebit. Leges autem [illegible]landi nullæ ſunt, niſi ut omnia corrumpantur, fru[illegible] [illegible]conculcentur, ſegete aut collecta, aut incendio pro[illegible]â, vindemiâ aut ereptâ, aut cum vitibus excisâ, nec [illegible]ore utili qualicunque relicta. Sic calamitas ad muros [illegible]moveatur proximè, ne ullum obſeſſis commodum re[illegible]r : propinquus exercitus populatores protegat, extra tamen ictum tormentorum.

Momorantius vincit Religionarios.

DAmna iſtæc rebelles plurimum affligebant, ſed Momorantii victoria, quam adjutantibus Sanlucio Rupefalconario & Thoraſio obtinuit, rem confecit. Pralinius annum integrum in territorio Auniſii cum numeroſis copiis verſabatur, Thoraſius in munimento Ludovici ad portas Rupellæ excubabat, ut vel calamitatem agris inferrent, & flagellatam ad obſidionem enervarent, vel à vicinia affligenda cohiberent.

Subiſius nihil ſecuritatis in terra firma diſpiciens, inſulas Ream & Oleronem occupaverat, munierat : unde ante erat dejiciendus, quàm Rupella, ex inſulis fertiliſſimis annonæ compos, invadi poſſet. Navibus res erat incipienda ; Hollandi ſuppeditant viginti mutuò, ex fædere ſuperioris anni : alias rex ſufficit, Momorantio thalaſſiarcha, qui Subiſium aggrederetur, Sanlucium, Rupeſalconarium & Thoraſium cum parte copiarum in Inſulam Ream exponeret, præſidia munimentis ejiceret rebellium, ſua firmaret. Subiſius verò, cùm triginta novem duntaxat numeraret navigia, cujuſcunque molis, Momorantii adventum minimè præſtolandum ad regias naves, licet Houthuino Hollandorum thalaſſiarchæ fidem dediſſet, accepiſſetque ob communia ſacra reciprocam, de quiete colendâ, donec de negotio pacis ex aula

aula in alterutram partem conſtitiſſet. Ea fide igitur in ſuum commodum verſa prorumpit decimo nono Julii, & vento & æſtu ſecundo, ut ſpatio dimidiæ horæ Hollandicas naves contingeret: ibi colligatas duas cymbas ignivomis technis refertas, ad prætoriam impellit, quæ citò conflagravit, ut pauci natatu evaderent, ultra centum mergerentur.

Ob iſtam temeritatem perfidiamque claſſis regia in eum invehitur, per quatuor horas intonat, naves aliquot abyſſo, mortales orco demittit: elabitur tamen Subiſius ad Sanmartinum Reæ, & Caput Bayæ. Nuncium ex aula refert Momorantio, inſtandum, confligendum: à Claſſe vindictæ cupida feſtivè excipitur: pandit vela quarto die Septembris, & Subiſium offendit anchoris hærentem in alveo Loyæ ad inſulam Ream; tormentorum iteratis ictibus in arctum eum cogit, ut reciprocante æſtu marino naves in ſicco hærerent. Eo rerum ſtatu Momorantius ſex naves propellit, quæ ſecundariorum ducum exconſionem fumo tormentorum tegerent: aliæ decem littus legerent ad Caput Bayæ, ne quid ſuppetiarum à Rupellanis ſubmitteretur; quæ Lavalum in eum finem egreſſum in portum repulêre.

Copias regias in inſulam excendiſſe, hoſtibus animos addebat, ad extrema audenda, ne pedem figerent: triduano prælio acerrime utrinque dimicatum, cum rebelles ex quantulocunque loco repugnarent: prævaluit tamen ſors armorum regiorum, virtute ductorum, ut inſula regii potirentur, rebellium aliis mactatis, aliis captis, diligentioribus ad naves elapſis. Subiſius ad Oleronem præibat, captivitatis expers, pugnæ nunquam affinis. Qui ad naves evaſerant, ob ventum ſecundum meditabantur vindictam; ſed claſſis regia ad ſignum thalaſſiarchæ, velorum remigumque beneficio ſuperabat ventum, unde ſpatio duarum horarum tormentorum boatus reciprocabant, ut ne nox quidem finem imponeret, novem majoribus navigiis Rupellam tendentibus quæ Momorantius adeò fervidè inſequebatur, ut albeſcente die victa traheret: alia duo

tardiora ad æſtum maris in latus decubuerant, continuò ſuperanda.

Huc confluebat exercitus regius: tabulata ſcanduntur, obvii trucidantur, ſed milites in carinâ latitantes, ſuccenſo pulvere nitrato ſuperiores partes tantâ violentiâ excuſsêre, ut fragmenta per leucæ quartam partem ſeminarentur, tribus regiis navibus, quòd harpagonibus adhærerent, incendio abſumptis, ultra trecentorum militum corpora diſrupta, quibus annumerabantur Comes Vauuerti, Villanæva, & Velion Centurio Olonenſius.

Caſus hic tantæ victoriæ lætitiam nimis imminuit: inde tamen & gloria, & proſperitas Galliæ affulſit, ut rebelles per mare nihil prorſus auderent. Sic enim reliquæ naves non magni momenti aut Rupellam, aut quocunque ventus perpelleret, diſparuêre. Inde Momorantius in Oleronem excendit, nemine vim opponente, quòd Subiſius Angliam petiiſſet; tranquillitate terrâ marique ad Provinciæ ſalutem partâ: quæ omnia rex cum gaudio relata intellexit.

Politica reminiſcentia.

QUicquid fortuna rebellibus blandiatur, nullo tamen niſi ſiniſtro ſucceſſu fruuntur. Docuit experientia, id criminis ferè nunquam effugere pænam, quòd cælum eos in exemplum ſtatuere ſoleat. Rectiſſimè compares eos excelſis montibus, qui cælo minitari videntur exerto cacumine, & magnâ nubium copiâ, ſolem obfuſcare: quos tamen diei oculus, fulminibus inde compactis, in pænam temeritatis, confringit.

Videas ſanè Magnates perduellionis reos authoritatem ſummam atterere, ſed eâdem oppreſſos, exitii occaſione ex temerario uſu gloriæ intactæ ſumpta. Tot nobis hiſtoriarum series hujus rei exempla miniſtrat, ut multitudo aliqua adducendi conſilium turbet.

Dicam tamen ad illuſtrandum hoc axioma, injuſtitiam rei tam arduæ certiſſimum fore ſignum infelicis ſucceſſus, cùm juſtitia divina penſi habeat, iniquitatem mortali-

Digitized by Google

talium evertere. Habeant licet ſatis potentiæ ad dimicandum, à cælo tamen impunitatem nunquam extorquebunt.

Quicunque per potentiam injuſtam vult creſcere, in majori exitium reperit, nam permiſſu Dei aliquando caſtigant rempublicam, ad conſtitutum tempus laſcivientes, ut malitia utrinque plectatur; violentia tamen in eos recidit, cùm vindictæ juſtæ authoritati ſupremæ materiam præbent.

Barberinus, Sedis Apoſtolicæ legatus, ob Vallis Telinæ incommoda, in Galliam venit.

DUm bellorum civilium incendio corripitur Languedocia, in Galliam tendens Maſolani & Lugduni rege ſic jubente, magnis honoribus excipitur: Lutetiam 21. Maij ingreditur, pompâ quam nulli unquam iſtius ſortis rex exhibuerat eximiâ.

Non dicam, juxta leges regni, ante ullam functionem muneris, Pontificium mandatum, quod breve vocant, fuiſſe Parlamento proponendum, cùm ea ratio antiquiſſimâ conſuetudine nitatur, nimisque vulgari ad circumſpectionem; monebo tamen, à Pontifice titulum Navarræ omiſſum, quem cum ſine injuſtitiâ denegare non poſſet, Parlamentum Breve illud ratum habere noluit, donec corrigeretur.

Legatus is Lutetiam ingreſſus, deſcendit ad Divum Jacobum altigradus, ubi Clerus urbis, Curiæ ſupremæ & alii miniſtri, ad duodecies mille ſalute dicta, benedictionem obtinuêre; ſecerdotum principes, quos Prælatos vocant, ſecundum iſtos, officio funguntur, ubi aliquid litigii exortum, qua veſte eum adirent, legato Rochettam & Camalium, ſub mantello, in ſignum evanidæ ad ipſius præſentiam authoritatis, deſiderante: ubi verò Prælati legibus Eccleſiæ Gallicanæ id refragari innuunt, conſenſum in gratiam legati qualemcunque, ut deſiderato modo ſalutatum, venirent, & ad Baſilicam

Digitized by Google

Beatæ Virginis equitantem deducerent; ubi locorum mantellum ponerent, ſalvis legibus. Rex ad primum ingreſſum ſalutaverat per Nemurſium, Bonneulium legatorum exceptorem, & alios quoſdam magni nominis. Ad veſpera frater regis magno comitatu eximiis honoribus eum excipit, in deducendo ſiniſtram claudens. Eodem die regem legatus adit, & benevolentiæ ceremoniis defungitur, poſtridiè expoſitis Pontificiis mandatis Pacem verbis communibus ſuadet, allaborat, ut Vallis Telina reſtitueretur, ad rationem temporis ante fœdus; adjectis precibus de armiſtitio per Italiam. Rex ad ſingula reſpondet, ſe pacis ſtudium nunquam depoſuiſſe, modò publico, ſuoque & fæderatorum honori conſulezetur: Valli Telinæ per nupera pacta Madritiana abundè proſpectum, modò ſeries illorum adimpleatur: armiſtitium, ſibi & fæderatis incommodum, adverſæ parti perquam commodum, non expectandum: cùm hac appendice, lectum iri à rege, qui cum ipſo tranſactionem tentarent.

Paucis ab hinc diebus Richelius, cùm Mareſchalco Schombergio & Herbauto ſecretario intimo eum adit juſſu regis, ubi is ſermonibus diverſis ad duo capita deſcendit, armiſtitii videlicet, & ſumptuum, quos Pontifex feciſſet, repetitis identidem munimentis, quæ rex redderet, Cæurii actus excuſaret.

Reſpondet Richelius, regem jam ſatis clarè mentem aperuiſſe de armiſtitio, quo vigente hoſtis vires contraheret, brevi fæderatis par: pacem eodem negotio, quo bellum ſumi, per æquitatem utriuſq; partis, poſtquam ſumma diſſidii publici pactis Madritianis fuerit ſublata, ubi tantummodo ſacrorum fuerit habenda ratio, ad quæ rex prono ſit animo. De ſumptibus repræſentandis ajebat, regem, cum in ſequeſtrationem munimentorum nunquam conſenſerit, niſi ad conſtitutum tempus, intra quod Pontifex pacta Madritiana ad executionem perduceret, querendi locum relinquere nullum, Bethunio maximè declarante, regi ulterius non ferendum, ut Rhætorum munimenta detinerentur, quod Pontifex ipſe æquum duxerit, cùm eadem Hiſpanis redhiberet: Cæurio interea armis & ſignis Pontificiis

tificiis in oculis omnium omnem reverentiam deferente, ex quo in authoritatem Apoſtolicæ Sedis impegiſſe prætermeritum arguatur. Tantam tamen in animo regis verecundiam, ut ad honorem Pontificis Orator ſit mandaturus, verba reverentiæ & civilitati maximè convenientia: conſentire etiam, ut inita pace Clavennæ munimentum in Pontificis poteſtatē redeat, modò Hiſpani eodem momento & Rivam dedant utrumq; demoliendum: eodem ordine per cætera ſervato uſq; ad finem. Ulteriora fruſtra ſperari.

Legatus pluries auditur, ab iiſdem Miniſtris ſæpius aditur, ſerra eadem reciprocante: rege tamen ad fontem delitiarum digreſſo, tertium à legato proponitur caput, ut in ſecuritatem ſacrorum per Vallem Telinam Rhætorum potentia in eandem imminueretur, cùm alioqui nihil actum videatur. Ad quæ rex rotundè reponit, reipublicæ commoda cum ſacris non miſcenda, nihil ſeſe unquam pacturum in detrimentum illius ſupremæ authoritatis. Ubi hæc eadem inter legatos agitabantur, Richelius reſponſum regis explicuit pluribus, Regi ob patrocinium Rhætorum id non integrum eſſe, cùm & pacta Madritiana conſentiant, à quorum tempore nihil ſit immutatum: niſi ea pacta in effectum deducerentur, gloriam authoritatemque ſuam calcari: oblata nihil ominus omni opera ad ſacra firmanda.

Deprædicabat tum legatus, at Pontificem caput Eccleſiæ, non toleraturum, ut Vallis Telina redderetur Rhætis, conſultos etiam quosdam Theologos Romæ cenſuiſſe, neque id ſalvâ conſcientiâ fieri poſſe. Richelius hîc ſibi non defuit, quin prompte regereret, leges divinas ſupremæ authoritati ſua, cujuscunque denique cenſeatur religionis, tribuere, unde conſcientiæ nihil interſit, ſi ſummum imperium in Vallem Telinam ad Rhætos redeat, dominos legitimos. Pacta etiam Madritiana, quæ illud aſſererent, Romæ cum Pontifice non inconſultis Theologis, reſtitutionemque nihil impedientibus, fuiſſe diſputata: Vero autem non immutato, Pontificem & nunc inhærere poſſe. Iſta cum tanto pondere dicebantur ut legatus ſatis intelligeret, fruſtra petitum urgeri; itaq; alia media ad ſecuritatem ſacrorū inde quæſita. non dimiſſis primis propoſitionib9, niſi ſub cenſura Pontif. & Apoſt. ſedis, Cum plurima

Digitized by Google

rima in medium venirent, conſenſit rex, ut ſummo imperio Rhætis manente, legitimo quippe, ſacra Catholicis per Vallem Telinam, ſecundumomnia exercitia permitterent liberrima: non niſi Catholicos magiſtratus imponerent: quoſvis Eccleſiaſticos, ſive ſeculares, ſive regulares in omni ſecuritate tolerarent, nullus hæreticus, ſociusve domicilium acquireret: ſi qui nunc eſſent, familiam catholicam fructibus percipiendis conſtituerent: rex denique ad firmandum hoc ſtatutum, nomine Rhætorum caveret, niſi ſtarent pactis, ſummo imperio mulctarentur, Pontifice & Rege judicibus.

Tametſi verò nihil deſiderari poſſet, legatus aut timidiuſculus, aut ſecretior, aut rerum uſu nondum firmus, aut mandatis Pontificiis circumſcriptus, ſuper ſedebat re ulla Romæ invertenda impediri: maximè ubi Gaudemanus, Hiſpaniæ Orator ad aulam apertè proderet, ſe ab iſtac negotiatione abſtinere juſſum, rege Catholico, niſi munimenta Pontifici redderentur, ab ulla tranſactione alieno. Regi legati ratio agendi placere non poterat, quòd ſingulis diebus novos produceret ſcrupulos. Innotuit tamen, mandata Pontificialia id ferè tuliſſe, ex metu, ſi Vallis Telina reſtitueretur Rhætis, Concilii per Hiſpaniam, cum plurimi Theologi Romæ affirmarent, conſcientiâ ſalvâ conſenſum illum non admittere; Hiſpanorum ſuggeſtionibus; quibus obſidebatur, mentem diſtrahentibus mirum in modum.

Barberinus ſubitò ex aulâ Galliæ diſcedit.

REx legatum admodum honorificè habet, prandio admonet, miſſis qui ad Fontem delitiarum ſalutarent, ſumptus facit ſplendidiſſimos: inſtabat tamen negotio finiendo. Ille pro facilitate redhibere primas propoſitiones, nullum reſponſum, præter illud, à rege ad omnem æquitatem condeſcendente, nihil ulterius petendum, auferre; itaq; reditum meditari. Viceſimo ſecundo Septembris publicè auditur, à rege dimittitur, grandem benevolentiam in regni commoda conteſtatus; cui rex reciprocam ſpondebat, collaudato ſtudio in Pontificem, & devotione erga ſedem Apoſtolicam.

Adde-

Digitized by Google

Addebat rex, cum negotium, cujus cauſa veniſſet, rem publ. contingeret, optaſſe ſeſe, proceres regni ante extremum reſponſum, Curiasq; ſupremas conſulere: licere ergò ſententiam Ordinum poſtea intelligere. Credebatur conventus finē expectaturus, diceſſit tamen præter opinionem, miniſtris relictis nullam rationem tàm ſubiti itineris adferentibus, niſi ſubterfugium pompæ.

Politica reminiſcentia.

ORbem terrarum deſtinato Deus gemina potentia gubernat, ob vanitatem mortalium inquit Hincmanus ad Carolomannum & Galliæ Epiſcopos, functionibus ad præſtandam humilitatem penitus diverſis. Potentes ſubjiciuntur ſibi invicem; reges Eccleſiaſticis, & Eccleſiaſtici regibus, nulla per iſtum ordinem reciprocatione potentiarum. Certum, poteſtatem ſpiritualem præ temporali eſſe, ſecundùm ordinem dignitatis, non ſubjectionis & authoritatis: ut illa præfulgens principes temporali exuere nequeat, nec ad modum redigere. Neceſſario enim diſtinguuntur perſonæ à poteſtate: Chriſtus quidem ſtatuit, ut omnes omninò mortales ſuis miniſtris ſubjicerentur, iidemque regibus parerent; non tamen utramque poteſtatem eodem ſubjecit modo, utrique admenſa æquali authoritate ad functiones obeundas, neutri alterius interitu permiſſo.

Quæ cùm ita ſint; Caput Eccleſiæ nullo alio numero, quàm mediatoris fuerit apud principes, componendis diſſidiis: moderatur quidem conſcientias, non rempubl. & authoritatem à Deo ad gubernandum acceptam: fruſtra ſceptra dextris excutere tentarit, mandatis ejus quibuſvis vicem conſiliorum reportantibus. Gloriæ ducat, uti nonnuimus, tranſactiones diſſidiorum, neq; tamen ex authoritate intercedat; cùm ſecundum curam ex Zelo prævidere debeat ſcrupulos utrinque naſcentes, ut partibus placeant: certò certior, inter hoſtiles animos remediorum ibi rationem tenendam, ubi jecur ardet, ſtomacho frigido, ut medicus alterutri viſceri ſalutaria juxta & noxia propinet, ſic arbiter rariſſimè utrique parti ſatisfacit.

S um-

Summum prudentiæ caput medicum imitari, ægrotum non reſtituentis niſi nobilioribus fatis, cæteris non offenſis: ubi ad propoſitiones non paris juſtitiæ mediator aliquorſum propenſior accedit, animi non ad pacem, ſed ad rancorem dilabuntur.

Rex proceres regni convocat, ſuper legatione Barberni.

QUamvis vix opus eſſet deliberatione ad propoſitiones legati Pontificii, ob evidens detrimentum Galliæ fæderatorumq; conſultum tamen videbatur, extra ordinem cogere proceres aulæ & regni, ut ipſi ſaltem verum intelligerent, Hiſpanique devulgare per Europam deſinerent, Barberinum æquiſſimas pacis rationes propoſuiſſe, ſibi non ingratas? regi ad bellum prorumpenti rejectas.

Sic ſcilicet vim pateretur & rerum, & regis juſtitia pacem vicinis ſemper indulgentis, ubi ſine detrimento authoritatis, & fæderatorum incommodo bellum conficere licuit: nullo genere obſequii in ſedem Apoſtolicam hâc occaſione omiſſo, nec unquam aliàs neglectam; unde iniquum foret, gloriam illo opprobrio flaceeſcere.

Cùm igitur nullum ſupppererat expeditius medium, quàm negotia procerum oculis exponere, indicitur conventus, is adeſt frequens, exorditur rex, Boni publici cauſâ evocati à primicerio ſummam rei intelligerent. Is recitatâ ſerie pactorum Rhætacorum, toties iteratorum, quibus regi paterent anguſtiæ in Italiam deſcenſuro, quibus vis niſi eo conſentiente clauderentur, demonſtrabat; Hiſpanum pactis ſuſq; habitis nunquam non conatum vi & artibus ad reliquam Italiam prima quavis occaſione ſubjugandam, iſtas anguſtias in poteſtatem redigere: eo fine invaſiſſe Vallem Telinam, cujus munimentis recuperandis miſſus Cæurius cum exercitu:

Regem ante vim conſenſiſſe in ſequeſtrum Pontificem, ad certum tempus legesq; Legibus illis impletis, tempore etiam ſequeſtrationis elapſo, eventum Hiſpanis modum perſuadendi Pontificis, ut munimenta illa retineret, nullo

ſane

ſanè jure, depoſitarius utiq; Pontificem ſæpius rogatum, eadem Hiſpanis redderet, quos primitus ad recipienda invitarit fruſtra, cùm in ipſius poteſtate tutiſſima crederent: ubi poſt negationem illam Pontifex dimittere noluiſſet, Cæurium ea juſſum per vim ſubigere. Impuliſſe autem Hiſpanos Pontificem ad mittendum legatum, an ex reverentia in ſedem Apoſtolicam munimenta Pontifici redderentur, Rhæti ſummo imperio in Vallen Telinam exuerentur; rationibus abſurdis ad deſertionem fœderatorum, legitimo imperio exutorum inſtitutis; cùm rex nunquam non eidem conſervando arma expedierit; ubi Pontifici traderetur, quod non convenit, neque poſſit denuò rationem depoſiti ferre, niſi cum Rhætorum damno, Hiſpanorum commodo, regiæ authoritatis detrimento.

Rogare regem ipſorum ſententias, expediret ne petitis annuere, aut bellum continuare: liberè loquerentur, ut Senatus conſultum legato ſubmitteretur, quod ab hoc conventu expectare noluerit in negotio ſummæ difficultatis, Avenione utique ſecundum promiſſa tantiſper hæſurus. Sermonem excepit Mareſchalcus Schombergius, recordatus, ſeſe compluries cum legato egiſſe juſſu regis, cujus conſilia ad Hiſpani partes enixè propenſa animadvertit: Rhætis in Vallem Telinam abrogando, & de munimentis Pontifici denuò permittendis, donec Hiſpanus vires ad vim inferendam collegiſſet, nulla argumenta requiri.

Quibus addiderit diſceſſum ſubitum, conſenſu negato, cùm regi tantundem vituperii, ac Rhætis damni ex eâ tolerantiâ acceſſiſſet. Videri ſibi bellum potius, rationibus diverſis, quæ non minus fortitudinis, quàm prudentiæ præ ſe ferebant, quàm pacem turpem, præ conditionibus juſtitiæ & honori regio adverſantibus.

Summus præſes Parlamenti Pariſienſis, nomine Curiarū ſupremarum reſpondet, regem rebus gerendis legiſſe miniſtros digniſſimos, quorū ſententiis acquiſcere ſemper liceret prudentibus; ſibi Schombergii ſententiā videri juſtiſſimam. Card. Sourdiſiꝰ ſeceſſionem facit, armiſtitio propoſito, incom-

commoda anni cauſatus: ubi verò Hiſpani id enixè deſiderabant, quò copias in Italiam, Vallemque Telinam contraherent, à paucis auditur, neque Cardinale Valetano, aut Baſſompetra ſuffragantibus, qui rerum Hiſpanicarum ſcientes, ille Romæ, iſte Madriti periculo facto, bellum ſumendum cenſent.

Richelius ne libertatem ſuffragiorum frangere videretur, ex ſeceſſu ad regem accedit, quanti pacem faceret, teſtatur, quam bello ſemper præferendam arbitraretur, ubi regis honor authoritasque conſtaret, bono regni publico, quod non ſolvendo nexu fæderatos complecteretur, sartò tectoq; cùm verò perſpiciat, legati propoſitiones utrumque incuſare, gloriam & emolumentum Hiſpanis conciliare in opprobrium regis & Galliæ, atque adeò fæderatorum detrimentum, perire ſibi mentem, & conſilia pacis à qua longius recedat, quòd rerum Hiſpanicarum per Satyram gnari intelligerent, nullam ipſis ſuppetere rationem, cur Vallis Telina Rhætorum poteſtati eriperetur, quam ut quaſvis in Italiam ſubigendam effundant copias: id inſtituti non parvum momentum trahere, Galliamq; non leviter contingere, quæ ad modum munimenti, externis fortalitiis deſtituti, adeoq; iiſdem ab hoſte in perniciem verſis non impar, vim illatam vix ſit rejectura.

Neque tacebat diverſa argumenta, ſibi notiſſima, quibus in ſpeciem continuandi belli difficultas creſcebat, partem armorum Religionariis occupantibus, ut copiæ parcius trans montes irent. Addebat autem, regiam authoritatem præponderare, cùm nec potentia, nec opibus, nec armis pollere queat, qubus conſervandis in ſplendore, bellum paci ignominioſæ, qualem legatus expeteret, præferebat: ſupplementa regis exercitus facere terribiles; Quæſtores quaterna ſtipendia ſolida, in tactis redditibus referre; Clerum ſexcentena millia aureorum annua offerre; Religionarios adeò proſtratos tot victoriis, ut vires reſumere nequirent. Omnibus igitur hanc expeditionem adjuvantibus, cuivis conſilio ante habebat. Secundum eum nemo dicebat, nihil ibi deſiderato: addebat rex, ſeſe de Senatus conſulto legatum facere certiorem, & nihil recedere.

Poli-

Politica reminiſcentia.

QUantiſcunque dotibus rex, Miniſtrive à natura ornentur, aut ab experientia illuſtrentur, nulla tamen ardua negotia inprimis periculo involuta, ſine procerum conſilio ſuſcipient: quod reipublicæ utile apprimè duco, nemine dubitante, cùm ab omni ævo conſilium à Sapientibus regnorum firmiſſimum fulcrum, nec minus familiarum ſingularum æſtimetur. Salluſtius ad Cæſarem ſcribebat, non modò regna, ſed & oppida eouſque proſpere agere, dum ſana conſilia urgerent, ex corruptione blanditiarum, metu aut voluptate omnis ſequeretur calamitas.

Non tamen Princeps in frequentiâ conſiliariorum decernet, quod ex uſu fuerit: cum illis ſaltem deliberet, ut Miniſtri optima quæque eligant: nullus ibi metus prodendæ impotentiæ, cùm leges prudentiæ id exigant, & ſummam potentiam ſui arguat, ex diverſis ſententiis conveniontiſſimam agere. Sol, licet mirabili claritate ad ſtuporem fulgeat, aſtra tamen ex ordine divino admittit, regimine mundi communicato: ſic Conſiliarii deliberationibus adhibiti; nihil pollent ad genium regis ſummique Miniſtri; ſimiles tamen territoriis, ſingulares plantas producentibus, aliquando ſuggerunt aliis intacta, nihilque minus utile. Sed & conſilio opus eſt, præter iſta omnia, ſummo Miniſtro, ad exonerandum quosvis caſus ſiniſtros; maxima parte mortalium de conſiliis per eventum judicia ferente juxta regulam profectò falſiſſimam. Vituperium igitur nunquam effugiet, ſi ſolus conſilia ſuggerat, & res arduæ non expectatum ſortiantur finem.

Etiam extra difficultates ſummorum negotiorum arbiter conſilium adhibendum, ut regni proceribus ſatisfiat, cùm plerique illorum, quantumvis rebus agendis & militia clari, eo apparent ingenio, ut ingrata ſint omnia, niſi admiſſis; intenti in Miniſtri ſummi detrimentum, ubi res ipſius ſuaſu ſolius cepta exorbitet: Cornelii Laconis, qui cuſtodiam Galbæ Cæſaris agebat, diſcipuli. Is enim omne conſilium averſabatur, quantumlibet optimum,

H niſi

niſi ex ſe ortum, teſte Tacito. Ut hoc ſe vituperio liberet ſatis aliquando moleſto, & fortunarum tenace, expeditiſſimum fuerit, Senatum extra ordinem cogere, ante decretũ. Sic legati Spartæ ubi Romam adeunt, comite Centurione ex Pori regis militia, qui conſtitutionem Armeniæ explicaret; nihil quidem opus erat Senatu extra ordinem, ad bellum decernendum, cum diſpoſitio rerum id poſtularet; Nero tamen, referente Tacito, principes Urbis convocat, ut deliberaret cum ipſis, conſultum ne foret, bellum anceps ſumere, aut pacem cum hoſte pangere: ubi tamen nulla diverſitas ſuffragiorum, omnibus bellum ſuadentibus.

Vallis Telinæ incolæ volunt Pontifici ſubjici.

VBi legati Pontificii propoſitiones in gloriam Galliæ impingebant, ita illæ Vallenſium ad Pontificem & Bethunium, Romæ injuſtitiam ſpirabant, Hiſpano irritamentis præveniente Catholicos illiusq; regionis, ob religionis ſummam ut Pontifici ſummum deferrent imperium, Bethunioque referrent, ſub imperium Rhætorum nunquam ſeſe, obnitente conſcientiâ, reverſuros; Vulgato etiam ſatis amplo ſermone, quo per complures rationes demonſtrabant, cum regna de ſuis commodis ex regione ſua convenire non poſſint, nullum ſibi plauſibilius juſtiusve medium expediendi occurrere, quàm Pontificis poteſtatem ſubire, quoniam is cum regibus pro jure communis paternitatis agens, anguſtias in bonum Chriſtiani Orbis, pro ararbitrio alterutri eſſet conceſſurus. Sententia autem iſtæc Pontifici admodum opportuna, titillabat animum, ut nullo negotio aſſenſum præbuiſſet, niſi Bethunius hinc inde rationem omni exceptione majorem adduxiſſet, populis videlicet nefas eſſe jugum obedientiæ projicere, & Vallenſibus, integrum minimè eſſe, ſalvâ juſtitiâ, cujuscunq; imperium ſubire, cum per naturam Rhætis pareant, nec rex diverſum ferat.

Sciebat enim, Pontifices plerumque magis in Hiſpanos propendere, quàm in Gallos, ingenio an metu, & illis Vallem Telinam permittere, nihil ferè minus eſſe, quam Hiſpanis eandem tradere. Riſum etiam fecêre Vallenſes artificio ad Bethunium pervertendum adhibito, quaſi res commodo

modo Galliæ fieret, iterato proteſtari, univerſos incolas judicio regis tantum delaturos, ut id unicè in votis habeant, à Rhætis rex fidem acciperet de tranſigendo, tunc ſeſe nutum ipſius ſecuturos; addebant tamen, ne ægrè ferret ſi animum à Rhætis penitus abſtraherent, & ab Hiſpanis abhorrerent, cùm intelligerent evidenter, ex utraque parte nihil plus fiduciæ Galliam capturam. Quod ſi Rhætis denuò ſubderentur, neceſſitatem imponi ad partes Hiſpanorum tranſeundi, nullo relicto dubio, ea ratione clientelas cum ipſis continuari, ad extrema ſubſidia, cùm Rhætis fidere mens abhorreat: nullo propinquiore vicino, aut principe ad ſuppetias promptiſſimas. Lubentiſſimè regi parituros, niſi æternam bellorum ſeriem patriæ contra Hiſpanos, patrocinii impatientes iſtius, formidarent. Expenſis igitur omnibus, nullas ſibi partes commodiores videri, quam Pontificis, cùm Gallia quæ vel inde hic ſeſe faciliorem debeat præſtare, quod Pontifex illius commodis admodum faveat. In promptu Bethunio reſponſum, verbis humanitatis nihilo inferioribus, cùm teſtificatione benevoli animi ex parte regis, cui commoda ipſorum ſemper fuerint cordi, ut protectionem nunquam ſit intermiſſurus; nulla penitiſſimè pace futura, niſi ſacrorum uſu apud eos liberrimo. De ſumma rei nihil calebat, expeditis mediis eidem libertati aſſerendæ, imperium non mutandum, cùm ex jure naſcendi de ſemetipſis ſtatuere poſſent. Fatebatur liberè regem non quærere Imperium in ipſos, conſtituiſſe autem, Rhætis illud aſſerere ſecundùm liberrimum ſacrorum uſum; neque alium rei terminum ſibi unquam ferendum. Reſponſum hoc fortiſſimum, an æquiſſimum, apud præpeditos minus juſtitiæ videbatur continere; viſumque & alterum ſermonem, à Prælato Mediolanenſi divulgari, quo conabantur diverſis rationibus planum facere, Pontifice ſatis benevolè annuente, nullum regi jus in Vallenſes, quo illos à ſubjectione Sedis Apoſtolicæ diſtinere queat. Adeò graviter ſæpè Zelus temerarius, quem populi ratione ſacrorum induunt in juſtitiam, rectamque rationem impingit.

Politica reminiſcentia.

ZElus eſt animi motus laudabilis, ſed limitibus ſcientiæ

 & cha-

Digitized by Google

& charitatis definitus, alioqui irrationali furori propior quàm virtuti: geminas iſtas virtutes ipſi adjungit Apoſtolus, vituperio notans iisdem deſtitutum. Oleum dixeris igni injectum, cùm tantum ardorem animis infundat, ut ultra juſtitiam & rationem ferantur.

Quæ nationes ignorant Salvatoris doctrinam de honorando magiſtratu, quorumcunque ſacrorum, ab ipſius manu introducto, quod ſecundum ipſum & Apoſtoli ſuo exemplo ratum fecêre, Zelo imprudenti ob religionem, ſuæ adverſantem, ad calcandam obedientiam, arma infeſta corripienda, conjurationes ineundas incendia cædesque ſpargendas, rempublicam omni calamitatum genere per bella civilia flagellandam concitantur.

Hinc Origines doctiſſimus ait, Zelum Dei inutilem, niſi ſcientiâ Dei regatur, Judæos exempli gratia adducens, qui temerario Zelo in gloriam Dei, omni execratione majus ſacrilegium admiſerint in occidendo filio Dei: hanc etiam ſpeciem Zeli ad cultum divinum non modò inutilem, ſed & Eccleſiis, rebusque publicis apprimè noxium, ad extrema ſemper tendentem, veram utique bellorum civilium facem, ſubruendis reipublicæ & Eccleſiæ fundamentis, ſub quovis pallio ad furoris rabiem perpetrandam.

CAPUT XXVI.

Hollandi mittunt, qui regem ad fædus mutuum inducant.

DUm legatus Pontificis etiam ad fontem delitiarum hæreret, acceſſit Hollandorum legatus animo penitus contrario: illo ad pacis ſcopum collineante, iſto bellum reciprocum, ſive tutandis rebus ſive invadendo Hiſpano, ſuadente.

Anno ſuperiore pangebatur fædus in mutuam defenſionem, quod potiorem partem armorum Hiſpanicorum in iſtis regionibus exercere poſſet, Hollandis ad ampliandos fines commodum: Quemadmodum verò ægrè bellum procedit inſignium palmarum inopiâ; illi nuperrimè Breda,

da, oppido munitiſſimo exciderant, optabant, ut rex indicto bello illorum vindictæ talionique ſerviret.

Legatus nihil ceſſabat regi & Cardinali demonſtrare, Hollandos non ſolos ambitioni Hiſpanicæ immolandos. Gallia eodem circuitu comprehenſa, cujus exteriora per Germaniam, Italiam & Vallem Telinam occupentur ad faciliorem irruptionem Superſedere volebat ulteriore delineatione negotii ipſis non ignoti; rogabat tamen, animadverterent, rectiſſimè Hiſpanum quæri, non excipi. Proceſſiſſe eum, invaſionis ſecurum, ſingulis defenſionem parantibus; facili negotio per irruptionem palmas extorqueri, nulla potiore potentia, quàm aggreſſoris, animis, cùm nemo invadit, ad invadendum audentioribus. Nimis hæc manifeſta ignorari non poſſe; ſed nota non poſſe victorias illius non impedire, quin ipſius petatur, & noſtra trophæa domi videat.

Gloriæ ſtimulos conabatur regi adhibere, enumerans curſus Cyri, Hannibalis, Alexandri & Cæſaris, ſummorumque apud Romanos ducum, qui hoſtibus invaſis fortunam fecerint ſuam: idque unum gloriæ regiæ deeſſe, quam ſors bono Europæ naſci voluerit, libertatique vicinorum ſervandæ. Succenturiabat tanto artificio vota & conſilia aliunde, Angliam non defuturam, Flandriam ſubjugo gementem, libertatis avidam, quidvis præſtituram.

Sumptus denique eouſque non conſiderandos, cùm militia Galliæ æquè ac Hannibalis exercitus ſit alendus, quod ille reſpondebat ex Africâ trajiciens, exercitu ipſo, cui pedem in Europâ figenti, aër, ignis, terra, fortunæ incolarum forent cum ipſis communia; quod eventus comprobarit, bello octodecim annos in Italiâ & Hiſpaniâ, nullis Africæ ſumptibus, ducto.

Major pars iſtarum rationum adeò vero congruebant, cæteris perquam ſpecioſis, ut regi neceſſariò defuiſſet fortitudo, niſi moveretur, cùm etiam de iiſdem rebus cum Cardinale jam ſponte egiſſet: unde ſedebat animo, Principibus Europæ extremam neceſſitatem invadendi Hiſpani impoſitam, ad modum victoriis ſtatuendum; initio jam per Vallem Telinam facto.

Expendebat tamen, negotia ſumpta ſatis trahere momenti,

Digitized by Google

menti ſecundum conſtitutionem præſentem Galliæ; difficulter ulteriora proponi, niſi religionariorum factio, ex bellis animoſior, præcavendis tumultibus bonam partem armorum diſtinens, penitiſſimè excinderetur. Neceſſe etiam eſſe, ut antequam Flandria tentaretur, Auſtriacorum àrma per Germaniam occupentur, locis ad ſubmittenda auxilia prius correptis, ne ea ſubigi poſſit. Rex iſtoc conſilio inſtitutus, Cardinali fædus ad offendendum interdicit: is legato ſummam negotii exponit, ad reſpondendum hæſitanti, prout res ferebat: rogabat exinde, referret Hollandis regem & copiis & pecuniis ſubmiſſurum, ubi uſus foret, juxta fædus; temporum curſui etiam invitanti non defuturum, vel ad ſui ipſius gloriam.

Politica reminiſcentia.

PArum confert Principi generoſus animus ad ſuſcipiendum bellum, niſi ſapientia occaſionem commodè agendi doceat. Tempus non ſemper idoneum ſumendis armis, fæderibus nectendis, paci frangendæ; cum ante omnia conſiliorum ſpectanda ſit ſecuritas, utilitas, honeſtas, & executionis ſuperanda difficultas, nemo enim conſilium facile ſuggerit, parte periculi ſibi ſumpta. In poſtremis non reputatur, hoſtium vires noſſe ante invaſionem, auxilia quæ ſperent, commoda quæ ex præliis referant, occupationes quibus diſtrahantur, loca quæ tutandis rebus ſuppetias transmittant, provincias quæ militiæ neceſſaria ſuppeditent omnemque adeò ipſius diſpoſitionem. Quicunque bellum utiliter cupit finire, incipiat per prudentiam, conſiliis è repræſenti captis, ratione ad ſpei æquilibrium appenſa, præſentibus ad futura exactis, quæque ex parte tantùm extant nunquam ſpretis, ne eventus doceat, exordio nimis fervido defuiſſe prudentiam.

Gallis peſſimè cecidit interrupta pax cum Carolo V. anno 1555. cùm fruſtra niterentur Pauli IV. ex Caraffarum familiâ, promiſſis. Nam negotio præter fundamentum & rationem expenſo, nulla habita conſideratione virium quas ibant laceſſitum, aut temporum conſtitutione, exitum damnoſiorem ſensêre. Laudat in Hannibale T. Livius, quòd hoſtilia æquè ac ſua noſſet.

Hac

Hac igitur deſtitutus notitiâ princeps in bello ſuſcepto exitium quærit: quod ſi occaſio ſit attendenda, videat an conſilia nitantur aliquo fœdere, cum vix ullum offenſioni factum ad ſpem fœderatorum deſinat; diuturnis etiam bellis plerumque ob diverſa principum commoda evanidis: accedit temporum & rerum mutatio, artêsque plurimæ diſturbando fœderi. Suboritur etiam ex diverſitate quacunque æmulatio, ſingulis ad ſua dilabentibus, ut magnum molimen ſequatur parum felix ſucceſſus.

CAPUT XXVII.

Religionarii afflicti, clementiam regis inclamant.

ILluſtris illa victoria, quam rex in mari Rupellano & inſula Rea obtinuerat, Rohanio per Languedociam nihil promovente, quod Theminius undiquaque præverteret, Religionarios ad inclamandam regis clementiam perpulit. Petunt gratiam mittendi, qui errorem deprecarentur, fide & obedientiâ delatâ Gratum id regi, ad Fontem delitiarum, nondum profecto legato Pontiſicio, ſub finem Auguſti, ſubmiſſionis & pænitentiæ quantaquanta teſtimonia excipienti, tum univerſæ factionis, tum Rohanii ac Subiſii nominibus, qui tamẽ per ſuos privatim quærebant militiæ Italicæ adhiberi, teſtandi erga regis gloriam fervoris ergò, cùm quodcunque terrâ marique periculum promptiſſimè ſic eſſent ſubituri.

Sermone defuncti, querimoniam per capita diſtinctam ſumma exhibent, remedium rogitant, ex edicto Nannetenſi, cæterisque indultis. Rex eam examini deſtinat. Quamvis autem ſuaviſſima pax animos delinire ſolita, populorum pauperies, & Hiſpanorum auſa in fœderatos Galliæ, omnium Gallorum vota flectere, potuiſſent, ut rex ſeſe ipſorum ſupplicationibus facilem præberet; diverſum tamen uſum rerum plerique ſpectabant. Exiſtimabant alii, Rupellâ ad incitas redactâ, poſtquam inſulis, mari, milite & navibus deſtituatur, nec negotium deſti-

tuendum: occaſionem admodum opportunam non dimittendam, cùm obſidio ſimeſtri minor propugnacula complanare & regi obedientiam conciliare poſſit, factione Religionariorum deſtructa: neque enim cæteris oppidis vires adeſſe, ad eam cum vigore fovendam; ſic authoritatem regiam creſcere, Eccleſiam incomparabili bono cumulari.

Plebeia hæc erant ingenia, à quibus tantummodò oculos ferientia conſiderantur, prudĕtia in futura langueſcente. Obviam illis non erat, quovis tempore regi integrum in Hæreticos ducere, militia maximè longè aliter, quàm olim ordinata, quod curſus rerum docuit: nihil facilius, quàm Rupellanos ex Reâ & Olerone, munimento Ludovici, aliiſque fortalitiis coërcere; nec tamen ſemper tempeſtivè ambitioni Hiſpanicæ per Italiam, Rhætos & Vallem Telinam obviam iri. Cum dedecore illa incepta deſeri, ſic Vallem Telinam, univerſamque Italiam, jam armis fatigatam, Hiſpano creſcenti permitti: iſta præ Hæreticis urgere, quod nunquam opportunius præbeat ſeſe ſecundus ſucceſſus. Præterea, non ſatis eſſe, Zelo temerario ob ſacra duci, regni commodis neglectis, cùm maximè Religio partem conſtituat reipublicæ, eoque minus interſit religionis, ſi Religionariorum everſio aliquamdiu differatur: nec bellum, nec vim quicquam ad converſionem illorum unquam contuliſſe, hæreſi croci naturam induente, qui calcatus inflatur: ſic eos inſtar Salamandræ in mediis ignibus ſubſtitiſſe; demerſos, genimina piſcium æquaſſe; capite truncatos, plurimis ramis pullulaſſe, unde non de exitio hæreſios, ſed de factione agi, quam rex pro lubitu aggredi poſſit, nulla non occaſione propter genium illorum refractarium enaſcente. Eandem verò rationem rerum Italicarum minimè eſſe, quæ cum ſumma ignominia deſtituerentur, abjecta potentia de Hiſpanis, qui radices agant, unquam ejiciendis.

Graviſſimis iſtis rationibus à Cardinale explicatis permotus rex Religionariis pacem indulget, ut ad res Italiæ, Vallisque Telinæ expeditior eſſet; additâ fide, Edicti Nametenſi promiſſa, poſt expenſam ipſorum querimoniam ipſis ſalva fore: permiſſo libero exercitio religionis per ea oppida,

oppida, ubi templa & ſepulchreta prius habuiſſent, præteritorum oblivione inducta: demolitione tamen munimenti Ludovici; quod Rupellanos maximè in officio contineret, ſuper ſedebat.

Gratiam hanc Deputati communes nomine oppidorum omnium ſuſcepêre, præter Rupellanos, Montalbanos Caſtrenſes & Milhaudanos, qui à Rohanio & Subiſio circumventi, ægre ferebant, duces præter gratiam nihil commodi referre, nec militiæ Italicæ adhiberi, quod deſiderabant; inde ſupplicabant regi, quæſito alio colore, ne ægrè ferret moram, donec bini duces, oppidaque quaterna aſſentirentur. Et moram hanc indulget rex, modò rem quantocyus expedirent.

Politica reminiſcentia.

OPtare licet, ut factio in regno adulta prematur cavendis tumultibus; non tamen quovis licet tempore manum operi admovere. Sapiens igitur Miniſter occaſioni intentus, imbecillitatem aut commodum reipublicæ ſuæ ſpectabit. Suetonius Paulinus, inter peritiſſimos prudentiſſimoſque ſui temporis duces facile princeps, ſermone doctiſſimo, ad gliſcentia bella civilia inter Othonem & Vitellium docuit, quod Tacitus refert, Vitellius rebus ſuis conſuleret per diligentiam; Othoni dilationem plus commodi allaturam, ubi cæteris fuerit defunctus. Cneus Sulpitius Dictator magnâ prudentiâ cenſebat, bellum Gallicum non præcipitandum; ex ea ratione, quod adverſus hoſtem, in dies in hoſtico extra patriam ſponte deterendum, nihil eſſet opus dubia alea. Incidiſſet enim in grande periculum, ſi tum prælium poſcentibus obtemperâſſet, facillima poſtmodum victoriâ.

Conſilia juſta & reipublicæ utilia minimè videntur vituperanda: Miniſter vero ſapiens majorem aufert laudem, qui in rebus gerendis non tantum æquitatem mente concipit, ſed & temporis habita ratione, occaſioni ſeſe accomodat, neceſſitati præbet.

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

Viniolius ſupplementum ſex millium deducit in Italiam.

QUamvis pax cum Religionariis non undiquaque firmaretur, tamen neceſſitas ſupplementorum Cardinali nota, regem ad mittendum Viniolium cum ſex ſeptemue millibus gregariorum induxit. In Pedemontium deſcendens is obſeſſam Verruam invenit in ripâ Eridani, non quidem magno incolarum numero, ſed caſtello in rupe collis ſito defenſam: Ferianus copias Aſtâ exemerat, hic operæ pretium facturus. Sabaudus autem re intellecta, ſub oculis Hiſpanorum San Reyranum, nobilitatis Breſſanæ, cum mille peditibus ſubmiſerat, exercitu ex Grequii opinione ad radices collis admoto, foſſis præ oppido validis munito.

Impetus & eruptiones ultra tres menſes continuantur: Ferianus foſſas ducit, ſuggeſtus erigit pro ſumma induſtria: tormentis tonans immane, quinque aut ſex locis muros aperit diverſo tempore, toties impetu facto, agreſſoribus ſatis damnoſo. Cuniculos complures fodit, hydram ſeptem orificiorum adornat, majori ſuo, quam obſeſſorum damno; nullo pede terræ capto quem teneret. Interea ingruit hyemis tædium, exundat Eridanus infeſtior foſſas deſertas implet, ſuggeſtus eruit, ut tormenta paluſtribus mergerentur, ſummo labore educenda. Hinc Gallis animus creſcere, donec decimo ſeptimo Novembris Conneſtabili, Crequius, & Viniolius nuperrimè advolans momentis rerum expenſis decernerent impetum facere in munimenta Hiſpanorum per planitiem. Summam rem gerit Conneſtabilis, proditur in aciem, fit prælium acerrimum ultra tres horas, ſummâ Gallorum gloria, quod munimenta omnia occuparent.

Intervenit Sabaudus, incedit hoſtis, pedeſtri agmine tripartito, equitibus in duas alias diſperſis, ad recuperanda amiſſa. Monumentum, quod deſerendum Galli ſtatuerant,

obti-

obtinet, nocte pugnam dirimente, amiſſis bis mille, centum gregariis apud Gallos deſideratis Per ſummam igitur penuriam abjectâ ſpe munimentorum, Gonzales Cordoua ſilente nocte obſidionem ſoluit, ſilicum colliſione, quid rei eſſet, indicante. Sic nidulo iſti exercitum quadraginta millium impendice, evanidâ armorum Hiſpanicorum authoritate, cùm videretur Deus vanitatem illorum ludibrio exponere, ob iniquiſſima conſilia per extremam ambitionem ſuſcepta.

Politica reminiſcentia.

QUantumvis ambitioſi Principes conſilia tollant, Deus tamen ſuperbis adverſus, potentiam deprimit, juſtitiæ ſummæ ſubjicit, ignominia in præſumptionem paratâ. Providentia ipſius potentiæ facit modum, commoda ad vicinos expendit, tranquillitatis publicæ ſtudio.

Ingenia placida ſeſe intra limites juſtorum deſideriorum continent, fæderatorum protectioni favent., unde illis caſibus exempta, honorem gloriamque perpetuos habent comites Quicunque nullos potentiæ limites fert, audet omnia ad ampliandũ, eò frequentius ipnominiæ expoſitus, quòd omnibus exoſus impedimenta undique ſentiat, Numine etiam in ejus caſum propenſo. Divinam ſapientiam hic nunquam ſatis mirere, quod conſtitutis duobus imperiis per viciniam, alteram ad alterius moderationem conſtituat, ut conſilia ad ſervandam viciniæ libertatem diſturbet. Sic fruſtra plerumque alter alterius exuviis diteſcere cupit, cum Sapientia illa infinita ambitionem moderetur, conatus inutilis reddat.

Deus quidem aliquando in Principem pænâ conſtituta, alteri laxat habenas, quod rarum tamen; ſed plerumque gravi caſui exponit cæterorum ruinis ſurgentem, Darius eò proterviæ proceſſit, ut ſeſe regem regum diceret, hinc Alexander, contemptim habitus ipſi vitam cum Imperio adimere potuit. Sic Arphaxates, Medorum rex, ſubactis plurimis Nationibus, Ecbatanam populoſiſſimam urbem ſtruit, & propriarum adeò virium potentia

Digitized by Google

tia inflatur, quaſi nihil ei obſiſtere poſſet: Deus tamen promptiſſimè contrariorum fecit periculum, eo per regem Ninives caſtigato & victo, ut ſpecimen illud moneret, moderata conſilia ad gloriam ſubſiſtere, ambitionem quibusvis exponi fortunæ ludibriis.

CAPUT XXIX.

Supplementum ſubmittitur Cæurio in Vallem Telinam.

CArdinali res Vallis Telinæ, æquè ac Italiæ erant curæ. Hinc diverſæ copiæ ex Galliis, etiamper Rhætiam conſcriptæ aliæ & à Venetis tandem impetratæ eò tendunt. Apud Urios & Undervaldos duæ legiones colligebantur, ut jam appareret, omnia ipſius prudentiæ cedere, cùm & iſti duo pagi Hiſpano arctiſſimè adhærerent, fruſtra Doglianyo oratore & Scapyo Nuntio id impedire conantibus.

Admodum opportunè ſupplementa accedebant, cum Hiſpani plurimum eſſent aucti paulò antè, ut duce Papenheimio Terzium Sottonæ in Valle Telina tentarint, & Albanos & Capeletios panico terrore ob exercitum remotum correptos, ex lineis èjecerint. Cæurius igitur inſolentiarum impatiens, exactis ad vindictam viribus, ex ſententia ducum, decimo ſeptimo Octobris copias ad Pontem Gaudium contrahit, impetum diſponit, pugnam feliciter orditur, & ultra duas horas extrahit, militum receptacula recuperat eodem quo erant perdita fortunæ favore, majori tamen ob in æquales vires, gloria.

Poſt hæc Candalius didicit, octingentos pedites, quadringentos equites Chaumontium Rhætorum munimentum corripuiſſe; à Cæurio igitur bis mille ſuppetiarum accipit, luſtratum exercitum admovet, Hiſpanis defenſionem acrem oſtentantibus: ſex è ſuggeſtu tormenta muros aperiunt ad impetum, grandinem plumbeam in feneſtræ defenſores evomitura, dum duobus crepitaculis porta rumpitur, ut irruentes Galli incolas ad deditionem agerent,

Digitized by Google

rent, armis tantum conceſſis, ſervata quam ſecum illi advexerant annona. Sic illis digreſſis Candaïus gubernat.

Per Vallem Telinam jam nihil reſtabat recuperandum, præter Morbeniam, cujus ſubjugandæ gratia Cæurius Senatum iterum coëgerat: cùm autem prudentiores locum natura munitiſſimum, & aſſultui difficillimum, imò à præſidio numeroſo defenſum oſtenderent nullis etiam ad intercipiendum commeatum paratis in lacu Comaceno navibus; cenſitum, cùm nulla clauſtra Hiſpanorum uſui faciat, negligendum.

Submiſit ferociam prudentiæ audacia, ut ſcires, quædam etiam intacta manere: Jam nuper viſum fuerat plurimis recuperandæ Vallis Telinæ hinc exordium ſumi, quod poſtea factum, cùm ratione viarum non ſit maximi momenti, niſi ad conſervandam in officio viciniam: ſic ad quemvis tumultum per Vallem, huc concurritur ad aſylum tutandum, ut niſi primitus obruatur, poſtea operam ludas.

Politica Reminiſcentia.

SUmma ſane virtus in expeditionibus bellicis prudentiæ primas deferat oportet, cùm gloria ſucceſſu victoriarum, oppidorumque oppugnatione non menſuretur, non ſui utique plerumque arbitrii. Omni tamen vituperio liberantur, ubi ad victoriam omnem conſtantiam, timore excuſſo, adferunt. Ad extrema auſis nemo quicquàm exigit, cum ultra vires procedere ſit negatum.

Ardua nihilominus in provinciis remotis per occupationem fortiſſimi loci, cui vim fruſtra admoveas, fuerint incipienda. Nam primus impetus metum ſpargit, principe ſummam rerum maximè aſſerente, cum copiis tum aliis neceſſariis comportandis, ut vim ſuſtinere queat. Romam ante omnia petamus, inquiunt Romani nominis hoſtes apud Herodotum, imperii caput; cæteris ſponte ſecuturis. Sic Cæſar ajebat, Romanis nihil firmi per Gallias ſperandum, niſi Auguſtoduno Heduorum potirentur, loco id temporis principe, cætera in utramque partem trahente. Verum utique, expeditionis ducem

ducem portis oppidi captis, reliquas partes facilè ſuperare ſic primo provinciæ munimento potitus, cætera fræno pro lubitu coërcet, conſervatione potiſſimum certa.

CAPUT XXX.

Rohanius excuſat, quod leges factioni ſuæ præſcriptas accipere nequeat.

POſtquam igitur ſummam negotiorum, quæ hoc anno per Itáliam & Vallem Telinam geſta ſunt, vidimus, regni viſcera inſpiciemus. Rohanius pacem, niſi ſuo commodo inire nolens, executiones nectit, cùr ultimam ſuam mentem de articulis ſuæ factioni è rege indultis, non niſi ex Utriuſqne Languedociæ conventu, quem meditabatur proderet: unde commodum unius & ambitia privata pacem diſtulit.

Interea omnem movebat lapidem, ut fortiſſima quæque per Languedociam corriperet, & alicùbi ſuperior authoritate parta militiæ partem Italicæ aut quamcunque utilitatem regi extorqueret. Sic Tilietum in agro Alcingenſi tentat quingentis ex Realimonte per noctem immiſſis, & fortiter repulſis. Jam dudum Pameriam, Maſdezilium, & alia Foxenſis territorii ſeduxerat, unde in planitiem excurrens, prædas agebat. Damna illa frequentiora adigebant, vociferante ruricula, Conſules, plurium oppidorum ut arma regia, duce Theminio, arceſſerent. Non pauci in exercitu repulſam ſuadebant, ne ſic Rohanius pro lubitù vagari poſſet, cùm jam imminente exercitu nihil auderet. Conſulibus autem ſumptus bellicos offerentibus, tempus que refocillandis copiis, ad Caſtra valdè fatigatis, Caimanius ſubveniendum putavit.

Is aſſumptis, quæ videbantur copiis, Calmontem, exiguum ad Mazeram oppidum aggreditur, ut eruptiones frequentes, viciniſque graves rebellium coërceret. Obſidio in tertium diem extenditur, obſeſſi ob tormentorū violentiam, de nocte elabuntur, quos Marchio Ambrius cum turma

turma volonum ex tumultu aſſecutus, maximam partem concidit: idem quinque aut ſex alios nidos exinde vel vi, vel tranſactione ſubigit.

Maſdazilani re intellecta trepidant, veniam coram agendi ab exercitu petunt; ſed Rohanius auxilia ſubmittit, & qui mentem perverterent, hinc Theminium præter Carmanium ad obſidionem tentandam; armis in defenſionem verſis, paulatim attrahunt. Quinto decimo ſeptembris hoſtilia tentantur, diruuntur muri, quos aggreſſores refectos inveniebant: ad alias ruinas repullantur arma regia non ſine damno obſtinatiſſimè: ſuper venit pluvia moleſtiſſima, qua inflatur flumen, replentur foſſæ, ſolvitur obſidio.

Caſus iſte ſatis amarus leniebatur victoria, quam poſt paulo Ambrius contra turmam volonum obtinebat, aliis cæſis, aliis captis, cæteris diſſipatis: quod Rohanio ægrè faciebat. Is igitur Maſdazili defenſionem, quòd alias non magno negotio capi poſſet, ſibi inutilem animadvertens, nullum etiam alicubi operæ prætium cernens, Milhaudam ad Conventum abit; ubi tantum valuit authoritate, ut ad regem mitterentur, qui pacem indultam acceptarent. Rex gratiam confirmat, quamvis nova rebellione caſſam. Conveniebat tamen ea ratio inſtituto alteri, adverſus Hiſpanum;: excipitur Rupella quod colendi obſequii exiguam teſtaretur voluntatem.

Politica Reminiſcentia.

Ambitio Magnatum multa ſæpè incommoda infert reipublicæ; notum belli aut ſumpti aut ducti principium. Hæc ad quævis extrema propellit: ut ſcopum obtineat Hæc neminem, vix ſemet amat, ut præ libidine omnia jura obedientiæ violet: hæc de æquitate nunquam ambigit, emolumento conſiliorum intenta; hinc ante omnia oculos velat juſtitiæ, ut tanto audentius incipiat, progrediaturue.

Semel infectus, falſum intuetur ſpeculum, cujus vitrum objecta elegantiori aut grandiori forma reddat, quo artificio mens faſcinum concipit fortunæ perpetuæ, ubi uno momento favit Confidentia virium pacem oblatam reſpuit; cum meminiſſe poſſent, fortunam, ut pote vitreæ naturæ, fragilem eſſe, ubi maximè for-

Digitized by Google

formam putes teneri; paciſque authorem Deum ex miſericordia erga populum ſuum non rarò eandem contemptoribus immittere calamitatem, quam aliis inferebant.

Venatores, ut Pantheram capiant, aconiti manipulum, quo ferà mirè delectatur, ex alto ſuſpendunt, ut aſſultu aſſequi nequeat. Sed illa ex aſpectu tanto inflammatur deſiderio potiundi, ut ſubſultibus continuis tandem expiret. Eodem certè modo Fortuna, de ambitioſo, ejusque vanitate triumphatura, victorias, opeſque viribus noſtris ſuperiores proponit, nullo potentiori tractu animorum. Hinc conatus ſummi, tricæ temerariæ, quibus ſtatim ſuccumbat, ignominia in pictura gloriæ reperta. Stupendum utique erat, Religionariorum factionem adeò enervari, poſtquam arma per pauculos annos regi oppoſuit, & potentes exercitus per Languedociam, donec ad officium redigeretur, fatigavit: ſed qui converſionem reipublicæ, Cardinale manum admovente, ſciebant, parum mirabantur.

Politica Reminiſcentia.

DIcam exercitum ad Rupellam excubias agentem ipſius conſilio, inter cauſas ſummas numerari, quòd Auniſii territorium & Pictaviam ſine motu ullo contineret. Alteram cauſam dixero, copias in Languedociam miſſas, in eunte anno, quæ inquietis adeò providè imminebāt. ut nihil audere potuerint: rebellionibus potentiſſimo remedio. Accedit alia ratio ſecretior, tantò gravior, quòd paulatim & ſine ſenſu fortiſſimum fulcrum in regno ſubrueret, exigua illa ſcilicet regis authoritas, quam cæteri Miniſtri ſummi ante Cardinalem regi circumdabant libertasque Principibus & Magnatibus permiſſa ut aut Religionariorum partibus accederent, aut faverent quotiescunque aliqua ſpe excidiſſent, unde illa tantum virium acquiſivit. Magnates enim palam ſcribebant militem ad rebellionem ſuffulciendam, aut in eum finem pecunias ſuppeditabant; donec injuſta hæcce conſuetudo tolleretur, rege conſilium Cardinalis, ſummam rerum capeſſente.

Id verò rex diſcebat ex occaſionibus, Principibus & Magna-

Magnatibus ad eam obedientiam reductis, ut quilibet regiis beneficiis lætior, ægrè mentem factioſis cogitationibus turbari pateretur: cum prius plerique eam rerum gerendarum authoritatem raperent, ut deſideriis fruſtrati, continuò ad ſua ſecederent; ab obſequio aſſiduo liberati. Itaque alia vivendi ratio ipſis præſcribi cœpta, ut nempe officium regis colendi intelligerent; & faſtu poſito, gratis caperent, quæ aliter impetrari non poſſent.

Sic omnes factiones claudicabant, ab aula ſe motis turbulentis quibusdam, qui veſparum inſtar, fiſcum exhauriebant, vitioſis ſeminibus apud Magnates ſparſis, cùm nihil penſi haberent præter cenſuras adminiſtrationis, & diſſidia, ut regio ſumptu lautè agerent. Ea demum vera fuerit cauſa enervatæ factionis Religionariorum, quæ nunquam niſi alienis fulcris valuit. Hinc facilè patuit, rege ex prudentiſſimo Cardinalis conſilio, clavum tenente, omnes ſubditorum vitam cepiſſe, & obedientiam conditioni parem induiſſe.

Authoritas Monarchiam animat, beatam ſanè rempublicam, cujus Princeps gubernandi rationem, ſive convenientia jubendo, ſive ſubditos ad obedientiam ducendo tenet. Is prudentis Medici æmulus, ante omnia robur cordi affundit, authoritate Principis firmata. Si quis verò eâ exutus, clavum gubernaculi ad regendam navem, jugum populos in obſequio continendi, & ſplendorem venerationis perdidit, nunquam ſubditos habuerit obſequentes, contempta authoritate. Venerationem fruſtra expectabit, cum principis characterem depoſuerit, quo in animis populorum vigebat.

Authoritas Principi præſtat, quod ſplendor Soli: ille tanta devotione à mortalibus ſanè nunquam ſuſpiceretur, niſi coruſcaret in oculis noſtris. Ubi Princeps ſplendoris expers, partem ſibi quiſque agnatorum ſumit, illius imbecillitate contemptuve; in quem corruit, in baſin ſuæ potentiæ verſo. Partem etiam provinciarum rectores ſervant, ut omnibus omnia liceant. Impunè quidvis patratur, nulla verecundia ſumendorum armorum, ut vis extorqueat, quod nulla ratio aſſequeretur: pecuniæ publicæ intervertuntur, populi gemunt, turbantur omnia.

Theopompus, rex Lacedæmoniorum aliquando reſpondit, cùm Sparta ob regum egregium imperium beata audiret, id civium obſequio deberi. Putem ego tamen, Monarchiæ proſperiora ab uno fonte fluere, authoritatis ſummæ, unde libertas rite gubernandi, & propenſio animorum ad obediendum dependeant. Quod alioqui verum, in Gallia fuerit veriſſimum, cujus gubernatio cum authoritate ſuprema Principis ſtabilitur, nullo unquam majori emolumento ad rempublicam rectè ordinandam, quàm principiis quibus nata eſt, aſſumptis.

CAPUT XXXI.

Cardinalis laborat, ut regi matrem, fratrem & agnatos reconciliet.

QUemadmodum naturæ vincula parum durant, niſi benevolentiæ nodis conſtringantur, ita non ſatis habuit Cardinalis, regem in poſſeſſionem illius authoritatis in Principes immiſſum, niſi ſummâ curâ conniteretur, ut arctiſſima benevolentiâ omnes compingeret. Regina mater inter domeſticos regis primum occupat locum: hinc omnem cælitus conceſſam prudentiam impendit Cardinalis, ut voluntati regiæ eam conjungeret: idque eò libentius, quòd ab aliquot annis teſtimonia ab eadem benevolentiæ, quæ obſequio prædicabat, ferret Tanta autem felicitate ſuccedebat opus, ut centuplum reddidiſſe videretur.

Neque tamen in proclivi erat negotium, cùm regina mater averſa eſſet, & rex juſtis de cauſis turbaretur ejus actionibus. Ipſa enim nuper gubernatrix regni, clavum deponere non poterat, nulla habita ratione, quantum ſpinarum diligens populorum cura ferat: ſplendore tantum faſcini ſuffundente, ut genii ſapientiſſimi, minusque ambitioſi ſeſe ei vix ſubducant. Sic ea non multum laborabat regendo eo deſiderio; unde rex, cujus ſolius dexterâ ſumma authoritas clauditur, eò plus ſuſpicionis

nis concepit, quòd principibus familiare eſt de potentia æmulari; idque eò rectius, quod juſtitia nulli mortalium imperium diſpatitur.

Cardinalis porrò hoc rerum ſtatu omnem exerebat induſtriam, ut reginæ matris inclinationes ſuperaret, ſecurus æmulationis delendæ ex regis animo. Paulatim igitur & dextrè in animum fervidum inſtillabat, iſtam veritatis rationem, quam reconciliationis fundamentum ponebat. Nequid offenderetur, ſi rex imperio potiri ſatageret, rebus ſecundum ejus mandata fluentibus, cùm ipſa vitam, leges, regni authoritatem contulerit, qua eum nemo jure privare poſſet. Multa ſanè circumſpectione utebatur, ut ipſa in partem curarum venire ne peteret, rex verò omni æmulatione depoſita, plus authoritatis, præter votum, communicaret, cùm ingenio ad omnem reverentiam ei exhibendam prorſus natus eſſet.

Regina mater, quòd tum temporis conſilia ejus æſtimaret, fidem adhibet, tanto inde commodo aucta, ut à negotiis publicis abſtinens, apud regem ſumma authoritate polleret, etiam in rebus arduis. Id vero commodum admirandum à ſummi Miniſtri profectum induſtria longè pluris erat, quàm ulla laudatæ benevolentiæ teſtimonia. Reſpublica etiam nihil minus utilitatis inde capiebat, quòd arcta iſtæc benevolentia inter regem, & reginam matrem feneſtram claudebat omnibus factionibus, quibus catenus Gallia diffluebat: vires nemo partiebatur, integræ ſtabant, Exterorum ambitioni oppoſitæ: Ad ſoliditatem Cardinalis regi ſuadebat, Patrem Suffrenum conſcientiæ expiandæ legeret, quo officio apud reginam matrem dudum fungebatur: confiſus, virum pacis perquam ſtudioſum, pietatis columen, ambitionis expertem, utriusque conſcientiæ condum, parvulis ſtolonibus identidem adnaſcentibus animam intertracturum; ea potiſſimum poteſtate, qua fæminæ per naturam ad colendos Confeſſores feruntur.

Frater regis, ſecundum reginam matrem majoris erat momenti in rebus agendis, ad partes formandas ap-

aptiſſimus, quod pleriſque principibus ejus conditionis uſu venit, qui impatientes moræ, calcatis & naturæ & regni legibus, ex ſuggeſtione familiarium, gubernaculum intempeſtive captant. Hinc Cardinali altera cura, ut eum ad voluntatem regis arctiſſimè adjungeret. Neque enim nimia hic opus erat induſtria ad hanc animi diſpoſitionem, cùm à natura juſtitia impreſſiſſet reverentiam in regem; quòd Cardinali innotuerat, præterquam quòd Principes iſtius ordinis ab officio per familiares plerumque diſtinentur; unde enixè Ornanum tribunum, in anima principis potentem lucrabatur. Id vero ingenium nullis vinculis, ambitione per naturam dominante, adſtringi etiam ſciebat, niſi eminentiæ; regem igitur inducit, ut bacillum Mareſchalci Galliæ donaret; ſi forte is gradus honorum mentem ad colendum regem flecteret. Princeps ſanè agnatorum primus erat lucrandus, animo ad ſaniora traducto, communicatis negotiis, & deſideriò ut plurimum expleto. Itaque dexteritate expugnabatur reginæ matris animus, ut mente conciperet, nullam reipublicæ firmam fore tranquillitatem, niſi rex & ipſa unanimes degerent: id demum augere gloriam ipſius, ſi princeps ægritudine animi in quam præcipitem dederint, liberetur, cùm inde factiones, & novæ turbæ naſci queant. Quaſcunque verò adferret rationes, ut ille ad aulam tum rediret, impetrari non potuit: perfecit tamen Cardinalis, ut rex literis eximiam ipſi conteſtatus fuerit benevolentiam, conſuleret pro re natâ, ſibi negotia ipſius ſummè cordi eſſe; quæſita etiam ſententia de rebus Vallem Telinam, Religionarios, & Italiam concernentibus, & ſic animum delinivit, ut aliquantò propius ad voluntatem regis accederet. Hinc certa reipublicæ pax, huic concordiæ annixa, omni ſpe turbandi præciſa.

Politica reminiſcentia.

QUicunque Miniſter ardua eſt foris ſuſcepturus, domum regiam prius firmet per concordiam oportet. Sic unitis humoribus conſtat corporis valetudo: juſtitia naturæ prædominante aliquo, violatur, ut concordia ſoluta,

ta, compoſitum diſpereat. Magnatum quod notiſſimum, principaliter verò regiorum concordia firmiſſimum eſt reipublicæ fundamentum, adeoque augurium. Neque enim à ſumma authoritate diſcedere poſſunt, aut eandem atterere, ſalva Juſtitia, conſtante concordia, qua ſublata quævis mala in Rempublicam ingruunt.

Ea erat mens Micipſæ apud Salluſtium; & Cyrus inter alia documenta Cambyſi filio etiam hoc conſilium ſuggeſſit, propinquos amicè complecteretur, eorum commodis ad deſideria moderata auctis; ea ratione benevolentiam apud populos acquiri, qui Principem omni amore vacuum credant, niſi propinquos diligat; ſic enim imperium firmari, præventis tumultibus.

Id verò tantò magis conſiderandum, quòd Tacitus refert, populis familiarem eſſe, amorem erga Principis propinquos, præter rationem ipſi exoſos: adducto exemplo Germanici, quem populus intenſius amabat ex Tiberii odio. Manifeſtum enim, hanc populorum exortem benevolentiam maximè inſervire turbis concitandis, & rebellioni firmandæ. Quemadmodum verò minimè convenit, propinquos regis à provinciarum gubernatione abſtineri, ubi partem reipublicæ quadantenus ſortiuntur, ita illi ordinem, niſi per concordiam, nunquam ſequentur. Sic nihil procedit navigium, aliis ad proram, aliis ad puppem urgentibus, naucleri nutu contempto, naufragio præſenti; ita quidvis mali ominêre; ubi principes regii ad gubernacula provinciarum, conſilia & voluntatem regis negligunt, diverſis partibus impliciti. Certa hinc bella civilia, Externorum violentia, ſuum commodum ex diſcordiâ quærentium.

CAPUT XXXII.

Blainvillanus extra ordinem legatur in Angliam.

VIdebatur quidem amicitia inter Galliam & Angliam contracta, matrimonio etiam firmata, nodo Gordio conſtringi; exiguo tamen temporis tractu neſcio quæ ſuboriebantur ſuggillatoria. Quod Regina Angliæ dudum apud Matronas familiares collocâſſet confidentiam ſummam, etiam apud ſacrorum antiſtites aliquot non per omnia prudenter Zelo raptos, aliquam fecerat cauſam, ut ſuggeſtis non prudentiſſimis conſiliis animum Regis mariti offenderet, diſſidio gliſcente.

Res non adeò nova regi, quòd dudum noſſet fæminarum conſilia plerumque parum matura, quæ in turbas deſinerent, niſi ſuperiorem animi arbitrum, ad remedium præſens agnoſcant. Mittitur nihilominus Blainvillanus extra ordinem, antequam maleferiatorum imprudentia circa reginam grande pareret malum. Remedium inde facilè admiſſum, quod Regina Angliæ nec reverentia, nec amore erga regem maritum careret, nullius rei rea, niſi facilioris fidei erga domeſticos. Etiam alia intercedebat inter duas Coronas diſſidii cauſa, Subiſius nempe in Angliam elapſus, quod pace conſtante, & Rupellanis inſciis, ex portu Blabiæ navigium ſignum S. Joh. exigui ferens rapuiſſet, Pleimuthumque traxiſſet. Angli etiam in portu Dobriæ aliud navigium, Mercatorem regium, attinuerant, mercesque duodecies mille librarum pretium excedentes ſibi ſumpſerant. Quæ uſurpatio æquè inſignis, ac injuſta, validis ſermonibus differebatur. Negotiatores igitur Galli, rebus non ſtatim receptis, quòd Blainvillani petita ad Senatum regium Magnæ Britanniæ eſſent rejecta, alia Anglorum navigia attinent,

Digitized by Google

tinent, unde nova animorum commotio, ut niſi anno ſequentillis decidi non potuerit.

Politica reminiſcentia.

ETſi plerumque privatorum matrimoniis pax familiis naſcatur & conſervetur, diverſum tamen Principibus accidit, quibus plerumque commodum ſpectatur: unde lite orta, nulla habetur ratio amicitiæ. Docuit etiam experientia, nullum gravius odium, crudeliusve bellum, quàm inter amicos. Olim exiſtimabatur, matrimoniis Aurelianenſium & Burgundionum familias reconciliatum iri; quod eventus negavit.

Ludovicus Maurus, dux Mediolani, Arragonius Neapolitanos propinquitate ſanguinis attingens, exitium ipſis conciliare non ſuperſedit. Nemini ignotum, Galliam cum Hiſpania, atque Anglia nunquam vehementius intricatam, quàm per matrimonia. Neque tamen id adeò mirum, cùm Princeps neminem propinquiorem habeat republica. Privatis licet colere leges amicitiæ, Princeps jura Coronæ aſſerit, authoritate ad negotiorum ſummam adeò ſublimi, ut quamcunque injuriam via decenti repulſare debeat.

CAPUT XXXIII.

Cura Cardinalis circa fiſcum.

QUicunque à decennio animum adminiſtrandæ Galliæ advertiſſet, ſatis mirari nequibat, ſumptus enormes ad exercitus per Languedociam, Pictaviam, Vallem Telinam & Italiam alendos, ad pompam matrimonii Anglicani, ad legati Pontificii aulam, ad fœdus Hollandium profuſos, cùm Cardinalis ærarium & exhauſtum, & multis nominibus oneratum offendiſſet, futuris redditibus in quotidianos uſus verſis.

Digitized by Google

Hic igitur ſummi Miniſtri prudentia emicuit, qui ſciret, quanti intereſſet reipublicæ, ærarium benè inſtructum, ideoque primitùs auſpiciis regis fiſci rationes diſpoſuerat, ut abundantia egeſtati ſuccederet. Actuarii intimi ſenatus jubebantur ſigillum non niſi ad expreſſa regis, aut ſummorum miniſtrorum mandata apponore: Inſpectores quæſtorum, ne Actuariorum ſigilla, niſi ex juſtis cauſis roborarent. Ab aula removebantur, quibus ſummum negotium, in regis verſari oculis. Beneficia reponebantur meritis. Prodibant novæ regulæ fiſci, quibus exactiſſimè ſervatis, pecuniarum regiarum abuſus prior penitus tollebatur: ita ut ærarium non tantum liberaretur præhumerationibus, ſed etiam abundaret, modo nunquam per Galliam audito.

Politica reminiſcentia.

FRuſtra rex meditabitur ardua, niſi ærarium conſtruat, ad ea aſſequenda. Politicorum principes divitias faciunt belli nervum, ex ſimilitudine corporis humani, quod nervorum uſu movetur & ſuſtentatur; nullo exercitu valido, aut milite obſequente, niſi ſtipendium numeretur, neceſſaria præſtentur. Unus Machiavellus Dioni, Q. Curtio, Vegetio, Ciceroni, Plutarcho obloquitur, pecuniis vicem nervorum derogans. Cùm verò laudatæ antiquitatis genius bona cum pace ipſi conferatur, non video, quibus rationibus fidem communem evertat.

Facilè ipſi dedero, bellum aliquando felicius geri, arcto militum ſtipendio, cùm Ducis authoritas, virtusque propria fortiſſimè agant; ex rarioribus regulam non extruet. Unum legas exemplum in prælio Patavino, ubi Cæſareani militi ob non ſolutum ſtipendium diffidebant, Peſcarius autem fortiſſimâ oratione tantum ardorem ſubjecit, ut arma promptè expedirent, Gallis cum inſigni ignominiâ victis. Sed Princeps iſtoc, aut quovis ſimili exemplo ſeductus, ad ſubeundam ignominiam accingitur; experientia plus millies atteſtante, præ-

Digitized by Google

præter rationem proſperitati in bello vota fieri, niſi uſus rerum accedat.

Equidem ſcio, pecunias ad ardua non omnia confer-re, cùm & miles cordatus, & dux provectæ ætatis, laudatæ induſtriæ, famoſæ fortitudinis, firmi conſilii, promptæ executionis, magnæ ad exercitum authoritatis, cæterarumque imperatoriarum virtutum dives requiratur. Neque tamen Princeps iſtis inſtructus ſine ærarii nervis operæ fecerit pretium, cùm nec ducem, nec militem habeat obſequentes. Nulla alia ratio apparatuum & annonæ, tormentorum & impedimentorum, niſi impenſarum: nec aliter attrito exercitui ſupplementa dantur. Carolus VIII. non ſatis numeroſo erat inſtructus ererciru, ad Novaram obſidione liberandam: mittit igitur Diniodunì præfectum ad ſcribendum militem, quem ſine præſenti pecunia non inveniebat. Conſultius ergò viſum, cum Florentinis transſigere, & redditâ Piſâ, aliiſque fide datis oppidis, aurum accipere, quod Profecto tranſmiſſum, non decem, ſed viginti millia Helvetiorum adduxit.

CAPUT XXXIV.

Libelli quidam infames, ab Hiſpanorum ambitione orti, in Conventu Cleri damnantur.

A Menſe Majo Epiſcopi & Cleri deputati conventum agitabant Pariſiis: tùm ut decennalia cum rege firmarent, de penſione corporali: tùm ut Zelum erga regem teſtarentur ad libellos infames, quos ambitio Hiſpanorum in Galliam evomuerat, cenſendos. Apparebat ſtatim legenti doctrina ſeditioſa, in eum finem promulgata, ut authoritas regia imminueretur, gloria Majeſtatis marceſceret, populi concitarentur, & bellorum civilium incendium Galliam corriperet, ſummo verborum lenocinio, in pietatis ſpeciem verſo.

Digitized by Google

Cordati vero iſti ſacrorum Antſtites è primo limine notabant artificium, Pharmacopæis ſolitum & circumforaneis, qui pyxidem ſpecioſo ſalutaris medicamenti nomine inſigniunt, intus periculum occultant. Proſcribuntur igitur authores, ut qui tranquillitatem publicam turbarent, erecto ad ſeditionem ſigno: invitantur viciſſim populi recordentur mandati divini de honorandis regibus. quos ſibi legatos fecerit Deus, jubentur exactam obedientiam præſtare, juſtitiam colere, eaque conſilia promovere, quæ Deus ad proſperitatem gloriamque Galliæ ſuggeſſerit.

A verbis omne obſequium arguentibus tranſeunt ad opus Zeli & pietatis pleniſſimum, conceſſis ſexcenties mille aureis nomine omnium Eccleſiarum per Galliam, in ſubſidium belli, quod reſpublica, ad Eccleſiæ ſplendorem conſervandum, gloriamque Coronæ aſſerendam, tum gereret. Obmurmurabant quidem infirmioris judicii nonnulli, altero tantum fine bonorum Eccleſiaſticorum conſiderato, quaſi verò Eccleſia, Reipublicæ pars non teneretur ad conſervationem corporis, contribuere, aut neceſſitas publica privatorum commodis perverſo nonnunquam uſu, poſthabenda foret.

Politica Reminiſcentia.

IN poteſtate regum eſt, Ecleſiaſticos neceſsitate urgente, ad partem redditúum erogandam adigere, ut ſubveniant Reipublicæ, cùm bona Eccleſiaſtica ejuſdem ſint conditionis cum cæteris, per eum curſum rerum. Neque enim per fiilium Dei, aut Apoſtolos à tributo communi eximebantur, Eccleſia id temporis bonorum immobilium vacuâ. A pietate igitur Imperatorum & regum hanc obtinent gratiam, eâ tamen lege ut ſummis reipublicæ neceſsitatibus ne deſint, cum ſucceſſoribus principum ſine ſcrupulo liceat receptare neceſſaria. Pietatis eſt, petere, quod pro ſumma authoritate capere licet, fruſtraneo alioqui patrocinio in Eccleſias, niſi uſus in neceſsitate concederetur; modeſtia igi-

igitur principum Eccleſiaſticos reddat promptiores ad ſubſidia, cùm imperantis preces arctius vinciant, quàm mandata. Sicuti verò omnes corporis partes, nec ulla nobiliſſimarum excepta, conſervationi ejuſdem inſerviunt, ita æquum fuerit, ut omnes Reipublicæ partes connitantur ad ejuſdem conſervationem, aut gloriam reſtaurandam.

Gratianus Imperator ſanxit, ut ſinguli bono publico obedirent, ex officio ſubveniendi, ſine ullis immunitatibus pro dignitate conceſſis. ſic ferè Plato, omnes omnium mortalium debere neceſſitati obſequium, ipſis Diis eidem ſubmiſſis. Si verò Eccleſiaſtici tergiverſarentur regibus eo ſtatu rerum ſubvenire, meritiſſimè illis objiceretur, quod Diocletianus olim Philoſopho cuidam, immunitatem mutui à populo exacti petenti exprobravit: Iſta petitio tuo vitæ inſtituto per diametrum occurrit, quod imperium in animi motus præfert, & ſummis in mundo deſideriis calcaneum minatur, cum ab avaritia ſubigaris. Ita Eccleſiaſtici, diſcipulorum & & imitatorum Chriſti profeſſi æmuli, quibus paupertas ſummè erat cordi, uſu etiam auri atque argenti interdicto, ad contraria tranſirent, ſi immunitatem eorum onerum, quæ reges reliquis ſubditis, urgenti neceſſitate publica imponunt, prætenderent.

CAPUT XXXV.

Lotharingia ex teſtamento Ducis Henrici turbatur.

Reliquum eſt, ut de negotio ad finem iſtius anni per Lotharingiam exorto, ob Galliæ ſummum intertrimentum, porrò agamus. Henricus Lotharingiæ dux, anno ante obitum quòd hæredibus maſculis careret, tabulis ſupremæ voluntatis Nicolaam filiam primogenitam hæredem ex aſſe ſcripſerat nuptam Caro-

Digitized by Google

Carolo Lothatingo, Comitis Validimontii filio primo-genito, itaque ex fratre ſecundo genito nepoti; inſerta tabulis admonitione, Lotharingiam cum omni appendice filiæ fore, Carolo marito nihil juris, niſi ex matrimonii conſideratione, ibi relicto. Sed Validimontii Comes, ut imperium filio ſtabiliret, ſi fortè conjux uſuram lucis redderet, ſe ipſum ferebat hæredem, ex teſtamento Renati II. regis Siciliæ, ducis Lotharingiæ, atavi paterni ſcripto, 25. Maij anno 1506. cujus notitiam eo uſque nunquam fuiſſet adeptus.

Eodem teſtamento prudentiſſimum regem, conſideratis ſummarum familiarum caſibus, per provinciarum diſſipationes inter plures hæredes, in maſſam eandem compegiſſe Ducatus Lotharingiæ & Barry, Marchionatum Pontis Muſſonii, & Comitatum Validimontii, dicto uno & ſolo hærede eorum dominiorum Anthonio Lotharingo, filio primo genito; addito ſtatuto, ut poſteri ipſius mares maribus gradatim & ex ordine ſuccederent, fæminis donec illi defecerint, excluſis. Claudio, ſecundo genito conſtituebat Guiſiam, Elbæviam, Meduaniam, Jovillam & alia per Galliam, ſubſtitutis per infinitum ſucceſſivè maribus, fæminis ſemper excluſis. Autographum Teſtamenti omnem fidem merebatur, exemplaribus ſine numero undiquaque ſparſis. Producebatur etiam iſtrumentum approbatorium, ab ordinibus omnium dominiorum 13. Februar. 1508. poſt obitum illius regis, præſentibus Philipinâ Geldriâ regina Siciliæ, duce Lotharingiæ & Barri, ſcriptum, ubi ordines declarant, ſeſe inſtitutum domini regis ſecuturos. Validimontius hinc conteſtabatur, ex lege ſubſtitutionis, & ſecundum ordinem teſtamento comprehenſum, per Ordines firmatum, ſibi verò, ſoli & uni hæredi Lotharingiam deberi, filiabus Ducis Henrici, fratris ſui defuncti nihil in eam juris competere, niſi quantum ad matrimonium prodignitate requireretur. Publicis tamen tabulis teſtabatur, in favorem matrimonii, quod ſuus primogenitus cum Nicolaa fratris primogenita contraxiſſet, ſeſe imperium eidem filio tradere, adeoque inveſtituram conferre; velle etiam

ut

ut eidem honos & obſequium per omnia ſua dominia exhiberetur, quorum jura in ipſius commodum dimittat, ut poſt illius etiam obitum ad mares proximiores deſcenderent, fæminis excluſis; jure primogenituræ ſummo, adeò ut ulterius geniti redditus, filiæ dotem pro ſplendore natalium auferrent. Rex, licet tranſactioni huic immixtus, nihil oppoſuit per contemptum rei vanæ, cùm poſſet cauſam ignorantiæ prætendere, donec ad ratificationem poſtularetur. Genii verò rimandis Reipublicæ commodis facti, nullo alio, niſi fidelitatis inſtinctu, materiam diſceptandi nanſciſcebantur; aliis aſſerentibus, Teſtamentum Renati II. ex quo Validimontius jus duceret, ſimpliciter nullum eſſe, tranſactionem inde ceſſionis itidem fieri nullam: hac potiſſimum ratione, cùm legibus & conſuetudini tum Barri, tum Lotharingiæ repugnet, quæ in ſucceſſione iſtorum imperiorum obſervatæ ſint, ubi filiæ maribus remotioribus præferantur.

Deinde etiam refragari Leges & ſtatuta regni Galliæ, per ſanctiones Aureliæ anno 1560. & Moulinii anno 1566. factas, quibus ſubſtitutiones in infinitum tolluntur, ad ſecundum gradum reſtringitur, præter inſtitutionem præteritam. Nam exindè neceſſario conſequi, hanc ſubſtitutionem per infinitum in favorem marium, non valituram, vel ſaltem quoad Barrum, & Galliæ feuda, ubi regis authoritas non tantum ut Domini, ſed etiam ut patroni feudalis conſideranda ſit, ad quem cauſæ appellationum pertineant, cui fides & homagium ligium debeatur, æquè ac ſervitium erga quoſvis & contra quoſvis; cùm clienti non liceat ſine authoritate regis, principalis utique domini, naturam feudi, repugnante ordine per conſuetudinem introducto mutare.

Addebant, ad firmandam ſententiam, exemplum valde illuſtre, ductum ex pactis Guerrandæis, anno 1394. inter Joannem animoſum, Comitem Monfortii, qui poſtea Brittanniæ Armoricæ dux, ejus nominis quintus ferebatur, filium Johannis, Comitis Monfortii, ex una parte; & inter Johannam, Ducem Britanniæ

Armo-

Armoricæ, filiam Guy, Comitis Ponthevii, fratrem majorem Monfortii, ex altera parte: fæminas quamdiu mares in familia Britinniæ Armoricæ ſupereſſent, in eodem Ducatu non ſucceſſuras. Neque enim crediſſe ea pacta firma & ſtabilia fore, niſi Carolus V. rex dominus Ducatus illius ſupremus, authoritatem addidiſſet, firmaſſetque; cum conſuetudini repugnarent ex qua eadem Johanna ad ſummum tribunal obtinuerat Ducatum Britanniæ Armoricæ, prælata eidem Comiti Monfortio, patruo ſuo, propinquior utique, & primogeniti filia. Rogabant inde fiduciarios, Archiepiſcopum Remorum & Mareſcalchum Bucicaudum, ut illius nomine pacta firmarent: quo facto mares ex familia Monfortià in Ducatu Brittanniæ Armoricæ fæminis prælati ſucceſſerint. Inferebant inde, cùm Renatus II. iſtunc ordinem non ſervarit, quoad Ducatum Barri, & terras feudales, exinde tabulas illas ſupremas ſimpliciter eſſe nullas.

Hiſtoriarum peritiſſimi inſuper allegabant, teſtamentum illud Renati per familiam Lotharingicam omni valore exutum, cùm nullo non tempore ei fuerit derogatum. Eundem Renatum quoad feuda Gallica decimo poſt menſe ſolenniter peccâſſe, rogato Ludovico XII. ut conſentiret, quò Claudius filius, cùm poſteris utriuſque ſexus ſuccederet in dominiis per Galliam ſitis, etſi Claudius ille extra Galliæ ſolum eſſet natus; quod patet ex literis naturalitatis, quas rex Lugduni anno 1507. menſe Majo indulſerat, prælatis fæminis à Claudio deſcentenribus, poſthabito Antonio primo genito, quem ducem Lotharingiæ fecerat. Renatus ejuſque poſteris maribus. Ex eadem derogatione idem privilegium filiabus iiſdem Claudii indultum, cum Guiſia & Aumalia in Ducatus, Janvilla in principatum erigerentur, claris verbis, eaſdem ad ſucceſſionem eorundem Ducatuum & principatus vocari, excluſis filiabus ducis defuncti vel ſaltem quantum ad Galliam ſpectaret.

Cùm verò Lotharingia quædam ab Imperio Germaniæ trahat, ob ea ipſa teſtamentum ſtare poſſe negabant, cum in conſuetudinem omnium cæterorum citra Rhenum dominiorum per Imperium impingat, ipſum-

ipſumque Nanceii uſitatum morem, cujus vigore filiæ excluſis maribus, proximiores utique, ſuccedebant: neque Renato fuiſſe integrum, ſine Imperatoris utique ſupremi domini conſenſu derogare.

Alii tamen ſuſtinebant, Teſtamentum Renati eſſe validum, nulla occurrente diſpoſitione, quæ poteſtatem privilegii excedat. Subſtitutionem quidem in Teſtamento conſuetudini adverſari; ſupremum tamen ligium ſaltem aſſentientibus Ordinibus leges condere in emolumentum Supremitatis, modò id fiat ſine detrimento Supremi principalis, unde alter dependet: ſic ipſi fuiſſe integrum à conſuetudine recedere, cùm nemini, ne ſupremo principali quidem tunc concedatur oppoſitio, nullo quippe ſuo damno, ſalvis juribus: conſulto etiam Ordinum ad conſuetudinis emendationem, pro conſuetudine valido, ex mente Juris conſultorum.

Potiſſimæ iſtorum rationes erant, ut diſcernerentur jura ſupremi principalis, à Supremo ligio: ſic non licere ligio in detrimentum principalis jurium ſtatuta condere; non tamen idem de juribus propriis cenſendum, quorum diſpoſitio, ſaltem adhibitis Ordinibus ipſi maneat libera non ad alienationem, ſed ad ſubſtitutionem. Nihil attinere ad principalem, maribus an fæminis ſuccedentibus, cùm jura ſibi ſua integra quærat, ex homagio, ſervitute, & obedientiâ.

Quod ſi etiam ſeſe opponat diſpoſitionibus, per Supremum ligium & Ordines ſancitis in favorem marium, oppoſitionem nullius fore valoris, cùm nemo, niſi ob detrimentum ſeſe opponere queat. Iſtam rationem eò magis ob Lotharingiæ provincias conſiderandam, ab Imperio dependentes, cum longè minori ſubjectione, quàm illæ à Coronâ Galliæ teneantur, duce ad nullum homagium Imperatori præſtandum obligato: tantummodò ad ſerviendum, & pro neceſſitate reipublicæ contribuendum.

Adducebant etiam rationem graviſſimam regis commoda ſpectantem, & terras à Coronâ Galliæ dependentes, ut oſtenderent, ipſum minimè lædi ſubſtitutione in favorem marium, imò augeri commodo,

Digitized by Google

modo, cum certus eſſe poſſit, Ordines Lotharingiæ ſemper ſub imperio imbellis principis futuros, cujus ſola impotentia, ut maximè fidem frangat, eum in officio retineat; filiæ autem, excluſis maribus remotioribus, potentioribus nuptæ plus incommodi, quàm ſervitii afferrent: quod uſu venerit, Eliſabetha, Lotharingiæ hærede, Renato nubente: cum omnibus ſit notum, exemplis ſuperfluis, quantum regi conducat, impotentiores habere vicinos. Statuta Aurelianenſia & Moulpiniana, quæ ſubſtitutiones factas ad quartum reſtringunt gradum, præter inſtitutionem, id eſt inſtituentem & inſtitutum, qui ſuccedit ab inteſtato, ajunt, non excludere Franciſcum Comitem Validimontii à ſubſtitutione, cùm quartus eſſet ab Antonio, primo inſtitutore. Is enim Antonius imperium Lotharingiæ reliquit Franciſco filio, quod Franciſcus idem filio Carolo transmiſit; idemque Carolus filio Henrico tradidit, quem ſcimus poſtremum ducem, eundemque patrem Nicolaæ. Cùm autem maſculâ ſobole careret, Franciſcus frater, Comes Validimontii debuit ſucceſſionem adire, quarto utique gradu ſubſtitutionis conſiſtens. Nam ſi principes ligios ad conditionem vaſallorum cæterorum redigas, dari ſaltem quod vaſallis permittitur.

Eodem modò dicunt, pacta Guerrandæa de Brittanniâ Armoricâ nihil poſſe præjudicare Franciſco Comiti Validimontii in adeundâ hæreditate, cùm exemplum ſingulare legem non faciat, ex Juris conſultorum ſententia; quoniam particulares malè inſtructi ſuo jure ſecundum extenſionem quamcunque poteſtatis debitæ non uti poſſunt. Tum etiam facilè reſponderi poſſe ad Teſtamenti transgreſſiones, ut pateat, per eas nihil invalidari, cùm illa Renati non poſſet valorem infringere: quòd teſtator qualiſcunque alicui articulo teſtamenti in vivis deroget, teſtamento tamen in cæteris ſubſiſtente. Ordinibus etiam poſt biennium aſſenſum præbentibus, evidens fieri, de terris Antonio relictis nihil derogatum voluiſſe: potuerit etiam à Ludovico XII. literas naturalitatis petiiſſe, ut filias Claudii filii & poſteros, habiles faceret ad ſuccedendum in terris datis, non ut eas maribus præferret remo-

iis datis, non ut eas maribus præferret remotioribus: quoniam autem tempora tulerint, ut illæ ſolæ ſucceſſionem Patris ſui ſortirentur, tum utilem fore naturalitatem Patri quæſitam, ad poſſeſſionem adeundam.

Idem ad erectionem Ducatuum Guiſiæ & Aumaliæ, principatusque Ionuillæ reſponderi poſſe, quod ad pacta inter Carolum IX. & Carolum II. Ducem Lotharingiæ, cùm nulla ſit cauſa credendi, Guiſios, pactorum procuratores, Teſtamento huic derogatum voluiſſe, quo ad ſucceſſionem Lotharingiæ, præteritis filiabus vocabantur, cùm nemo hactenus contraveniſſet; nullis extantibus filiabus, quæ Ducatus Lotharingiæ & Barri, excluſis maribus, ambirent, præter Nicolaam & Claudiam Lotharingiæ duces de quibus ageretur.

Quod formam renunciationis, quam Anna filia Anthonii, & Chriſtina filia Caroli fecerint, ſpectat, nihil præjudicii ad Teſtamentum adferre cùm omnes proteſtationem faciant, ut maneant in juribus prætenſis, quacunq; formâ nullo inde tamen quæſito jure. Uti Reſponſiones iſtæ ſatis videbantur plauſibiles ita rationes contra Teſtamentum productæ ipſis æſtimabantur nullius ponderis, illatâ concluſione, Teſtamentum in ſuo valore ſubſiſtere, & pro legitimo executioni mandandum eſſe.

Iſtæ quidem rationes hinc inde militabant; ſolius autem regis eſt, de iisdem judicium ferre, ſed tantum quoad terras de ſua Corona dependentes, cùm judex ſit ſupremus ſuorum commodorum, nullamque aliam, præter divinam, ſuperiorem ad arbitrium ferendum agnoſcat.

Politica reminiſcentia.

SUbſtitutio ſupremitatum facta in favorem marium; inde magis legitima videtur, quod ad providentiam divinam, feminis quippe nî ad obediendum creatis; & ad ſapientiſſimorum ex antiquitate ordinem in rebus publicis inſtitutum conformetur. Scimus Moyſen, qui populo Dei leges præſcripſit, oraculis Spiritus Sancti clarus, filiabus ſucceſſione, donec mares deficerent, interdixiſſe. Sic Plato ſecundo libro de Legibus ait, Rationi conſentaneum eſſe, ut proximiores ſucceſſionem adeant, hoc tamen ordine

 ſer-

ſervato, ut in eodem gradu mares præferantur fæminis; Teſtatore ſaltem aliquem ex maribus principalem hæredem dicente.

Solon Legislatorum per omnia ſecula celeberrimus, legem ſanxit ut idem in republica conſtitueret, Demoſthene ex oratione adverſus Leocratem referente. Athenienſium lex nihil juris in ſucceſſione dabat filiabus, ubi fratres ſeſe offerrent: uti in Codice Theodoſiano patet. Euripides in Iphigeniâ cauſam adfert, quod mares ſint fulcra familiarum; quorum ſit arma pro ſalute populi ferre, quorum nomine ſacra fiant; ad quos rerum publicarum cura denique ſpectet. Filias autem non conſervare familias, in quibus naſcantur, ſed parte bonorum aliò translata affligere. Quod ſi hoc privilegium marium olim videbatur æquum inter privatos, potiſſimum id fuerit bono ſupremitatum, quarum fæminæ capaces nunquam æſtimantur, ſaniorum calculo. Sunt quidem ſupremi ligii tantum uſufructuarii dominii, ideoque ad conſenſum Ordinum, ut ſubſtitutio valeat, obligantur: ſed & Supremus principalis nunquam recuſabit ratihabitionem, cùm non ſine emolumento ejus fiat, in eorum maximè favorem, quorum potentia nullum metum parit. Eo modo conſervabit terram à ſe dependentem, ſi eam tradat abjecto principi nam ſi in manus filiarum perveniat, mariti potentiores, quibus nubere datur, non ſolùm officium, quod ligius debet, non facient, ſed è contra moleſtias creabunt, ut excubiæ perpetuæ ipſis ſint conſtituendæ, tanquam inimicis ad bellum pronis.

Videtur etiam ſine fundamento poteſtatem eos impediendi ſibi arrogare, cùm jura ipſius ad ſummum inveſtituram, homagium, tributum, ſervitium belli & fidelitatem ſpectent, quibus ſalvis, lædi non poteſt. Nihil ipſum attinet, filius ne an filia homagium præſtet, tributum numeret, & cætera officia ad teſtandam ſubmiſſionem exhibeat. Id enim apud ipſum perinde debet eſſe, cum principem ligium ſpectet: unde ſinguli de juribus ſuis liberè diſponunt, nullius maximè præjudicio, nihilque impedit ſubſtitutionem in favorem marium, modo obliget ad præſtandum, quæ Supremo principali debentur, Denique præ-

ter

Digitized by Google

ter graves cauſas nihil facilè immutandum in conſuetudinibus patriæ fundamentalibus, quemadmodum videas, in Gallia legem Salicam non violari, qua fæminæ à Corona arceantur. Valde etiam dubitem, an in poteſtate fuerit Ordinum cujuſcunque territorii, uſum à longo tempore receptum, de ſucceſſione Supremitatum immutare.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER III.

M. DC. XXVI.

CAPUT I.

Sabaudus continuat bellum contra Hiſpanos.

UT Sol nubes penetrat, tenebras diſpergit, ad tonitrua trepidis metum adimit, orbem radiis illuſtrat, ita pax ineunte hoc anno Italiam & Vallem Telinam exhilarabat. Regrediar tamen ad obſidionem Verruæ, ut ab ejus ſolutione ad pacem firmatam procedere liceat. Arma igitur Gallorum proſpera Sabaudum in æmulationem conjiciunt, nondum concocta injuria, quam Hiſpani populationibus intulerant. Ardet deſiderio confligendi, tametſi Hiſpani ad Panteſturam receſſiſſent: imminet agro Mediolanenſi, ut duabus Coronis prorſus colliſis vindictæ commodoque locum inveniret.

Eo enim erat animo; qui non ferret quietem: ſed Conneſtabilis & Crequius, regis gloriam meditati, rem diſſuadent, quod Hiſpani contraxiſſent quater decies mille militum in caſtra tormentis, foſſiſque munitiſſima, Cælo, viriumque conſtitutione, niſi authoritas militiaque regis periculo exponerentur, obſidionem

quamvis negante. Conneſtabilis ſecundum iſtas rationes, cum hyberna per Pedemontium ipſius præſentiam non requirerent, Gratianopolim redit menſe Decembri, copiis per oppida ſparſis, Viniolio & Uſſellio ducibus.

Neceſſum ducit, regem de omnibus certiorem fieri, hinc ad ulteriora mandata Crequium mittit, quod Sabaudus ægerrimè ferebat, ne rex ad pacem flecteretur, maximè ob juſtas querendi cauſas, de non impletis legibus fœderis, omni errore in ſe translato. Principem igitur Pedemontii ſubmittit, qui cauſam agat, & regi bellum per Italiam prorſus ſuadeat. Uterque igitur ineunte Februario ad Aulam conveniunt, regem amplis ſermonibus diſtinent, & ad dilucidanda rerum momenta, juſſi ſcribunt. Rex cum Miniſtris intimis accuratâ lance rationes & quæ ſequi poſſent expendit, adeoque in Principis ſententiam tranſit; ſummo imperio etiam, ut tanto fortius agat, promiſſo. Id quod Fargiſius negotiatione inopinatâ in Hiſpania, quam tranſactio Monſoniana excepit in Arragonia, diſturbavit.

Politica reminiſcentia.

BEatum Principem, cujus conſilia bellica pace commodâ evaneſcunt. Bellum nemo non dicit ſcaturiginem omnium calamitatum, trahit enim penuriam annonæ, calcat libertatem populorum, ſterilitatem inducit agris, ſuperba evertit palatia, juſtitiam conſtringit, agreſtes barbaræ militum inſolentiæ exponit: pax verò mater abundantiæ audit, quæ imperiis felicitatis principium, populis gaudiorum conferat cumulum cum omni libertate & commerciorum & agriculturæ, liberaque poteſtate utendi fruendi, quæ poſſideas: illa vigente, florent artes, regnat Juſtitia, exulat formido, animi tormentum, mentis perpetua inquies. Nihil jucundius ſegetis aſpectu, florem diverſitate arborum comis, natura luxuriante, aut agricolâ manum admovente: tot ſpecies fructuum, ut terra melle & lacte diffluere videatur, longè aliter tentant oculos animosque quàm languores rigidæ hyemis, ubi gelu & nives gratiam metunt, horrore inducto, ſinu ſterili, eluvione frequenti.

Eò majorem igitur Princeps capiat voluptatem, ſi pax ſub-

Digitized by Google

ſubditos ex miſeriis, quas bellum cumulat, ereptura, liberum bonorum uſum concedat, ut ſuam quisque agat rem, neceſſitate exeat, libera viarum liberarum beneficia negotiis accommodet: ne otio torpeſcant & inopiâ rerum neceſſariarum, in oppida compacti adeoque circumſeſſi, domicum morbo fameque colluctantes.

CAPUT II.

Pactorum Monſoniorum finis.

UT referamus ſeriem illorum pactorum, altius recedendum ad comitem Olivariæ ſummum Hiſpaniæ Miniſtrum, qui intellecto vano conatu legati Pontificii, pacem connixè quærendam ſtatuit, mentione ad Fargiſium, Oratorem Galliæ apud regem Catholicum, facta; qui continuò rem perſcribit, cum eodem tempore Mirabellius, Hiſpaniæ Orator, Schombergio Regis ſui propenſum ad pacem animum aperiret. Jubetur inde Fargiſius reſpondere ad mentionem pacis, regem, modò legibus honeſtis & firmis coiret, nihil repugnaturum, additis etiam ſummatim iſtis tribus articulis: Hiſpani omnia jura in anguſtias Vallis Telinæ amitterent. Summum ejus imperium apud Rhætos maneret; ſacra religionis Catholicæ firmarentur. Ea mandata ille diligentiſſimè curabat, tanto fervore, ut poſt aliquot diſceptationes cum Comite Olivariæ, propoſitiones utrinque ſcripto comprehenderint, adeoque tranſegerint, ſigillis firmârint, Fargiſio præter mandata progreſſo.

Re benè geſta, quod ſibi perſuadebat, Fargiſius exultabat, rege miniſtrisque non parum attonitis de pace per Oratorem ſignata, præter poteſtatem, communicatumque negotium; ut merito revocandus videretur, ad temeritatem luendam. Prudenter igitur cum Miniſtris deliberat, ne præceps rueret; ubi plurimis videbantur pacta prorſus rejicienda, cum & modus peccaret, & fædus offenderet; e-

 viden-

Digitized by Google

videnti teſtimonio attritarum virium apud Hiſpanos nimium hic fervidos, quod in uſum eſſet vertendum.

Cardinalis autem regi perpendendum proponit, non tam formam, quàm ſubſtantiam rerum ſpectari, potiusque leges pactorum, quàm Fargiſii proceſſum, laudandas. Notabat tamen, deſideria regis non ſatis prolixè explanari per circumſtantias: magnum reputans, ab Hiſpanis ſumma capita obtineri, cùm ſummum imperium Vallis Telinæ, Rhætis cedant, & anguſtias faciant miſſas. Addebat etiam liberè, non temerè iſtæc pacta rejicienda, poſtquam Orator Hiſpaniæ Schombergium fecerit certiorem, omnes de modo tranſactionis ſcrupulos, aut ſi qui articuli rudiores viderentur, potius leniendos, quàm duarum Coronarum concordiam negligendam.

Regi etiam exponebat, cùm arma ad Rhætorum ſummum imperium, Galliæq; Vallis Telinæ anguſtias aſſerendas induerit, Hiſpanis excluſis, pacem omninò, ſtabilitâ authoritate, & quæſito emolumento fieri poſſe. Fæderatos quidem nihil cauſæ ad querulandum habituros, nullo tamen magno momento, poſteaquam finem fæderis obtinuerit, exiguo cæterùm armorum per Italiam lucro. Supplicabat tandem regi, rem graviſſimam trutinaret. Rupellam ad officium nondum reverſam, ope Hiſpanorum novas Religionariorum turbas concitaturam; qui factionibus aulicis firmati, potiorem armorum partem occuparent, ut neceſſariæ copiæ trans Alpes ſubmitti minus poſſent, unde pro ſucceſſu felici ſibi extremum ex Italia periculum videatur defluere.

Tanti viri prudentia potentiſſimas producit rationes, ut reſiſtere non liceat; quibus expenſis rex pacta, ſi emendarentur, rata habere voluit. Eorum ſummam Fargiſius jubetur Comiti Olivariæ proponere, & niſi placerent, continuò veniam diſcedendi ſumere, ad reddendas actorum rationes. Ille igitur quintodecimo Februarii acceptis mandatis enixè corrigebat errorem, datis etiam ad regem literis deprecatoriis, ad alterum paucos poſt dies denuò prolapſus. Altera enim pacta cum Comite Olivariæ ſignat, primis quidem potiora, non tamen articulatim mandatis conformia: unde regi ingrata fuêre, niſi denuò perpolirentur.

Sic

Digitized by Google

Sic Mirabellio, ut ſuſpicionem de grato Oratoris officio repelleret, cùm is admiſſionem petiiſſet, dixit, Optaſſe ſeſe, ut Fargiſius eâdem, qua ipſe Orator prudentia polleret, qui prima vice ex ſenſu proprio præter poteſtatem egerit; altera, mandata neglexerit, parato in exemplum ſupplicio. Sibi tamen æque ac regi Hiſpano id commodi ex ipſius errore adcreſcere, ut animos utrinque rancore vacuos, mutuæque pacis ſtudioſos intelligant. In rei teſtimonium ſeſe Oratori pacta miſſurum, quàm fieri poſſit minimùm mutanda, quæ Rex Hiſpaniæ, quem fraterno amplexaretur amore ſine ſcrupulo iniret.

Perſcripta ea rex Principi Pedemontii legatoque Veneto exhibebat, qui ſuis moti rationibus à fædere alienis, palam & formam & ſubſtantiam eorum criminabantur, Principe cum regis venia in Pedemontium revertente. Mirabellius, ubi innotuit, rupturæ metuens, urgebat miſſionem accelerari in Hiſpaniam, ut ad mentem Galliæ emendata, in optatam tranſactionem deſinerent. Barcilonæ ea accipit Fargiſius; itaque honori conſulit ſuo, Galliæque commodis, apud Comitem Olivariæ inſtat, ut paulò poſt concluderentur, ſigillis firmarentur, quinto Martii prærepto die Monſonii, ad Barberini querelas vitandas, quòd ante confirmationem Barcilonæ non fuiſſet adhibitus, ne procraſtinationibus diſtinerentur, nullo alio reſponſo, ad ſtudium conciliandæ pacis probatum, niſi actis gratiis, poſt tranſactionem omninò facta.

Summa hæc erant capita, Res Rhætorum & Vallis Telinæ in eum reſtituerentur ſtatum, quo ante bellum, anno 1617. fuiſſent: ſic ſalvo Rhætorum imperio, & anguſtiarum liberâ poteſtate, quâ Galli tum ſoli obtinebant; Nulla niſi Catholica, Apoſtolica, Romana ſacra unquam per Vallem vigerent; Vallenſibus liberum eſſet, magiſtratus Catholicos ex Rhætis & civibus legere; Eam electionem Rhæti confirmarent, nec irritam haberent; omnia per Vallem munimẽta Pontifici redderentur, continuo demolienda; uterque rex ſincere pacem procuraret inter fæderatos utriusque partis nullo auxilio, neque publico, neq; occulto ad belli ſeriem, niſi omnes rationes diſſidii com-

Digitized by Google

ponendi evaneſcerent. Itaque magno Chriſtiani Orbis bono omnes exempti ſcrupuli, via licet extravagante, formaque inſolitâ.

Politica reminiſcentia.

IN arduis non tam forma, quàm ſubſtantia conditionum ſpectanda: formà utique ad finem obtinendum tantum neceſſaria, quo obtento acquieſcere licet. Imprudenter enim ſuperſedeas, ubi occaſio ſepræbet, negotiis temporis & fortunæ arbitrium rejectis, ob neſcio quas ceremonias, quæ tandem exactiſſimè ſervatæ, oblatis nihil addere poſſunt. Finis, ex Philoſophorum ſententia, terminat motum: ſic lapis in centro terræ, ſcopo per conditorem fixo, quieſcit. Artifex perfecto opere, quod ars quærit, manum abſtinet. Omnes enim cauſæ, per naturam aut artem agentes, quietem motui præferrent, niſi neceſſario ad finem impellerentur ſuum.

Eſt itaque tranquillitas publica ſapientis Principis finis, propter quem & bella ſumit, nunquam id periculi ſubiturus, niſi firmandam ſciret. Sic ægrotus Medicum nunquam quæreret, niſi ad veletudinem proſperam eo haberet opus. Nulla ſanè ſuperat ratio belli ducendi, ubi pax honeſta & commoda offertur, niſi ordinem juſtitiæ, Naturæ artisque ductum reſpuamus.

Ut maximè deſint pactis formalia quædam, ex ordine tamen agendi conſiderentur, uti motus in operatione naturæ. Sicuti motus nulla habetur ratio, ubi ad finem optatum perveneris, ita prudentiores Politici formalia habent ſuſque, ubi ſatisfit.

CA-

CAPUT III.

Pontifex ſummè lætatur ob pacem inter reges.

PAcem cum Hiſpano initam laborabat rex federatis perſuadere. Pontifex ad primum nuntium valdè lætabatur, teſtatus Bethunio Oratori, ſeſe modum perverſum clauſis oculis tranſire, adeoque non adhibitum liberius gaudere, ob utriuſque Coronæ pacem. Addebat excuſationum copiam, quòd conſtituiſſet Papenheimio ſexmillia militum ſubmittere, ad tutandam Rivam, injuriæ, quam Hiſpani intuliſſent, vindicandæ gratiâ, quod aſſeverabat; cùm eo proterviæ proceſſerint, ut palam dicerent, ſeſe Rhætorum cauſam adverſus Vallenſes ſuſcepturos, ut contumeliam Sedi Apoſtolicæ illatam, cum munimenta ſuis ſignis defenſa caperentur, quodam modo repulſarent. Cogitarit etiam eo modo majorem apud Hiſpanos potentiam, ad tranſactionem faciliorem. Cumulavit gaudium de alteris pactis nuncium, Bethunio referente, cum illa regi placeant, pacem certo firmari.

Politica reminiſcentia.

INter cæteras leges, quas Solon Athenienſibus præſcripſit valdè celebratur illa, de factionibus, ut proditor reipublicæ haberetur, quicunque nullis partibus accederet: prudenter exiſtimans, boni civis eſſe rempublicam non deſerere, quacunque occaſione, etiamſi ad deteriores, errore inductus ſeſe applicet, ut ſtudium in rempublicam faciat teſtatum, cùm nullas partes ſecutus videatur non cauſam eligere, ſed eventum expectare. Cùm bellum civile inter Pompejum & Cæſarem exarſiſſet, optimates à Pompejo ſtabant, quibus res afflictæ domi aut ſpes ampliſſimæ in novis rebus, Cæſarem ſequebantur. Cicero legum pertinaciſſimus, videbat Cæſaris vigilantiam & impetum, quē ideò belluam vocat; dolebat optimatum vicem ex ſocordiâ

dia inferiorem. Ipſe ſenator, adeoque Conſularis, quem fugeret facilè inveniebat, nempe utrumque partium ducem quem ſequeretur, non reperiebat. Tandem victoris clementiam amplexus, altero demum triumviratu, longe poſt Pompeii, etiam Cæſaris facta, in manus inimicorum incidit, ut ferè rectius facturus fuiſſet, ſi ſeſe totum partibus dediſſet: poſtquam vidit togam in ſagum mutari, & roſtra oratoribus claudi niſi qui ad libidinem victoris loquerentur. Ipſi ſolitum erat nuper dicere, cedant arma togæ, concedat laurea linguæ; cui & Pompejus palpum obtruſit, cùm diceret, Non habiturum fuiſſe ſeſe ubi triumpharet, niſi Cicero conjurationum Catilinariam extinxiſſet. Jam autem per viciſſitudinem rerum arma graſſabantur, exiguo ad eloquentiæ uſum penſo: adeo ut Auguſto odoleſcenti favendum cenſeret per omnia, quò reſpublica conſtitueretur.

Pontifici ſummo omnes parent Chriſtiani antiquorum ſacrorum, quamdiu ratio ipſis conſtat, & religionis veneratio animos coërcet. Ubi verò per æmulationis æſtrum diſſolvitur vinculum charitatis, non audit currus habenas, nam fertur equis auriga, cujus erat regere & coërcere. Quo rerum ſtatu non raro evenit, ut quibus partibus Pontifex aſſentiatur, non inveniat, cùm plerumque premantur, quibus cauſa potior, donec eluctati divinæ vindictæ litare queant.

Meminimus, temporibus Caroli V. Gallos priſcum jus in aliquot Italiæ provincias repetiiſſe, qui ex memoria ſuperiorum temporum potentiſſimi juxta & graviſſimi, antequam Hiſpaniarum regna in unum imperium coaleſcerent, aliquid ſiniſtræ formidinis Pontifici injecerant: hinc primam ei curam fuiſſe, de poſthabendis hoſpitibus nimis protervis, ne illi patrimonium Petri affligerent, & Romanos ſub jugum cum Cardinalium collegio mitterent. Quid faceret Pontifex? parcius Gallis, & quantum neceſſitas ferebat, indulget, Hiſpanos excitat, & inſolentiam Gallorum caſtigat ſed non ſatis provide; cùm Hiſpania remedium adferret pejus malo, & hæreticorum etiam armis uſa, Eccſeſiam opprimeret, Pontificem in munimentum compactum fame ad leges pacis & libertatis parum honeſtas cogeret.

Mutanda igitur velificatio, ut Franciſcus I. & captivitate liberatus, vel vim denuò inferret, vel ſaltem intentaret. Pacem igitur Pontifex ſuadet utrinque, ne ipſus collidatur, id quod uſu ſolet venire vel arbitris diſſidiorum, vel vicinis ex impotentia declinandi vim majorem miſeris. Neque fefellit opinio: nam tantus heros per fortunæ injuriam, quæ virtutem deſtituiſſet, ſævior, vindictam meditabatur, & ſumebat ex occaſionibus Sed veluti Zacharias Pontifex Gallorum inſtitutum, de corona in aliam familiam transferenda, non collaudavit quidem, mutare tamen non valuit, aut cælo illud comprobanti adverſari debuit; ita non rarò exclamare poteſt Pontifex, ô Deus, in quæ nos tempora reſervaſti! Qui Mauritium imperatorem ſub egerat Phocas, Pontificem calcaſſet reluctantem qui ſatis habet, rebus Eccleſiaſticis conſuluiſſe, ut cunque cadant ſecularia.

CAPUT IV.

Bulionus ad Sabaudum legatur ad pacta perſuadenda.

CUm itaque à Pontifice hoc unum peteretur, ut grata haberet pacta, nihil addidit Bethunius, præter demonſtrationem propenſiſſimi animi, quem rex inmunimentis ad demolitionem traditis ipſi exhibuiſſet. Omnes Italiæ principes, fæderis expertes, teſtabantur eandem lætitiam, ubi rex pacem annunciaſſet: non tamen Sabaudus, & Veneti, qui primitus grandem indignationem ſpirabant, quòd illis inſciis eſſet pactum, cùm res ipſa offendere non poſſet, rege finem conjungendorum armorum obtinente.

Rex tamen, quòd forma pactorum eſſet præter communem uſum legatos extra ordinem cenſebat mittendos, errori, ſi qui obtigiſſet, corrigendo. Bulionius ad Sabaudum abit, ob fidem & familiaritatem olim contractam, tria in mandatis auferens, Perſuaderet Duci pacta Monſoniana, poſt ægritudinem, quod adhibitus non fuiſſet, exem-

Digitized by Google

exemptam Armiſtitium cum Genuenſibus diſponeret, ut lis per arbitros dirimeretur: De familiæ fortunis ageret, oblatâ regis operâ, quæ ad ſummum gloriæ apicem eum eſſet latura. Ad primum articulum jubebatur explicare, Fargiſii proceſſum otium communicandi non reliquiſſe; regi pacem fuiſſe ex conſilio ſumendam, ob negotia domeſtica & extranea, exiguos à biennio fœderis progeſſus, potiſſimum verò ob finem fœderis obtentum, qui præ omni forma valeat. Ad alterum, regem eo libentius conſenſiſſe in arbitrium terminandis ipſius litibus cum Genuenſibus, quod armis parum eſſet effectum. Quòd ſi denique Dux familiæ onera retegeret, regem tanquam ſua laturum, ſatisfactione æquâ, ſive litibus terminandis, ſive armis ubi opus fuerit, ad votum expediendis.

Poſtremum hoc caput fœdus non contingebat, non tamen exigui momenti, ad ægritudinem apertam Ducis leniendam: cùm rex ſciret, excelſum animum fortemque gloriæ poſthabere omnia; quantumque excellentes tituli apud principes ambitioſos poſſent, ut deferbeant, & ducentem ſequantur, debebat Bulionius etiam addere, regem cum Pontifice egiſſe per Bethunium, de titulo regis Cyprii ipſi conciliando, tum ob jura quædam familiæ Sabaudicæ, tum virtutis ergò, quæ tantum famæ & authoritatis attigerit gradum per orbem terrarum, ut titulus ille omni juſtitia ipſi deberetur; neminem etiam regum Chriſtianorum fore, quin libenter eum honorem principi iſtorum natalium, & meritorum ſit habiturus.

Politica reminiſcentia.

QUi Principes potentiâ pollent, infirmiores omnibus modis premunt. Ubi bellum placuit, vaſalli coguntur, vicini trahuntur, tanquam omnes in eandem navem collecti: ubi tempeſtas ingruit, fit jactura, ſervantur pretioſiſſima quæque, adeò ut imprudentiam principis luant cum ſubditis vicini. Senſit id rex Navarræ Arragonio & Gallo medius, atque impar: qui neceſſitudine Gallo conjunctus opimiorem regni partem amiſit, per ſummam rerum afflictam.

Ita

Ita ſolent potentiores exiguam habere rationem inferiorum, modo ſuus ipſis computus conſtet. Deinde etiam damno lucri ſpeciem circumdant, ut afflictis ſociis perſuadeant, non quod illis lubet, ſed quod ſibi placet ut bene etiam ſecum actum credant, ſi gratia tantum perſtet & aliqua umbra honoris, quo phantaſmate univerſus penè terrarum Orbis ſeducitur, conſequatur.

Novimus magnum aliquem heroem ex ſuperiori ſeculo tribunis ſtipendia urgentibus aliquando ſermone longiuſculo, aliquando exili munuſculo ſatis feciſſe, ut moram patientius ferrent: etiam illorum puellos menſæ adhibuiſſe admodum blandum, quò demulceret parentum animos. Mirum ſanè, cum venter careat auribus, & ſaculus non ſentiat verba inania ut turgidulus reddatur, viros fortes vèro paſci. Regios titulos, & cæterarum dignitatum apices conferre ſolebant Imperatores, ſed Pontifices, cùm ſine ſacro nefas ſit apud Chriſtianos rem magni momenti ſuſcipere, initia ad Deum, cujus vicem in terris gerunt, referunt. Hinc Maximilianus de magni Ducis per Hetruriam titulo ringebatur, quem tamen à Pontifice collatum non evertit. Sed ſi quæras, cui bono ſummatur regiæ dignitatis titulus, vix ullum invenias; niſi ut miſer, auctus honoribus, majores faciat ſumptus, & injuriam impunius circumferat.

Poſt mortem Alexandri magni abſtinuère Duces ſatis diu diademate, donec in conſuetudinem illius temporis erumperet ea dignitas, quæ in imperium Romanum, tanquam fluvii à mare abſorpti, paulatim effunderetur. Quemadmodum enim ex domiciliis fit villa & pagus; ex pagis provincia; ex provinciis Baronatus, Comitatus, Ducatus, Principatus, uti apellare amant, regnum denique imperium & Monarchia; ita etiam ex iiſdem partibus diſſolutis eadem nomina, vel ſaltem eædem dignitates redeunt. Sic Imperium Romanum plurima regna devoravit, & eadem reddit Gothis, Vandalis, Longobardis, Hungaris, Alanis.

* * *

CAPUT

CAPUT V.

Caſtelnovanus in eundem finem legatur Venetias.

Bulionius tantâ induſtria rationes producebat, ut quidvis obtineret. Conſenſit ergò Dux in pacta & armiſtitium, quod perinde Mediolani, Genuæ & Pedemontii proclamatum. Neque repugnabat de arbitrio, juribus ſuis in regnum Cypri conſcriptis, quæ regi recommendarentur, eâ ſpe imbutus, regi futuram rem cordi. Sed Caſtelnovanus eodem tempore fineque Venetias miſſus, ut Reſpublica pacis tranſactionem haberet gratam, inde tendebat ad Rhætos, Vallenſes & Helvetios, primas Bulionii rationes ubique ut produceret: adderet tamen apud Venetos, pacem vel eo lubenter amplexandam, quod onreoſo bello, multisque caſibus ſubjecto, ubi plurima damna, exiguum commodum obverſaretur, liberarentur. Cùmque eorum Orator arguiſſet, pactorum firmitatem in munimentis Vallis Telinæ tantum conſiſtere; jubebatur Caſtelnovanus exponere, quommodo ea ratio tranſactionem ſuffocâſſet; neque enim poteſtatem deſideriis ſemper reſpondere. Munimentorum etiam conſervationem grandes ſumptus requirere, ſive expenſas neceſſarias ad plenam ſatisfactionem, ſive ad præſidia ampla reſpicerent, quibus tamen tandem Hiſpanorum exercitus à tranſitu non abſtinuiſſent.

Adderet etiam, Vallenſes peregrini imperii impatientes per naturam, non diu munimenta in aliena poteſtate fuiſſe relicturos. Hiſpanos etiam eorum ingeniis indulgentiores, ad ea recuperanda non defuturos: ita ut illa, pro ſecuritate firmanda, materiam tumultuandi præbuiſſent, unde Reipublicæ, ut pote vicinæ, perpetua æmulatio & inquies, & excubias neceſſarias adeoque ſumptuoſas, ne Hiſpanus ea invaderet, donec tandem aliquod temperamentum ſuccedat.

Dice-

Digitized by Google

Diceret etiam blandiuſculus ad reipublicæ commodum regem anguſtias Rhætorum & Vallis Telinæ ipſis facile per decennium aperturum, quod ſummum hujus rei deſiderium noſſet, pronus etiam ad fædus defenſivum, ſi peteretur. Mandata hæc Caſtelnovanus adeo feliciter exequebatur, ut Reſpublica honorem ſibi à rege per legatum extra ordinem habitum agnoſceret, remiſsâ mo[…] rerum præſentium ad prudentiam regis, ut ipſe diſpiceret, an omnia commoda quæſita pactis comprehenderentur: cùm devinctam ſeſe ſentiret oblato fædere defenſivo. Crederet Caſtelnovanus, Rempublicam ſemper teſtimoniis benevolentiæ reſponſuram cum omni obſervantia, quam erga Coronam Galliæ ab omni tempore tenuiſſet. His ex voto defunctus Caſtelnovanus, pergit ad Rhætos & Vallem Telinam. Ferebant autem mandata regis, ut adjuncto ſibi Cæurio, populis juramentum ſolenne imponeret, ad obſervanda conventa. Vallenſes nullo negotio aſſentiebantur, quod pacta grata haberent, etiamſi annuos tribuerent Rhætis aureos vices quinquies mille: cum Rhætis in pluribus conventibus actum, nullo alio aſſenſu, niſi gratiis actis de præſtito auxilio; de pactis miſſuros ad regem, qui exponerent difficultatem aſſenſus, ob mutatam Juſtitiam, cujus magiſtratus & authoritas Vallenſibus ceſſiſſet.

Qui miſſi erant, querimoniam ordiuntur; ſed de juſtis rationibus quæ ad eum ſcopum deduxerint certiores, cum extra hoc caput imperium in Vallem Telinam neque ſervari, neque Rhætia ipſa à continuo bello cum Vallenſibus, quos Hiſpani fulcirent, alieni imperii impatientibus, liberari potuiſſet. Summam autem Juſtitiæ adminiſtrationem inſigni pecuniarum ſumma compenſari, aditu ad magiſtratus non percluſo: ſatisfactum erat, ut illi rationi parerent, & pacta populis perſuaderent.

Continuato itinere Caſtelnovanus ad Helveticos pervenit, ſecundum mandata regis ut Catholicorum æquè ac Proteſtantium pagis, qui non parum contribuerant copiarum ad Vallem Telinam recuperandam, comprobarentur pacta; alterâ cura ut ad executionem

pacto-

Digitized by Google

pactorum, Vallis Telinæ in eâ diſpoſitione conſervandæ; ſeſe adſtringerent. Catholicis depingebat commodum, ſtabilitis ſacris per Vallem Telinam; Proteſtantibus verò, ſummo imperio apud Rhætos manente fæderatos, nihil relinqui moleſtiæ: adeo ut Catholici acceptanda cenſerent, item Rhætis perſuaſuri pacta. Proteſtantes vero ab initio difficiliores, conventu paulò poſt Araviæ acto, comprobanda itidem duxerunt, præter ſacra; Caſtelnovano declarationem plebiſciti exhibentes. Cùm igitur pacta ab omnibus, quorum intererat, rata haberentur, executio ſola reſtabat.

Politica Reminiſcentia.

LEgatus ad perſuadenda miſſus pacta pacis ante omnia allaborare debet, ut in rebus agendis dilucide doceat incommoda belli continuati. Quemadmodum enim commodum eſt primum mobile, ex quo omnes Principum motus pendent, nullus dubitat, quin eos pro lubitu ducat, modo rationem inveniat perſuadendi, quam damno ſuum ſit bellum. Non deſinet inculcare, bellum nec per Juſtitiam, nec per prudentiam ſumi, niſi ad firmiorem & potiorem pacem obtinendam: Cùm Princeps harum conditionum contemptor belli ducendi cupidus, opificem referat imprudentem, qui excellentiſſimâ formâ operi inducta, laborem continuaret formandi, nullo alio operæ pretio. Neceſſe etiam ut verbis æque prudentibus ac magnanimis inconſtantiam armorum oculis ſubjiciat; quam plurimis generoſis ac prudentiâ claris Principibus ſæpè ad extrema redactis, cùm maximâ ſpe victoriæ tumerent: providentiâ etiam divinâ, quæ ſortem armorum regit, plerumque turpi caſu in bellum obſtinatos mulctante. Sacrum codicem inſigne exemplum in Tribu Benjamin ſuggerere, quæ pace rejectâ, quam reliquæ Tribus offerebant, modo Gabaonitas injurioſos traderent, turpiter ſuccubuerint, oppidis everſis: plures etiam ex ambitione vicinorum imperia quidem invaſiſſe; ſuum prædæ expoſuiſſe: Multa in mente facilitatis induere ſpeciem, quorum executio magnis ſcateat periculis: generoſiſſi-

roſiſſimos audire Principes, non qui ad ampliandos fines ferantur, ſed qui potentiam prudentiâ & æquitate temperent: principem ſatis ubique gloriæ acquirere, ſi ſubditis fructum felicitatis præbeat, ſcopum adminiſtrationis politicæ; eam autem felicitatem pace colligatam, nunquam recuſabit, ubi maximè conditionibus commodis aucta offeratur.

Nec parum ponderis addiderit ad aſſenſum, ſi doceat, Principes vicini imperii avidos, famelico ſtomacho comparari, qui omnibus cibis inhians, nunquam ſatietur, calore nativo per congeſtos cibos debilitato & ſuffocato: ſic imperio mediocri non contentos, quod natura aut fortuna dedit, inſatiabili odio torqueri ad aliena uſurpanda; qui non rarò ſeipſos enervant, ſubditis per bella continua exhauſtis, dum hoſtium crudelitati objiciuntur, ad inopiam agros colendi rediguntur, omni ſucco emunguntur, ut onera militiæ ferant, in ſeditionem etiam aliquando conjecti per militarem proterviam. Hiſce belli calamitatibus adjungat fortunarum jacturam, quibus pace conſtante fruebantur, ut vel eo efficaciſſimo medio arma ponant; pacta verò oblata acceptent.

CAPUT VI.

Quomodo de munimentis ſolo æquandis convenerit.

MAgnâ quidem difficultate fœderati ad pacta ducebantur, major ad exequenda patebat, maximè circa demolitionem munimentorum per Vallem Telinam: neuter exercitus, niſi illis everſis, diſcedebat, magno utriusq; regis ſumptu, & Pontificis, qui ſex millia peditum in agrum Mediolanenſem miſerat, unde tempeſtivius in Gallia, Hiſpania, Romæ, per Vallem Telinam & Mediolani agitabatur de modo executionis; tanta tamen cum difficultate, ut negotiatio in Novembrem uſque extraheretur, executione in Februarium anni ſequentis rejecta.

Placuerat autem, ut munimenta Pontifici redderentur, continuò demolienda: ſed is difficulter id oneris ſubibat, eorundem cuſtodia ſimpliciter petitâ, ut injuriam quam ſibi à Cæurio factam credebat, ſarciret, proque ſubitu per Hiſpanos poſtmodum demolitionem curaret. Ibi Gallia nihil penitus nectere difficultatis, ut Pontifici redderentur, fidem tamen exigere, ne in Hiſpanorum poteſtatem tranſirent, rogato inſuper Pontifice, ut pauculos ſuos immitteret in ſpeciem milites. Differre Pontifex, ab Hiſpanis circumſcriptus, qui illius poteſtatem aliqua ratione ſuam eſſent facturi, tametſi complures eorum id regiæ authoritati parum conducere crederent, munimentis utique per Hiſpanos excitatis. Poſt conteſtationes plurimas rex, ut ſcrupulos tandem tolleret, Bethunio mandat, cum Pontifice, Hiſpaniæque Oratore quovis modo tranſigeret: conventum igitur, Ut munimenta Torquato Contio, militiæ Pontificiæ magiſtro, traderentur, copiis Gallicis interea per cætera extra ſequeſtrationem loca diſpoſitis: munimenta tradita quamprimum diruerentur: arma, tormenta, apparatusque bellicus Hiſpanis redderetur, quo facto, copiæ & Pontificis, & utriusq; regis Vallem dererent, in Comitatus Wormatiæ & Clavennæ, utpote liberos, deducerentur.

Iſtis legibus abſolvebantur pacta, annuente rege, ut Cæurius continuò de modo tradendi, diruendique cum Torquato Contio & Gonſalâ Corduâ ageret, quos Hiſpanus Feriano, in pacem proniores ſubmiſerat. Dicuntur fiduciarii de tormentis, apparatu bellico, annona, & depoſito in tabulas referendis, Pontificeque ſummatim liberando. Demolitio quinto decimo tanto molimine popularium cepit, ut intra ſex dies abſolveretur. Cæurius duce Frequierio militem in Galliam remittit, à rege honorem Campiductoris meritus. Itaque reverentia ab utraque Corona Pontifici habita, pacem ſtabilivit.

Politica reminiſcentia.

Diverſis rationibus principes potentiſſimi ad eximios Pontifici exhibendos honores inducuntur. Eſt enim, teſte

teſte Bernhardo ſummus ſacerdos, ſupremus Pontifex, princeps Epiſcoporum, Apoſtolorum hæres, Vicarius Jeſu Chriſti: Abelem prioritate, Noam gubernatione, Abrahamum Patriarchatu, Melchiſedecum ordinatione, Aaronem dignitate, Samuelem judiciorum acumine, Petrum poteſtate à filio Dei collata referens, caput utique Chriſtianorum, Paſtor populorum, virga potentium, malleus tyrannorum, pater regum, lux mundi, vicarius Dei in terris. Intelligunt ſanè omnes, ipſum per haſce virtutes eminentiſſimas inter terrenas poteſtates comparari ſoli inter aſtra: quem, intuitu ultra perſonam in objectum repræſentatum, Deum ſcilicet ſublato, omnimodâ reverentiâ colant, ob amorem Supremi Domini, qui imperia providentia ſua gubernat, plurimumq; ad dimenſum reverentiæ, quam principes ex ea ratione præſtant, reſpublicas beat. Ut verum dicam, honos ille adamantis inſtar, omne bonum è cælo in regna derivat. Quod ſi iſtæ geminæ rationes apud animos principum non ſatis valerent, ad quamvis reverentiam Pontifici præſtandam, etiam ex cauſa politica, pace ſcilicet, obligantur: cùm ab omni ævo viſum ſit, caput reſpectare partium expers, tanquam patrem univerſalem omnis familiæ Chriſti, qui diſſidia componat, temeraria conſilia ſuâ prudentiâ moderetur, viresque colligat fidei adverſus hoſtium proterviam tuendæ.

Pontifex enim apud principes contemptus, nihil horum egerit, nulla diſſidia compoſuerit: ſiquidem vim pateretur, ad ſpiritualia munia redactus, temporalium expers; unde ſæpè immania bellorum incendia inter ipſos, ad combuſtionem exitiumque proprium, cum quilibet illorum, paterni conſilii capax, & exhortationum amans, venerabiliorem reddere debeat, ut lites facilius diſpungat, ſuum cuique tribuat, pacem populis conciliet torrentesque violentiæ illatæ interrumpat.

CAPUT VII.

Leges pacis, Rupellanis datæ.

Cardinalis, qui ſciret, pacem reipublicæ ſolidiſſimum eſſe fundamentum, eam & cum Exteris ſtabilit, & Rupellæ conciliat, ut populi Galliæ exultarent, regis gloria quantum poſſet, creſceret. Complures ex illa civitate refractaria, quos ſuos fecerat, an demonſtrationibus convicerat, emittit, qui apud cæteros magnæ authoritatis, partium ductum perſuaderent ſaniorum. Sic Religionariorum Deputati ad aulam, ut pacis leges nuper indultas haberent ratas, etiam Rupellanos trahebant, qui ſubmiſſi eandem gratiam ſibi expeterent: Non quidem ex ſenſu pænitentiæ, ſed calamitatis, ob regium exercitum, nuper Pleſſio, jam Theminio duce, ut non niſi certo captivitatis periculo portis egredi auderent, nullo uſu prædiorum, commerciorumve. Intelligunt igitur tandem rebelles, à temeritate & ambitione cæci, ſummè teſtati, quantum eſſet crimen rebellionis.

Eædem autem rationes, apud regis animum ad clementiam nuper validæ, & hic militabant, quibus unam addebat Cardinalis potentiſſimam. Nam olfecerat tricas quorundam principum & Magnatum ad Aulam, de quibus inferius, ut frater regis Religionariorum factionem ſibi adjungeret; adeò ut pace iſtac negatâ, feneſtra ad bellum ſemper pateret, factione illa magno auſu ad vim prorumpente. Pronum utique vel ex hoc oppido concitare bellum, ut Angli adſciti, cum quibus Galliæ non per omnia conveniret, per hanc portam irrumperent.

Magni ſanè hæc momenti; regem ad pacem indulgendam permovêre; cura autem Cardinalis erat, ne leges contumeliam, aut animum abjectum, quod olim ſolebat, teſtarentur. Aſſentitur rex, ut urbis gubernaculum civibus relinqueretur, nullis ab bellum maritimum navigiis; in commerciis ſtatuta regni tenerent; Eccleſiaſticis ſua redderet;

Digitized by Google

Catholicis liberum exercitium ſacrorum, uſumque bonorum permitterent; munimentum Tadoni novum demolirentur; Rex autem præſidia prolubitu munimento Ludovici, inſulisque Reæ & Oleronis imponeret, hoc addito benevolentiæ promiſſo, curaturum, ne quid Rupellani in commerciis, uſuque prædiorum inde turbarentur.

Leges iſtas ineunte Februario ſubibant, quas poſtridie ſummi Deputati particularesque uti convenerat, obſignant, ob gratiam regis læti. Dum igitur Religionarii hunc annum quietè agunt, rex per otium factioſos domat, fœderatis per Germaniam conſulit, populis tranquillitate partâ, ad gloriam emolumentumque regni, optatiſſimum. Dicam etiam, regem ad perficiendam pacem menſe Majo Rupellam miſiſſe fiduciarios, quibus Rupellani Surgeram uſque occurrebant, unde ſacra Romanenſia reſtituta, & Adminiſtrationis ratio ſtabilita, ut verum obſequium diuturnamq; pacem, niſi ab obſtinatis in rebellionem animis ſperares.

Politica reminiſcentia.

COgit quidem populorum rebellio principem ad ſevæ vindictæ exempla ſtatuenda; prudentia tamen diſſimulare docet ad pacem indulgendam, ne gravius malum ex alia rebellione conſurgat, & reſpublica gemino incendio conflagret. Nihil hic abjecti, ubi neceſſitas, (cui & Dii obediunt, inquit ille) modum facere jubet. Metus vitio vacat juſtus, adeo ut prudentiæ fuerit ſummæ, optatum armorum ſucceſſum extendiſſe.

Marcellus olim experimentum fecit, Badio gratitudinis ergò, quod Hannibal in clade Cannenſi eum ſervaſſet, ſoluto etiam captivitatis pretio, plurimam partem Nolanorum adverſus Romanos concitante. Intelligebat tum imperator, eum rerum ſtatum præ acrimonia lenitatem requirere; ſic quomodo incendium reſtingueret, Badium reduceret, cogitabat, promiſſis amplis honoribus, ſi Romam rediret, cicatricesque fortiſſimè pro republica ſusceptas oſtentaret.

Hac ſpe illectus, equo etiam militari à benevolo Mar-

 cello

cello inſtruitur, additis quingentis drachmis argenteis, & ſic ad fidelem operam obligatur, rebellione etiam impunita. Romani ſanè per prudentiam potius, quàm per arma, imperium Orbis accepti, docent ſummum Miniſtrum, ut Principis animum negotiorum naturæ accommodet, ne reſpublica in præſentiſſimum præcipitetur periculum, obſtinato in vindictam animo, ubi rebelles ampliſſima auxilia, ad bilancem belli, ſperent.

CAPUT VIII.

Edictum duellis coercendis.

PAce cum Exteris & Religionariis conſtabilita, Gallia jam gaudebat: eandem Cardinalis equeſtri ordini, qui quotidie in multos enſes necemque ruebat, conciliaturus, intelligebat, fruſtra doceri, de ſumma viri ſapientis, adeoque Chriſtiani gloria, per imperium in motus animi, ut & inimicos benevolentia amplectatur, acquirenda: itaque regi, ad juſtitiæ fervorem propenſiſſimo, oſtendit, nihil adeò legibus divinis, & reipublicæ adverſum, quàm duella, quibus nobilitatis flos, ſummum Galliæ fulcrum, periret: ſic facilè perſuadetur frenum ex terrore pænarum in reos, Edicto irrogante in quoscunque criminis affines, provocantes, provocatosve, nihil obſtante quacunque gratia, quæ ullo modo impetrari poſſet, munerum privationem, ſtipendiorum, quorumcunque beneficiorum; quòd ſi & in munerum ſucceſſores commoverentur, equeſtri ordine expungerentur, infamia, adeoque ſupplicio extremo ſequentibus: quadrans fortunarum fiſco cederet; provocantes triennali exilio, aggreſſores, tanquam crimine præmeditato plecterentur: extra Galliæ ſolum idem auſi, mulctam abſentes fortunarum, & reverſi, corporis ferrent, nihil minus quàm alii: mortis ſupplicio etiam ſtatuto in amicos ſecundarum aut tertiarum partium, æquè ac in eos, qui duellum iteratò provocarent.

Sum-

Summa iſtæc ſupplicia edicto, rex per jusjurandum ſanxit, omni gratia præciſa; Miniſtris juſſis, ne gratiam fortè importunius extortam animadverterent, etiam Mareſchalcis Galliæ, ut diſſidia nobilium terminarent. ea authoritate, quò ſententiæ negligentes, & carcere, & aliis mulctis coërcerentur, inſignibus nobilitatis exuti. Cumque metui poſſet ne provocati, niſi comparerent, imbelles audirent, unde omnis mali origo, rex eodem edicto aſſeruit, ſeſe illam repulſam pro fortitudine ducturum, & generoſum animum prudentiæ capacem, muniaque militaria meritum, juratum benevolè amplexurum.

Politica reminiſcentia.

PRincipes duella non poſſunt impunita transmittere, niſi criminis participes, cum authoritatis compos, legumque irritamenta negligens, eadem cum vitioſo involvatur culpâ. Nam populi non tantum jus commune in perſona principis violant, ſed & principes, crimine manifeſto non caſtigato, idem peccant. Nihil autem injuſtiús, quam duella impunè ferri, cum Deus jam ſententiam mortis tulerit, ut ſanguinem profundens, ſuum ſit profuſum ſpectaturus: cui lex nova ſuffragatur, ut qui gladium rapuerit, gladio pereat.

Dicam, nullum gravius crimen, cùm authoritas ſumma, quam Deus ſibi reſervavit, violetur, Sic enim ipſe per D. Paulum, Mea eſt vindicta, ego reddam cuique meritum ſupplicium. Accedit etiam ratio reipublicæ, quæ gravius affligi nequit: quemadmodum enim ampla ſanguinis profuſio corpus debilitat, pallore & languore inducto, ita duella generoſiſſimum, Nobilitatis ſanguinem, quo reſpublica maximè nititur, exhauriunt, ad diminutionem virium, extincto vivido colore adeoque ſplendore, cui imbecillitas ſuccedat.

Summo tamen malo, qui ſuccumbunt, involvuntur, ſalute animæ projecta, unde vindictæ divinæ ſemet conſtituunt ſcopum, victoribus etiam plerumque evidentiſſimè punitis, niſi veram pænitentiam occupent.

Digitized by Google

Ægerrimè enim fert, ſuum opus deſtrui, tanto redem[illegible], Adverſario animas, quarum bono omnem potentiam, adeoque miracula amoris exeruit, raptante.

Cauſa tanti mali in errore damnato, qui mentes mortalium ſubivit, gloriam in vindictâ, honoris detrimentum in lata injuria, niſi armis ſatisfiat, conſtituens. Nihil autem gloriam merebitur, quod cum rationis lege, Deique voluntate pugnat. Equites quidem fortitudinis laudem hinc maximam aucupantur; extremum tamen differunt iſtæc virtus, & raptus animi, cùm illic abſit furor legibus divinis & humanis inviſus; adſit verò fortitudo ex æmulatione laudata, quæ omnis periculi contemptrix, auſpiciis Principis it in hoſtem reipublicæ.

Suis enim finibus deſcribitur, ad modum cæterarum virtutum, quos qui excedit, ad extrema vitii prolabitur: unde olim Ageſilaus apud Plutarchum dicebat, fortitudinem, niſi juſtitiæ jungeretur, non æſtimandam. Vindicta igitur privatæ authoritatis ipſi, etiam ſanæ rationi adverſatur, cùm viri cordati ſit, ſeipſum in litibus privatis ſubigere, hoſtem conculcare. Vindicta ſanè in republica belluinum quid eſt; unde Socrates percuſſus dicebat, Aſinus ego ſi forem, recalcitrarem; ſed homo, patientiam colo. Malè collocatur honor, quod nec apud Deum, nec legem locum invenit. Ruinoſo ſtaret honor fundamento, ſi motui inordinato niteretur, cum non niſi virtuti adhæreat, menteſque perverſæ eum aliunde quærant.

CAPUT IX.

Damnatur libellus Sanctarelli Ieſuitæ.

Rege in conſtituenda republica juſtè prudenterque occupato, Academia Pariſienſis graviſſimam litem concipit, Theologiæ Doctoribus de Sanctarelli Jeſuitæ libello acriter concertantibus. Is agebat de poteſtate Pontificis in reges, approbatus ab Ordinis ſummo Anti-

Antiſtite, à Pontificis vices gerente, & ſacri Palatii magiſtro. Exotica ea doctrina ferebat, Pontificem habere poteſtatem directionis aut correctionis in Principes, quibus interdicere ſacra, & imperia adimere queat, ſubditis obſequio jurato liberandis; idque vel propter hæreſin, apoſtaſiam, vel enorme aliquod crimen publicum, adeòque perſonæ vitium, aut Eccleſiæ proſtitutionem: quæ imperia tandem Pontifex cuicunque videretur, conferret.

Prudentiores libellum iſtum ambitioni Hiſpanicæ acceptum ferebant, quæ nullo non uteretur artificio, ad turbanda viciniora, conſiliis facilius promovendis; cum id temporis viſum eſſet, odium Orbis Chriſtiani in regem corrivare, ob auxilia & Rhætis & Hollandis ſubmiſſa, ſuſceptamque quorundam per Germaniam fæderatorum Principum cauſam oppreſſam. Id artificii Hiſpanis adeò familiare, ut ubi uſus ſit, non temerè illis imputentur, ambitione fabricam perpetuam exercente.

Ne tamen in authore peregrinæ opiniois tempus teramus, dicam, magnum inde tumultum inter doctos excitatum, diverſis libris in palæſtram emiſſis: Facultas tamen Theologica, ſolenniter conventu acto, eam damnavit, quamvis quædam reliquiæ & antiquatâ Ligâ ei faverent. Parlamentum verò, ne authoritas regia ad rem tanti momenti torperet, accerſitos vindiciarum ergò principes Societatis, ad ſignandam Declarationem inducit damnationis, qualem omnes Provinciales, Rectoresque etiam ſeni presbyteri cujuscunque Collegii per Galliam, itidem ſignarent: promulgato Senatusconſulto, ut liber ille ab executore ſupremæ juſtitiæ publicè combureretur, Librariis à negotio iſtiusmodi librorum abſtinere juſſis.

Politica reminiſcentia.

NOn minus ſæpe numero refert, authoritatem regiam à promulgatione pernicioſæ doctrinæ vindicari, quàm contra violentiam armorum protegi. Qui-

Digitized by Google

cunque dixit, eam authoritatem cum pupilla oculi con-ferri, cujus minima tactio extrema trahat, vidit quantis calamitatibus exponatur reſpublica, quocunque modo iſtæc authoritas convellatur. Magiſtratus ſanè extremæ impotentiæ arguatur, ſi authoritatem regiam ſubmittat exuendam. Id demum foret Magnates ad rebellionem invitarè, occaſione turbandi ſemper prompta, ſi populis perſuadeatur, regem culpa ſcandali inquinari, guberna-culo indignum reddi, hæreſios ſuſpicionem incurrere, ex favore hæreticorum. Sic ambitioni Exterorum præbea-tur anſa ad invadendum regnum, pro lubitu.

Nihil verò abſurdius, quam tolerari doctrinam, quæ totius antiquitatis calculis erronea cenſeatur, poſtremis ſeculis tempore Gregorii VII. inventa, qui primus eam in ſuum vertebat commodum. Rex non deſinit eſſe rex, niſi ab authore regni deſtituatur, aut in eas inſtitutoris leges peccet, quæ authoritatem amittendam declarant. Reges autem noſtrates à manu Dei inſtituuntur, qui gla-dii miniſterio ipſis coronam largitur; neque Apoſtaſiæ aut hæreſios, aliuſve criminis conditione ad amittendam authoritatem addita, cùm utrinque famoſis, uti diceba-mus, imperium concedat: à ſolo igitur Deo exauctorari poſſunt aut propter ullum crimen authoritate excidere. Quod ſi à Pontifice poſſent deponi, ſequeretur & Pontifi-cem in temporalibus fore ſuperiorem, cum exauctoratio ſupremæ jurisdictioni conveniat.

Tantum autem abeſt Pontifex ab illa poteſtate, ut celeberrimi priſcorum ingenuè faſſi ſint, eum etiam in-feriorem. Gelaſius ad Imperatorem Anaſtaſium, Pela-gius I. ad Childebertum regem Galliæ, S. Gregorius ad Imperatorem Mauritium id adeo Claris verbis docent, ut de illorum ſententia dubitari non poſſit. Cumque mode-ſtiſſimi hujus doctrinæ pro pugnatores nequeant invitâ ra-tione poteſtatem hanc exauctorandi reges ſtatuminere, di-rectam quidem negant, quæ non tam imperio eos exuat, quàm ſubditos obſequio promiſſo liberet; frivolo ſanè ſubterfugio, cum Pontificis non ſit, de jure divino di-ſpenſare, obſequium autem regibus debitum, jure divino per mille loca Scripturæ ſacræ imperetur.

Dicam

Digitized by Google

Dicam amplius, neq; in regis fore poteſtate, hanc conditionem ſubire, ut ſubditi obſequium exuant, quacunque de cauſâ, quod integrum & non mutilatum ad poſteros tranſmitti debet. Unde Philippus Longus cum ſubditis Flandriæ pacturus, eâ lege ſecuritatis ergò, ut arma ipſis permitterentur, obſequio calcato, niſi pactis ipſe ſtaret; à Senatu cohibebatur, ubi demonſtraſſent, id regiæ Majeſtati non licere.

CAPUT X.

Subtilis modus Saxones inferiores adverſus Auſtriacos fœderandi.

ETſi pace nihil magis neceſſarium eſſet Galliæ, æquè tamen erat advigilandum, ne Auſtriaci per Germaniam nimium creſcerent, poſtquam aliquot principum patrimonia avita uſurpaſſent, oppreſſa libertate Germaniæ ab Ulmenſi maximè tranſactione. Ob eam potiſſimum cauſam & rex magnæ Britanniæ Comitem Mansfeldiæ cum exercitu miſerat, ut ſororius Palatinus reſtitueretur in ſua, cui rex duo millia equitum, præter grandem pecuniæ ſummam ſuppeditarat: neque tamen eæ vires Imperatori ſatis negotii faceſſebant, niſi ampliores ſufficerentur. Anglia quidem regem ad fœdus offenſivum, bellumque profeſſum invitabat, ſed fruſtra, cùm res per Galliam tam ardua non ferrent: Prudentia tamen Cardinalis, commodorum regiorum diligens, Principes Germaniæ ſtimulabat, ut conſilia procuderent, quæ ad defendendam patriæ libertatem, reſtituendosque exules conceperant.

Rex autem, quo mirando pollet genio ad perpendenda propoſita, extemplo hæc momenta capiebat: unde ſub finem anni elapſi Picarderium in Daniam, ad Principes Saxoniæ inferioris, urbeſque Anſeaticas mittit, cum iſtis mandatis, regi & principibus reſtaretur, regem Galliæ non ſine magna lætitia audiviſſe voluntatem eorum de Palatino fratribuspue armata manu in avita reſtituendis, adeò-

adeoque oppreſſione intentata fortiter repulſanda. Antiquam amicitiam, qua eos amplecteretur, commodorum ſtudium ſuſcitare, ut quævis ipſis offerat.

Rogaverant prius regem, ne ſeſe inſciis, rebus Germaniæ immiſcere vellet, quod legatus ſecurè promiſit, oblato etiam millione uno librarum in biennium, cum copiis Gallicis. Quod autem experientia mille modis docuit, ſucceſſum ex prompta executione pendere, optimis occaſionibus nimium deliberando amiſſis, id hîc urgebatur, armis jam expeditis, poſtquam Danus exercitum expoſuiſſet, principibus ad futurus; unde Imperator vim metuens, Tillium in eos ducere juſſit.

Stimulorum acerrimi erant, gloria ex reſtitutione fæderatorum, facilitas rei benè gerendæ, ob Imperatoris copias valde fatigatas, & ob bella Vallis Telinæ atque Italiæ diſtractas, cùm ipſi recentem exercitum, viris bellicoſis tumentem, cogerent. Singularia erant, ne quid in detrimentum Catholicorum peteret, nullo alio ſcopo, præter Germaniæ libertatem, principesque reſtituendos, regi propoſito. Sed cum Circulus Saxoniæ inferioris etiam urbes Anſeaticas complectatur, quibus bellum, ob commercia per Hiſpaniam, bello Auſtriaco impliciti naves perderent, commerciis ſublatis, minimè erat cordi, uti principibus; juſſus erat, eoſdem nomine regis adire, ut fædus cum Principibus perſuaderet, ſumptusque bellicos; qua occaſione neglecta, Danicæ paterent violentiæ, quæ ex inveterata invidia, armis promptis, quamvis arriperet anſam; Danus, licet ſubigendis impar, commercia turbaret, maximè Lubecenſium & Gedanenſium, aliorumque, freto ad curſum navigiorum clauſo; Hamburgum, Bremamque ex munimentis, que in ripis Albis & Viſurgis extrueret, vexaturus; quo caſu ab omnibus fæderatis neglectum iri, cum ex Hiſpania auxilia ab longinquitatem locorum, & inopiam Claſſis in iſtoc mari, fruſtra ſperentur. Sic neque regem & Anglum, ob reverentiam in Danum, Hollandis impedimento futurum, ſi navigia ipſorum in Hiſpaniam tendentia, inter Caleſium, & Doberam invaderent, ad commerciorum everſionem: rectius igitur facturos

ſturos, ſi cum Principibus facerent, quo caſu rex protectionem adverſus quoſvis hoſtes promitteret, eadem ope ab Anglis & Hollandis certa.

Iſta mandata Picarderius adeò induſtriè exequebatur, ut exercitu in caſtra collecto demum diſcederet, urbibus Anſiaticis, quantumvis reluctantibus ad fædus additis. Res erat tanti momenti, ut hinc maximè cojecrint pacta Manſoniana, ut Hiſpani Vallem Telinam amitterent, & conſilia *Italiæ* invadendæ ponerent, cæteris Galliæ fæderatis omiſſis. Gratum id ſibi rex teſtatus negotium confectum, copias, pecuniamque ſubmittit, exercitu duodecim, vel quindecim millium per Champaniam excubante, ut aliquæ Imperatoris copiæ per Alſatiam hærerent neceſſariò, fæderatique eo anno progreſſus facerent.

Politica Reminiſcentia.

SI utilitatis ratio regi pacem domi firmandam ſuadet; nihil minus bellum apud Principes vicinos ſuſtinebit, ut tutandis rebus occupati, Galliam faciant miſſam. Eæ artes Ludovici XI. per hiſtoriam laudantur, qui conſiliorum, quæ Angelus cum Burgundo inierat gnarus, tantas excitabat turbas, ut illi exequendis conſiliis non ſufficerent. Summè verò neceſſarium, ut ad iſtas artes recurratur, ubi Princeps victoriarum terribilem colligit potentiam, cùm reipublicæ ſecuritas in æquilibrio armorum conſiſtat apud principes vicinos; magno ſanè metu per nimiam alicujus potentiam concepto, ne ambitionis morbus, Principibus familiaris, ſublatis finibus, potentiam extendat.

Prudentiæ columen, hoſtem per alium quemvis laceſſere, & fædere fatigare, ubi pecuniam & copias ſaltem ſubmittas, ut ad ſcopum ſine ſummis expenſis, periculi vacuus, pertingas. Hinc aliquando hoſtis cum tanto emolumento vincitur, ac ſi vires univerſæ reipublicæ pugnaſſent: eâ ſaltem conditione, ut vires tutandis rebus occupet, ne aliena concupiſcat, nullo profeſſo diſſidio, pace domi certâ: ſic ærario conſulitur, & miles

miles omnis calamitatis in regione aliena expers, ſervatur. Qui verò legatus iſtæc negotia curat felici jacto fundamento doceat, Principibus præter commoda nihil cordi; unde conſilia quantum poteſt, juvet: pacem, quæ principi ob potentiam metuendi, poſt uſurpationem unam atque alteram, indulgeatur, vires augere, ad audendum: multos Principes ob nimium pacis amorem, everſos: tutius hoſtem præveniri, quàm expectari, ſi imparatus petatur, ad victoriam minus operoſam; cum idem expectatus gravius premat, commodo quocunque ſumpto: Nimios pacis amatores, diu non ſubſiſtere, manifeſto fortitudinis languentis indicio, exiguæque ad reſiſtendum conſtantiæ: nihil turpius pace, quæ hoſtilia firmat ad bellum ſuſcipiendum, ut ex impetu præter rationem dilatô illinc protervia & fortitudo conſurgant: falſam pacis umbram veræ tandem & indignæ ſervitutis facere initium: facile denique hoſtes vinci, ſi arma conjungant, cum ſumptibus ex æquo collatis ſuperiores evadant: longè etiam plus gloriæ trahere, Si limites ponant ambitioni per omnia terribili. Sic gloriæ & utilitatis ſtimuli ad facilitatem negotii urgentes, haud difficulter perſuadebunt.

CAPUT XI.

Conſpiratio quorundam Aulicorum, adverſus regem & rempublicam.

ÆQua difficultas, Galliam in diuturnâ pace & mare à ventis tranquillum ſervare. Ingenia hîc irrequietiſſima, quæ vix uno extricantur bello aut tumultu, quin alterum ceptent. ad pacem ſecuram Cardinalis prudentiæ ſummam adhibuerat; ſed Principes quidam non integræ ætatis cum diverſis magnatibus ex malaciæ dulciſſimæ faſtidio novas tricas ordiuntur. Non æquè tamen pax, uti cauſa illius offendebat, poſtquam rex authoritatem rebus agendis præſtaret, ut eos in officio contineret.

Aſſueti igitur à multis annis libertati immenſæ, ſubmiſſio-

Digitized by Google

miſſionem ægrè ferebant, undejugi quocunque niſu excutiendi libidine ducti, à ſagacioribus docentur, Cardinalis inſtinctu regem rebus moderari: unde allaboratum, ut eum apud regem traducerent aut aliqua ratione à clavo reipublicæ removerent. Ardua hæc erant, quæ mediis ad felicem ſucceſſum ponderatis etiam difficillima apparebant. De regis animo circumveniendo nihil ſpei, nimium perſpicaci ad commoda ex tanti Miniſtri prudentiâ, qui reipublicæ nimius amator, regem nunquam deſtitueret: adeò ut diverſæ reſtarent viæ ad eundem ſcopum. Altera rem in præcipitia deducebat, ut regi ſceptrum extorqueretur, ad functiones monaſticas detrudendo. Altera factionem potentiſſimam inter principes meditabatur, quæ regi leges ſcriberet, Cardinalem aulâ exigeret, ſua conſilia ſtabiliret. Numerus Conſpirantium nimis amplus indicium ſermonibus non ſemper cautiſſimis fecit, adeò ut conſilia in aures hinc inde differrentur, protervia mirum creſcente. Relatum etiam Bukinkamii familiarem in Angliâ effutiiſſe, eam factionem adverſus regem coire, cujus authores eſſens Aurelianenſis conſiliarii, ut nullo metu, reginæ familia diſſipari, hæreticisque expleri, contra matrimonii tabulas poſſet.

Erant etiam in agro Burbonenſi factionis fautores, ſermonibus ſtupendis adeò protervi, ut regi & Miniſtris ſummis innoteſcerent; unde cenſitum, cum res ad extrema vergeret, Burbonenſis agri Præfectum ſecundarium ad inquiſitionem veri urgendum; qui ſanè non parum lucis attulit. Aliâ ſemitâ relatum, Cheureuſiam, quod Anglicanæ tricæ offenſionem peperiſſent, ſubiratam, non parum frigidæ ſuffundere, inſtigatis ſummo Priore & Chalæſio, amorum delitiis captis, ad executionem, dum Ornanus tribunus apud Aurelianenſis animum potens, vel ex ratione muneris, à matrimonio, quod rex meditabatur, diverteret.

Acceperat etiam Cardinalis, Luvigniũ, factionis participem, quòd deperiret Matronam alicujus nominis, ſummã negotii depoſuiſſe nominato etiam Chalæſio inter primos. Statuit igitur Chaliottæ ubi ſocer Chalæſii habitabat, ſucceſſum, ad ampliora indaganda, ſumere. Cumq; vix quicquam vellet, quod prudentiæ acumẽ non perficeret, dicitur

ex

ex Chalæſii ore didiciſſe abſtruſiſſima, poſt ampliſſimam fidem regiæ gratiæ, benevolentiæque, ſi commodis regis per per hanc occaſionem nollet de eſſe: Ornanum videlicet tribunum rei caput, ne Aurelianenſis conjugi animum permitteret, ipſum poſt haberet; Scopum primarium eſſe fædus arctiſſimum inter Principes, ne rex eos disjungere poſſet, ſed ut priorem aulæ licentiam vel invitus permitteret. Eo conſilio Aurelianenſem à matrimonio Monpenſeriæ diſtrahi, ut Burboniam ducat ſuarum rerum ſtudioſiſſimam; aliamve ab Exteris, ad conſilia viribus familiæ illius firmanda. Sueſſonius verò Monpenſeriam duceret, ut Guiſiorum familia Burboniæ inſereretur, omnibus fere aulæ poteſtatibus in maſſam compactis. Summum erat, finem factionis percepiſſe: ſic & Cardinalis Chalæſio officium abundè rependebat; qui, niſi ad vomitum revertiſſet, ampliſſima quæque ſperare poterat.

Politica reminiſcentia.

EXtremæ fuerit imprudentiæ, factione impediri adverſus Principem, aut rempublicam, ſpe ſilentii perpetui inani. Sic facinoroſis familiare, latebras quærere: nemo enim accederet, qui ſe proditum ſciret. Occæcatio verò iſtæc peccatum comitatur, pelliculâ craſſâ mentis oculum hebetante, ne evidentia animadvertantur; per temeritatem pronam.

Oportet ſanè hoc malo correptum ignorare, quæ filius Dei in Evangelio refert, nihil adeò occultum, quin reveletur; nihil adeò ſecretum, quin cum tempore ſciatur. Deus ſanè, imperiorum præſes, conſervationem curans, non permittit, ut calamitates intentatæ ignorentur: undè ſæpè juſtitia, ipſius dextera operante, facinoroſum ad ſceleris patrati confeſſionem compellit temerariam. Multum ſecreti Moles premit, quod homo, experientia teſte non diu bajulat, tandem excutit. Præpedita lingua, non tamen indicium, ſagacioribus æquè intellectum, uſque comprimetur. Quod Deus ad innocentiæ teſtimonium videtur velle, cùm ſecun-

cundum illius leges pauciſſimi vitam inſtituerent, ſi malitia prudentiam omnia celandi eſſet nacta.

Ariſtoteles aliquando quærenti, quidnam rerum humanarum eſſet difficillimum, reſpondit, ſecreta tacere; quod nemo mortalium poſſet, niſi prunam in linguâ ſuſtinere didiciſſet. Quicquid enim tres perſonæ norunt, continuò patet, quòd quilibet eorum pruritu iſtoc laborans, amico id aperiat, donec progreſſu ulteriore fiat publicum. Hinc per hiſtoriam plurima ſcelera occulta, tandem patuêre. Plutarchus refert, in bello Cyprio, Ariſtocratem Meſſeniorum ducem, infami proditione, ex deſiderio regnandi, illis internecionem conciliâſſe; ſcelere poſt viginti annos retecto, & rigidè punito. Operam luſero, ſi tot millia exemplorum hujusmodi ex Hiſtorijs producam.

CAPUT XII.

Ornanus Mareſchalcus attinetur ad Fontem delitiarum, deducendus in Sylvam Vincennarum.

CUm damnoſiſſimè imprudentia conſpirationi tempus executionis permittat, rex, juxta intimorum conſilia, conſpirationis principes apprehendit, altiſſimo ſilentio notitiam eorum, adeoque inſtituti involvens. Ineunte Vere ad Fontem delitiarum non tàm animi causâ, quàm quòd in arcto momenta rectius obſervari poſſent, conceſſit, Lutetiâ Pariſiorum, ob vaſtitatem & turbam ad quævis ſcelera contegenda admodum idoneâ.

Conſequitur omnis aula, principes conſpirationis nihil remanent; ubi alienis oculis non egebat rex, ſpectator frequentiſſimorum conventiculorum; ita etiam ſuis credebat auribus, ut Ornanum authorem ſceleris meditati convinceret, qui fervidè matrimonium Aurelianenſis diſſuadebat, ad regias aures non una hora aut

M ſemel

ſemel tantum id ogganniens.

Sciebat, nihil Principibus præ authoritate intactum queri: eo igitur ſtimulo fodicabat regis animum, ut perſuaderet, quicunque matrimonium fratris urgerent, regiæ authoritati non velle conſultum: Ex eo matrimonio propediem orituram ſobolem, vel unicum marem, inſtar Solis orientis, univerſorum benevolentiam attracturum; Magnates rege deſerto, ipſum ſecuturos, unde factio conſurgat par, ad diſceptationem dubiam.

Delicatè iſtud artificium repebat, ad obfuſcandos regis oculos, niſi Ornani mentem alicunde reſciviſſet; & rationem maturè diſcuſſam diſſipandis conſiliis non poſthabuiſſet. Importunus autem incurſus, teſtis fervidi animi, regi ſuadebat, nihil ulterius differendum, quin hominem conſtringeret; quod tantò magis è re ſua credebat, ex Taciti admonitione gnarus in conſiliis contra rempublicam caput petendum, cùm cæteri eo dempto plerumque ſine motu jaceant, inſtar trunci. Accedebat etiam, eo attento, Aurelianenſem quaſi teneri.

A venatione igitur quarto Maij rex cataphractos, Velites, & pedites in viam Pariſienſem diſponit, ut conſpirationis affines, ubi fugam meditarentur, comprehenderent: ipſius autem juſſu regis, ab Halerio, ſatellitum centurione attinetur; in conclave Caſtelli compingitur, & ad Sylvam Vincennarum deducitur, ubi hujus lucis uſuram, ex urinæ obſtructione, poſt pauculos menſes, deponit. Rex verò ſilentii in arduis pertinaciſſimus, tegebat cauſam captivitatis, nullo ſiniſtro ſigno ad complices, ne extrema auderent, & ut ſponte à conſiliis peſſimis recederent, Vindonicenſem etiam, ſuſpicione culpæ involutum, facilius irretiret; Satis etiam habuit, Matri reginæ mandare, captivum ob turbas cum fratre initas. Aurelianenſis verò re intellecta, adit regem, eadem diſertius audit, reſpondetque; ſi vera hæc ſciret, omnium primum ad tribunal eum ſeſe pertracturum: omninò igitur diſpiciendum, ne inimicorum fiat luſus: non tamen animo per omnia imperabat, quin ſigna offenſæ & hic & alibi ederet.

Poli-

Politica reminiſcentia.

PRudenter poſt retectam conſpirationem diſſimulatio ad conſcios aliquamdiu inſtituitur, ad momenta præverten di rectiſſime aucupanda, principesque ſceleris attinendos, cùm ad primam indicii ſuſpicionem dilabantur, easque vires contrahant, ut vix ac ne vix quidem mala conſilia evadere, aut ipſos apprehendere liceat. Id Ludovico XI. in promptu ad miraculum uſque, quod Philippus Cominæus non uno hiſtoriæ loco memorat; inprimis verò ubi excipiendus erat Conneſtabilis San Paulinus, ad Noviodunum, anno 1473. tot blanditiis, verbisque benevolentiæ prolatis, ut Conneſtabilis confidere cogeretur. Nihilominus Rex tamen per biennium diſſimulato odio, cùm ob cætera inſtituta caſtigationem differret, capitis ſupplicium ſumpſit. Ajunt ſanè, eundem Carolo VIII. filio, præter iſta paucula, qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare, nihil penitus latinitatis inſtillatum voluiſſe, quòd diſſimulationem Principi adeò neceſſariam duceret, quæ tamen ſæpiſſimè privatis vertitur vitio. Sic avidus auceps retia propter unam atque alteram aviculam non concutit, ſed præſtolatur gregem, aut maximam partem, donec conſidant, & uno ictu capiantur; ita Princeps cordatus, conſpirationis ante ſignanos petens, diſſimulat, donec occaſio omnes ſimul, aut ſaltem ſagaciores, ſine quorum ductu nihil fiat, præbeat: ut Senecæ Tragædi doctrinam in uſum deducat, cui conſpiratio priusquam complices attineantur detecta, occaſionem puniendi perdit.

CAPUT XIII.

Cardinalis à rege petit dimiſſionem.

GEnius Cardinalis, palmæ ſimilis ponderi nimio obnititur, parum motus perniciofis iſtis conſiliis, tametſi

Digitized by Google

ſciret, ſuum caput peti. Certus etiam apud ſemet, omnem inimicis præcidere prætextum, quaſi ipſius fortuna multorum exitium traxiſſet, qui in pœnas ſponte incurrerent, aut vægrandes turbas, ubi vota ſuccederent, in rempublicam invexiſſet, ſtatuit regi ſupplicare, ut ſeceſſum concederet.

Opprobrio carebat, niſi apud factioſos, quibus potentia, authoritas & gloria regis, bonaque diſpoſitio reipublicæ diſplicebat: magnis tamen geniis ſedet, nec invidiæ ſuſpicionibus ſuam proſtituere gloriam; unde hîc univerſæ Galliæ faciebat evidens, ſuarum fortunarum ſibi minimam curam. Ut verò dimiſſionem impetraret, regi in majorem gratiæ libertatem ad Fontemdeliciarum hærenti valetudinis vitium exponebat, quò in ſeceſſu Limurii remedium inveniret. Eò inviſit Aurelianenſis, quocunque animo, ob Ornani captivitatem; etiam Princeps Condæus, cui perſuaſerat obſequium erga reginam matrem, alioqui adverſam, quòd ipſum regi conciliare & ex conſpiratione eximere vellet.

Hinc Cardinalis à rege dimiſſionem flagitare, ſtudium ſuum de ipſius gloria, & reipublicæ incremento exponere; fortunam deplorare ſuam, quòd Aulam argueretur dirimere, regnum incendio vaſtare; cùm vitam pro Coronæ bono facile projiceret; ſed trucidari intra parietes aulæ nolle, quod vix vitari poſſit; magna turba, eaque plurimum ignota, circumfluente, nemine ad vim arcendam promptô. Jubente rege, ut in eodem periculo obſequium pergeret, nihil repugnat, ex voto in voluntatem regiam: confidebat tamen, ab iſtoc mortis genere abhorrere regis animum, cum ipſius etiam interſit, & dimiſſionem permiſſurum. Addere inſuper, valetudinis imbecillitatem, à frequentia confluentium magis ac magis fractam, non diuturnos reipublicæ labores ſpondere; regem eò æquius deſiderio ſatisfacturum, quòd ingruentes morborum impetus brevi eſſent omnem operam ſublaturi.

Eadem ad reginam matrem perſcribebat, ſubmiſsè rogans, ut eam ſibi à rege gratiam impetraret. Tantum autem aberat, ut obtineret, quin rex, ex reminiſcentia,

que

quo in æſtimio Galliæ arma apud Exteros florerent, quod obſequium hæretici præſtarent, quo ordine fiſcus procederet, quo gradu ſceptrum ſtaret, palam diſſenſum aperuerit. Etiam regina mater; ſecundum iſta omnia, ſibi æquè nota, cogitans, quantâ jacturâ tantus Miniſter dimitteretur, ſuis rebus tam utilis, intercedebat. Ex eodem igitur voto reſpondent, ne cogitaret quidem dimiſſionem, rationes meritorum non permittere ſeceſſum, ſecurus eſſet intentatæ necis, adeoque valetudinis, expedito utrinq; remedio.

Ipſus regiarum voluntatum obſequentiſſimus cultor, paret: rex curam & incolumitatis & valetudinis ſuſcipit, addito ſatellitio, adverſus inimicorum impetus; Folænio advigilante, ne frequens concurſus valetudini incommodaret; admiſſis tantum gravioribus negotiis. Sic teſtabatur rex eximiam benevolentiam: majoris tamen fecêre gloriam, ad univerſam Galliam, quæ videbat, eum Aulæ neque mancipium, neque privati commodi aucupem.

Politica reminiſcentia.

QUoſcunque aliquis pungit ambitionis ſtimulus, ad virtutis eximiæ ſplendorem, Principi dilectum, invidiam patiuntur. Sic Sol vaporibus attractis, inque nubem coactis, obfuſcatur: itaque ſummo Miniſtro uſu venit, ut operæ pretium, ingeniique excellentia apud pleroſque Magnates odium, adeoque in exitium ipſius machinas expediat.

Alibi dictum meminimus, neminem eorum unquam perpetuo fortunæ favore, malorum expertem claruiſſe; addam nunc, ſummum vitandi opprobrii remedium, perturbas ab invidia excitatas, fore teſtimonium, partem curarum publicarum privato carere commodo, ubi ſeceſſus privatæ vitæ quæritur: Hæc enim modeſtia ſilentium imponit maledicentiæ viperinæ; nullo penſo ad ſuggillationem honorum, odio aliquando in admirationem verſo.

Lucullus, triumphi gloria principes Reipublicæ ad invidi-

vidiam prolapſos videns, à republica ſponte abſtinuit, in literarum ſtudia totus abditus, tametſi à ſapientioribus plurimum rogaretur, ne animo obſequi vellet, unus ambitioni Pompeii limitandæ par. Sic Auguſtus, Suetonio authore, ſæpius teſtabatur voluntatem reddendæ reipub. poſtquam ſummam curam populi regendi animadvertiſſet.

Divus etiam Gregorius, Pontifex verè magnus, quod vitæ inſtitutum compluribus diſpliceret exempli regularis impatientibus, alio etiam Pontificiæ dignitatis deſtinato, palam declarabat, ægerrimè ſeſe laturum, ſi ſua cauſa ullæ turbæ in Eccleſia excitarentur, promptus gubernaculi ponendi, ad ſchisma vitandum. Unde tantam meruit venerationem, ut regiminis pertæſiſſimi eminentiſſimum genium recognoſcerent ſtupentes.

Verum enim verò ut ſummo Miniſtro laudi vertatur iſtæc moderatio, ad extinguendum invidiæ incendium, Princeps tamen dimiſſionem ejus nullus approbabit, nullo prudentiori conſilio uſus, quàm illius Oraculi. Quicunque miniſtrum invenit fidelem, eum diligat ut animam propriam, habeat ut fratrem. Solem enim ſuſtulerit, horrore turbarum ſuccedente, qui rempublicam eximio genio privat.

CAPUT XIV.

Vindonicenſis, cum ſummo Priore, fratre Blæſiæ attinetur.

PArvum faciebat ad ſummam rei Ornani captivitas, niſi & potentiorum quidam in poteſtatem redigerentur, & in primis Summus Prior, ingenio ob ſummam vaſritiem

tiem factionis ducendæ, præ cæteris metuendæ. Æque neceſſarium etiam viſum, fratrem ipſius, Vindonicenſem recondere, qui magnis ſuſpicionibus locum fecerat quod certis indiciis regi relatum, populis ab obſequio Coronæ divertendis. Per Britanniam Armoriacam dici avebat Dux ſine appendice: precibus publicis inſeri juſſerat hæc verba; Pro famulo tuo, Duce Domino noſtro: aliquoties fidem Cangæi oblatâ pecuniâ tentarat, dum vices gubernatoris in Caſtello Nannetenſi is gereret: Equeſtrem ordinem, Parlamentum, & ærarium ſollicitabat, ut provinciam extra ordinem authoritate vinciret.

Ut iſtæc attentis auribus exciperentur, faciebat fratrum ſummus conſenſus in arduis, accedente etiam neſcio quo jure in Britanniam, ambitione] ad turbas aulicas ſemper excubante. Expediebat quidem, ut attineretur, quod per Britanniam, ubi omnia poſſet ſummæ erat] difficultatis: viſum igitur, eum excire, ad obſequium regis, nullo potentiori inſtrumento quàm ipſo ſummo Priore, cui thalaſſiarchæ munus ſalivam concitabat, vel ipſi conferretur, Momorantio alioqui delinito, vel ſublatū quod agi videbatur, ipſe functiones obiret.

Tanta iſtæc proponebantur dexteritate, ut animo firmato ſibi ipſi perſuaderet inſtitutum ſuſpicione vacuum. Rex igitur Blæſiam tendit, nullo indicio ulterioris profectionis, niſi petito Vindonicenſis adventu. Vadit igitur, fratri obſequium petitum perſuaſurus. Ferunt, dubium de regis animo ſalvum conductum fratri petiiſſe, ſi ad regem Blæſiam veniret; prudentiſſimo tamen reſponſo, quod fidem neutiquam obſtringeret, ad parendum fuiſſe inductum; fidem do, dixerit rex, (quod quidam ſcribunt) venturum libere non ſequiore, quam tu, ſorte: de quibus multum dubito.

Abit ſummus Galliæ Prior, poſt aliquot dies fratrem adducit Blæſiam, excipiuntur à rege tanto cumulo benevolentiæ, ut ſuſpicio conſiliorum, de attinendis illis prorſus evaneſceret. Sed antequam modum captivitatis referam, non poſſum præterire rem graviſſimam, ad conjuran-

jurandas videlicet tempeſtates in rempublicam incumbentes, ſummum Miniſterium & cordatis & probatis viris eſſe committendum. Sic rex ab Haligrio primicerio repetit ſigilla eodem, quo abierat die Summus Prior ad fratrem Vindonicenſem Ducem, adducendum. Miniſtri alioquin integritas Orbi nota, comitem habebat formidinem moliem, quam ducto Ornano prodiderat, Aurelianenſi non auſus juſtitiam conſiliorum regiorum in faciem probare, tametſi negotium id univerſam Rempublicam tangeret, à longo tempore novum.

Is animus à ſacerdote Juſtitiæ abhorret, cum debeat iniquitati obſtare, corde viribusque ad reſiſtendum paratis, imò ad impetum ſuſtinendum, victoriamque obtinendam obfirmatis. Sigilla inde Mariliaco, Quæſtorum ſummo tradita, ob pietatem apud devotiſſimos ſummam, animumque in præteritis impavidum; Quæſturæ inſpectione ad Effiatum devoluta, ob judicium, prudentiamque per occaſiones, maximè in cauſa matrimoniali Angliæ, comprobatam.

Reverſi ad fratres, audimus eos Blæſiam perveniſſe; rex ad quietem compoſitus, ante diluculum accerſit Hallerium, & Mouyum, ſatellitii centuriones, mandatque, cubilia ingreſſi, utrumque apprehenderent. Scriptitant, Vindonicenſem exorſum, oculis in fratrem conjectis, Papæ, mi frater, nunquid in Britannia dicebam, nos attentum iri? Summum Priorem reſpondiſſe, Mortem mihi imprecor, ut tu illìc eſſes. Duce reponente, Monebam te, Caſtellum Blæſiæ principibus eſſe fatale. Excuſationibus certatum, captivitatis culpa reciprocata, præter teſtimonium indicii, pridie perſcripti, de attentione, quam credere nequiviſſent.

Promeridianæ horæ exonerandis querimoniis de peſſimo rerum ſuarum ſtatu permiſſæ, ut inde ducerentur in Caſtellum Amboſiæ, inde in ſylvam Vincennarum. Perculſa univerſa conſpiratio hoc ictu turbatur, rege poſt quorundam ſupplicium ignorantiam cæterorum ſimulante, adeò ut Sueſſionenſi Lutetiam cum vicinia per abſentiam tabulis ſcriptis regendam traderet, ne quid ille hæſitaret: ſed ea fiducia non ſedente, abibat in

Digitized by Google

in Sabaudiam atque Italiam. Principis cujusdam conjux dicebat inviſentibus, regem interpoſuiſſe fidem apud Summum Priorem, in ſecuritatem Vindonicenſis; attentos eos nihilominus: unde appareat, intimos regem ad fidem frangendam inducere: Quæ regi relata, id tulêre reſponſi, illam notitiâ rei carere, cui iſti ſermones non convenirent, cùm illi innocentiâ freti, ſecuritatem, ne cogitarint quidem pangendam. Quicunque ſane à Principe ſecuritatem contendit, culpæ indicium facit; neque etiam fides data, niſi clarè & penitiſſimè ſit ſcripta, à ſupplicio merito ſalvum præſtare poteſt.

Politica reminiſcentia.

ETſi verba ſimplicia ſecuritatis à rege prolata, etiam erga factioſos valere debeant; diverſa tamen ratio ancipitis ſenſus, aut benevolentiæ ſpecioſæ, ut attrahantur apprehendendi. Nemo infitias ibit, ſupplicium eorum juſtitiæ deberi, ne turbetur reſpublica. Quod ſi nulla alia via, niſi promiſſorum ſpecioſorum, reſtet, rejectâ omni difficultate fuerit procedendum, modò ſecuritas expreſſa non ſit. Sic Antigonus rex, poſtquam intellexit Pithonem Mediæ præfectum militem ſcribere, pecunias corradere ad rebellionem, diſſimulabat indiciorum fidem, palam teſtatus, ſeſe & copias miſſurum, ad ardua quædam patranda: Pithonem iſtis benevolentiæ ampliſſimæ teſtimoniis alliciendum, arbitratus. Ad aulam igitur ille ſponte advolat, eximium honorem ſibi ſummè gratulatus, donec in poteſtatem regis redactus, ſupplicium meritum ferret.

Leo Pontifex eodem artificio uſus, ut Johannem Paulum Balionyum apprehenſum de commiſſis criminibus plecteret, reſpondit fidem temeratam arguentibus, Facinoroſos nunquam falli ſupplicio irrogato, falli autem, ſi impunè dimittantur, libertate utique & vitâ indigni. Artaxerxis Perſæ adverſus Artabanum inſtitutum non minoris hîc fuerit momenti: nam ubi certior eſſet, Artabanum in necem ſuam juraſſe, ut rempublicam invadere poſſet, putavit occupandum. Robu-

ſtum verò, & valide ſtipatum prudenter aggreditur, diſſimulato tàm dexterè odio, ut Artabanus ſibi ſummam ab ipſo benevolentiam promitteret. Fingitur bellum externum, ipſe jubetur contrahere copias, & rege præſenti luſtrare. Ibi Rex proprius accedit armorum excellentiam miratur, commutationem rogat, Artabanus ex lege obſequii nudatur, ab Artaxerxe occaſionem arripiente, confoditur.

Novimus, Politicorum multos circumſpectionem à fide ſervandâ removere, etiam articulatiſſimâ, quam Princeps ſecuritatis ergò interpoſuerit, cum ſatis habeant, querulis reſpondere, quod Ageſilaus amico, promiſſorum fidem repoſcenti, quam tamen malè expetitam poſtea intellexiſſet: ſi æquum petis, promiſi; ſin minus, ad nihil obſtringor. Illo verò conteſtante, Principis eſſe, quodvis promiſſum exſolvere; excepit alter, quemadmodum nempè nefas eſt, ſubditum iniqua contendere. Putem tamen, verba principis articulata nunquam violanda, Miniſtris juſtitiæ tantum ad negandum fidem obligatis. Vim hîc princeps impoſturæ præferat, cùm illa à virtute & authoritate profecta opprobrio vacet, hæc verò malitiam quandam, majeſtate indignam teſtetur.

CAPUT XV.

Rex Ordines cogit Nannetum.

DUce Vindonicenſe in cuſtodiam dato, metuendum erat, ne partes ipſius per Brittanniam Armoriacam tumultuarentur, ad libertatem ei à rege vel pervim obtinendam. Viſum igitur, ſolius regis præſentia facultatem libertatemque ipſis adimendam tumultuandi. Sic tranſit rex Nannetum, Ordines continuo cogit, ſuſpectis quibuscunque præteritis: Ipſus adeſt ad principia, cuſtos ſigillorum Conventui demonſtrat, regis conſilia eò ferri, ut fulcra paci firmandæ, tranquillitatique publicæ

cæ quærat in Provinciâ. Id ante omnia quæſitum, eo ordine per auſpicia regis, Theminiique (cui adminiſtratio poſt Ducem Vindonicenſem ceſſerat), prudentiam conſtituto, ut nihil penitus moveretur.

Dubia fides ubique exuebatur poteſtate, quam firmiſſima accipiebat, ſolo æquatis aliquot munimentis, quæ Vindonicenſi propria, rebellionem illius conſtabiliſſent. Secundum iſta matrimonium Aurelianenſis, aliquis turbandi prætextus, in Senatu, cum reginâ matre, Miniſtrisque excutitur, an id conſultum foret? Nam conſpirationis ſocii Aurelianenſi ſuggeſſerant, nihil matrimonio liberius eſſe, legeret conjugem, animi propenſionem ſecutus. Facilè tamen ipſi patuit abuſus, poſteaquam animadvertit, libertatem matrimonii eſſe civilem, ſtatutis utique regni conformandam, quæ Principi nullum ſine conſenſu regis matrimonium permittant; rectiſſimè regi obſecuturum, qui pro tenerrimâ dilectione, ſponſam eſſet lecturus commodiſſimam.

Rationes ſanè quamplurimæ in utrampue partem producebantur, quibuſvis commodis expenſis, etiam futuris, matrimonio vacaret, aut abſtineret, donec rex nullius impulſu diceret, Judicare ſeſe facilè, multas rationes matrimonium diſſuadere, ſed tranquillitatem reipublicæ conſpicuam urgere, ut conſenſum ſimpliciter addat: bonæ ſuæ ſententiæ cælum ſuffragaturum optimo ſucceſſu; hoſtes tranquillitatis publicæ nihil non auſuros, quos expeditis viribus, promptoque remedio eſſet repreſſurus.

Relatum eſt, Cardinalem ſatis habuiſſe per hanc occaſionem, regi proponere rationes in utramque partem, ſine ullo partium ſtudio, cum & abundantem regis noſſet prudentiam, nulla ſuggeſtione egentem, & res maximi momenti ageretur: unde omnino rex ſibi ipſi ſatisfaceret, negotio determinato. Mirè enim periculoſum, conſilia validè fulcire, quorum eventus à fortunæ imperio pendeat: unde ſpecies quædam imprudenter emicat, ſi quis præſtare velit, quod alii ſæpè pervertant, quæſitis è reipublicæ damno privatis commodis. Per iſtanc conſiliorum ſummam

mam regina mater ex ſummo deſiderio matrimonii inter Aurelianenſem & Monpenſeriam contrahendi, expeditis etiam ad Guiſiam mandatis, ut Nametum advolans virginem adduceret, articulos olim conſcriptos executioni petebat. Ea Virgo, omnium opulentiſſima per Galliam, ſponſalia contraxerat rege etiam vivente, anno 1608. cum nupero Duce Aurelianenſi, ſecundo genito; quo tamen per annum 1611. defuncto, rex cum regina matre voluit promittere matrimonium, cum futuro hocce Duce Aurelianenſi. Cum igitur uterque ætatem nubendi attigiſſet, urgebat Guiſia promiſſorum fidem: Aurelianenſis etiam, regiæ voluntati ad amuſſim ſubmiſſus, facilem aſſenſum addebat, accedente virtutum cumulo, quibus corpus & animum expolierat Virginis Cælum: Libertas tamen, principum ætati iſti ſueta, executionem non ferebat præcipitem. Neque etiam rex urgebat, donec exitialis iſtæc conſpiratio detecta neceſſitatem matrimonii, ad eludendam factionem imponeret.

Rex non quærebat matrimonium exterum, ne id rempublicam ſcinderet, feneſtra recluſa ad exterorum libidinem Unde potiſſimum arridebat matrimonium Monpenſeriæ, quam natales & virtutes regiæ familiæ dignè inſerebant. Cumque regina mater animum nullatenus inducere poſſet, ut Principem amaret Condæum, cujus filiam, Burboniam Aurelianenſis duceret, quod factioſi optabant: Monpenſeria etiam hæres ex aſſe, adeoque opulentiſſima, Aurelianenſis rebus optimè conveniret, ærario ſic grandibus penſionibus inſuper liberato. Id verò factioſi ægerrimè ferre, ſed patientiam ſilentii coacti colere.

Rex Aurelianenſi inſtitutum aperit, eo reſponſo reddito, cum rex id matrimonium deſideret, ſeſe ipſius voluntati penitus parere. Sic enim Aurelianenſis in quibuscunque occaſionibus teſtabatur, cælitus ſibi immiſſam curam colendi regis, adeò ut immotam nexuiſſent concordiam, niſi perverſæ domeſticorum artes obſtitiſſent. Miſerat Aurelianenſis primicerium ſuum Coniæum ad Guiſiam, qui benevolentiam, deſideriumque deferret matrimonii cum ipſius filia contrahendi; idemque Monpenſeriæ ſpondere-

Digitized by Google

ret fideliorem maritum, quàm amaſium. Is utrinque magnificè excipitur, omnibus ſignis lætitiæ quæ per eas occaſiones ſexus modeſtia permittebat. Eodem die Monpenſeria reginam matrem inviſit, filiæ nomen audit, & conſidit, matrimonio poſt pauculos dies, ad tranquillitatem Galliæ, confecto.

Itaque rex, Cardinale conſulente, omnia ſtudia in contrarium diſſipat, tricis multorum Principum magnatumque aulæ, quæ Angliam, Hiſpaniam, Hollandiam, partem Italiæ & Religionarios attingebant, domeſticos etiam regis intimos inficerent, ſic evanidis.

Politica reminiſcentia.

Matrimonia principum regiorum debent eſſe libera, per ipſam rei eſſentiam; neque tamen eam libertatem ponere licet in lubitu voluntatis, natalium & temporum, cum libertas, authore Ulpiano, ſummatim in poteſtate conſiſtat ſecundum leges agendi: de matrimonio etiam, nullam libertatem conſtituat, quàm a Juriſconſultis quæſitam, ut nempe priſco jure nullum, niſi ſecundum leges reipublicæ legitimum agnoſcatur.

Civilis libertas medium inter duo extrema obtinet, ſervitutem utique, & licentiam quidvis agendi: neutrum horum ei convenit, cùm ſervitutis jugum non extendat, & legibus circumſcribatur, ſed ex licentia ſecundum leges agat. Hinc Principibus regiis Galliæ, ſecundum legem Reipublicæ fundamentalem, nunquam licuit ſine regis conſenſu, ex poteſtate propria, matrimonia inire. Baſilius Magnus, inter Divos relatus in prima ad Amphilochium epiſtola ait, Contractus eorum, qui ſui juris non ſunt, nullius valoris cenſeri, niſi accedat eorum authoritas, in quorum poteſtate ſunt.

Quæ verò ſtatuti iſtius ratio, cum contractus dici nequeat, niſi voluntas accedat: nemine id inficiante; ſed ubi non fiunt ex libertate civili, id eſt, ſecundum leges, non valent, contractus valore inde derivato. Nititur autem fundamentum iſtius conſuetudinis hac regula Juris

ris: noſtra, nobis invitis non poſſe auferri; unde illi qui ſunt alieni juris, quorum omnia ſunt in poteſtate aliena, nulla libertate civili ad uſum fruuntur, evanidâ diſpoſitione, niſi ad poteſtatem abſolutam.

Baſilius etiam in altera epiſtola particulariter rem explanat, ubi ait, matrimonia ſine conſenſu ſuperiorum inita, cenſeri fornicationem: cujus rei nulla dabitur ratio, niſi quòd partes ex libertate civili non conſentiant, cùm ſui juris non ſint, ob poteſtatem ſuperiorem, cui parendum: neque enim ſeſe fæminæ mancipari, qui nondum ſit emancipatus. Non tamen inde neceſſario conſequitur, matrimonia principum regiorum valida non cenſenda, ubi regis aſſenſu carent, cum ſimpliciter à Majeſtate pendeant.

CAPUT XVI.

Chalæſius incarceratur.

SUperſederam, ad Mareſchalci Ornani captivitatem additos fratres, cum Modeno & Deageno ſecretorum conſciis, Tronſone & Sauveterrano ab aulâ remotis, referre, ob diverſa monopolia adverſus matrimonium Aurelianenſis, poſtquam Marſiliacus, Sommeriæ præfectus in Caſtellum Ancenisæ, ob nimium liberos ſermones eſſet compactus. Ubi verò conſpirationis ſumma in judicio contra Chalæſium inſtituto, poſt perfectum matrimonium patuit, omnem ſeriem recenſere lubet Chalæſius regiarum veſtium gerebat curam, à puero cum rege adultus! ambitionis tamen æſtro percitus, ubique fortunam acriter inſectabatur, profeſſus palam, ſibi alium Principem quærendum ex emolumento. Hinc creditur partem conſpirationis ſumpſiſſe: plurimum tamen apud eum valuêre Cheureuſiæ amores. Rex tricas iſtas Lutetiâ didicerat, indulta venia ad pactum fidei inconcuſſæ, quod Cardinalis teſtaretur; non abſtinuit tamen Chalæſius: tantum poſſunt iſti motus animorum apud imperitos rerum juvenes.

Com-

Digitized by Google

Compertum erat, Vindonicenſi attento, miſſum Blæſiam curſorem, qui Aurelianenſi & Sueſſionio regi incommoda nunciaret: rex juſta compreſſa ira, clementer monitum vult de fide non integrè ſervata, per Cardinalem, cùm præter illius mentem multa pateſcerent, ut prudentius ageret. Etiam alii regis indignationem ſuggerebant; unde conſcientia urgente, Cardinalis petebat colloquium, ut fucum faceret.

Valenſæus eum Beauregardiam ad Cardinalem deducit, ubi diverſis machinis tanti Miniſtri prudentiam ibat tentatum. Cardinalis tamen, de omnibus edoctus, monebat, ſibi conſuleret, fidem coleret, ad quam tanto arctius conſtringeretur, quòd rex tricarum gnarus, tempus reſipiſcendi indulgeret, ab ejus exitio alienus. Teſtatus igitur quidvis de mutata mente, captata etiam occaſione, dum veſtiretur rex, de novo fidem promittit.

Imprudens tamen & irrequietus animus, ſaniora nihil ſecutus, etiam internuncium à conſorte, Lutetia miſſum Turoniam, tecto receperat occultè, dum rex ibi moraretur; Luvierio intimo etiam iter quoddam ſecretius emenſo. Unde cenſitum, prima conſilia ipſi uſque cordi: quare rex, ut ferociam quidvis auſuram domaret, conſultò eum Nanneti attinuit.

Politica reminiſcentia.

UBi de reipublicæ bono agitur, per amores & ambitionem in tranſverſum raptis non benè fiditur, cùm gemini iſti motus faſcino polleant, impetu adeò violento, in cæca præcipitia, ut quamvis calamitatem incurrant. Alibi annotavimus, quantum ambitio poſſit, ut evidens fieret, quidvis ſceleris perſuaderi, ad conſiliorum copiam Eadem de amoribus aſſeverare æquè pronum; illi enim mentem pervertunt, cordi æſtrum ſubdunt, ingeniis etiam moderatis ultra quoſvis limites exactis. Hinc facilis ſcaturigo quæcunq; horrenda, ſacrilegia, bella, perjuria, cædes, patricidia, & crudelitatis ſummam eructat, ut cælum horreat, terra contremiſcat. Italiæ hiſtoria illuſtri exemplo docet, nihil abominationum iſtis animi moti-

motibus intactum, ubi Cæſarem Borgiam, Valentiæ Cardinalem exhibet, cui ambitio ſuggeſſerat fratrem majorem, Ducem Candiæ, imperio armorum eccleſiaſticorum ad quod adſpirabat, illus conjuge etiam perditè adamata, dejiceret, trucidaretque per tenebras Romæ abſque cuſtodia equo vectum, cadavere in Tiberim conjecto. Sed ut amorum perniciem altius repetamus, Antiquitas turbarum compendio facto, monet, ne Jovem quidem (ſummum creditum numen) & amare & ſapere eodem tempore. Summum igitur conſilium aulæ ſtudioſi capiant, ne unquam ament turbulentas, aut factioſas, ob facultatem quidvis perſuadendi, etiam repugnantibus. Accedit motuum vehementia, ut ad vindictam, animique inſtitutum cæcos raptent in præcipitia quæ vix cavere liceat.

CAPUT XVII.

Conſpiratio Chalæſii à judicio Nannetenſi punitur.

CHalæſius conſtrictus, damnat ſeipſum, expetit tamen, ad tentandam veniam colloquium Cardinalis, Bellegardii (quem rex Aurelianenſi adjunxerat,) & Effiati. Rex indulgentiſſimus, mandat colloquium; adeſt Cardinalis Bellegardio nunquam non præſente: conatur Chalæſius initio innocentiam ſuam comprobare, ſed ex Cardinalis ſermone certus, fucum fore inanem, fatetur altera vice, quæ negare non poterat: recordatur, quid conſilii Aurelianenſi poſt Vindonicenſis & Summi Prioris captivitatem ſuggeſſerit; aula excederet. Cumque plura ſummi momenti propalaret, regia bis gratia abuſus, fruſtra veniam petit: nam rex cuſtodi ſigillorum Mariliaco, & Beauclero Actuario mandatorum, curam injungit conſpirationis penitiſſimè excutiendæ, eo deſiderio, ut Aurelianenſis coram ipſis exponeret, quæ clam ipſi aperuiſſet, errore ini-

iniquiſſimarum tricarum agnito. Durum id quidem primitus, ſed expenſo obſequio in regem, officioque in plectendis ſponte ſua, qui conſpirationem adverſus rempublicam pernicioſis conſiliis, ad privata commoda faſtidiumque rerum præſentium, ſuſcitent, aſſenſum eſt. Exponit igitur, Sueſſionium ſibi in aula fidelem; ad omnia indaganda; Chalæſium reciprocare nuntia; ſuaſiſſe, ut Villarſiam, operâ Summi Prioris, conciliaret, ad portum Gratiæ occupandum, ubi uſus ſit; impetraret præfecturam Pontis arcualis Cæurio, quem ex gratia Summi Prioris ſuum ſperaret, ut quocunque rerum eventu refugium caperet; Chalæſium etiam Religionariorum partes fovendas ſuaſiſſe, ut tumultu in republica excitato, res ſuas promoverent; Luverium conceſſiſſe, qui ad ducem Valettanum pergeret, Meti Mediomatricum aſſerendæ; terrorem incuſſiſſe, quaſi rex decem millia militum ad Nannetum diſpoſuiſſet, ne aula excedere poſſet. Iſtæc declaratio à rege, regina matre, Cuſtode ſigillorum Mariliaco, Beauclero, Cardinale & Effiato conſignatur; rex autem, ut conſpirationem adeo temerariam puniret, Senatum juſtitiæ Nannetum cogere conſtituit.

Politica reminiſcentia.

Est quidem clementia ſummum principis ornamentum, illam tamen exercere in detrimentum reipublicæ non debet, lenitate erga factionis duces pericuIoſam adverſus rempublicam induente crudelitatem. Hinc Cato cenſuit, puniendos, qui facinoroſis coërcendis pænas non opponerent, cum impunitas ad paria invitaret. Docet quidem Ariſtoteles, ſubditorum amorem autoritatis regiæ eſſe fundamentum, quem ex omni commodo foverent. Magnam igitur utilitatem ipſis confert factioſorum caſtigatio, ne ſemper bellis Civilibus, calamitatum compendio, exponantur.

Idem Philoſophus exiſtimat in Moralibus gubernaculi inhabilem, ſi quis ira vacet, clementia ad omnem occaſionem expeditâ. Sic ſanè regis fuerit, æquè ſeveritatem exercere in facinoroſos reipublicæ bono caſtigandos, quam

clementiam commodâre. Unica hæc via, teſte Tacito in Annalibus, ad terrorem facinoroſis incutiendum, & apud bonos exiſtimationem aucupandam, quibus æqua ſors ex caſtigatione improborum, ac virtutis merito.

CAPUT XVIII.

Sententia mortis fertur in Chalæſium.

REx cauſam Chalæſii Senatui juſtitiæ committit potius, quàm foro perpetuo, ut & expedirentur, malè procraſtinata, & complicium conſilia, non ſine periculo propalanda, tegerentur, Dicitur Princeps Senatus Mariliacus, cuſtos ſigillorum, adduntur judices Cuſſæus & Bricus præſides Parlamenti Britannici, Fauquetus, Mauchautus, Criquevillanus ſupplicationum magiſtri, cum ſex conſiliariis illius Parlamenti. Conveniunt frequentes ad examen cauſæ.

Chalæſius ſæpius interrogatus, intelligit ex ſermonibus aliorum, teſtimoniiſque prolatis, emanaſſe omnia; pronâ confeſſione omnium, quæ Aurelianenſis expoſuiſſet, præter plura alia, quæ Louuinius impingebat, à Bellegardio, Effiato, Mauſto immuni, qui ejus cuſtodiam gerebat, & ſatellite comprobata, nullo in faciem opprobrio. Non negabat, conatum ſeſe, Aurelianenſem ab Aula ſubmovere, ut arma raperet, gubernatores, adeoque Religionarios ſuos faceret, Portum Gratiæ, Metim, & alia munimenta regni corriperet: in conciliabulo, præſente Summo Priore cæteriſque factioſis, propoſuiſſe Ornanum carceri eripiendum, Cardinalem trucidandum, facili in Flandriam ſeceſſu, ut regi quidvis extorqueretur.

Alia etiam complura adverſus ipſum producebantur, inter diverſa, etiam Maſonii, oratoris apud Comitem Hanoviæ in Germania, etiam Batemburgii oratoris apud Imperatorem literæ, quibus conſpiratio Ornani notabatur; palimpſeſtus etiam, & literæ, charactere fictitio ad Cheureuſ-

reuſiam; ſermones quidam in contemptum regis; declaratio Aurelianenſis, & quæ ſecundarius profectus Moulini erat ex piſcatus.

Enormia hæc crimini addebant pondus, ſupplicioque, quòd familiæ regiæ inſertus, munere ſummo fungeretur liberrimo ad regis perſonam acceſſu. Juſtitia igitur ſalutem negat, diverſi relapſus, feloniæ & ambitionis ſoboles, regiam conſtringunt clementiam, unde Curia iſtæc eum damnat, reum & convictum criminis læſæ majeſtatis, ad gladii ſupplicium in planitie Beſſioiæ Nametanæ: caput ex ſariſſæ acumine, portæ Sauueturiæ exponeretur, trunco quadripartito, partibus ad quatuor plagas oppidi, furcæ impoſitis: poſteri equeſtri ordine expungerentur, domiciliis complanatis: antè tamen, ad complices prodendos, eculeo adhiberetur. Clementia nihilominus regis ex ſuperiori favore ſententiæ derogat, capitis ſupplicio tantùm comprobato, quæſtionis etiam horrore tantum permiſſo.

Quibus non conſtabat de conſpirationis momentis, teſtimoniiſque nimiis, mirabantur liberiorem criminum confeſſionem: Aliis eo inſolentiæ prolapſis, ut ſpargerent, confeſſionem ex Cardinalis ſuggeſtione per ſpem certiſſimam regiæ gratiæ fuiſſe præcipitatam. Nullo autem alio documento ad convincendum iſtud mendacium opus, quàm Chalæſii reſponſo, ad Carteſium & Lourmæum, Parlamenti conſiliarios, quorum erat à ſententia promulgata cum ipſo agere. Iſti enim prolato rumore quaſi crimina per inductionem, metum, & ſpem gratiæ eſſet faſſus, adjurabant animum, extemplò ad tribunal Dei conceſſurum, ut verum proferret, an quempiam refragante veritate & conſcientia oneràſſet: quibus reſpondit, ſeſe nihil adverſus veritatem elocutum, præter vituperia quædam in Cheureuſiam nimia: non ſe improborum aut furioſorum ultimum, ut tam horrenda crimina ſibi imponat, aut ex aliena invidia innocentes premat.

Iſtud documentum maximam meretur fidem, quòd in articulo vitæ extremo, ubi per veram pænitentiam errorum veniam à Deo expetebat, proferretur.

Inde ſane clementia regis admirationi fuit, quod ſecun-

dum juſtitiam carceri & ſupplicio complures Magnates aulæ, culpæ affines, non exiguo numero, peſſimis etiam conſiliis occultatis, exemit, uno hoc capite piaculari: carcerem tamen nonnulli ſervabant, Cheureuſia in Lotharingiam ablegata, cùm aulæ converſationem abſque tricis ab animo turbulentiſſimo nemo ſperare poſſet.

Politica reminiſcentia.

NEceſſarium quidem, principes factionis differri, ubi turbæ in rempublicam & impetus in regis perſonam ingruunt; ſapientiſſimi tamen Politici minimè conſultum putant, ut diligens complicium inſtituatur perquiſitio, aut inſtitutum promulgetur, ad viros graviſſimos magno numero prodendos. Periculum enim ne ob dignitatem & copiam alii accedant, ſpecie conſiliorum vel imprudenter decepti

Hinc Senatus Romæ L. Vectium, & Tarquinium damnavit, quod Cæſarem & Craſſum Catilinariæ conjurationis affines arguiſſent, ex juſto metu, tantos viros per conſcientiam ad partes illas compellendi. Diſſimulatio ibi rigida inquiſitione potior; quod Pompejus, occiſo Sertorio, comprobavit, cum Perpenna capſulam literarum à Romanis Sertorii cauſam foventibus, mitteret; ille verò averſatus foco inferret, ne ex uno Sertorio viceni Romæ pullularent, extremorum metu vim majorem paraturi.

Sic Alexander interceptis Darii literis, ad Græcos quoſdam in exercitu, qui ad necem illius, aut proditionem inſtigabantur, anceps, hærebat, an eas cum ſilentio ſupprimeret, aut propalaret, iis maximè quibus inſcribebantur. Parmenio tamen conſuluit, nemini mentionem earum faciendam, cùm ſæpiſſimè turbarum quidam fulcra quærant rebus turbandis, ex animo quietis adeo impatiente, ut ad primam factionis mentionem intricari poſſint.

CA-

CAPUT XIX.

Turbæ à domeſticis reginæ excitantur in aulâ Angliæ.

REgia Galliæ non ſola theatrum turbis præbuit, illâ Angliæ per diſſidium inter regem & reginam ortum, non minus turbatâ, ut in Galliam miniſtri reginæ, quamvis conveniſſet de miniſterio illius Gallicano, adeoq; Catholico, remitterentur. Certum tamen, Anglos eorum inquilinatum non diu laturos fuiſſe, ſi primum acceſſum ſpectes, cum Dobriæ vix victum pretio numerato invenirent. Succeſsêre exinde plurima, quorum occaſione conſilia exequerentur, rebus ad extrema propulſis. Diſſidium matrimonii confertur in aliquot Eccleſiaſticorum & Matronarum apud reginam ſiniſtra conſilia, magna regis Britannici offenſione. Bukinkamus inde quærebat conjugi, ſorori, & nepti curam thalami apud reginam, pactis matrimonii refragantibus: cumque acatholicis quibuscunque acceſſus ad reginæ domeſtica munera clauderetur, ille repulſam eò gravius ferebat, quòd ex uſu de rebus Britanniæ magna authoritate diſponeret. Poſtea tamen id honoris matri oblatum, ob communia ſacra, adeoque conjugi, ob ingenium ad ſaniora flexile. Sed nihilo placatior, occaſionem vindictæ quærebat.

Ajunt etiam, Cheureuſiam; aulæ Gallicæ pertæſam, Anglicanæ immixtam, pro vindicta frigidam ſuffudiſſe. Hinc ſummæ cum Parlamento conteſtationes, ob pacta quædã matrimonii illius in detrimentum ſacrorum patriorum, exactis etiam rationibus pecuniarum in privatos uſus interverſarum. Ut autem Senatui, cujus ſumma apud Anglos authoritas, ſatisfieret, in Catholicos lubens invehebatur, inprimisque reginæ Miniſtros, omni obſequio ſic promiſſo. Ægerrimè autem ferebat, quod in Hollandia quæſito itinere ad aulam Galliæ penetraturus, à rege, ad noſtratis petitionem, abſtineretur; ubi Comes Hollandiæ nõ

parum ad illius ægritudinem contulit, poſtquam Galli ex familia reginæ, juriſdictionem matrimonialium ipſi negaſſent, Epiſcopo Mandæ id muneris ſuſcipiente. Itaque irritatior, omnem authoritatem, qua apud regem & Bukinkamum valebat, eò convertit, ut illi Miniſtri in Galliam reportarentur, qui ineunte Auguſto Londino diſceſsêre.

Politica reminiſcentia.

Conſuetum eſt, ſummis Virginibus, cum in thorum exterorum regum tranſeunt, miniſtros patrios addi: rarius tamen longam ibi moram trahunt. Æmulationes enim inter ipſos & aborigines vitari non poſſe autumno, ob munia, quæ iſti ſibi vendicant; tempeſtate inde in proprium damnum excitata. Ceſſante etiam illo ſtudio, diverſitas linguæ conſuetudiniſque offendit. Nam peregrini ſua invicem utuntur linguâ, unde ſuſpicionum ſeges; conſuetudinis diverſitate & ludibria, & inde concertationes excitante.

Ut ut ſint concordiæ ſtudioſi, metuuntur, quaſi in rempublicam aliquid auſuri, ob frequentia exempla etiam Franciſci I. quod Bellæus refert, quo regnante valde tumultuatum fuit per Epiſcopum Leodienſem, Principem Orangium, Marchionem Mantuæ, & Andream Doriam. Hinc Bodinus de Republica, vituperat Venetos, quod omnia genera Exterorum admittant. Lipſius etiam arguit, veluti domicilii parietes crepantes ruinam inſtare doceant, ſic frequentiam exterorum in republica, certum mutationis indicium ferre.

Eſt etiam ipſis familiare, provinciam domicilii non multum amare, adeoque ejus commoda negligere; ut bello exorto, hoſti faveant, & curſum rerum ſuggerant. Facillimè etiam adverſus provinciales ſtimulantur quocunque ſcrupulo contemptus; unde factionis exordium etiam contra rempublicam. Nemo ex illorum ordine etiam juſtè offenditur, quin omnes commoti, dent turbas. Hinc vix fieri poteſt, ut Miniſtri alieni in aula reginæ diu ſubſiſtant, illuſtri apud Spartanos documento, referente Xenophonte, qui nemini aditum ad ſuam rempublicam permittebant, quod imirati Athenienſes, authore Plutarcho in vita

Digitized by Google

vita Periclis, & Auguſtus apud Suetonium laudatus; quòd rariſſimè jus civitatis indulgerent.

Unde & Polydorus Virgilius in hiſtoria Angliæ memorat, id Nationi ſtatutum, paucos ferre exteros, quòd diverſitas vitæ concordiam cùm provincialibus facilè ſolvat.

CAPUT XX.

Baſſompetrus in Angliam legatur.

REgina mater, auditis familiæ regiæ in Angliâ turbis, mittit ad reginam filiam Barrium, ut dolorem animi teſtaretur. Cùm autem iſtud opprobrium ferri nequiret, ſuadet Cardinalis, ut rex Baſſompetrum, legatione extraordinariâ in Angliam mitteret, turbis componendis. Is præ aliis muneri paribus lectus, quòd ex propinquis non pauci eſſent remiſſi, & ipſus ad familiæ propriæ commodum fervidius eſſet acturus.

A regè Angliæ ſatis obiter excipitur, Montacutio in Gallia non audito, de miniſtrorum turbis. Nihil territus, memorque, legati eſſe, ad minutias cæcutire modò negotium promoveat. Dantur tamen, quibuscum agat: ibi ille juxta mandata exponere, Pacta matrimonii permittere reginæ Angliæ omnem ſacrorum uſum, quæ Epiſcopus cum ſacerdotibus conficeret: omnes domeſtici eſſent Catholici, ii Galli, ad Catholicorum Anglorum majorem libertatem quàm idem matrimonium cum Hiſpania contrahendum contuliſſet: Id regem Jacobum nuper defunctum, Carolumq; filium, Walliæ principem juratos promiſiſſe, à Jacobo & miniſtris injunctum, ne iſti ullo modò in ſacris turbarentur. Hinc regi Galliæ ſpem conceptam de reginæ ſororis felicitate, etiam credere neſcio, regem Angliæ ſororium inter cæteras virtutes fidem violaturum, matrimonio regio annexam: cum iſtoc vinculo nec animi, nec commoda unirentur, diviſione iſtac in fœderatos, ſuamque ipſorum perniciem redundante. Regem tamen Angliæ, in opprobrium pactorum, quæ jurejurando firmârint, miniſtros reginæ Gallos remiſiſſe, ſubſtitutis

 Anglis,

Anglis, alienæ religionis: permiſiſſe inſuper, ut cæteri Catholici in exercitio ſacrorum turbentur, adeoque male habeantur. Regem denique reginæ ſororis cauſam ſuſcipere, fidem datam urgere, petereque ut remiſſi revocentur Miniſtri. Cæteris Catholicis etiam humanius benigniuſque habitis.

Angliæ Senatores pacta matrimonii comprobata negare non auſi, Gallorum proterviam incuſabant, quod rempublicam turbarent, domumque regiam, ſed nullis validis documentis.

Ulteriorem Catholicorum libertatem ajebant, in gratiam Pontificis duntaxat, fuiſſe datam. Sed Baſſompetra exhibet jusjurandum à Jacobo rege nuper defuncto factũ, cui alterum regis Caroli, tunc principis Walliæ, acceſſiſſet; nullo Anglorum reſponſo, ſed expeditis aliis querelis præter rem & rationem.

Unde ille addidit, non ſatis ſeſe mirari poſſe, cur pacta matrimonii jurata non ſerventur; remiſſis reginæ miniſtris, quaſi rempublicam turbarent, nullo ad regem facto indicio, querimonia, aut errorum commiſſorum demonſtratione: quibus exinde ſubſtituti eſſent Angli iique Proteſtantes. Hinc accuſationes iſtas evaneſcere, quæ licet comprobatæ, alium ordinem ſecundum pacta requirerent, caſtigationem nempè, & Gallorum Catholicorum ſubſtitutionem.

Prætextum verò illum fruſtra obtendebant, cùm Montacutius Nannetum appulſus paulò antè, quàm illi remitterentur, bono regis Anglici congratulabatur regi reginæque matri, ob ſummam concordiam regii matrimonii regisque ex reginæ conjugis inſtituto voluptatem. Remiſſos verò poſt tantam congratulationem tam ſubitò & inopinatò, plurimum admirationis parere; ſic regis Anglici famam, Gallici fortitudinem vulnerari, injuriarum impotentem, ut poſt remedium benevolè quæſitum, alia quævis non poſſit ſuperſedere.

Tam æqua & generoſa optatum eventum produxiſſent, niſi diverſæ rationes, uti memoravimus, Buckinkamii animum rapuiſſent transverſum, ut Galliæ, quod ſperari poterat, minus fuerit ſatisfactum.

Po-

Digitized by Google

Politica Reminiſcentia.

ABſurdum, Miniſtros reipublicæ, Principis fidem ſuæ immolare vindictæ: ſic gloria principis ſubmittitur famulo, quaſi Solis ſplendor ab aſtris, illius beneficio lucidis, obfuſcaretur. Privata commoda, inquit T. Livius, nunquam non obfuêre publicis conſiliis. unde ſapienter judicavit alter, mentem nubibus obduci, ut oculi vitiati, objecta in aliena ſpecie apprehendant. Dictum Principis ſacrum, gloriæ penu; quod miniſter executionis inviolatum habebit, nulla prorſus ratione privati commodi. Nullatenus enim illi abuſus prophanus promittitur, cùm id neque Principi ad emolumentum reipublicæ liceat.

Boni principis eſt, quod Trajanus ajebat, fidem prædeſiderio habere; unde nullus relinquitur prætextus commodi publici ad fidem pactorum frangendam: vana excuſatione in Senatus conſulta, reique publicæ uſum. Sic enim fidem projeciſſe ferentur, extremo ſuo malo, cùm Mimo Publicano teſte, poſt amiſſam nihil poſſit perdere amplius, ſummo hominis bono in eam compacto. Tempeſtivè ſunt penſiculanda pacta; quæ Principis fide roborata, infringenda non ſunt. Turpe eſt dicere, Non putaram: Hinc Bias omnem legitimam excuſationem tollit, quòd fides præ rebus ſtipulatis longe damnoſius pereat. Cinna accerſiverat Marium, & anceps, an reciperet, à Sertorio reprehenditur, cùm fides data locum deliberationi non det. Peſſimè denique Principis authoritas proſtituitur, ad jurisjurandi religionem violandam inducti, cùm ſic Deus, utique teſtis promiſſorum laudatus, contemnatur. Unde Cicero in officiis ait, jusjurandum nunquam eſſe violandum: prompta apud Ægyptios perjuri morte, qui & cultum Dei temeraret, & ſocietatis humanæ ſummum ſolveret vinculum.

CAPUT XXI.

Commercia maritima conſtituuntur.

PER turbas iſtas domeſticas & exoticas Cardinalis non deſinebat damna bellis præteritis ſuſcepta ſarcire, per tres ordines conſtituto modo, ut proſperitas miſeriam exciperet, abundantia ſummam egeſtatem rependeret: prudentem Medicum imitatus, qui poſt excuſſum morbum vires ægroti reſtaurat: adeo executorum tantummodò expectaret manum adiutricem.

Notum eſt, commercia maritima populis principem ſcaturiginem eſſe opulentiæ, unde conſtitutionem eorundem regi perſuadet, apud invitatas ſocietates fide interpoſita de ſuo ſtudio, quod Hallandorum commoda brevi poſſet æquare, quibus commercia aurum copioſius, quam Peruviæ fodinæ Hiſpano, adferrent. Rationes illius à multis attendebantur, qui centeni perorante Montmorio expetebant pacta Societatis ad commercia per Orientem, & Occidentem, adeoque quolvis curſus longinquos. Offerebatur ſors ſedecies centies mille librarum, cui dimidiata pars lucri ad incrementum apponeretur, ſorte intacta, niſi ad navigiorum conſtructionem, & commerciorum emolumentum.

Rex collaudato inſtituto, Cardinali Societatis leges committit, indultis magnis immunitatibus, cum in merces exoticas, opulentiamque optatam, tum ob potentiam tanto numero navium in mari ſtabiliendam: quæ tanto majoris fuerit momenti, cùm Hiſpani, Angli & Hollandi ad miraculum uſque creverint ex hoc elemento, à non multis armis, aſſueti etiam, littora Gallicana pro lubitu populari: Quæ ratio priori nihil cedebat.

Perſuadebat etiam Cardinalis regi, ut ſummam pecuniarum egregiam conferret in navigia, quæ Amſtelodami, per Daniam, Galliæ portus, & alibi, ad invaſiones prædonum arcendas, fabricarentur.

Poli-

Digitized by Google

Politica Reminiſcentia.

ISTud æque ac illud ad incrementum reipublicæ requiritur, gubernatio & commercium: ſine illa non diu ſteterit, ſine hoc inopiam annonæ patietur, nulla opulentiæ ſpe. Errarunt Politici, felicitatem ſoli virtuti attribuentes, ſpretis commerciorum & periculis & commodis Euanuêre tempora inertia, ubi glande veſcebantur mortales, aut fruges ſine artificio natas pro delitio habebant, cùm nunc longe plura ad vitam exigendam videantur neceſſaria, quibus commerciorum neglectus temerè privat.

Abſque hoc etiam fuerit, complures tamen Philoſophi perhibentur commerciorum ſtudio celebres, ob uſum experientiamque rerum egregiarum. Solon eò ſapientiæ proceſſit, ut Athenienſibus leges præſcriberet. Thales, inter Græciæ ſapientes famoſus, partem vitæ commerciis dedit; Plato ipſe ſumptus peregrinationum hinc petebat, oleo in ſapientiæ commercium verſo. Neque enim adeò elementorum, quàm auri argentive commutatione nunc vivitur; inde omnis motus & actio, rebuspublicis vel ad bellum potentibus, vel per pacem florentibus.

Hinc nervus belli à Politicis fertur, cùm nulla reſpublica per egeſtatem celebretur, aut ad magna emergat. Commercium ſanè omnem opulentiam confert. Gallia frumento abundat, auri & argenti carens fodinis: eo ut potiatur, vicinis plurimarum rerum, egenis, abundantiæ rivos per commercia permittit, ratione potentiſſima, ad vicinorum opulentiam ſibi accommodandam.

CAPUT

CAPUT XXVII.

Cardinalis conſtituitur ſummus Magiſter commerciorum.

OMninò requirebatur ad ſocietatem commerciorum Caput ſummæ authoritatis, genio & fama ad conſiliorum vim validis cum plerumque ardua, niſi prudentiâ eximiâ fulciantur, corruant. Neque enim ſocietas thalaſſiarchæ erat ſubjicienda, qui eam authoritatem in negotiatores ſibi arrogarat, ut ſumma incommoda, favorem nullum præſtaret. Occurrebat ea difficultas, Caput illud ſummum perpetuis cum thalaſſiarchâ impediendum litigiis: rex igitur id muneris, commerciorum ſtudio, abrogat quod thalaſſiarchæ, æque rempublicam, ac negotiatores premerent, plus centies mille libratum annuraum ex ærario, præter ullam utilitatem diſpendio.

Conſtituit igitur ab ex ordio anni id munus à Momorantio repetere, quod is non magno negotio ad grandem pecuniarum ſummam depoſuit. conſilium iſtoc & commercia Galliæ ab exitio vindicabat, & maritimos adverſus piratarum impetus præſtabat ſalvos, poſtquam ab aliquot annis quatuor millia incolarum in ſervitutem ab infidelibus eſſent rapta, centum & amplius navigiis captis aut demerſis, denique combuſtis, unde complures familiæ ad mendicitatem redigerentur.

Regis humanitas, juſtitia fortitudineque inſtigante, injuriarum incrementum, popularium numero imminuto, potentiâ authoritateque regiâ calcatâ, non ferens, remedium ſumit, à munere thalaſiarcharum ſuppreſſo, ſurrogato Capite, ſive ſummo Magiſtro, Inſpectoreque commerciorum per Galliam, qui thalasſiarchæ functiones, ad commerciorum & reipublicæ emolumentum converteret, cæteris ne obſtarent, reſectis. Iſtæc autem provincia quærebat authoritatem cum fortitudine, quæ privata publicis poſthaberet: Quæ dotes in occaſionibus ſæpius ani-

animadverſæ, Cardinali iſtud onus à rege conciliarunt. ille ſubit onus ſed ſtipendium thalasſiarchæ renuit, cum parſimoniæ ratio iſtanc mutationem induxiſſet, adeò ut ad innovationem hanc, quod ſolet, nullæ fierent expenſæ, ærario centies mille libras annuas retinente; rege etiam poteſtatem claſſis gubernandæ ſibi reſervante, cùm prius eam thalasſiarcha uſurparet; viris non ſemper per omnia idoneis uſus. Meretur etiam ſummam admirationem Cardinalis, cum æque thalaſſiarchæ manus, eadem parſimoniâ in commodum regis, reique publicæ atque adeo commerciorum, adipiſceretur, ac inſpectoris per utrumque mare; ſplendorem vitaſſe, eodem in illos ſtudio, ſed nomine minus illuſtri, invidiæque minus expoſito.

Politica reminiſcentia.

SUmmæ fuerit prudentiæ, ſi Miniſter nomina ob ſplendorem invidiæ expoſita contemnat. Abjectum ea quærit ingenium, nullo penſo ambitionis ad fortunæ irritamenta, donec authoritas ſapientioribus ridiculo fiat. Modeſtia ſummis conciliat honorem, jactantia animis oculisque ingrata, orbis odium execrationemque. Quicunque igitur ad ſummos honoris gradus conſcendit, fluvios grandiores imitetur, exiguo murmure ſummo rꝑ puariorũ commodo fluentes, dum torrentes agris inutiles, nihil vehant, niſi in gratiſſimum murmur.

Ante omnia verò honorum nomina contemnant, plerumque odioſa: Id ſcipio Africanus, & fortitudine & prudentia clarus, apud T. Livium illuſtri exemplo docet, rejecto regio titulo, quem Hiſpani offerebant, reipublicæ perquam ingrato, cum Imperatoris nomen duceret honeſtiſſimum exq; animo verè regium titulum averſaretur, ne æmulationes ſuſcitaret. Sic Auguſtus imperii habenas capeſſens prudenter Imperatoris titulo abſtinuit, Principis nomine adſcito, quod Romanorum animos offendere nō poterat, cum ex more Princeps Senatus legeretur. Intelligebat, Romanos difficilius nomen ſervitutis, quam ſervitutem laturos; Induſtriè ergò nomen modeſtiſſimum acerbo dominatui circumdedit. Deſiderabat etiam Conſul, Pater

patriæ

Digitized by Google

patriæ Tribunus plebis, & ſummus Pontifex appellari; quibus titulis populus gaudebat; adjecta potius nova autnoritate ad priſcum nomen, quàm arreptis odioſis titulis, ad terrorem potentiæ.

CAPUT XXIII.

Proceres coguntur Lutetiam, ad regni turbas coercendas

COmmercia conſtituta Galliam magnis utilitatibus ibant cumulare: potiora tamen deſiderabantur ad magnificentiam reducendam. Rex diu multumque rem meditatus miniſtrum quærebat operæ præſtandæ, rebus in eodem deliquio hæſitantibus, donec Cardinalis genius fortiſſimus accederet. Coguntur Miniſtrorum principes, uſu rerum famam prudentiæ adepti, Lutetiam Pariſiorum. Rex poſtridie Cal. Dec. in Curia regularia ad conſeſſum inſit, Convocatos eſſe, ad turbas regni componendas, cuſtodem ſigillorum inſtituti rationem explanaturum.

Is docebat quanta confuſio Galliam inundaſſet, rege in repulſandis hoſtibus occupato, quantis ad ſuſtentandos exercitus opus fuerit ſumptibus; conſtituiſſe regem, ad antiquum regni ſplendorem contendere, per remedia valida, ærario ad ſuſtinendam quamvis reipublicæ neceſſitatem compoſito, ne populis ſolito more onera imponerentur nimia. Addebat, regi moderationem ſumptuum in propriam familiam placere, etiam præſidiorum, poſt demolitionem inutilium munimentorum; commercii reſtitutionem, ad opulentiam populorum; militiæ reformationem, & per præſidia, & per exercitus, ad populorum recreationem. Hanc ſummam regiæ voluntatis, de hac maximè in medium conſulerent.

Cardinalis ſermonem excipit, non minori eloquentia, quam conſiliorum prudentia. Explicat illuſtriſſimo Conventui, Deum oculis ſubjicere prudentiam & fortitudinem regis, ut regno conferat intra exiguum temporis ſpatium, quod

Digitized by Google

quod multi per ſæcula vix futurum exiſtimarent. Magnos quidem factos ſumptus, ſed in regis reginæque commoda, gloria authoritateque inprimis aſſerta. Secundos illos ſucceſſus gradum ſtruere ad ampliora, in populi recreationem, regnique primum decus. Deo pronum, ex nihilo aliquid producere, ſed hîc intactam ærarii ſortem requiri, vel reſecandis ſuperfluis, vel augendis redditibus, utroque etiam.

Conteſtabatur palam, ſingulis ad privata attentis ſectiones fore ingratas, ægrè tamen non ferendas, ob bonum publicum omnibus rebus præferendum; rege reginaq; chorum ducentibus, in reſecandis familiæ expenſis. Per graviſſimas tempeſtates fortunarum partem, ad exonerandum navigium, naufragiumque vitandum, mari concedi; idem ſuadere prudentiam, ne reſpublica pereat, privatorum facultatibus ſalvis. Ipſi eò facilius in hanc ſententiam irent, cùm abundantia opeſque privatorum per reipublicæ egeſtatem non diu ſervari poſſint. Interpoſita fide, regem regnumque poſt rectè conſtituta negotia ærariumque, intra paucos annos ad majorem gloriam, præ tempore elapſo perventurum. Ad eum finem, non tam opus eſſe innumeris legibus, quam prompta opera. Ajebat denique, cùm gloria reſtaurandi regni virtuti regis relinquatur, ad ipſorum eximium pertinere honorem, quòd in partem vocentur: ſibi in votis extremis eſſe, vitam exequendis rebus glorioſiſſimis profundere.

Rex ſecundum iſtæc per Procuratorem ſummum diverſa proponebat Conventui, quæ ad reſtaurationem regni maximè faciebant: primum erat, de ratione ſcribendi militis, ducendique, minimo agricolæ incommodo. Viſum geminos alere exercitus perpetuos, ad octodecim aut viginti millia peditum, duo millia equitum, quo tranquillitas reipublicæ, authoritasq; regia conſtarent; exteris in officio retentis. Ratio etiam populi à vexatione liberandi adeò commoda inita, ut non ſine cauſa conquerare, militem minus docilem, quàm regem ſollicitum videri. Exinde mentio incidit, de ſumptibus reſecandis, ut fiſcus quinquaginta duobus millionibus librarum, exoneraretur, & onera regni,

ſine

Digitized by Google

ſine tributis ſuſtineret Viſum, regis, reginarumq; familias accidere, ad modulum paulò ante regis ſuperioris obitum, conſcriptum; penſiones ſupra duos milliones librarum non extendere, ex inſtituto Henrici IV. A rege petitum, ut magnum fortalitiorum numerum, quæ in viſceribus regni, aut à finibus remota, rebellibus ſaltem refugium præſtarent, grandi pecunia in præſidia molesque ſtruendas impenſa, demoliretur.

Neque prætermiſſa cum bona regis venia, diſpoſitio ad ſuppetias tot nobilium Centurionum atque gregariorum, qui reipublicæ fortunas & ſanguinem impendiſſent. Conventus apud regem vehementer inſtabat, ut Magnatum turbas in poſterum præveniret, quibus reſpublica annuatim affligeretur, conſtituta punitione ad exemplum, ſi qui contra regiam authoritatem arma indueret, aut factionibus regnum laceraret. Suadebat etiam regi ut magnum numerum Nobilium Conſiliis admiſceret, ad animum rebus gerendis formandum. Suggeſſit etiam ſapientiſſima conſilia, de tributis exigendis & diminuendis, muneribus ſuperfluis tollendis, latifundiis reducendis, ſi pecunia repræſentaretur, aut fænus ex reddituum ratione conſtitueretur: de fiſco contra peculatum ſervando; de commercio terra marique ſtabiliendo; de muniis militaribus cæteriſque ſubalternis, quæ à ſummis Coronæ Miniſtris penderent, cum regi ea diſpoſitio unicè debeatur. Hanc ſummam Conventus diſceptabat, quidque ſibi de ſingulis videretur, ſcripto exhibebat. Pleraque ea juſtitia, prudentiaque lucebant, ut poſtmodum regulam reſtaurandi regni dederint, Cardinale executionem procurante; quantum bella civilia, factiones domeſticæ, & Auſtriacorum temeritas adverſus fæderatos Coronæ permittere potuêre.

Poli-

Politica reminiſcentia.

QUicunque regnum turbatum reſtaurare conatur, per leges prudentiæ tenetur, cum Ordinibus conſultare de modo, eorum ſaltem conſilio uti, qui ab experientiâ authoritatem eximiam, à natalibus & prudentia obtinent. Plurimi Conventum Ordinum petunt, qui tamen plerumque turbulentus, ob frequentiam, magnosque ſumptus, Procerum Senatui rectius locum fecerit, cùm eorum tantum ſententia in ſummis Conventibus valeat, inſtar regulæ communis. Conſilia igitur ipſorum hâc occaſione exquiri, nemo ambigit, cum ad modum aſtrorum fulgeant, ſumma rerum expensâ.

Supra ſortem mortalium eſt, conſilio non egere, ad res arduas; cùm Deus ad gubernationem mundi elementaris, ſeminaque fæcundanda, per influentias & lumen Solis partem ſplendoris communicet aſtris, ut ex parte operationis omnium inferiorum cenſeantur cauſæ univerſales. Perinde dixeris, Deum, ubi reipublicæ Miniſtrum largitur, cujus genium ſplendore & ſapientia eximia ad momenta gubernandi induit, etiam cæteris aliquid luminis diſpertitus, licet viribus & virtutibus ſecundum notitiam particularem infuſam, & conſilia inſpirata ipſo ad reipublicæ commodum procurandum longè ſint inferiores. Quòd ſi regno conducant ipſorum conſilia, Miniſtro non fuerint importuna, qui ſæpè neceſſum habeat complures offendere. Nullus unquam in regno firmatur ordo, quin pluribus privatis diſpliceat, ex menſurâ proprii commodi, prona in ſummum Miniſtrum malevolentia, niſi communi ſuffragiorum cenſu valeret; quòd conſilia quæ ſapientiam & integritatem redolent, ex verecundia ſilentium cæteris imponunt, ut onus gravius cum voluptate ferant. Sic periculi ſummi fuerit, Miniſtrum rerum arduarum fieri authorem, cum ſucceſſum felicem præſtare nequeat, erroribus & inconſtantiæ cum reliquis ſubditus.

Neque tamen dubium, maximam mortalium turbam

Digitized by Google

bam, ad eventum conſilia exigentem, vadimonium quærere, prompto vituperio ad quemvis ſiniſtrum caſum. Nemo non præclarorum virorum multa ſibi in rebus gerendis promittit, quæ à ſcopo devia & Principis & populi favorem, inde diſtraxêre; quem conſervare potuiſſent, ex Procerum reipublicæ conſilio re ſuſceptâ. Ad quosvis igitur caſus ſiniſtros ſibi cavet, qui omnia ex conſilio ſapientum agit. Nec Tiberius authoritati derogatum putabat, ſi cum Senatu res alicujus momenti communicaret: unde Antonio Pio ſtatutum, nihil belli togæque agere, quod cum adverſis alicujus notæ non reciprocaſſet, profeſſus etiam, rectius ſeſe ad illos accedere, quam ut ſuam illi amplecterentur opinionem.

CAPUT XXIV.

Baradas ab aulâ removetur.

CIrca iſta tempora Baradas, apud regis animum non parum potens, removetur ab Aula. Cubiculariorum nobilium is princeps, magiſterque equilis minoris, nimio favore cæcus, neque cæterum mente firmiſſima, conditionis immemor, ſæpius regis animo imperitabat, arduis quæ ſponte ſumebat, neque per ingenium, neque per authoritatem par. Id regi ingratum, ob benevolentiæ abuſum, reverentiæ detrimentum: Unde aliquando importunius aliquod munus propinquo petens, querulabatur, ſeſe regiæ majeſtati admotum, perſonam tamen averſari. Viſum igitur regi, eum privare non muneribus & rerum uſu, ſed nimia familiaritate. Jubetur in Palatium minus Burboniorum ſecedere, & equilis curam gerere, non ſine magno emolumento.

Verum enim verò, nihil intolerabilius apud animum favore regio imbutum, quàm diminutio poſſeſſæ benevolentiæ; hinc ex ſenſu tanti caſus deſperationi reliquum prudentiæ permiſit, cum in regis conclavi, Souvræum ingreſſum,

greſſum, quem inter malevolos numerabat, adoritur, utriusque dexteram ferro armari optans. Rex ſermonis inſolentiſſimi pertæſus, dicebat, nulla ipſum reverentia loci duci, meritum qui Baſtiliæ carcerem incoleret, ad ſubeundum ſupplicium ex Edicto de Duellis. Exigitur, nunquam ad aulam revocandus.

Politica reminiſcentia.

PAuci intimorum modum injungunt ſibi, ad mediocritatem ſuam, principis benevolentiam. Excelſo natus ſit ingenio oportet, qui favorem eximium concoquat. Quemadmodum enim alimentorum copia ſtomachum onerat, calore naturali ſuffocato; ita nimia benevolentia plurimis mortalium adimit mentem, ut ebrii aliquo modo uſum prudentiæ amittant: hinc fortunæ beneficio ad ultimam rerum lineam perfruuntur: cùm viciſſim per omnia ſecula occurrant, qui à fortuna ovantes ad ſummum gloriæ gradum producebantur, in profunda miſeriarum ſemet præcipitarint ad favorem, tanquam rupem exitioſam, colliſi.

Sapientiſſimos conſiderat, favorem mediocrem longè ſecuriorem nimio, ſatis habet, quamcunque Principis benevolentiam colligere, cùm ad fortunæ prima blandimenta, prudenter expendat illius inconſtantiam, nullo certiore ad eam firmandam experimento, quam moderatione. Sæpiſſime Soſiſtratus rex in mentem recurrit, qui curru vectus triumphali, quatuor regibus captivis vicem equorum ſubeuntibus, rotas contemplabatur volubiles, ubi ſumma ad ima deſcenderent, ima ad ſumma reſurgerent, reſpondebat. Voluptatem ſibi ex ea conſideratione accedere, ut inconſtantiam rerum humanarum recordaretur, qui nunc quidem triumphum ageret de regibus, currum trahentibus, ſed ejusdem fortunæ, quæ evexerit, invidia, in illorum locum ſuccedere poſſet.

Idem igitur ſapiens intimus, animum ad hanc fortunæ inconſtantiam obfirmabit, ſolido nixus fundamento, ne mens à vanitate tenebras concipiat: moderationem unice colet, rerum abſtinens, niſi à Principe accerſitus, re-

verentiæ ſemper maximæ ſtudioſus, ex beneficiorum cumulo: cavebit abuſum benevolentiæ ad uſurpationem nimiæ authoritatis; recordatus, Calliſthenem Alexandri gratia excidiſſe, ob libertatem nimiam, vanitatemque ſub oculis ejus propudioſam. Nihil æquè intimis nocet, quam nimiæ potentiæ deſiderium, uſusque licentiæ apud Principem. Novit igitur intimorum ſortem Lunæ comparari, quæ, noctis aſtrum, omnem ſplendorem ad viciniam Solis, à quo multum habet, recondit; ſic intimi omni potentia abſtineant, Principi propinqui, ad extremam reverentiam etiam in ſupplicationibus obſtricti.

Hinc ille noſter nunquam Principem agit, nunquam adminiſtrationem reipublicæ cum poſſeſſione benevolentiæ jungere conatur; imò tantò minus authoritatis ſumit, quantò plus teſtimonia benevolentiæ largiri videntur: ſemper trepidus nimiæ excellentiæ, quæ gravem caſum exitiumve minetur.

CAPUT XXV.

Diſſidium Veroduni, inter Epiſcopum & præfectos oppidi.

SUb finem iſtius anni graviſſimæ ſuboriuntur turbæ Veroduni, inter Epiſcopum & præfectos. Oppidum id limitaneum, eò majoris fiebat momenti, quod ingenium Lotharingi videbatur turbulentius, regno fortè non opportunum. Itaque permovetur rex, ut diutiſſimè cogitata perficeret, munimento impoſito. Abbatia ſancti Vannis cenſebatur maximè opportuna, nullo alio loco, quotieſcunque id conſilii recurreret, lecto; unde in Grammateo ejuſdem Abbatiæ complura pacta inter Epiſcopos Verodunenſes, in quorum poteſtate ferè ſemper fuerat, & Religioſos inveniuntur, quibus tenentur templum

Digitized by Google

plum alibi erigere, ſi vel pars ad munimentum neceſſario concederet. Is tamen fuit ductus linearum, ut templum reſtaret intactum, Franciſcanorum cænobio quod adjacebat, per neceſſitatem translato, & ſimul excitato.

Epiſcopus autem Verodunenſis, propinquus Lotharingi, ad illius nutum movebatur, non animadvertens regis authoritatem ſupremam. A Duce perſuaſus, munimenti conſtitutionem impedit; ſed viribus temporalibus nimium infirmis, adeo ut ad ſpirituales recurreret; extremo Decembri promulgato, & platearum biviis affixo Monitorio contra operarios. Quoniam verò ſpirituali potentiæ nullum imperium eſt in temporalem, ut eam juribus ſuis privet; ita præfectis regiis id mirum videri, cum neque audacia, neque fidelitas huic occaſioni deeſſe poſſet. Gilietus, tribunalis regii in hoc oppido Vicarius Miniſtros regios convocat, ut in medium conſuleretur. Viſum, monitorium ubique lacerare, aliud nomine regis adverſum, affigere. Id quod Epiſcopum ſummè irritabat, adeo ut ex vindictæ fervore poſtridie fulmen in Gilietum jaceret, ubique affigeret, ſed rebus ex neceſſitate diſpoſitis; ne Vicarii ſummi quicquam in detrimentum quæſitæ authoritatis permitterent, Veroduno exiret, Celeribus Coloniam Agrippinæ perlatus. Carpentarius autem, Præſes regius per provincias Metenſem, Tullenſem & Verodunenſem, de Monitorio certior, expendebat, quantum id referret regis, cui ſuprema poteſtas in oppidum competeret, adeoque ordo legesque muniendi, cum ſecuritate Miniſtrorum regiorum ad mandata exequenda, qui à nullo Epiſcopo excommunicari, ob muneris functiones poſſent; Monitorium illud falſum & ſcandaloſum dixit, juſſitque ut ab executore ſummæ juſtitiæ laceraretur, combureretur: Epiſcopus ad ſarciendam temeritatem Lutetiam armata manu deduceretur, redditibus temporalibus ipſius in poteſtatem regis redactis: addita etiam mulcta decies mille librarum.

Hæc ſententia ſecundum formam & tenorem executioni mandatur, præterquam quòd Epiſcopus evaſiſſet. Sic redditus ipſius intercipiuntur, regiis miniſtris in locum eorum, quos conſtituerat, ſuffectis: ut ipſe tandem omnium facultatum jacturam non ferens, in fortunæ

Digitized by Google

beneficiis computaret, quòd liceret Lutetiam mittere, qui regi de temeritate iſtâ ſatisfacerent: miſsâ etiam poteſtate ad Vicariorum aliquem, ut Giletius anathemate ſolveretur, nullo in poſterum ad munimenta oppidi impedimento.

Politica reminiſcentia.

INter diverſa privilegia, quæ regis Galliæ Miniſtris conferunt, æquiſſimum juxta & antiquiſſimum fuerit, ut anathemate careant in functione exercendâ. Quod ipſa ratio, ne longinquius documenta quæramus, ordoque divinus inter poteſtatem ſpiritualem & temporalem evincit, ubi utraque ſuis limitibus circumſcripta, in alterius authoritatem nihil habet. Hiſtoria etiam ſatis exemplorum ſuppeditat juris in concuſſi.

Vidi actum ex Conventu Procerum Normanniæ de anno 1205. quo continetur; Archiepiſcopum aut Epiſcopum non poſſe à communione ſacrorum abſtinere Barones, Balivos aut juſtitiarios regis, absque majeſtatis permiſſu. Unde Archiepiſcopus Rotomagenſis regi promiſit A. 1217. ſe Balivos nunquam anathemate percuſſurum, ſine illius conſenſu. Etiam Epiſcopus Carnutenſis anno 1369. conatus regios excommunicare miniſtros Mantæ, damnatus fuit, temeritatis, & arreſto temporalium redittuum coactus excommunicationem in eos promulgatam revocare.

Sic Officialis Protomagenſis conjecto fulmine in Balivum regium, anno 1370. quod Clericum aliquem reddere nollet in aliena veſte apprehenſum, damnatus fuit pari ſententia, ad fulmen reſtinguendum. Verum & Cardinalis Epiſcopus Manſenſis, eadem auſus in Miniſtros regis, ad abſolutionem itidem damnatus legitur ſolenniter, anno 1495. cum inhibitione, de ulterius non turbando. Parlamentum Gratianopolitanum comprobatâ poteſtate Cardinalis Clermontani, qui legatum agebat Avenionenſis Pontificis Anno 1526. ſententiam tulit, regios Miniſtros ſub illius Iurisdictione neutiquam illius ſubeſſe cenſuris, & interdictis Eccleſiaſticis. Cùm Epiſcopus Caſtrenſis duobus

Digitized by Google

duobus Conſiliariis Toloſſanis anno 1599. ſacris interdiceret, damnatus eſt ad decem millia librarum, mulctæ loco ſolvendarum, atque ad abſolutionem. Sic ubi tempore ſuperioris regis Cardinalis Sourdiſius auderet anno 1606. aliquot Conſiliarios Parlamenti excommunicare, coactus per ſententiam ejusdem Parlamenti, ad abſolutionem dandam, temporalibus redditibus jam interceptis. Nihil enim facilius, quàm copiam iſtiusmodi exemplorum producere.

Quoniam verò iſtæc abunde probant regiorum Miniſtrorum immunitatem, articulis inſuper verbis ſententiæ Anno 1369. contra Epiſcopum Carnutenſem prolatæ, & propoſitionibus in Conventu ad fanum Germani Læii anno 1583. inſertum, gaudere eâ perpoſſeſſionem immemorialem: Verum etiam, eandem immunitatem ipſis non ſingularem, cum Matthæus Pariſienſis in vita Henrici II. regis Anglici, referat, Miniſtros regios Angliæ nihil minus poſſe excommunicari, niſi Prælati prius facultatem à Majeſtate obtinuerint.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER IV.

M. DC. XXVII.

CAPUT I.

Rupellanorum tumultus inſolentes.

CRedebant omnes, poſtquam ſuperior annus pacem cum Hiſpano & Religionariis tuliſſet, Galliam, à longo tempore inſtar navigii à procellis agitatam, portum tran-

Digitized by Google

quillitatis ſecuræ invehi. Spes erat fructuum (tanto labore colligendorum , adeoque tempeſtate d uſſa, locum futurum quieti blandiſſimæ. Verumeni verò nobis ad anguſtias portus contendentibus, Relig narii, & major vicinorum Principum pars in littore præ olantur, ne portum ſubeamus , aut excenſionem fa(imus, Novos illi objiciunt ſcopulos , ſyrtes & brevia n liuntur, eo procellarum æſtu, ut tempeſtas tempeſtat n exciperet.

Rupellanis à longo tempore libertati petulcæ a(ietis, executio pacis à rege indultæ non videbatur ferend : rebellio etiam tam altas in animis egerat radices, ut igum obedientiæ intolerandum æſtimarent: leges comn erciorum Galliæ communes, apud ipſos vigere dolebant. injuriam reputabant authoritatis ferè ſummæ, quam ir inſulas Reæ atque Oleronis, adeoque omnem viciniam exercebant, imminutionem: exercitium religionis Catl olicæ reſtauratum in Conventibus ipſorum, ſervitutis extremæ, rigidæque coactionis, adverſus ſuorum ſacrorum uſum, ferebat nomen.

Querebantur de milite in monumentum Luiſianum, inſulasque Reæ & Oleronis ſparſo, qui priores inſolentias coërceret, tanquam de tyrannide contumelioſâ: Functiones Fiduciariorum apud ipſos, ad exequenda pacta pacis, expendebantur, ut injuſtiſſimæ machinationes contra libertatem: Id dabant operam, ut perſuaderent, Ludovici munimentum violentiſſimè impingere in promiſſa. Hæ cauſæ potiores conquerendi, onera Manifeſtis inſerta, rationes ad præfectos oppidorum , quæ Religionarii per Galliam incolebant, perſcriptæ, cum ad arma invitarent, ut rempublicam ſtabilirent, libertatem, quam juſtitia negabat, regi extorquerent. Sed querelæ iſtæ eatenus carebant fundamento, quòd ſubditis non licet authoritatem Principis tentare: neque aliud reſponſum, cum eas regi miniſtriſque protervè auderent exhibere, retulêre, quam hoc, ſubditos regis ex jure naſcendi, nec poſſe, nec potuiſſe immunitatem legum , ad calcandam obedientiam flagitare: præter veriſimile de coactione exercitii

Digitized by Google

ercitii ſui conqueri, cum integra conſcientiæ libertate ſub regis tutela fruerentur, quibuſcunque etiam turbare auſis, ut perturbatores tranquillitatis publicæ ſolent, caſtigatis. De Munimento Ludovici demoliendo Magoloni quidem datam fidem, ſed eandem receptam, cum ipſi promiſſis indigni, principales pactorum articulos implere noluiſſent; eumque inprimis, de exercitio religionis Catholicæ intra pomæria reſtaurando, quod regi promiſerant. Præterea ſaniorem partem civium, adeoque opulentiſſimos, regi demonſtraſſe, munimento illo complanato, fæcem populi peſſima quæque auſuram, ut religio ſit, tàm æquas preces rejicere. Sextum etiam articulum pacis à rege per Februarium anni proximè elapſi; indultum, expreſſè ferre, non poſſe regem munimenti demolitionem probare.

Cùm itaque ſemet juſtitiæ regiæ ſubmiſerint, præter rationem fiduciarios regios traduci, in quorum numero civem ſuorumque ſacrorum ſcirent; neque ob aliam cauſam in oppido hærere, quàm quòd illi in exequendis pactis moras necterent. Copias verò militares per viciniam inſulasque diſtineri, ob ſeditionem illorum indies gliſcentem, qui ad demolitionem Tadonis procederent pedibus plumbeis, ruinâ ad molem priſtinam facillimâ. Eandem autem copiarum modeſtiam, quæ præſidiorum per regni oppida eandem permittere libertatem, cum iſta vigilantia regis erga toties relapſos, mira videri nequeat, proteſtationibus de obſequio, ad veniam præteritorum nunquam non vanis.

Non tamen hìc ſtetêre, ſed à verbis invalidis ad optata, conſtitêre vim armorum expedire, reipublicæ in viſceribus regni formandæ.

Politica reminiſcentia.

NEque juſtum, neque commodum oppido, ſub authoritate regiâ nato, jugo obſequii excuſſo rempublicam meditari. Injuſtum id inſtitutum nemò negarit, qui reges divinitatis imagines vivas, potentiæque divinæ diſpenſatores nôrit, quibus populos eâ lege ſubmiſit, ut

Digitized by Google

ſola id munus, revocare poſſit, nemine in partem poteſtatis admiſſo. Moneo te, inquit Sapiens, ut os regis obſerves, & verba juramenti, quod ipſi præſtitiſti: cave, te illius potentiæ ſubtrahas, aut mandatum contemnas; nam ſi feceris, ille in te pro lubitu ſtatuet, ut nemo impediat, aut ei dicat, Quid facis.

Æquè tamen incommodum fuerit factioſis, cum populari imperio nihil ſit pejus. Species quidem libertatis faſcinat, animis imperitorum præpediendis: ipſa tamen libertas ſcaturigo eſt omnium, quæcunq; oppidum in volvere poſſunt, malorum. Regibus gloria juxta bonum publicum ſcopus ſummus; populari imperio, privatum cujusque commodum, ad cujus menſuram exigat publicum, hon re poſtremum locum occupante. Ibi nullum ferè remedium caſibus ſiniſtris, cum prudentia nihili fiat, ſuffragiis ad numerum, non ad leges ſapientiæ valentibus, & ſinguli ſuam ipſorum ſententiam admirentur.

Hinc Senatui Romano Tribuni plebis, oratores utique populares, præipſa plebe ferociente niſi potiores ad ſuffragia; cum potentia Tribunorum, quantumvis nimia, rectius toleraretur, quam bellua multorum capitum, ignorantiæ mancipium ad quemvis ordinem obſtinata, impetu, non ratione duce. Spebus infinitis paſcitur, furore concitatur ad pericula longinqua, trepidat ad ingruentia. Uſu rerum deſtituitur, neglecta inde prudentia adeoque etiam fideli opera. Hinc ſolet bene meritis mala, & male meritis bona rependere.

Athenienſes olim Miltiadi graviſsimam mulctam pecuniarum impoſuêre; quam cum ex facultatibus conficere non poſſet, in carcerem detruſus ab amicis emendicabat, etiam in exilium compulſus: ut iſtud præmium ferret ſolutæ obſidionis, inſigniſque victoriæ, quam eximia rei militaris ſcientia obtinuerat, decem millia Græcorum centies decies millibus Perſarum objiciens. Eandem ſortem experti Themiſtocles, Ariſtides, Alcibiades, & alii ſummi Duces, qui fortisſimam præſtiterant operam, victoriis nullatenus conſideratis.

Igna-

Digitized by Google

Ignarus ſit oportet popularis proterviæ, qui authoritatem ejus ſuſpiciat: rectisſimè igitur Ageſilaus ad quendam, de inſtituto regiæ potentiæ in Democratiam apud Parthos commutandæ; prius Democratiam in poteſtatem redigeret, ut popularis gubernationis imprudentiam juxta & confuſionem addiſceret.

CAPUT II.

Ambitus Rohanii per Languedociam.

ROhanius, quòd nullum ex pace commodum, authoritatisque incrementum ſumeret, æger animi, non parum ad Rupellanorum ſeditionem conferebat: hinc conſulatus per majora Religionariorum oppida clanculè ambibat, partium ſtudioſos admoveret per Languedociam, bello ex occaſione inchoando. Cum autem nihil promoveret, ſtatuit, quæ rex M. Britanniæ fratri Subiſio, factioniſque fiduciariis, ad primum de pace Rupellanis indulta nuntium, anno ſuperiori obtulerat acceptare. Nam cum executionem pactorum nullo modo ferendam putarent, ad quæ à ſaniore parte deducti fuerant, ad Regem Magnæ Britanniæ mittunt ut is & authoritatem & arma apud affinem interponeret ad demolitionem munimenti Luiſiani, quod mirum in modum eos coërcebat. Fiduciarii à Subiſio producuntur, per biennum in Angliâ hærente, & benevolè excepti, promiſſa validi ſubſidii ad necesſitatem auferunt. Ne verò iſtæc ſpes in herbâ ſuffocaretur Rohanius ineunte anno, San Blancardum mittit, nobilem egregium cum cæteris, ad maturandum ſubſidium: ii verbis ſuavisſimis aluntur, omnibus promiſſis ſuperioribus firmatis, ut rebelliopenitus complaceret.

Vota exinde felicius ſuccedebant, quòd Angli ab annuo tempore aliquid ſiniſtri cudebant in Galliam. Dolebant plurimum, factionem Religionariorum & Rupellam longè debilius agere, quam unquam; idque

Digitized by Google

idque adeò cordate, ut Miniſtrorum ſummorum quidam in Senatu frequentiſſimo regis dixerit, conſultius fore, ut Irlandia periret, quam ut Rupellani ad obſequium ſubigerentur à Gallis. Accedebat odium Bukinkami in Galliam, quod primoribus deſiderium cum Gallis dimicandi infundebat; adeò promptum eſt obſequium in favorem ſummum.

Cùm autem potiores cauſas anno ſuperiore recenſuerimus, addemus, offenſam ex negato in Galliam itinere altius penetraſſe, ad odii robur: quod Cardinalis auguratus permiſſionem ſuaſerat, certus, ex tanto fervore aliquid commodi elici, ſucceſſu tandem Icario de nimis arduis: Regina tamen mater, Conſiliorum moderatrix, averſum regis animum fulciebat: Unde Bukinkamus irritatior palam ferebat, ſeſe ſatis copiarum veſtibulo adhibiturum. Cheureuſia in Lotharingiâ ægritudinem animi concoquens, familiaritatem cum ipſo ſervabat, ad inſtigandum animum: quæ tamen plus contemptus, quàm gloriæ trahens alios conſiliis colores flagitabat.

Ferebat, regem Magnæ Britanniæ ſponſionem interpoſuiſſe de pace Religionariis ſervanda. Dixerat autem primicerius eorum Deputatis coram Angliæ legatis, regem addemolitionem munimenti Loviſiani nunc quidem non conſentire, ſperandum tamen id cum tempore ab ipſius Clementia, ſi ipſi obſequium plenè colerent. Hanc ſpem ille in verba ſecuritatis trahebat, pactumque cum legatis initum; ut perſuaderet: Angliæ regem de demolitione munimenti caviſſe: idque cum ſumma audacia, per legatum Angliæ, nomine regis ſui nunciarat, cui ſurrogabat Declarationem, Religionariorum Deputatis à Comite Hollando, & Carletone, legatis extra ordinem, datam inter paciſcendum, cui inſeruiſſent iſta primicerii Haligrii verba, ad mentem Religionariorum, ut commodorum ſuorum rationé potiſſimum habita, turbas quandocunq; capeſſerent.

Pernegatum verò, regem magnæ Britanniæ de verbis, quæ Religionarios ſpectabant, caviſſe, aut quicquam de ipſorum commodis cum legatis fuiſſe pactum: quin imò edocebatur, nondum in oblivionem abiiſſe verba à Cheu-

Cheureuſio, Epiſcopo Mandenſi ad Hollandum & Carletonem prolata; ſi pacis ſeſe arbitros ferrent, regem nunquam aſſenſurum; ſi verò accederent, Rupellanis demonſtraturi, niſi regi obſequerentur, claſſem validam regi ſubmiſſurum, quæ eos cogeret, tunc verò conſenſurum. Nam iſtæc verba clare & ſæpius prolata, etiam à Cardinale confirmata, fundamentum Anglicanæ cautio tionis æquè frivolum, quòd domi, ex lubitu eſſet fabricata. Hinc tamen princeps prætextus ad arma arripienda promulgatur, ubi Ream occupant, & Bukinkamus Rupellanorum, Eccleſiarumque reformatatum patrocinium jactat, cauſam communem vindicans; tametſi notum eſſet, ex odio privato conſilia fluere, regi Angliæ per induſtriam fuco facto de Rupellanis ſuccurrendis, deque rebellione univerſali Religionariorum, quorum vires ad claſſem illius expeditæ, munitiora quædam loca continuò corriperent, ut Angliæ jus antiquum in Galliam repeteret opportunè. Hinc tantum claſſis apparandæ ſtudium, per Aprilem, Majum & Junium, nullo conſiliorum indicio. Rex tamen & Cardinalis certiores erant, de Galliâ invadendâ agi.

Politica reminiſcentia.

PRincipibus ſemper in promptu prætextus, ubi bellum complacuit, ad injuſtitiam colore aliquo contegendam: ſumma tamen imprudentia, extra neceſſitatem ſummam ſemet impedire. Hinc T. Livii ſententia perplacet, qui belli juſtitiam ex neceſſitate ducit; nulla ad arma reliqua religione, niſi ubi à viribus omnis ſpes petitur. Nemo ſanè aliter ſentiat, tot calamitatibus bellum conſequentibus. Nihil enim ibi ſacrum, omnia violenta extorſionibus & crudelitate nefanda.

Hinc confuſio rerum, peſſimi mores, innocentiſſimorum interitus, opulentiſſimorum egeſtas; ubi vitæ dulcedo evaneſcit, tumultu & ægritudine ſuccedentibus; adeò ut nihil deploratius fingere liceat. Sic ſanè extra neceſſitatem bellum ſumpturus, rectè confertur Chymiſtis, qui ægrotis ſæpiſſime proponant remedia, id

Digitized by Google

ad tormenta ipſo morbo graviora. Xenophon monet, virum prudentem à bello abſtinere, provocatum: quemadmodum Cræſus pacem ſemper bello potiorem ducebat, idque potiſſimum ratione, quòd plerumque parentes, inverſo naturæordine, liberis exequias faciant. Plinius memorat, Lyncem adeò avidam, ut partam prædam deſerat, novam eamque incertam inſectetur. Quicunque igitur bellum non neceſſarium ſuſcipit, idem agit, certa pacis tranquillitate relicta, ut armis victorias, ex mente Sapientum non tam virtutis quam fortunæ præmia adipiſcatur.

Alium ruinis oppreſſurus, non raro imprudens ſub onere gemuit: princeps in vicini ignominiam intentus, honori ſæpiſſimè aſpergit maculam reciprocantem. Sic theſauri cum puluiſculo diſſipantur, odio popularium ob belli neceſſaria exacta ſuſcitato, quos etiam mactandos producit, cum ſummo authoritatis periculo: dum providentia divina arrogantiam, publicasque injurias caſtigare gaudeat: excitantur incendia, non facilè reſtinguenda, quibus patria conſumi poſſet: ut memineritis ex hiſtoriis, Principes ſæpiculè arma in exitium vicini verſa, ad rogum propriæ gloriæ componere. Æquè injuſtum, & bellum citra neceſſitatem ſuſcitante, & timore domi torpere, ubi reſpublica arma poſtulat.

CAPUT III.

Rex Cardinalis conſilio inſtigatus, Rupellam obſidendam cenſet.

AD Rupellanorum inſolitos tumultus impunè tranſmittendos, minus fortitudinis, ſtudiique in gloriam regis publicæque rei commoda, quàm Cardinalis eatenus exeruerat, requirebatur. Hinc iſtarum virtutum poſſeſſor, regi author fuit, tantam inſolentiam ulterius non ferendam, quam reipublicæ gravem armis intra limites

mites compingeret. Compendio referebat bellum Religionariorum à factionis exortu; partibus ſemper acceſſiſſe, Rupellam ex omnibus oppidis rebellionem maximè fovere, facem etiam exteris opportunam ad incendium; hoc obſtaculo res arduas ſiſti; ignominiam trahere, quòd Edicta, ſive juſtitiæ, ſive neceſſitati accomoda, intra illius propugnacula nihili fiant; hîc ſtabulari rerum præſentium pertæſos, novarum ſtudioſos; pacem nec domi, nec foris ſecuram, quamdiu factionibus iſtud pateat aſylum; Galliam à metu Exterorum nunquam tutam, hac feneſtra patente. Viciſſim autem, rectè ſperari omnem proſperitatem, Rupella exarmata, propugnaculis dirutis, obſequio juſto redeunte.

Secundum quos ſermones rex, cujus animus obſtacula potentiæ ignorat, obſidionem cogitatu anticipat, ut leges obedientiæ conſtarent; æquè tamen occurrebant & rebellionis intoleranda licentia, & ejus reprimendæ ſumma difficultas. Cur oppidum caſtigaret, evidentes urgebant rationes, quomodo rem perficeret, non in apertò. Difficultates plerumque generoſis animis fervorem addunt, eximia gloriæ materia inſtar ſtimuli urgente; id regi, ex Cardinalis conſiliis uſu veniebat, ut tantò audentius ad obſidionem accingeretur.

Dicam amplius, Cardinalem, quod ſciret in arduis oculos minimè ad difficultatum monimenta claudendos, cum ad exactam earum conſiderationem remedia ſint faciliora; nihil penitus prætermiſiſſe, quod ad eam obſidionem accidere poſſet. Explicabat potentiam Religionariorum, ex multis munimentis innixam, Exterorum benevolentiis fotam, Magnatum complurium commodis compactam, & propriis viribus adeò inflatam, quicquid ſuperiores reges tot præliis & longa ſerie diverſorum bellorum effecerint, in Edicta pacis, impunitæ obedientiæ indubitata ſigna, deſierit.

Repetebat ex memoria ambitionem Ducum, Miniſtrorum æmulationes, inſolentiam factionis; machinationes, tricas & fervorem: Nihil diſſimulans, univerſas

verſas reipublicæ vires eò magis neceſſarias ad ſuperanda obſtacula, quòd negligentia eſſet malum irritatura proſtituto remedio, ad contemptum armorum regiorum. Viciſſim etiam demonſtrabat, rege potentiam extremam ad mulctandam ſuperbi oppidi rebellionem, vertente ſelicem ſucceſſum ſperari, quòd pax cum Germaniâ conſiſter, & præter Anglum, jam non validè metuendum, nemo vires diſtrahere poſſet Exterorum: Quæcunque autem forſitan Galliam tentante, ad manum fore aut ſatisfactionem, aut moram interjectam; ſic omnibus difficultatibus ſub ipſius potentiam miſſis,

Sic ſumptus ad claudendum portum faciendos, vallum circumponendum, fortalitiis & propugnaculis diſtinctum, ad arcendam annonam, atque ſubſidia factionis: Navigia ex portubus Galliæ contracta, impetum Claſſis Anglicanæ facilè fractura, è ſuggeſtibus defenſa, munimentisque ad anguſtias Canalis collocandis. Opus id aliquot menſium; oppido ad imbellem obedientiam redacto. Quæ rationes tantam ſapientiam redolebant, tantam demonſtrationis evidentiam ferebant, ut rex juſtiſſimas boni ſucceſſus cauſas ad oppidum ſubigendum ignorare non poſſet: inde ex principio anni conſilia adolevêre.

Apparatus ad obſidionem fiebant in occulto, ne ante impetum tumultuaretur. Cardinalis delineationem oppidi cum confiniis accuratam nactus, contemplatur propugnaculorum formam, & menſuram, altitudo moleſque valli conſtabat, æquè ac foſſarum latitudo cum profunditate: in notis habebat roboris ac imbecillitatis loca. Jacebant anguſtiæ viarum, tramites regionis, Canalis omne æquor, colliculi excitandis munimentis ſuggeſtibusque ad ingreſſum coërcendum. Adjungebat ſibi Schombergium, & architectos militares, concepta adeòque deſignata ideâ obſidionis, dum effecta ex cauſis eliceret, ut de victoria vix quicquam dubitaret.

Ubi iſtanc ſeriem ad regem detulit, auſus eſt ex prudentia incomparabili, qua è longinquo accidentia cujusvis inſtituti præcipit, ſponſorem ſeſe felicis ſucceſſus

Digitized by Google

ſus inferre, modo cælum aſpiraret cæptis, quod ob Eccleſiæ commodum, cauſæ tuitionem, & gloriam nominis ſperare liceret. Stupere rex & lætari, per provincias vicinas bello neceſſaria colligere, tormenta diverſis viis huc deſtinare, de claudendo Canali deliberare, minus ſumptuoſis quibuscunque prius tentatis, ad vægrandes ſumptus vitandos, ſi fieri poſſet: calculum ſecreto inire de copiis equeſtribus & pedeſtribus, quæ invadendo oppido, inſuliſque occupandis ſufficerent: nihil omittere, quod optatum obſidionis finem contingere poſſet.

Politica reminiſcentia.

SPonte fallitur, qui aciem ad futuri belli difficultates claudit, unde impotentia conſiliorum perficiendorum continuò manifeſtatur. Si quicquam rerum humanarum maturè & ſecundum leges prudentiæ exordio, progreſſu & fine eſt conſiderandum, bellum occupârit primum locum, cùm maximi interſit, & Scipionis ſententia, ut cum fortuna ſeſe præbente ſuſcipiatur, rationes ducendi pateant, acie mentis ſemper in aliquam feneſtram ſine dedecore exeundi intenta. Fortuna etiam adverſante, vix malè ſuccedet, ſecundum iſtas rationes ſuſceptum. Quicunque verò oculis clauſis, & nullo penſo deſuperandis obſtaculis quibuscunque habito, ruit, confuſionem nunquam vitabit.

Tiberio ſummam apud Tacitum conciliat laudem, quod hoſtium conſilia, machinationes, inſtituta adeò exactè noſſet, ut easdem artes, quibus petebatur, in eorum damnum converteret. De Hannibale T. Livius refert, inter cætera maximum ipſi belli decus conciliaſſe, quod hoſtilia æquè ac ſua noſſet. Sic prudens Nauclerus tempeſtatem præviſam declinat, & ſummus Miniſter nihil arduum molitur, niſi expenſis omnibus difficultatibus: Gladiatorum enim, non Principum, in arena conſilium. Sapiens nunquam ſubit periculum pænitentiæ; gnarus etiam, conſilia ſua vim paſſura, & neceſſaria ex ſe parat ad ſucceſſum, & remedia in promptu habet, ad quævis obſtacula remo-

P vendo,

Digitized by Google

rogato rege, præterita clauſis oculis tranſiret, quod beneficii loco eſſet habiturus, temporalium uſum fructum redderet, miniſtris etiam Epiſcopi reſtitutis. Vehementer urgebat; ſed opportunè, quòd imperator in favorem ejusdem Epiſcopi ad regem ſcripſiſſet, cui reſponſum, in ipſius gratiam propensè æqua indultum iri. Aſſenſum igitur precibus, ea tamen lege, ut Epiſcopus prius mitteret ad aliquem Vicariorum, qui cenſuras Eccleſiaſticas in regios miniſtros, operasque munimenti conjectas tolleret, ſtipulata in poſterum omni modeſtia.

Lotharingus libenter fidem interponit, negotioque utrinque confecto, omnia in priorem ſtatum reducit. Quicquid verò ſtudii reſtaretur, veram tamen itineris cauſam tegebat: nam apprehenderat de novo poſſeſſionem Lotharingiæ & Barri, cum ex beneficio teſtamenti, quod Renatus II. rex Siciliæ ſcripſerat, tum ex ceſſione, quam Comes Validimontii pater ipſi dederat, adeò ut poſſeſſionem ex ſuo capite, & privato nomine adiiſſe vellet; tametſi poſtremus Lotharingiæ dux, anteceſſor, ritè declaraſſet, locatam ipſi in matrimonium primogenitam, provinciarum veram eſſe hæredem, quas per ipſam poſſideret. Nanceium invectus erat pomposè, ludicris, feſtivalibusque celebratis, ut Lotharingiæ Coronam tantò magnificentius adiret. Secundum ea cupiebat homagium regi de Ducatu Barrenſi, nomine proprio, & de ſuo, non conjugis gratiâ, præſtare: ubi plus obſtaculi, quàm in cauſâ Epiſcopi Verodunenſis incurrit:

Initio ipſi demonſtratum, non parum offendiſſe regem, quòd proprio motu, neglecta inveſtitura neceſſaria, adiiſſet poſſeſſionem Barrenſem, cum regi ſummum jus competeret: omnes etiam patentes ſuo nomine, conjugis mentione ſuppreſsâ, expediviſſe, cum Vaſallus nihil poſſideat in fundo devoluto per ſucceſſionem, donec à ſupremo, à quo pendet, inveſtiatur: prompta cauſa ad receptionem, ubi prius poſſeſſionem invadat; neque minus culpa vacare, dum conaretur naturam feudi Barrenſis mutare,

Digitized by Google

ut maſculum fieret, rege inconſulto, cui ſoli jus in naturam ſeu dorum & conſuetudines.

Ingenium præceps & ſatis elatum iſtius principis, optabat nemini ſubjici, unde iſtas rationes nihil animadvertit, æquitate earundem etiam tunc non intellectâ, ut reſponderet Miniſtris, quibuſcum ipſi erat agendum, Regis nihil intereſſe, an feudum Barrenſe foret maſculinum, aut fæmininum; exiſtimare ſeſe, in poteſtate Renati, regis Siciliæ, atavi ſui, fuiſſe ſubſtitutionem, in commodum maſculorum, ad excluſionem fæminarum, unde ſibi jus fluat, ſucceſſionem ex ſuo capite, nomineque proprio colligendi; paratum ſe, ad homagium regi debitum præſtandum: neque credere, ſecundum iſtæc omnia, regi ullam poteſtatem, eſſe ad jus ſuum acquiſitum annullandum.

Utebatur operâ Cheureuſii, qui ſæpius inculcabat Miniſtris iſtas rationes, additis etiam nonnullis aliis, quas ob tenuitatem referre ſuperſedeo. Reſponſum identidem, ſatis, multumque intereſſe regis, ut impediat, ne feuda à Corona ſua dependentia naturam mutent, & ne conſuetudines provinciarum & ſucceſſiones in aliam tranſeant formam, cum iſtæ mutationes authoritati ipſius ſoli competant; didiciſſet, conſuetudines Barrenſes nunquam, niſi rege permittente, etiam ſub fide, de Parlamenti Pariſienſis authoritate acquirenda, mutatas fuiſſe; ignorari non poſſe, conſuetudinem Barrenſem omniumque inde imperiorum uſque ad Rhenum filiabus primogeniti permittere ſucceſſionem, ad excluſionem maſculorum, qui ex ſecundogenito deſcendiſſent; quam conſuetudinem maximi momenti, adeoq; mutationem in leges fundamentales Lotharingiæ peccantem inde mutaverat, ut conjugem jure hæreditario fruſtraretur. Nullo igitur reſponſo ad iſtas rationes valido, redit ad ſua, cum præter tempus exquirendis juribus nihil obtinuiſſet.

Politica reminiſcentia.

POliticorum ſapientiſſimi à legum mutatione non valdè neceſſaria manifeſtum augurantur damnum. Ariſtoteles ait, ſubditos hinc facilè in contemptum ſtatutorum ferri,

ri, ad magiſtratus authoritatem calcandam. Thucydides addit, ſatius eſſe, leges inviolatas provinciæ, licet non optimas ſervare, quàm novas condere. D. Auguſtinus ſeribit, prudentiæ eſſe, remediorum ſalutarium uſum continuare, & provinciæ leges, ad præteritos caſus utiles obſervare porrò. Id verò de omnibus legibus rectè dictum, in fundamentalibus, quæ rempublicam conſtituêre, maximè locum habuerit, cum ad conſervationem conferant, quod fundamentum ad ædificii conſiſtentiam.

Ut verum dicam, leges ſummæ authoritatis ſunt fundamenta: quæ in ædificio concuſſa, ruinam trahunt, in republica exitium minantur. Hinc Adriano ſtatutum, ne Romæ ulla conſuetudo peregrina introduceretur; & Plato ab immutatione adeò abhorruit, ut & puerorum luſus & recreationes intactas vellet, quòd mores nemine advertente, rebus antiquis contemptis, ad periculoſum eventum paulatim mutarentur. Permitterem aliquando juſtitiæ directionem mutari, cum mores mortalium mutationi ſubjaceant, ſuppliciis ad temporis rationem, hominumq; diſpoſitionem converſis; ſed diverſa ratio legum fundamentalium, quæ cum provinciâ natæ, adminiſtrationem dirigunt, firmatâ electione, quàm Deus familiæ cuicunque conſtituit, ut ordinem gubernandis populis Principi ſervent, ad perpetuam reipublicæ ſalutem. Hinc earum æqua religio, cum naturalibus, quòd in æterna Dei lege fundentur, qui Orbem terrarum gentibus diſtribuit, cuiq; Nationi principem impoſuit, à cujus nutu familia regia & hæreditaria pendet; adeò ut omnis immutatio ordinis conſtituti in illius voluntatem impingat.

Digitized by Google

CAPUT V.

Moritur Aurelianenſis, enixa filiam.

NOn longè poſt diſceſſum Lotharingi ingens regem inceſſit dolor; ex obitu Aurelianenſis, cujus matrimonium aulam ſatis exercuerat, omnibus ferè Orbis Chriſtiani principibus adverſis. Hinc igitur Magnatum diſcamus imprudentiam ſummam, qui ſæpiſſimè torquentur, cælum terra miſcentes, ob res morti inconſtantiæque rerum humanarum ſubjectas. Ad iſtud matrimonium plus prudentiæ, quàm amoris attulerat frater regis, favorem Dei nihilominus expertus in ſumma concordia, quantumvis intimi repugnarent, dum dotes eximiæ conjugi, quas maritus agnoſceret, & amorem, & potentiam apud animum illius acquirerent.

Intimi ergò animadvertentes, fidem ſuam apud Principem evaneſcere, authoritate etiam per illius familiam imminuta, nihil omittebant ad amorem divertendum, adeoque opinionem virtutis extenuendam. Optimus tamen animus principis, dotibus conjugis captus, intimorum artibus nihil ceſſit, cum amor mutuus voluntates vera concordia conſtringeret, ut mors in ſeparatione ingentem incuſſerit dolorem.

Ipſa aliquot menſes à nuptiis ceperat utero ferre, enixa filiam exeunte Majo, jam dubiæ ſalutis. Maritum id clam haberi non potuit, qui ferè aſſiduus dolorem premere non valens, ab ipſa conſtitutionem valetudinis intelligit, cum exhortatione ad Dei voluntatem omnia referendi. Medicorum ſumma cura artem exerebat ſine emolumento, ut ipſa ex vita præſenti abitura, omnibus ſacris operata, Magnates moriens doceret, nihil in honoribus firmum

mum præter inconſtantiam, quos ludibria fortunæ cenſeas, pompa per momentum concidente.

Rex earundem virtutum præter fratrem cultor, extremè affligebatur, ſed Guiſiana familia præ cæteris, quòd omnem ſpem, conſiliaque ampliſſima huc congeſta per fortunam eluſa ſine modo aliquamdiu lugeret.

Politica Reminiſcentia.

SApientiſſimè de honoribus hujus mundi judicabat, qui in adipiſcendis ſummos labores, in poſſidendis ſummam curam inconſtantiamque, in amittendis ſummos dolores notavit. Sol illuſtriſſimus quotidie occidit, mortales quoſcunque honorum gradus exuperent, omnem honorum pompam tandem inviti contumulant. Eadem cauſa nobis lucem vitalem aſpiciendi, & tenebras mortales ſubeundi, quemadmodum idem Sol manè diem inducit; veſperi noctem trahit. Ex primo gradu Arietis digreſſus, ſine ulla ceſſatione ad eundem redit, uti mortales ad mortem properant.

Sublunaribus ſola inconſtantia conſtans, inſtabilitas ſola figitur: gaudeamus aliquamdiu per fortunæ indulgentiam honoribus; eos venit ereptum mors, exacto obſequio: obnitamur ipſius ictibus, legibus ſubjicimur mortalitatis, nemo ictum vitabit: unde ſumma ſapientia, manus dare, omnibus fortunæ donis libero animo indultis, donec privet eadem. Expectemus ejus impetum, ſecundum limites vitæ humanæ conſtitutos, ex ipſius arbitrio incertiſſimos. Ne unquam dixerimus, eam præcipitare curſum, cum nunquam mors occupet, ob incertitudinem temporis adventusque ipſi eſſentialem, noſtræq; vitæ finiendæ certiſſimam incertitudinem.

Blandiatur uſque mundus ſenſibus, omnem metet

Digitized by Google

gloriam mors. Terra floribus modò variegata, mille, odorum differentiis jucunda, plantarum diverſitate ſuperba, gravi meſſe dives, poſt pauculos menſes omni gratia evaneſcente triſtis nivibus, grandine, aquarum diluvio, gelu obducitur, horret, mergitur: ſic Principum maximi tandem in morte ſereniſſimum ſplendorem deponunt, qui inſtar floris marcidi perit, beatitudine inſtar nivis liqueſcente, inſtar torrentis ad ſtuporem ruentis diffluit, inſtar fulguris tranſit.

CAPUT VI.

Duellum Pralini & Butevillani ſeverè punitur.

REx quidem ſeveriſſimo Edicto coërcuerat duella, furor tamen, equeſtribus familiaris nonnullos exagitabat. Iſte error, gloria per vindictam quæſita, duella virtuti adſcribens, adeò profundas in animis egerat radices, ut penitus evelli nequiret. Apud Macedones olim infamiæ notam ferebat, qui hoſtem patriæ nullum occidiſſet: & apud Gallos generoſi nomine carebat, quicunque à cæde ſocii abſtinuiſſet. Id rex ſatis caverat Edictis, ne flos fortiſſimorum virorum, quod à temporibus Henrici II. frequens erat, porrò periret.

Quemadmodum verò fruſtra feruntur leges, niſi ſuppliciis conſtitutis ſanciantur; rex nihil parcebat transgreſſoribus. Marchio Pralinus, filius Mareſchalci defuncti, auſus erat cum Barone Becio congredi; unde præfecturâ ſecundariâ Champaniæ caruit, per aliquot annos aula remotus. Sic ex ſuſpicione gravi Liancurtius, quòd in gratiam Ducis Halvini Greſſianum provocaſſet, conjectura valente, ab Aula arcetur; rege ad munus primi Cubicularii transferendum, quod Liancurtio debebatur, propenſo, niſi à fide dignis, negotioque immixtis, comprobatum fuiſſet, rem provocatione caruiſſe.

Iſta

Iſta ratio coërcendæ, ad exemplum inſtituta, ſpem faciebat nobilitatis erudiendæ. quomodo ſiniſtrè leges honoris virtuti, Chriſtianoque characteri opponantur. Temeritati tamen nulli limites: itaque Butevillanus & Chapellanus eò provehuntur, ut rex nolens volens juſtitiam, majore quàm unquam rigore, in eos exerceret, ne venia Coronam læderet, rabie cælum & judicium quodvis irritante. Butevillanus quidem fortitudine eximia pollebat, etiam inimicorum teſtimonio; quæ prudentiæ inops in eum furorem proruperat, ut aulæ fortiſſimum quemque provocaret, nulla ratione ſolennium ſacrorum, locive reverentia publici; adeò nihil apud ipſum valebat regium Edictum.

Poſt promulgatum illud anno ſuperiore comitem Thorinnium duello ſuſtulerat; hoc ineunte, cum Fretæo congreſſus, ſociocadente, in frequens Magnatum diſſidium. Hinc à rege ſupplicium conſtitutum: quod ille præſentiens, in Flandriam abit, ubi ab Archiducis conjuge, in gratiam Mamorantiæ, interceſſionem impetrat abolendæ pænæ. Id rex à confeſſionario monitus, ne tantum crimen per læſam conſcientiam transmitteret, Archiducis petitum eouſque ratum habuit, ut præteritorum gratia facta, reditum in Galliam permitteret, modò aulam & Lutetiam vitaret: neque amplius à juſta clementia poſtulares.

Eadem tamen rabies, Butevillano ad duella familiaris, adeò irretiebatur abolitionis indulto, ut palam ferret, quod fama retulit, ſeſe propediem Lutetiæ, in campo regio duellum initurum. Non diſtulit ſanè Lutetiam petere, ubi Marchioni Beuuroni inimico nunciat adventum, ſatisfacturus de lite, quam in Flandria, ob fidem Archiduci datam, quo Beuvron excurrerat, decidere nequiviſſent. Ex utriuſque voluntate deſcenditur in campum regium: terni congrediuntur, Butevillanus, Orapellanus & Bertius, cum Beuurone, Buſſio Amboſiano, & Buqueto. Sternitur Buſſius à Chapellano lethaliter vulneratus: Bertius à Buqueto graviter ſauciatur: Bute villanus & Beuvron in amplexus prolapſi, poſt abjectos enſes, pugiones expediebant; ſed æqua ſorte vi-

aulam repurgandam à litigioſis, qui nobilium ſanguinem hauriunt.

Duellum mortales infra belluas dejicit, quæ per naturam à ſuo genere abſtinent. Neurii ferruntur per ſex menſes quotannis induere naturam luporum, cæterum homines: verius dixerim, gladiatores iſtos omni humanitate poſita ſemper lupos tigresque, humani ſanguinis ſitientes: pro corde ipſis furor adeòque cupido manus in ſanguine fratrum colluendi: non fortitudo, ſed rabies deliberatò corpus neci, animam damnationi æternæ exponit: non lex armorum juſta ad hanc barbariem obligat, ſed faſcinum Diaboli, rationis uſum tollens.

Stulta cupîdo honoris fictitii, quo agitantur, monſtrum eſt vanitatis genimen, furoris ſoboles, ſanguinus alumnus, de quo Habacuc refert, cum ſummos nobiliſſimos, adeoque fortiſſimos prædam faciat. Nulla ratio ſuaſerit, ut priſcorum ſacra impunè reducantur, ubi homines ad Simulacrum, quaſi Moloci aut Saturni, fictitii honoris immolentur: ut impunitas adverſus ſententiam Dei clariſſimam valeat, à qua cælum abhorreat, Edictis mortem, lege inferni ignes irrogante. Extremæ vel inde fuerit imprudentiæ, cum contemptus regiæ authoritatis accedit, quâ conculcatâ populi obſequium facilè exuunt, ad diluvium confuſionum.

CAPUT VII.

Artes Angli & principum vicinorum ad regem à Rupellanis divertendum.

TAmetſi conſilia obſidendæ Rupellæ valdè premerentur, minima tamen indicia Principes vicinos commovêre, Anglus ad invadendam Galliam para-

parato animo, vires maritimas geminat, cæteris non minus expeditis: Sciebant, quanti ſua intereſſet, Religionariorum factionem in Gallia vigere, ad vires regui dirimendas regemque occupandum, ut intra limites invitus redactus, conſiliis obſtare non poſſet, aut invaſionem meditari Norant Galliam non parum terribilem, ſervata libertate agendi, viribus domi otioſis, jure antiquo in omnem ferè viciniam valido, quod Religionariis ſemel exarmatis, Rupellâ fortiſſimo utique aſylo, amiſsâ, perſequi liceret:

Hinc privato commodo per juſtitia ſacrispue actis prætextus quæritur ad arma regis divertenda, invaſione in defenſionem verſa. Per legatos agitur, Liga coit, ad Galliam eodem tempore per diverſa invadendam, rege Magnæ Britanniæ anteſignano munimenta miſsis nunciis expoſcente,

Politica reminiſcentia.

PRudentia gubernandi Principes adigit ad factionum apud vicinos principia fovenda: requirit tamen comitem juſtitiam, ſine qua & virtutis nomine caruerit, unde ei tantum apud vicinos inimicos locus. Et Chriſti & naturæ lex vetat alii facere, quod tibi factum nolles, ſocietate humana per uſum contrarium everſa.

Bajazetes Turcarum tyrannus, veniam meretur, quòd Sigiſmundi legatis reſpondit, cum in Bulgariam ipſi nullum eſſe jus docerent, ut exercitum inde retraheret; Satis ſibi documentorum in armamentario ad occupandum, poſt Bulgariam, univerſum. Venia ſit tyranno, cui primum & ultimum, æquitatem calcare, quæ Chriſtianis Principibus negatur, quorum victoriæ juſtitia terminatur. Illud Antigoni Magni ad blandum quendam de infinita regum licentia, longè præſtat, ad reges barbaros, non juſtitiam profeſſos, quibus omne in juſtum malum, illa pertinere.

Legimus quidem in ſacro Codice, alias principi, alias civi dari leges, ſed patet, privato nullum malum pro bono publico permitti, neque principi id citra injuſtitiam licere.

Digitized by Google

licere. Hinc Plutarchus Marium vituperat, quòd juſtitiæ nullam haberet rationem, niſi ad utilitatem, eodem numero & utile & honeſtum reputans, vero falſoque promiſcuo, niſi pretium utriuſque utilitatem conciliaret, egregio apologo, de pelle vulpina leoninæ aſſuenda. Deus certè conſilia, legi contraria, teſte Iſaia, averſatur; unde vana principibus ſpes de felici ſucceſſu, conſilio divino deſtitutis.

CAPUT VIII.

Æmulorum conatus, ob Rupellam.

ABbas Scaglianus, caput colluſionis, authore Sabaudo, in vindictam pactorum Manſoniorum, quæ fœderatis inconſultis cojerant, turbis natus, jam Cardinali iniquior, ob interdictam Galliam ex eodem ſtudio, fervidè agebat, principio apud Hollandos, ſi eos concitaret, ſed fruſtra, ob regiorum ibi diligentiam, rationibus validis ſuffultam. Deinde in Anglia, animos ad vota propenſos invenit, conſpirationi formandæ. Hinc Anglus ad Sabaudum, Lotharingum, & Rohanium, menſe Majo, ad minuta rerum capeſſenda, Montacutium mittit, poſt prætextum iſtum aptiſsimum itineri anxiè tegendo quæſitum, amores nempè vehementiſsimos in Cheureuſiam, Lotharingiæ incolam, quòd ipſius manuductione ob tricas aulæ Gallicanæ quarum authores ipſi faverent, opus haberet.

Offendit ſanè ducem commotiſsimum, qui quamvis occaſionem odii in regem teſtandi captaret, & irruptionem in Galliam, ad claſsis Anglicanæ appulſum promitteret, certo ex Imperatoris benevolentia ſuppetiiſque ſucceſſu. Edoctus igitur de neceſſariis, & Lotharingo ad optata deſcendente, tranſit in Languedociam, & Rohanii colloquio impetrato, conſiliorum ſummam explicat, ipſumque per Angliæ, Sabaudiæ & Lotharingiæ validas ſuppetias ad arma eodem momento compellit. Vicinum

cinum Sabaudum, Galliæ iniquiorem, adeoque Cardinali infeſtum adit, & ruentem animum ad fidem, de invadendo Delphinatu, Anglis claſſem promoventibus, dandam produceret.

Erant hîc quædam copiæ in parato: nunciatur Rohanio, ſexies mille peditum, & quingentos equites ex promiſſo ipſi propediem ſubmittendos, cum exhortatione ad ſedulam operam, ubi principia ſeſe haberent optimè. Sic fulmen Galliæ comminuendæ ſibi videbantur jacere. Montacutio per Galliam in Lotharingiam reverſo, Rex cui nihil occultum, per quatuor menſes ſpeculabatur, ad eum in reditu attinendum, quo pleniorem conſiliorum notitiam adipiſceretur; itaque in finibus regni à Marchione Burbonio cujus ea erat cura, feliciter apprehenditur capſulâ diverſorum ſcriptorum negotiationis ſummam aperiente, ad magnum Galliæ commodum, exiguâ ejus prudentia.

Ad finem Septembris attinetur, Coſtium deductus: Id Lotharingus dolere, tumultuari, fortunæ beneficium credere Anglorum in Reæ inſulam excenſionem, quibus Thoraſius ſatis negotii faceſſebat, Villanum continuò Leoncurtium ad reginam matrem, per abſentiam regis Lutetiæ hærentem mittere, Montacutium repetere; aut intra viginti quatuor horas repulſam efflagitare, proteſtari de injuria vindicanda, quòd in ſuo territorio, uti ferebat, ei eſſet illata vis.

Armatus tum erat ad Angliæ & Sabaudæ conſilia promovenda, eodem tempore ad reginam matrem mittens, & Coſtium, ubi Montacutius captivus tenebatur, obſidens cæteris Galliæ munimentis, dum rex Anglos propellit, inhians Summa verò diligentia Montacutium Pariſios in Baſiliæ hoſpitium pertraxerat, ut Anglis in Reâ cæſis, quod proxime dicemus, ipſus æquè ac Sabaudus mutarent, cum regem ad repulſandam vim paratum cernerent.

Is nunciarat, arma regia alterutrius ſumptu ex Pictavienſi agro ceſſura. Unde Sabaudus vim in Genuenſes vertit, per clientelas urbi imminens; & Lotharingus acquievit promiſſis, de Montacutio ad reditum regis pro-

natali-

natalitiis ſolennibus libertati reſtituendo. Ita ipſius tempeſtati par, multum tumultuatur, momento defervet, ſic conſtituit non multum delinitus, regis reditum præſtolari. Accurrit, Montacutius, ſcriptis notitiam occultorum referentibus, Baſtilia educitur, Lotharingo redditur, pænâ tantæ conſpirationis in aliud tempus dilatâ.

Erat ſanè unde rex cum voluptate ex ſcriptis illis comperiſſet Anglorum excenſionem in Ream, Sabaudo notam fuiſſe, quibus favorem promiſiſſet, Rohanio ad arma compulſo per valida auxilia, ſexies decies mille peditum, & mille ducentis equitibus in Delphinatum immittendis. Illinc patebat Anglorum conſilium de invadendo Telonio, ſi navigia mitterent, in Orientem excurſura, quibus Sabaudus & militem & triremes commodaret: Sabaudi etiam partes in Magolone intercipiendo, adeoque Breſſone & Valentia. Adjuncta erant complura Manifeſta cruenta in regem, miniſtros, & rationem adminiſtrationis.

Politica reminiſcentia.

MAndata plerumque æquè infelicia ac inhoneſta, quibus non legitimè niſi ex rationibus legitimis, pareas Principis exteri imperium turbant. Ubi ſubditi in eum concitantur, non multum proſperitatis conſequetur, ut de authore turbarum rectè dixeris, cum reipublicæ columnis, juſtitia utique & obedientia concuſſis, ruinam adferre: Ubi fædera fiunt cum Principibus vicinis ad perſuadendum bellum, pauliſper valent, ut paululum ſperare queas.

Singuli duces poteſtatem in exercitum ſibi quærunt eximiam, diffidentia ſuccedit, ad quantulamcunque gloriam exurgit invidia, quæſito impedimento creſcendi, ad quemcunque eventum. Hinc conſilia, tam infirmis fundamentis innixa, citius corruunt, quàm ædificia arenæ impoſita: cum ipſum bellum ex naturâ ſuâ inconſtantiæ adeò ſubjiciatur, ut ex principio nihil certi poſſit ſumi.

Man-

Mandatum ſequius intellectum, aut præſtitum, inſtitutum temporis alieni, temeritas præceps, unicum denique verbum aliquando exercitum in confuſionem dabit. Sic judicio per eventum, quod plerumque fit, capto, author expeditionis culpam feret. Deus etiam juſtitiam armorum plerumque fovet, unde benevolentia, teſte Belliſario, ſine juſtitia nihili eſt; adeò ut cauſa legitima deſtitutus, quodvis infortunium ante & ignominiam expectet.

Quin etiam periculum ſubit afflictionis, ſi tranſeat provincias, in quas bellum meditatur: nimiam enim imprudentiam proderet princeps, niſi attineret, ad luendam temeritatem. Evadat etiam malum, contempto tamen munere fungitur, quod plerumque & ſumptus & turbas patriæ conciliat. Equidem ſemper magni feci *Phocionis* dictum apud Plutarchum, ad Leoſthenem, Athenienſibus bellum Lamiacum poſt Alexandri fata operosè ſuadentem: Oratio tua cupreſſum ſpatioſam altamque ſed ſterilem refert; proponis enim populo inſignes victorias, & maxima commoda, nullo certo reipublicæ fructu, cum ſolum vægrandes poſtulet ſumptus, & inconſtantia detrimentoque ſcateat.

Animadverſum ingenia turbulenta, vicinos ex privatis commodis, ſine legitima cauſa, in bellum præcipitantia, nihil præter vituperium infortuniumque retuliſſe. Exemplo fuerit Comes San Paulinus, ad turbas factus, cujus gloria infumum abiit, ut tandem, ob impoſturas Ludovico XI. factas, extremum ſupplicium ſubierit. Sic Savanarola beatus habebatur apud Florentinos, niſi ingenium ſeditioſum adverſus familiam Medicæ & eorum exercuiſſet, civesque ad arma ſermonibus concitaſſet: hinc opprobrio gloriam obfuſcavit, unde mihi pronum credere, iſtiuſmodi mandatorum pertinacem, ad majus non poſſe aſpirare decus.

CAPUT IX.

Turbulenti quidam Baſtiliæ mandantur.

UTi exterorum conſilia erant metuenda, ita non parum timoris ex complurium Magnatum, quos de Rupellæ obſidione ſuſpicio inceſſerat, naſcebatur. Plurimi illorum videbant, ſibi vitam ad leges exactæ obedientiæ inſtituendam, ſecundum Rupellam, quæ Religionariorum factionem trahebat, ſubactam; nullo penſo ad authoritatem regiam liberius vexandam liberalitatem flagellandam. Unde & illi trepidabant, ne rex ſuperior evaderet.

Ipſis ſemper creditum regiam authoritatem in ſuum detrimentum creſcere: hinc Gallicani eâdem opinione tincti, non ignorabant, Religionariorum factione ſublata, obſequii partes ſibi relictas. Unde turbulentioribus ſermones quidam, rebellionis indices, nullo licet firmato conſilio. Rex autem à quibusdam antiquatæ aulæ edoctus, quid Rupellam Caroli IX. manibus eripuerit obſeſſam, voluntatem nimirum Magnatum plerorumque languidam, quod Monlucius tum recognoſcebat, & ſcriptis inſeruit; ſtatuit neceſſaria quævis adhibere iſti malo præveniendo: neque parum referebat, iſtanc factionem, inherbâ opprimi, quòd Religionarios Exterosque muniens, regia arma alienis negotiis eluſiſſet.

Remedium verò ſapientiſſimum placuit, ad Baſtiliam mittere turbulentiores, qui leges obedientiæ ſermonibus ſuis violabant; omnibus rebus neceſſariis abundantes ex mandato regis, ut à malo patrando ſaltem abſtinerentur, Primi deſcendebant Marchiones Rouliatus, Bonnivetus, Monpinſius, & Ous; eos ſecuti Fancanus Milleterius, cum aliis minoris notæ. Hinc ſatis beati eo caſu exempti, cùm regem factionum impatientem, ſibi obſequium neceſſarium viderent, eodem certiſſimo domicilio, niſi ſuſpiciones caverent ex vitæ inſtituto. Sic metus & reverentia quietem pepeгêre, rege ad inſtitutum expedito.

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

REgis eſt, non minus turbulenta ingenia ſcire, quàm miniſteriis apta, ex certis utrinque indiciis. Maximè cavebit animos acres prudentia deſtitutos ad malum propenſos, quod plerumque malitiæ, ambitioni, novis rebus, turbisque quibusvis ſtudeant. Probus talem nobis Alcibiadem videtur exhibere, cùm æquè clarum vitiis, ac virtutibus dicit; Hannibalem T. Livius eidem ordini adjungit, qui poſt virtutes egregias ipſius recenſitas ait, vitia fuiſſe paria.

Suſpectos etiam habebit, ob quodvis honoris auctarium abjecta quævis ſuſcipientes, quod Cæſari apud Dionem familiare: nam dignitatem ſuam projiciebat in prenſandis viliſſimis, quos potentiæ augendæ idoneos cenſeret. Idem ſuperiori ſeculo in Guiſio obſervatum, Blæſiæ occiſo, cùm ad Coronam Galliæ graſſaretur. Idem periculum à Magnatibus ad egeſtatem prolapſis, adminiſtrationisve expertibus. Tacitus enim in vita Othonis refert, viros fortes nihil gravius ferre, quàm egeſtatem: hinc legimus, eandem Syllæ ad ardua ſtimulos addidiſſe; Cneumque Piſonem ad factionem maximè deſcendiſſe, quod extrema neceſſitate ad indigna natalibus propelleretur.

Neque minus obſervabit occaſionibus ſeſe dantibus accommodos Vertumnos, quibus pronum, leonem in agnum viciſſimque agnum in leonem traducere, ut quovis vento accommodè navigent, omnibus faciles ad auxilia prompta. Eâdem nota fuerint, qui ſpeciem negotiorum privatorum itineribus ſecretis circumdant, cauſa nulla apparente; etiam qui turbulentos frequentant, rerum præſentium tædium produnt, ære alieno oppreſſi, & in facultatibus afflicti.

In promptu forent exempla, quantum iſtiuſmodi viri ſint obſervandi, niſi compendium prævaleret! dicam tamen, prudentiam æquè ac juſtitiam adigere, ut cuſtodiæ mancipentur, ad primum turbarum indicium, morâ ſemper arctius impediente animos, cùm maturior ſecuritas pietatem aliquam præferat, ad gravius ſupplicium ex majori crimine cavendum. Ambitio, avaritia, vindicta, & egeſtas, imprudentem turbulentumque animum nunquam

revo-

Digitized by Google

revocant, nunquam in curſu turbarum, niſi per vim & neceſſitatem, ſiſtunt.

Licet etiam ſponte ad officium redire poſſet, minus tamen incommodi ex ejus cuſtodia, quam ex inconſulta lenitate, ad majorem facultatem nocendi, exurget.

CAPUT X.

Litigium inter Eſpernonium & Parlamentum Burdegalenſe per Cardinalis ſapientiam componitur.

EOdem tempore metuebatur, ne irritamentum, quod ab anno integro inter Eſpernonium, Aquitaniæ Gubernatorem, & Parlamentum Burdegalenſe gliſcebat, conſilia regis impediret, cùm magni referret, arma & juſtitiam conjungi, ad rebellionem naſcentem, populorumque obſequium. Cardinalis regi ſumma rei explicata, conſulit Leonem ex Senatu intimo Burdegalam mitteret, qui tentaret reconciliationem ad rerum præſentium uſum.

Litigio occaſionem dederat Eſpernonius, quod Edictum pacis Religionariis à rege indultum, per Iuratos urbis promulgaſſet, antequam in Parlamento eſſet relatum: quod ob eam cauſam principem juratorum Minuellum exauctorabat, mille quingentis libris mulctæ loco, irrogatis, cæteris in Curiam ad erroris opprobrium convocatis. Eſpernonius propoſiti pertinax executionem iſtius ſententiæ publicæ inhibet, Minuello ad muneris functionem confirmato, ex colore quodam, Edictum promulgandi. Parlamentum viciſſim id mandatum damnat, regiæ authoritati, cujus cuſtodiam ageret, noxium.

Eſpernonius ſolius regis voluntati cedere ſuetus, executionem iſtius ſententiæ iteratò inhibet, nec tertia vice flectitur, quin Minuello munus aſſereret, cæteroſque Iuratos à promulgatione Edicti, quam Parlamentum inſtituerat, abſtineret. Hinc tantus rancor, ut Parlamentū functiones ſolitas in jure dicundo ſuſpenderet, nunquā tamen neglectis, quæ regem ſpectabant. Hinc multus per Aquitaniā rumor, unde Religionariis ad arma convolantibus, tur-

bulenti ſuis rebus poſſent conſulere, cum plerumque ex lubitu vivatur, magiſtratu in privatis occupato.

Ex ea ratione mittitur Leon Burdegalam, ut Ducem ad ſatisfaciendum deduceret, concordiâ ad bonum publicum ſtabilienda. Is Parlamentum reperit ad grandem erroris ſatisfactionem firmatum, ſed à Duce id ſolum impetrat, ut ingreſſus in Curiam honorem & reverentiam conteſtaretur. Cùm verò Parlamentum ampliora requireret, dilata eſt concordia, uſque ad Anglorum excenſionem in Reæ inſulam, ſingulis ad obſequium regis properantibus ne Aquitaniam invaderent. Tunc enim Cardinalis Surdiſius, Burdegalæ Archiepiſcopus interceſſit, Parlamento perſuaſo, ad Ducis ſatisfactionem illam; ſic ille ingreſſus Curiam, verbis ampliſſimis honorem & reverentiam teſtatur; tantundem auferens, nulla mentione præteritorum: quemadmodum tempeſtas fuit adjutata.

Politica reminiſcentia.

Nihil periculi rebus regiis adferunt Parlamentorum & Gubernatorum litigia, ut ex diviſione reciprocam conſtituant adverſariam, remedio expedito, obſequio accurato: hinc æquilibrium rerum, ad navigii onera exæquata. Nam per concordiam perpetuam, viget cujusq; arbitrium, ſine obſtaculo. Principisque ſcitu, ad populorum oppreſſionem. Hinc Cato ad eos, qui Pompeii & Cæſaris diſcordiæ imputabant reipublicæ caſum, ajebat, contribuiſſe quidem ad confuſionem illam, in amicitia vero priore unicam latere cauſam, nam ex concordia illa Cæſar incrementum ſumpſit; quam ubi fata conjugum Pompeji & Craſſi, quibus cæmentabatur, diremiſſent, grandes de republica adminiſtranda inter eos lites oriebantur, cùm Cæſar majorem Pompejo authoritatem negaret, Pompejus parem non ferret. Senatus verò animadvertens, plurimos Romæ magiſtratus officium ſegnius facere, rebus ſine gubernaculo ruentibus, Pompejum ſolum dixit Conſulem cum ſumma poteſtate, ut Magiſtratuum authoritatem ad æqua reduceret, erroribus ipſorum corrigendis.

Prudentiſſimè Seneca Magiſtratuum diſcordiam comparat

Digitized by Google

parat lapidibus concameratis, qui concavum ita ſervant firmantque, ut cujus oneri fortius renitatur convexum, rupturâ ſi uno conſtaret lapide certisſima. Utilisſimæ enim æmulatiunculæ ad errores propalandos, examen accuratius, obſequium commune. Non tamen minus optanda Parlamentorum cum Gubernatoribus conſpiratio in regis emolumentum; aut de adminiſtratione perfecta provinciæ dubitandum, ſed adeo fuerit extra illorum facultatem, id temperantiæ utrinque diutius conſiſtere, quòd in humorum, ex quibus corpus hominis conflatur, commixtione expedit commodum potius elici, quam ad æquisſimæ diſpoſitionis diuturnitatem anxiè laborare.

Summum eſt, ut Princeps Parlamento nimiam authoritatem uſurpanti, Gubernatoris objiciat potentiam; ipſum verò eâdem abutentem, authoritate Parlamenti coërceat. Quomodo, ſi Tacito fides plebs Romana Equitum potentiæ obnixa libertatem diu ſervavit. Videndum tamen, ne disſidia erumpant in nervum, cùm ex Parlamentorum Gubernatorumque extremâ obſtinatione plerunque caſus fluant ſtupendi. Calor, aut alia quævis corporis humani qualitas prædominans, mortem, aut morbum vehementisſimum attrahit, neq; dubium, litigia iſtiusmodi famæ tradita, ſive regnum, ſive rempublicam tangant, exitium minari, aut confuſionem inducere. Sic disſidia inter populum & Senatum Romanum ſumma invexêre mala: ſævisſimis tragædiis ad disſidia Syllæ & Marii, adeoque Pompeii & Cæſaris exortis, cum in partes iretur, expeditis armis, quæ libertate populi calcata in gravem ſervitutem ſub Imperatoria poteſtate deſiêre.

CAPUT XI.

Rex Lutetiâ ad Rupellam properans, ipſo die diſceſſus Villaregiæ decumbit.

REbus iſtis rempublicam fatigantibus, regem non latebant Anglorum apparatus ad Galliam invadendam

Digitized by Google

quod felix induſtria Cardinali cælitus collata ad Extero-rum penetralia ſcrutanda, inſtituti notitiam præberet. Rex igitur certior, de velis explicandis, Lutetia diſcedit, ut ad Rupellam ocyus delatus militis animum, cui nihil in auſum ſub oculis Principis, firmaret præſens.

Deus autem, conſiliorum humanorum arbiter, deſiderio regis hic deeſt, immiſſo per primum itineris diem morbo, qui eum nolentem Villaregiæ detineret, aſſultu adeo violento, ut de ſalute ambigeretur. Medici igitur, ubi viſum curis febrem augeri, ſuadent incuriam, mole rerum in vigilantiam reginæ matris atque Cardinalis exonerata, per ſecundum experimentum. Ipſa tamen eo animi mærore vix quicquam agitabat, adeo ut in Cardinalem omnia decumberent: non quod minus potentiæ in ipſum exerceret dolor, quàm in reginam matrem, ſed quod magnis geniis clavus etiam ſæviente tempeſtate nunquam ponitur.

Is igitur omnia ad impetum Anglorum, Rupellanorumque rebellionem retundendum neceſſaria curat, ut Cælum videretur, ad majorem ipſius gloriam, negotium ſepoſuiſſe, quod à longo tempore ſummum, tranquillitatem publicam, gloriamque regis ſingularem concerneret: hinc totus in eo erat induſtria ad miraculum contendente per viam inde expeditiorem, quòd rex molem rerum agendarum minuiſſet, ut valetudo miniſterio continuo ſufficeret, parte illa curarum, quæ gloriam regis, & adminiſtrationem reipublicæ complecteretur, commiſſa. Modeſtiæ erat mirandæ, paucisque mortalium notæ, quod regem edoceret, Cuſtodia ſigillorum Mariliaco tradita, viro utique induſtrio, fervido, & ſatis prudenti, juſtitiæ optimè conſultum; quemadmodum ærarii cura ſumma Effiato rectiſſimè eſſet credita, quo integrum ſibi eſſet univerſam curam reipublicæ, & quicquid regi luberet, impendere. Minimè conſultum ſibi videri, utileve Galliæ, aut cuicunque imperio, ſi uni homini omnium quorumcunque negotiorum moles advolueretur, cùm partem animi ad juſtitiam & ærarium conferens, minus adferat ad adminiſtrationem reipublicæ, quæ tamen per Galliam virum poſtulet integrum.

Rex judicio æque ac modeſtia collaudata, quod à complurium Miniſtrorum ambitione diſtaret, qui nunquam quieti, niſi omnia corripiant, nullum operæ pretium faciunt,

Digitized by Google

unt, eo libentius precibus iſtis detulit, quod ad valetudinem conducerent, quæ moli tantæ impar indies evadebat, tametſi genium Orbi terrarum regendo aptum ſciret. Hinc ipſi una ſumma cura reipublicæ, cæteris negotiis in Miniſtros rejectis.

Politica reminiſcentia.

SUmmus miniſter, imperii rectè adminiſtrandi mole expenſa, nunquam omnia curat, ne temeritatis vituperium ferat, confuſione rerum, adeoque odio ſpontaneo ſequente. Eſt enim quicunque hominis genius fluviorum ſimilis, qui in rivos deducti, lentius debiliusq; repunt, adeo ut mente ad quævis genera negotiorum diſtracta, maxima rerum momenta minus valide, in reipublicæ inſigne detrimentum peragantur. Sic ſtomachus, ex delitiarum irritamento ſuffarcinatus, maximam nutrimenti partem in vitioſos vertit humores, uti animus ad ſingulorum diſpoſitionem attentus, omnia relinquit indiſpoſita. Hinc Plutarchus, de regno adminiſtrando ait, Principi animum in manum eſſe intendendum; ut Miniſtros complures ad rationem digitorum negotiis adhibeat.

Aliis tamen argumentis haud opus ad axioma iſtud, præter notitiam adminiſtrandi, ut maximè, juſtitiæ cultum & ærarii prudentiam prætereamus. Summus enim Miniſter vigili oculo perluſtrat omnia, cum negotia, tum ingenia Galliæ, Principes finitimos aut fæderatos, eorumque miniſtros ut quantum poteſt, conſilia penetret, quibus nocituris prudentiam aut vim opponat. Tenetur etiam omnem induſtriam contendere in Pontificis, Imperatoris, Hiſpani, Sabaudi, cæterorumque per viciniam Principum inſtituta. Diligenter ingeniorum propenſiones, ægritudines, exercitia, conſilia, & quicquid adminiſtrationem imperii contingit, omni tempore expiſcatur. Ubi ardua meditantur, obſtat, fæderatos laborantes tuetur, ut regni propugnacula.

In viſceribus regni ſatis occupatur à rege, ut benevolentiam ſibi conſervet, ſuſpiciones malevolorum diſſipet conſilia æquè grata & utilia ſuggerat. Secundum hæc Principes agnati amplum præbent exercitium, ut contineantur à turbādâ republica, quacunq; ſatisfactione deliniti, cū plu-

Digitized by Google

rimum reipublicæ ſors ab ipſis pendeat. Tandem etiam Clerus moderatè habendus, ne ex contemptu ejus religionis faſtidium, ſuboriatur, aut ex reverentia faſtum conciliat, ad abuſum poteſtatis ſpiritualis; regiæque authoritatis detrimentum. Neque vero exigui negotii eſt, ſummos regni miniſtros, provinciarum & munimentorum gubernatores, Magnatesq; omnes in officio continuiſſe. Hinc neceſſum habet, omnia alicujus momenti negotia, eorum conſilia, tricas, commoda, ingenia & inclinationes, exactè diſcere, ut mandata ad illorum diſpoſitionem, publicumq; commodum accommodet, turbis divertendis.

Commercia etiam cura complectitur, ut hanc opulentiæ ſcaturiginem reipublicæ conſervet. Plebs ipſi non negligitur, ut officium erga principem & patriam colat. Plurimum verò temporis neceſſitas belli rapit, ut ſumma mandata expediat, hoſpitia militiæ, ductum copiarum, prælia fortiſſima, annonam; adeoque diſciplinam militarem deſcribat. Longiore ad iſtæc compendia opus ſermone, quam ratio inſtituti fert: facilè tamen hinc judices, vix unum genium omnium functionum capacem, ut ſummus Miniſter, juſtitiæ & ærarii curâ depoſitâ, hic ſatis inveniat operæ.

CAPUT XII.

Claſſis Angliæ ad Reæ inſulam accedit.

ÆGrotante rege, exercitus navalis Angliæ, duce Bukinkamo, ad arenas Olonnæ, claſſe octodecim aut viginti navium, viceſimo octavo Julii circiter horam ſextam matutinam apparet. Creditum primò, Dunkerkianos Hollandis in littore hærentibus inſidias aut vim parare; ſed ubi paulatim ad Reæ inſulam, numero navium aucto, Hollandis quietis, curſus deflectitur, facilè ſuſpicio de exercitu Anglorum tenuit, quam claſſis diſpoſita ad Britanniæ Armoriacæ ſinum, in promontorio Arſæ firmabat.

Accedunt ad Preæ munimentum, Inſulæ Reæ impoſitū in quod per eum diem innumeros globos tormentorum jacu-

Digitized by Google

jaculantur, continuato impetu ad maris refluxum veſpertinum poſtridie, donec naves ad apicem Sablanſovii colligerentur, ad ictum fiſtulæ ſclopetariæ à terra remotæ, quibusdam etiam ad ictum fiſtulæ manualis accedentibus ut Thoraſius, munimenti Sanmartiniani in eadem inſula cuſtos cenſeret, illic excenſionem auſuros promovet ergò omnem militem, ut arceat, ictibus in cymbas dirigendis.

Cùm autem Anglorum excenſio bis mille tormentis indeſinenter tonantibus, protegeretur, decies mille interram exponunt. Thoraſius tamen, quamvis tantum ducentos equites, & octingentos pedites duceret, ut regis gloriam vi oppoſita vindicaret, aggrediendos cenſet, contempto tormentorum fulmine per litus, ſpe fretus divini favoris in defenſione juſtiſſima virtuteque ad ipſam fortunam flectendam. Equitem in ſeptem turmas diſponit, quarum quinque impetu in hoſtem ſimul feruntur, ad Anglorum aciem turbandam, ſuccedebant cohortes, duabus reliquis turmis ad prompta auxilia attentis.

Signo pugnæ dato, proceditur paſſu ſolito, qui tamen ob tormentorum ictus ſtatim corripiebatur, nullo fructu, cum plurimi diſſiparentur, aliis occiſis, aliis vulneratis, aliis dejectis, antequam hoſtis copiam adipiſcerentur. Qui verò ordines ſervarant, ob firmatis animis Anglorum aciem perrupêre nullo reliquò fortitudinis conatu. Stupebant Angli, Gallos per medias flammas, ictusque tormentorũ graſſari, ut alii ordines desererent, alii ad naves relaberentur natatu. Cùm autem nemo inſtaret, Gallis ad prælium non diſpoſitis ordines reſtituunt, equites repulſant, antequam pedites accedere potuiſſent.

Illi tamen etiam ſpem ſuperabant, donec ob tormentorum violentiam viſum eſſet pedem retrahere occaſione rectius pugnandi dilata. Roſtainclerus, frater Thoraſii, Baro Chantalii, Navalius, aliique complures nobiles, & velites, præter quinquaginta gregarios oppetiêre, pleriſq; ducum ſauciis. Anglis par damnum, quindecim ſummis ducibus occiſis, præter plurimos ſecundarios & anteſignanos. Periit ipſis & vexillum, gregariis, poſt recenſionem quingentis, & amplius deſideratis. Unde nullus ipſis animus progrediendi, triduo ad muniendum littus inſumpto,

Q 5 donec

donec ex navigiorum tutela, ad nuncium, de Gallorum inſtituto, de campis deſerendis, & tantum munimento Sanmartiniano tuendo, certiores proreperent.

Politica reminiſcentia.

DIfficillimum arbitror, exercitum navalem ab inſula, quæ excenſioni undiquaq; patet, munimentis deſtituta arcere; cum ſolæ noctis tenebræ faveant, & tormenta cuſtodias quaſcuuque dimoveant. Hinc Machiavellus cæterique Politicorum principes memorant, rarius hoſtem ab anguſtiis arceri, niſi valido caſtello; potenti maximè exercitu inſtructum. Sic Franciſcus I. Italiam bello petens Hiſpanos offendit in adverſa ripâ Beuchambiæ, tranſitum nimia potentia impedituros; qui tamen, viſo Guiſio, duce cum haſtili in aquas proruente ad ciendam pugnam, vadi cuſtodiam deſervere. Sic Philippus Valeſius, Godemari Favo, cuſtodiam Sommæ fluvii ad Blancataquam commiſerat, cum præſidio mille cataphractorum, præter ſagittarios Genuenſes, & ſexies mille peditum, perrupit tamen intra ſex horas, refluxu maris adjutus, univerſus Anglorum exercitus.

Expeditum, alia exempla referre; ſed præſtat ſuggerere omnium ſapientiſſimum conſilium, hoſte anguſtiis perrumpendis inhiante, ut id commodum plurimo ſanguine acquiratur per fervidam defenſionem, cùm rationem primi impetus ea plerumque trahat: nam ſtupet hoſtis ad numerum cadaverum, vimque oppoſitam difficultas victoriæ obtinendæ minus cordatos eneruat, unde plurimi ſatius duxere pedem referre, quam alterum occiſionis ſubire periculum. Hic crudelitati locus interrorem hoſtium, ad animos frangendos, formidinem ſpargendam, cùm multis trepidatio gradum fecerit ad deſperationem victoriæ, exacto judicio ab anguſtiarum tuitione ad munimenti acerrimam defenſionem.

CAPUT

CAPUT XIII.

Obſidio Rupellæ è longinquo.

Anglorum appulſus celerrimè ad aulam nunciatur; cavit tamen prudentiſsimè Cardinalis, ne ad regis per tingeret aures de incremento febris ſollicitus, genio ipſius admirando ad rationem hoſtis depellendi mirè allaborante. Jam rex, de procinctu Anglorum certior, advocarat aliquot legiones, equitumque turmas, diſtributa etiam poteſtate ſcribendi militis, qui in agrum Pictavienſem colligeretur, occaſionibus adhibendus.

Enculiſmenſi delatum erat ſummum militiæ imperium, qui ſub ipſum adventum Brovagæ & Inſulæ Olerani proſpexerat, magna fiducia quod Ream ſpectabat, in virtutem ſidemque Thoraſii collocata. Convexerat in munimentum Luiſianum annonam, ad Anglos ſuſtinendos, ſi quid auderent, ſtrategemate uſus, ut eos in Reæ inſulâ contineret, ne terram firmam calcarent. Nam in provinciam ingreſſus, hoſpitiorum magiſtros quaquaverſum in oppida & pagos mittebat, ad exercitum quindecim aut viginti millium recipiendum, cum copiæ præſentes vix mediam partem æquarent.

Rupellani id creditum renunciant Anglis, qui tantis copiis impares, Ream occupant. Etiam ſcrupuloſe ſervato ordine, quem Cardinalis preſcripſerat, Rupellanos nullo mòdo irritabat, ne ex illius inſtituto ullam obſidionis ſuſpicionem caperent: cum ſciret author conſiliorum, populos ad extrema ferri ex metu ſeveri ſupplicii; Rupellanos inprimis, qui Anglos libertatis cauſa aſſerendæ accerſiviſſent, nunquam Anglis parituros, niſi metu obſidionis compellerentur; unde eum penitus tollendum cenſuit. Hinc Enculiſmenſi recipiuntur Deputati benevolētiſsimè ut per ſuaderet, id unicum regis deſiderium, ut illi immunitatibus gauderent, modò dignos ſeſe redderent per vitæ inſtitutū permiſit etiam meſſem, conſultius cenſens, hanc annonam indul-

indulgere, qua obſidio non multum produci poſſet, quàm propalato regis conſilio occaſionem in Anglorum partes tranſeundi præbere. Summam hic animadvertas prudentiam, quæ tamen Anglos ex Reâ non dejiciebat, nec eâ penitus ſubacta, à terra firma abſtinebat.

Hinc Cardinalis, ſuſceptà per auſpicia regis & reginæ matris ea cura rationes longe potentiores producere inſtituebat ad felicem ſucceſſum, ut credi poſſet, regem efficere, ſuperioribus regibus nequidem cogitata. Sic maturantur delectus, contrahuntur navigia, ne Reæ Angli ſubvenirent, neve in Canalem, quocunq; molimine penetrarent.

Prima cura erat, commerciorum maritimorum inhibitio edictalis; eodem tempore navigiis ad bellum ubique portuum reparatis, inque viciniam Rupellæ contractis. Ad portum gratiæ, & Diepam mittebat argentum, ut præparatæ naves accederent: Olorone, Bovaga & Aquitania annonam & apparatum belli ſubmittentibus. Abbati Marſiliaco in mandatis dabat, ut ex litore Olonnæ nautas contraheret, Beaumontio, ſummo Magiſtro aulæ Thoraſii intimo, ut quacunque induſtria in munimentum Reæ aliquid annonæ inferret.

Touredes ad fanum Machlovii abit ut tria grandiora navigia inſtrueret; Beauleuius, Courfelles & Cantelupus centuriones maritimi per Olonnam, jubentur annonam itidem invehere. Beauleuius Perſacus meditabatur aliquot Anglorum navibus incendium, & viam in munimentum Sanmartinianum penetrandi, ſed in executione defecit. Riverius, poſtmodum Grammateus, per littus illud colligebat cymbas remigio utentes.

Maniacus Eſpernonium, aliaque Garumnæ oppida excurrebat, ad onerarias, lembas celoces, & quaſcunque minores naves colligendas. Curſor in Hollandiam ad Curatorem Guttium, regiarum navium præfectum properat, ut continuò vela faceret; eodemque tempore, ubi reſcitum, Hollandos ad Anglorum ſubſidia enixè ſollicitari, redintegrationem fœderis per Oratorem regis conciliat; expedito per argentum præſens negotio, ubi articuli ſignantur, & inter cætera conventum, ut regi ſuppetias ferrent ſuis navibus, ad neceſſitatem.

Sum-

Digitized by Google

Summus iſte Miniſter prudentia admiranda conſilium illius Priſci ſequebatur, duobus hoſtibus ingruentibus, alterum conciliandum, ut cum altero dimices expeditius. Nemauſenſis Epiſcopi etiam utebatur opera, atque Deplani, quorum ille Thoraſii frater, hic familiarium princeps, ut ſuppetias maturarent, diverſa promiſſa decem millia aureorum ferebant ex ærario, annonam ſi quis obſeſſis advexiſſet.

Dicam compendio, à menſe Julio, uſque ad finem Augusti curſores cujuscunque notæ fatigaſſe itinera diverſa ad auxilia promovenda quæ, uti inferius referemus, tandem pervenere, & Citadellam Reæ, ad Anglorum ignominiam, regis verò gloriam immortalem, obtinuere.

Politica Reminiſcentia.

Prudentia clypei inſtar, quoſvis ſiniſtros caſus à republica avertit: ipſa oculi vicem præſtat Miniſtro, quicquid ex uſu ſit repræſentans; quemadmodum fortitudo eſt manus executionis abſque ea, cæco impotentior foret, ut ex vi, quam hoſtibus reipublicæ objiceret, præter confuſionem nihil ſpei procedat. Hinc omnia favove ſuo facit prona Antiquitas ſanè ſapientem ſuæ fortunæ dominū ferebat, quod exiſtimaret iſtanc Deam cæcam, nihil adeò moleſtum inferre, quin legibus virtutis ſubmittat, aut conſilio, viri ſapientis diverti nequeat. Pluthàrcus in vita Fabii refert, Deum mortalibus felicitatem immittere, ad menſuram Virtutis & Prudentiæ, quibus vitæ inſtitutum deberent.

Exemplum tamen Antonini Pii Imperatoris apprime faciet ad iſtanc materiam illuſtrandam. Is tanto beneficio fortunæ benignioris in omnibus negotiis gaudebat, ut diceretur nulla unquam pænitentia cujuſcunq; ſuſceptæ rei tactus fuiſſe, cùm omnia ex voto & ſecundum cogitata ſuccederent. Senator igitur quidam Romanus libertatem quærendi nactus, poſtquam ſummam inſtituti admirationem eſſet teſtatus, Quem ordinem rebus accomodaret; rogat, ad tam optatos ſucceſſus; nihil, reſpondebat ille mihi eſt myſterii, niſi inſtituti exacta ratio, ad diſpiciendos quantum poſſum, quoſcunq; caſus, ut remediis convenientibus præveniam: nihil curæ, prudentiæve, ad eventum deſtinatum neceſſariæ omitto, executione non niſi peritis demandata. Is de-

Is demum prudentiæ eſt ordo, adeo ut nihil certius iſtanc virtutem, ſicut lumen ſolis homini viam clarè oſtendit, ut ad locum deſtinatum perveniat, deviis relictis, ſi cui eminentior obtigerit, in mentem Miniſtri tantum ſplendorem effundere, ut rationes optata conſequendi doceat, mediis non aberrantibus ad manus congeſtis.

Hæc motus dirigit, conſilia diſponit, animi propenſiones frænat, ſapientiam ordinat, mandata trutinat; vitæ inſtitutum componit, & quicquid conſiliis obſtare poſſet, digito exerto oſtendit: quemadmodum eadem docet, nihil unquam ſupra vires audendum, & qua ratione, quod noſtræ facultatis eſt, ad certitudinem immotam deducatur. Itaque dixeris recte, per hanc Deum mortalibus viam ad proſperitatem ſternere.

CAPUT XIV.

Buckinkamus Citadellam munimenti Sanmartiniani aggreditur.

QUemadmodum ſolus Deus momento agit, ita auxilia tardius in Reæ inſulam ſunt trajecta, unde Angli quod non impeterentur, munimentis per litus liberè excitatis, nemine impediente, Citadellam munimenti Sanmartiniani obſidendam ſumpsêre.

Bukinkamus ſpem ejus ſuperandæ adeo facilem conceperat, ut ad regem magnæ Britanniæ perſcriberet, ſeſe intra octiduum ibi ſigna Angliæ fixurum. unde Edictum, quo ſubditi invitabantur, ad Reæ inſulam incolendam indultis magnis immunitatibus, certo inſtituto, de Gallis penitus exigendis. Eam ſpem Bukinkamo fecerant egregiæ copiæ in inſula, & exiguum Citadellæ præſidium: confirmabant, architecti militares, qui tot ſtructuras promittebant ut regi nullus ad auxilia introducenda trames ſuperforet.

In eum finem foſſas ducebat verſus Citadellam, ſexto poſtquam adveniſſet die, ſeptimo juſſerat ſex tormenta ex ſuggeſtu in portum Sanmartinianum tonare, ubi fulminationes cum diluculo adeo proſpere proceſsêre, ut in molendini

dina corrivatæ, ruinam ferè incuſſiſſent: obſeſſi tamen eo fortunæ favore & promptitudine aggerem opponebant, ut ictibus ſubducta ſervarentur: tormentis in Anglos adeo dextre diſploſis, ut tormenta hoſtilia everterent, uſu fulminandi privata.

Id vero Anglos malè habebat, ut poſtridie alios ſuggeſtus ex vindictæ deſiderio excitarent, foſſis etiam circa Citadellam, & alia loca, ad acceſſum protractis. Hinc Thoraſius, qui nunquam viderat hoſtem ſine occurſu appropinquantem, diverſas ducebat, ut circa adverſos tumulos hoſtem quæreret, Anglis ne tantillum à labore ceſſantibus quin cordatiſſime erumperet,

Primis verò diebus cautiſſimè agebat, ut portum ſervaret, recipiendis auxiliis liberum, deductis utrinque à munimento foſſis ad littus uſque, quas non minori ſtudio quam Citadellam cuſtodiebat. Hac enim auxilia ſubire, quæ ſalutem ferrent, neque enim undiquaque cingebatur primitus, quin cum incolis Inſulæ, quibus ſacra Romana placebant, neceſſaria reciprocaret: ji non parvo numero Citadellæ pro facultatibus annonam inferebant, quos Bukinkamus re intellecta, navibus impoſitos omnes tranſtulit ut omne auxilium Citadellæ à terra firma inde eſſet expectandum.

Angli tamen ultra menſem otioſi hæſitabant, nihil in munimentum auſi: donec ex faſtidio moræ ad Lunatum opus non valde perfectum, foſſas producerent: per noctem impetu facto, vallum ſuperat, ſed Halibardis dejiciuntur magno ſuo malo, ut centum quinquaginta occiſos relinquerent, cum pedem referrent, quatuor tantum gregariis apud obſeſſos deſideratis. Hinc irritatiores, impetum eodem loci iterant, ſed eandem fortunā experti, repulſantur.

Montantus, Pratonus, Montrander, Cæſacus, & San Preulius impetum ſumma virtute fregerant, Franciſco Beaulevio alicujus notæ cadente. Summum verò ab Anglis incommodum id accedebat obſeſſis, quod puteos ad Lunatum opus veneno corrupiſſent, quorum uſu difficulter carebant obſeſſi. Hinc per quietem viſum, obſidionem ad famis neceſſitatem producere, ut extrema perpeſſi, deditionem ſponte facerent,

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

ANguſtiis amiſſis, conſultiſſimum, valido claudi munimento, ubi camporum uſus deſiit. Id Pericli promptum patria per Lacedæmonios vexata: nam etſi hoſtis univerſam Atticam incendiis fædaret, nunquam tamen ad dimicandum progreſſus, vires quaſcunque integras ſervare, quàm cum periculó atterere maluit.

Ad munimenti verò defenſionem quatuor potiſſimum requiruntur, dux, miles, vallum & annona. Dux ante omnia ſit fide in concuſſa, nullo auro peruius, qui invicto animo, metum ignoret, vigilantiam ſummam adverſus omnia inſolita colat; corpore laboribus compacto ad vigiliarum incommoda, & menſæ tenuitatem obfirmetur, aqud militis animum adeo potens, ut quocunque ducat obſequentem.

Militis delectus non minoris fuerit momenti, ne graviter peccetur in tyrone laboribus continuis bellique functionibus nondum aſſueto. Munimentum enim tantummodo veteranis credendum, quæ apud Romanos præſidiorum erat ratio; cùm iiſdem campeſtris militia minus conveniret. Fruſtra enim moliaris vallum niſi vigore & virtute militis valeat: unde recorderis, hinc ſæpiſſimè numeroſos exercitus fuiſſe fractos.

Non tamen Vallum negligere decet: quin imò, ubi deficit ad obſidionem ſuſtinendam, à cuſtode munimenti dies noctesque indefeſſo ſtudio reportetur; ut contra ſcalarum inopinas machinationes ſecuritatem præſtet Adverſus tormentorum violentiam, nihil opponere licet; gubernator tamen cratibus, vimineis doliis, faſcibus ligneis, ſaccis lanarum, & aliis ad terram hauriendam ſit inſtructus quo ruinas ſarciat.

Annona, defenſioniſque apparatus adeò ſunt neceſſaria militi, ut vita & pugna: unde gubernator de iis maturè providebit, ut obſidionem ad opportunum liberationis tempus extrahere poſſit. Nullum hic dimenſum, niſi ad proportionem loci, diuturniore obſidione copiam majorem exigente, dùm vis neceſſitatem præveniat. Quòd ſi neceſſaria comportare ſuperſederit gubernator, nihil faciet reliquum curæ & induſtriæ, ut medeatur neceſſitati ingruenti, ſi exitium vitare velit,

Ut

Ut autem facultatem, ad neceſſariorum uſum retineat, portus quantum fieri poteſt, anguſtias, in munimento maritimo cuſtodiat; in campeſtri verò, viciniæ ſubſidia. Sic Corbulo, quod Tacitus memorat, è Tiridate rege obſeſſus, ne in recipienda annona, quam Pontus & Trapezuntus ſuggerebant, impediretur, vicino monti munimentum impoſuit, cujus tutela neceſſitatem procul habuit, eluſis hoſtibus.

CAPUT XV.

Extrema patiuntur obſeſſi in inſulâ

ANglorum tamen inſtitutum obſeſſis in Citadella munimenti Sanmartiniani plurimum incommodi conciliabat. Ad principium obſidionis abundabant obſeſſi victu, butyro & vino, quæ tamen tot nobilibus ſpontaneis, tot famulis & præfectis, præter legionarios, Catholicorumque ex inſula huc confluentem turbam diſtributa, exiguo tempore minuebantur, plebe ad panis aquæque uſum redacta.

Summa ægritudo iſtæc animos vellicabat, quòd ſpatio ſex ſeptimanarum nihil certi ex terra firma intellexiſſent, omnibus navigiis ad nunciandum auxilia ampliſſima deſtinatis, per hoſtium vigilantiam interceptis excepto illo, quod tertiodecimo Auguſti aliquantulum annonæ pertulit; ut ſpes langueſceret. Augebat tumultuandi materiam Anglorum induſtria, quam ad inveniendis machinis, & maris uſum adimerent, auxilia ſubventura arcerent, exerebant.

Primum illorum opus, ſpecies munimenti, tribus aut quatuor carinis arctiſſimè compactis impoſitum quod octo vel decem tormenta veheret, ad evertenda per ſuperficiem maris navigia, tranſitum auſura: Alterum, malorum defixorum ſepes, in modum clauſtrorum, munimento objecta: Tertium, navigiorum per remulos & rudentes continuata ſeries, quam doliorum multitudo in-

ſerta ſuſtinebat, ad omnem acceſſum occupandum. Maris procellæ, ventorumque vehementia ludibrium ibi faciebant, pleriſque machinis demerſis, ut Angli cogerentur rudentes ſolvere, quo præſens ſuffocationis periculum à ventorum vi & maris æſtu evitarent: concludebantur nihil ominus obſeſſi, ut ne cymbam quidem in terram firmam transmittere, & inde neceſſaria quæque adipiſci, maximo ſuo incommodo, potuerint.

Interea non pauci præſidiarii, famis incommodorum pertæſi, elabendi, atque hoſtes tranſeundi occaſiones ſumebant, ut obſeſſorum neceſſitas jam divulgaretur. Hinc Bukinkamus, omnia in ſuam remvertere diligens ad Thoraſium ſcribit & virtute eximiè collaudata deditionem petit oblato honeſtiſſimo pacto, ut exitium evidens, quod obſtinatus animus victori imperaret, evaderet. Thoraſius autem, cui neceſſitas materiam laudis voluptatiſque præbebat, iſtis literis nihil motus. Reſpondet, neque deſperata auxilia, neque metum extremorum apud animum in defenſionem munimenti obfirmatum valere poſſe: delatam benevolentiam ſe magni facere, qua tamem ſemet indignum cenſeret, ſi ullam officii partem in hac occaſione, cujus exitus ſummum honorem traheret, prætermiſiſſet.

Ut tamen Anglorum impatientia deferveret, ex conſilio amicorum, voluntatem paciſcendi ſimulat, proponuntur utrinque capita, adeò dextrè, ut Anglus ſibi animum Thoraſii ad deditionem pronum perſuaderi pateretur, ille temporis lucrum ad auxilia ſperata quæreret. Nam Bukinkamus eam ſpem, ob machinas navesque magno numero ad munimentum excubantes, inanem cenſens, maluit ſine periculo famem obſeſſis adhibere, quam novos impetus, ex cæterorum damno infligere.

Thoraſius interea, neceſſitate induſtriam acuente, rationem invenit, tribus Vaſconibus in terram firmam natatu emittendis, ut regem de re præſenti redderent certiorem, auxilia accelerarent. Petrius, id enim nominis ferebat illorum unus, mari ſulcato, procellis obſtinato robori cedentibus, ad exercitum in agro Rupellano morantem pervenit, literas ad regem, quod receperat, Thoraſiique amicos tradit, Quæ regi inſcriptæ erant, celeri curſu Villa-

regiam

regiam deferuntur per Enculiſmenſem, cura auxiliorum, deſtinatorum creſcente, ubi omnes Thoraſii familiares, ut amicum ab extrema neceſsitate liberarent, regisq; gloriam promoverent, in auxilia maturanda incredibilem diligentiam impendebant.

Politica reminiſcentia.

SUmma obſidionis difficultas, nunciorum ad auxilia efflagitanda inopia ſolita, ex obſidentium accurata diligentia, quam acceſsibus obſtruendis, ne quid ad obſeſſos penetret, plerumque applicant. Nonnulli beneficium nocturnarum tenebrarum legunt: quod Gothis placuit, cùm à Belliſario in Ormum eſſent compacti, ut Vitiges de ſtatu rerum edoceretur. Magnum quidem ad portam aliquam oppidi excitarant tumultum, quaſi eruptionem in hoſtem auſuri. ut Belliſarius copias ad illum locum contraheret, locus autem emittendo nuncio lectus, minus bene cuſtodiretur: quod ſtrategema per prudentiam ſumptum, non rarò profuit.

Iidem, recenſente Procopio, id temporis aliam rationem iniêre, ad Vitigem de neceſsitatibus ſuis reddendum certiorem, corruptis multo auro extremis vigilibus: quod per bella civilia proniſsimum, militibus ex utroque exercitu familiaritatem colentibus. Quicquid autem certiſsimum de obſeſſorum nunciis reciprocandis fuerit, prudentiæ occaſionibus quibusvis intentæ relinquitur, omni induſtria ad executionem adhibita, cùm iſtæc ſcientia nullis axiomatibus comprehendatur, nullo præceptorum uſu doceatur, ſed ex naturæ ſagacitate fluat, experimento militiæ roboretur.

Addam duntaxat, per hiſtoriarum latiſsimos campos, ut digitum ſaltem intendam, innumera diverſorum mediorum exempla, quibus famoſiſsimi quiq; duces ſunt uſi, extare. Campani à Romanis obſeſsi hominẽ fugitivum quem ſimulabat, literas in Zonâ ad Carthaginenſes ferentem, mittebant. Hirtius Conſul ad Decium Brutum, ab Antonio Mutinæ concluſum, literas plumbo incluſas, natatorũ brachiis alligatas, deferebat. Idem columbas aliquamdiu abſq;

Digitized by Google

alimento in obſcuro tenebat; famelicas ad locum obſeſſum quam proximè, literis collo alligatis, emittebat, quæ domiciliis repetitis à Bruto aut capiebantur, aut ex literarum deſiderio, dejiciebantur.

Juſtinus refert, Harpagum, ut Cyrum de neceſſariis faceret certiorem, literas in ventrem leporis abdidiſſe, quem retibus involutum famulus per ſatellites regis Harbacti, venator creditus, detulerit. Alii aliis artibus, quarum diverſitas ingeniorum mira inventrix, uſi perhibentur. Summum fuerit, ne illæ literæ quotidiano charactere aut numeris uſitatis exarentur, cùm tempora Cæſaris tranſierint, qui Ciceroni nuntiaturus auxiliorum adventum, Græcè ſcripſiſſe ſatis habuit: nulla enim hodie Characterum aut numerorum ratio occulta.

Chinenſes aliquando imitandi, quorum characteres rem, non literam notant: nam characteribus ad numerum rerum multiplicatis, vix fieri poterit, ut literæ interceptæ intelligantur. Pingendi etiam characteres jure limonem aut cæparum, ad majorem ſecuritatem, per intercapedines ſcripturæ lineatis, quæ vulgaria loquatur, quòd eo jure ſcripta oculorum aciem fugiant, niſi madefacta, aut ad ignem admota. Poſſet etiam cuſtos munimenti ante obſidionem convenire cum mandatario, cujus commercio per literas indigeret, ut literæ tantum aliquot verba ſignificantia per ſingulas lineas ferrent, quæ tamen collecta ſententiam ad priores, poſterioreſque literas continerent, ut interceptæ nihil præter clariſſima eaque communia verba, præſeferant.

CAPUT XVI.

Inſula Reæ accipit auxilia.

CArdinali debebantur vindiciæ iſtius Inſulæ, ex cura ſumma, aut potius extrema. Expeditiſſimum rei medium placuit, ut à Bajonnâ quindecim navigia lata, Pina-

Digitized by Google

nacium nomine apud populares nota, adducerentur, ad vela & remigium valdè verſatilia, curſui aptiſſima, ſummis tempeſtatibus, aſſueta, quòd eximia prudentia ſuggereret, cum Angli eorum uſum ignorarent, tranſitum noctis beneficio, nemine advertente, proceſſurum.

Negotii diſpoſitio Grammontio mittitur, ut Chalar Centurio, ex Hiſpaniâ, quo juſſu regis navigaverat, reverſus, deſtinata exequeretur, aut per ipſius abſentiam, quivis alius virtutis probatæ. Pinaces igitur per ſummam diligentiam ſarciuntur, fiſtulis ignivomis haſtisque quantum potuit, inſtruuntur, ſingulis adduntur viceni nautæ cum omni apparatu neceſſario. Chalare abſente, Balinus, maritimorum Centurionum per eam regionem, peritiſſimus juxta & fortiſſimus, provinciam ſubit. Is Pinaces ad arenas Olonnæ ſub finem Auguſti admovet, quem Abbas Marſiliacus ſumma feſtivitate excipit: navigia ubi annona & bellico apparatu oneraſſet, temporis parciſſimus, centum viginti gregarios ex legione Champaniæ, præter quoſdam ſpontaneos aſſumit, prima occaſione vela facturus: donec quinto Septembris ad horam ſextam veſpertinam exiguæ claſſis dux procederet. Sub noctem ſentit, ſeſe exercitui hoſtili proximum: pandit igitur ampliſſima vela, ut jam latere non poſſet, in curſum volocisſimum, quem Anglorum naves non aſſequerentur.

Nihil hic ſiniſtri, præter aliquot velorum & malorum jacturam ex tormentorum fulminatione, pinacisque foramen. Hoc periculo defunctus Balinus, ad ſepem arcendis auxiliis defixam accedit: eminebant mali crasſisſimi, catenis ferreis juncti, rudentibus etiam apices continentibus ad anchoras firmisſimas. Tranſiêre tamen aliquot Pinaces, levitate & celeritate inſignes; cæteris ad eum locum, ubi per noctem priorem, ſingulari Dei providentia, procelloſum mare; ut auxilia commodè transmitteret, malos ſolverat, delapſis, ut ſine ulla difficultate penetrarent; adeò ut altera noctis hora ad propugnaculum Citadellæ, extra Anglorum irritamenta, appellerentur.

Auxilia hæc magna erant cùm propter famam, tum

propter ſuppetias per extrema, ad obſeſsorum, quos omnis ferè ſpes deſerverat, majorem fortitudinem. In hoc ſanè vertebatur rei cardo, poſtea libero ferè acceſſu. Obſeſſi ſibi jam videbantur neceſſariis abundare, unde ſtupor apud Anglos, ut de acceſſu intercludendo ſpem abjicerent, Habarinumque Bukinkami propinquum ad regem legarent, ad pacem tentandam. Remiſſus is, re infectâ, quòd rex neque aſpectum ejus ferret, niſi & Angli Reâ, decederent, quos brevi ita eſſet excepturus, ut deſiderium revertendi ponerent.

Alia dehinc navigia in inſulam ſubmittuntur, quæ ob molem hinc inde deſiſtebant à curſu Anglorum exercitum metuentia: adeò ut aliæ decem Pinaces Bajonna repeterentur, quas Grammontius benè inſtructas continuò duce Auduino ſubmiſit, ut quarto Octobris eſſent præſtò, ad arenas Olonnæ. Suſcepto onere, præter viginti quinque alia minoris operis navigia, impoſitisque trecentis ſtipendiariis & ſexaginta lectiſſimis nobilibus, ſexto Octobris diſcedunt, ducibus Cuſare & Auduino.

Ventus immutatus claſſem hanc diſtinet, ut poſt biduum, die lucidiſſimo ad Ream contenderet Angli prælium occipiunt acerrimum; tormentorum fulmina, ſclopetorum ictus ingruunt, vincit tamen virtus periculum, ut viginti novem navigia ad Citadellam pergerent, die Veneris manè, qui erat octavus octobris feliciter appulſa; quinque ad curſum deſerendum coactis, unico, quo Beaulevius & Reſillius vehebantur, ab hoſtibus capto: unde tanta Anglos inceſſit rabies, ut ſpatio viginti quatuor horarum, ultra bis millies in portum, ubi navigia ſtabant, tormenta exploderent; tanto illato damno, ut quinque duntaxat Pinaces & una Traverſaria navigationi relinquerentur aptæ: quod tamen ſuſque deque cenſebatur, annonâ exoneratâ, & milite egreſſo.

Poli-

Politica reminiſcentia.

Liberatio alicujus munimenti obſeſſi ingens fert pondus, quòd nemo auxiliis deſtitutus, obſidione pertinace, deditionem ſubterfugere queat mortalium: Hinc auxiliorum dux nomen liberatoris aufert, Principi ſumma opera comprobata. Auxiliis loca maritima quidem facilius patent, ubi exercitus navalis ſit ad manus, niſi venti, qui maris imperium ſortiti ſunt, inconſtantiæ aſſueti, brevi optatam occaſionem, ad obſtacula, quæ hoſtiles naves objicerent, ſuperanda præbeant; diverſa tamen ratio ducitur ex penuriâ navium, ad laceſſendum hoſtem.

Hic locus prudentiæ fortunæque jungendæ, ad ſuperandas difficultates quæ à munimento arcent. A fortuna neceſſario ventum ſecundum expectes, ne præceps in periculum ruas. Ventus autem ſecundus non eſt deſtituendus, quin occaſione utatur prudens nauclerus ut per induſtriam felicem inſtituti ſucceſſum ſperare queat.

Summa hæc ſunt, navigia leviſſima magno numero comparet, ad concitatiorem curſum: nam diligentia alioqui mater optati ſucceſſus, unicè requiritur, ſi quis exercitum navalem perumpere commodiſſimè velit, vaſtis navibus ad motum tardiuſculis. Poſſet quidem hoſtis alia ejuſdem levitatis ſubmittere, vix tamen fiet, quin de copioſis auxiliis aliqua liberè penetrent; maximè ubi hoſtilia minora plerumque incircuitum ad obſervanda omnia ſparguntur, eoque tardius, ad oppugnanda auxilia contrahuntur, vento aliis ſecundo, aliis ob diverſitatem excubiarum adverſo; auxilia vero cum paucioribus pugnantia, vim ſuſtinent, dum potior pars progrediatur.

Summa etiam taciturnitate opus eſt ad apparatum annonæ colligendum, adeoque deductionem adornandam, ut hoſtis per ignorantiam inſtituti, negligentius excubias agat, minoribus navibus hinc inde pro more diſperſis ad faciliorem tranſitum. Sic etiam hoſtis inopinato oppreſſus, longè minorem metum injiciet, quam monitus

nitus aut expeditus. Auxiliis etiam nox plurimum confert commodi, quæ obſcuriſsima ardentes optimè ſubducit, majora & navigia, ex metu colluſionis, immota tenet, adeò ut minora tantum reliquantur oppugnanda.

Ante omnia cavendum, ne auxiliorum deductio committatur duci imperito, cum negotium poſtulet fortitudinem & prudentiam comprobatam, qui delectu habito, certiſsimam victoriam à virtute potius militis, quàm à numero ſperet. Legendi igitur viri, ad tormentorum fulmina impavidi, & ſclopetorum ictus immiſericorditer excipiendos. Tormentorum quidem fulmina per noctem non admodum metuas, cum in naves concitatas incertiſsmè dirigantur, quæ vix viſui pateant.

CAPUT XVII.

Aurelianenſis accedit exercitum, redit Lutetiam.

CUm rex ad caſtra in agro Rupellano pro animi deſiderio non poſſet excurrere, fratrem ducem Aurelianenſem mittere conſtituit. Auxilia ſuperiora duce Auduino ſubmiſſa, curam vigilantiamque erga regiam authoritatem in ea occaſione teſtabantur. Nam ubi is vidit, Pinaces duce Balino feliciter in Inſulam perveniſſe, operæ pretium duxit, alias ad auxilia iterata mandare; mittit igitur è familia Sanflorentium ad Grammontium, qui alias decem rogaret, cum duce integræ fidei. Is eam diligentiam præſtitit, ut quartodecimo Septembris iter ingreſſus, quarto Octobris pinaces ad Olonnæ arenas exhiberet.

Dicendum etiam non nihil de munere, quòd Aurelianenſis ad Rupellam obibat, ſecundum regis prudentiam, Cardinaliſque conſilium; quem non latebant quædam ingenia, quibus ille mentem fidebat, ad machinationes

Digitized by Google

tiones propenſa, ut animum extimularent militarium munerum expertem, ſi iſtoc modo ad quietem componi poſſet. Viſum etiam regi, militiæ per abſentiam imponere caput, cujus natales Magnatibus obſequium ſine æmulatione ſuaderent. Legitur igitur Aurelianenſis, qui literis ad majorem fidem expeditis vicem regis gereret in caſtris ad Rupellam, perque exercitus in agro Pictavienſi, Santoniano, Enculismenſi & Auniſiæ.

Aurelianenſis per diverſas occaſiones oſtendebat, ſibi nihil minus virtutis, & prudentiæ, quàm peritiſſimis, quorum fama ex perpetuo armorum uſu, per promptam fortitudinem celebretur, adeo ut conflictui hoſtili ſeipſum expoſuerit, ex quo quaſi per vim, ob nimium periculum erat retrahendus. Summa ipſi cura, copias in caſtra colligendi, ut tranſitum in Reæ inſulam aperiret, militemque diſciplina contineret. Hinc rex militiæ redditus, ſummam ejus benè adminiſtratæ voluptatem teſtatur, tantis benevolentiæ ſignis, quæ glorioſiſſimum conſiliorum eventum ex illa concordia promitteret, niſi ipſius intimi animum tranſverſum egiſſent, cùm poſt Anglorum cladem reditum ad Pariſienſes perſuaderent.

Inſuſurrabant auribus, penes Cardinalem eſſe ſummam authoritatem, ſolo nomine ipſi delato, tametſi ſummus ille miniſter impensè eum coleret. Sola igitur invidia ob actus eximios turbulenta ingenia urebat: cui accedebat importuna formido, ne induſtria Cardinalis occaſionibus illis uteretur, cum Aurelianenſis quaſi ſingulis horis regem adiret, ad concordiam ſolidè firmandam. Id enim cavebant, diffidentiæ ſeminibus creberrimmè in ejus animum ſparſis, ut majoris fierent apud ipſum, tanquam ſumme ex fidelitate comprobata neceſſarii.

Ea ratio apud viros obtinet, privatum commodum ex principis obſequio captantes: perpetuo diſtinentur, metu, ne alii ſibi expunctis ſuccedant, nullis artibus ad averſionem relictis. Nam ex hac ipſa cauſa Aurelianenſis Lutetiam rediit, majori fide iis, quos fidelitatis cultores arbitra-

bitrabatur, quam proprio genio habitâ, qui ad bella animum natalibus ſaltem parem trahebat.

Politica Reminiſcentia.

EXpedit Reipublicæ, ut Principes ſummi, inprimis vero hæres eventualis imperii; rebus gerendis adhibeantur, ad animi quietem; non tamen nimiam authoritatem rapiant. Barbariem igitur Alexander vicit, occiſis omnibus propinquis, ad expeditionem in Aſiam, ſolo fratre illegitimo ſalvo, quod is extra ſuſpicionem eſſet. Nullibi enim, niſi apud Turcas hic mos viget adeo ut rerum adminiſtrandarum regulam conſtituat.

Eodem vituperio Ormi reges, antequam à Luſitanis expellerentur, ob eandem conſuetudinem macto, qua ad animum ſuſpicionibus exonerandum, proximioribus necem inferebant: iis paulo humaniores Chinæ Monarchæ cenſeam, quod propinquos, imperiumque ſpe contingentes in montem præcipitem concludunt, nullo eorum, niſi ſucceſſore, ubi fatis conceſſiſſent inde exempto.

Fides Chriſtiana leges fert longè moderatiores, rigore illo tyrannico exploſo: Prudentiæ cæterum conformes, ut rex diſcat ſuos benignè habere, ne ex ægritudine animi turbas concitent, aut ex nimia potentia rempublicam premant. Sapientis eſt conſilii, benevolentiam teſtari, eorum commodis per occaſiones favere, eos muniis aulicis magnificè adhibere, majori ſemper honore, quam authoritate, imperium in populoſam provinciam aut munimentum exercitumve, aliquando tamen ad exigium tempus, non indulgere, niſi adjuncto legato fideli & probato, quem copiæ militares reſpiciant, ad abuſum potentiæ coërcendum.

Nam vix quicquam eminentiæ adjicias ad natalium ſplendorem, quin nimiam potentiam, authoritatemque nanciſcantur: ubi pruritus imperandi per naturæ ſemina, mentem continuò obfuſcat ad arma expedita. T. Livius aſſeverat, hinc fidem apud proximiores perire conſiliis in reipublicæ perniciem excoctis.

Quo

Quo Artaxerxes momento filium faciebat regem, periculum vitæ ab eodem intentari intellexit. Sic Selimus ad imperii communionem à patre Bajazete aſſumptus, illatâ nece ſolus imperare voluit. Tantundem Carolus in Philippum patrem, regem Hiſpaniæ meditabatur, cum curſum fatorum ad adeundum imperium non vellet expectare. Sic nullum ſeculum præteriit, quin aliqua exempla docerent, ſummorum Principum potentiam nimiam cùm tranquillitate publicâ, & Principis ſupremi ſecuritate non conſiſtere.

CAPUT XVIII.

Rex ſanitati reſtitutus, ad Rupellam properat, ut ſuâ præſentiâ Anglos ex Reæ inſulâ dejiciat.

PRima auxilia in Reæ inſulam ſubmiſſa fuiſſent fruſtranea, niſi rex præſens exercitum immiſiſſet, ad Anglos dejiciendos. Res erat ſummæ audentiæ, maris violentiæ univerſas regis copias ex Pictavienſi agro navibus impoſitas exponere, deſtitutis terræ firmæ excenſionibus, ut munimentum quaſi perditum fulciret, Inſulam in conſpectu exercitus validi peteret, qua ratione Rupella Exterorum prædæ & libidini proſtituebatur.

Neceſſitas tamen oculos ad iſta pericula velabat, quæ non niſi rege præſente exuperari poterant, Gallis dum demum ultra extrema proruentibus, Rex igitur valetudini reſtitutus, quamprimum Lutetiâ diſcedere ſtatuit; ſed providet prius, quæ ad conſervationem provinciarum à quibus longius abibat, pertinebant: mittit igitur Elbævium ad littora Picardiæ, Longavillanum in Normanniam cum copiis, quibus Anglum arcerent, excenſionem alicubi moliturum. Mandata diſtribuuntur, ad novum militem ſcribendum, & Pictaviam verſus promptiſſimè ducendum.

Dux

Dux Guiſius imperium in exercitum navalem accipit, paulatim coëuntem. Oblatam à rege Hiſpaniæ per Diegum Maxianum claſſem, ad ſubigendos Rupellanos benevolè acceptat, idque magis, ut ne Hiſpanus clanculum hoſtibus ſuppetias præberet, quam ut momenti quid ex eo auxilio ſperaret. Reginæ matri denique poteſtatem tradit, ad provincias Lutetiæ vicinas per ſuam abſentiam gubernandas: ſic expeditus ſeſedat itineri, ut quantocyus ad Rupellam accederet.

Diſceſſus regis obſeſſis animos addebat, univerſum exercitum, in procinctu ad trajiciendum exhilarabat. Nemo non ardebat deſiderio cum Anglis confligendi, cui rex ſatisfactum volens, nullibi per oppida moram nectebat, niſi Salmuriæ, ad beatæ Virginis de Ardilleriis. Certus enim, victoriam ex cæli ſavore pendere, dextram potius Dei, quàm militis hoſtem profligare, hominibus fruſtra operoſis, niſi Providentia ipſius det incrementum.

Huc igitur confugit, indictis ſupplicationibus publicis per Galliam, ad implorandam opem divinam. Diem ibi impendit ſacris, tam devoto animo, & fiducia in Deum, ut nemo non felicem eventum tàm fervidis precibus attribueret. Neque fruſtra, cùm paulò poſt Audu ini auxilia ad Citadellam penetrârint obſeſſam, de quo rex Niorti fit certior nono Octobris, itineri conficiendo intentus.

Politica reminiſcentia.

DEus, quæ inſtituit imperia gubernat per providentiam. Sapientia ipſius, oculus ad ſingula pervigil, diſpicit, quid ex eorum uſu ſit; dextera omnipotens modum gloriæ ſuæ convenientisſimum init. Sic animal ex eiſdem conſtat elementis & nutritur: arbori ſecundum originem fructus debet & maturitatem: mater quem peperit educat puerum: Sol quod formavit, aurum perficit; imperia à Deo conſtituta, omnem felicitatem, ſucceſſumque optatum ad ipſius providentiam referunt.

Hæc manu verſat ſubditorum corda, obſequium in autho-

authoritatem ſummam inſpirat fovetque. Perquam facilè Deo, pro lubitu, rebellium animos humiliare, ferociam compeſcere, audaciam frangere, & ad orbitas legitimæ ſortis reducere. Is etiam Deus exercituum, impotentiori impertit victoriam, ubi vult, juſtitiam lacertis militum tutatur; hoſtium animos panico terrore percellit; & non rarò proſperum ſucceſſum præter rationem, mediaque ordinaria ſperandi indulget. Apud ipſum regibus in rebus arduis paratum refugium.

David nunquam bellum, nunquam rem magni momenti ſumebat, niſi implorato auxilio divino. Conſtantinus Magnus in expeditione Perſica tentorium, ad ſpeciem Baſilicæ, trahebat, ubi precibus vacaret; portatile ſingulis legionibus templum, ubi presbyteri & Diaconi Miſſam celebrabant, ad obtinendum favorem divinum. Veriſſimum ſanè, per preces pacem ſervari imperio, & hoſtes ſuperari bello.

Princeps arduo aliquo negotio diſtentus, fidem iſtanc tenere debet, adeoque ad Deum precibus recurrere, quibus opera pietatis jungat, firmato animo ex promiſſis divinis, quòd animitus petita ſit largiturus, modò æquum juſtumque quæramus; quòd invocantibus ſit præſtò futurus; quòd deſideria timentium ſe ſit impleturus; quòd fideles, fidem in ipſum collocantes ſit exauditurus; & cultores ſuos cuſtoditurus.

CAPUT XIX.

Auxilia denuò obſeſſis in Reâ ſubmiſſa.

Poſt regis adventum ſummè elaboratur, ut inſtitutum Pariſienſe perficeretur, auxilia nempe ampliſſima in Ream exponendi, non tantum ut Angli ab obſidione diſturbarentur, ſed etiam ut ex inſula penitus exterminarentur. Urgebat animus, mari ſe credere, & hoſtem quærere; ſed ſupplicationes Cardinalis, Ducumque, quibus periculum, quod tantus rex ſubire ſatagebat, ob oculos verſabatur,

tur, vim admovêre, ut inſtitutum deſereret, idem tamen rex Cardinali negabat, enixè petenti copiam prælii maritimi, cum ipſius præſentiam ad auxiliorum ſumma diſponenda apprimè deſideraret; nam rex facilè intelligebat, ſe abſente tam proſperè ceſſiſſe conſilia, quæ jam præſente votis omninò eſſent reſponſura.

Cardinalis dehinc jubet navigia quædam onerari, ad tranſitum deſtinata, ut neceſſaria validis juxta & invalidis, cum multo apparatu belli ferrent, quæ poſtridie duce Beaumontio in Inſulam propellerentur, ad munimentum Preæ, Anglis non cuſtoditum; ut jam centeni præſidiarii haberent, unde per ſex menſes viverent. Eodem die jubetur Pleſſi Pralinus partem legionis ex Oleronis inſula huc transferre, ut vallum ſtrueret, lineas duceret, fortalitia apponeret Portui, ad auxiliorum ſummam excipiendam: is tranſivit, ne gregario quidem deſiderato.

Secundus iſte ſucceſſus cæteris trajiciendis addebat animum; Aurelianenſis tum mittitur à rege Plumbum, ut ibi Canaplius ſexcentos ex legione ſatellitum, Beaumontii legionem, quoſdam ſpontaneos, multamque annonam & apparatum belli navibus imponeret: quod ille adeò dextrè diſpoſuit, octodecim tantum annorum, ut in caſtris adoleviſſe, imo conſenuiſſe videretur.

A viceſimo quinto Octobris, rex, cui ferè veteranorum ſinguli de facie & nomine noti; legerat copias, gregarios, Campiductores, Centuriones, omneſque præfectos trajiciendos; certus, non numero militum, ſed virtute acquiri victoriam, adeò ut ne unus quidem, niſi ipſi ob virtutem probatus, legeretur. Hæ copiæ, duce Canaplio feliciſſimè ſpatio duarum horarum ad munimentum Preæ trajecerunt; aëre quidem ex tormentorum diſploſionibus pellucido, nullo eas hoſtili navigio perſequente. Sant Preulius appropinquantibus obvius, docet Canaplium, hoſtem poſt macerias inſidiari excenſuris: is juſſis Firilio, Malicio, Tiliadeto & Porcheaſio ocius excendere, Brierio Ordinum magiſtro ſummo commonſtrat, ubi locorum ſingulos ſtatueret, ad pugnam.

Interea Bukinkamus, copiarum poſt macerias dux, audi-

Digitized by Google

audito excenſionis tumultu, aciem in tres partes diſtribuit, ad portum procedit, nemini regiorum viſus per ſummas tenebras, niſi jam proximus ex funalium limine. Basquius, ordinum ductor apud Tilliadetum, primus re intellectâ, in eos jaculatur, qui nonnullis cadentibus pergunt: ſed Canaplius certus, iis quinquaginta tantum paſſus ad aciem Furilii ſupereſſe Centurionum ſententiis exquiſitis, cenſuit aleam tentare Furilius graſſatur, & exploſis eodem momento quo Angli, ſclopetis, jam haſtilibus rem agit: in acerrimo conflictu duces, militesque obnixè teſtabantur, regem non erraſſe in virtute illorum legendâ, quæ ſanè victoriam hoſtibus, numero copiarum ſuperioribus extorſit.

Plurimum ex ea ſibi vindicat Canaplii prudentia, quòd Anglorum viribus cognitis, duces juſſit retrahere: militem in munimenti inferiorem circuitum, nulla neceſſitate urgente, ſi ſciviſſet Bukinkamum poſt primam aciem ruptam, quod Gallorum prodromo attribuebat, pedem retuliſſe, deſideratis triginta ſeptem gregariis: cum regii viginti ſex vel occiſos vel ſaucios numerarent, quibus Mauſanus Furilii legatus, ſclopeti, haſtiliſque geminato ictu confectus acceſſit.

Politica reminiſcentia.

SUmmæ eſt prudentiæ, urgente neceſſitate primò in hoſtem ducere, eum quærere non expectare, frangere impetu violentiſſimo: eoque magis, ubi vires inferiores ſola virtute ad victoriam valent. Militi ad invadendum ſemper plus animi, quam ad reſiſtendum: etiam aggreſſor formidinem ſpargit, ob ſtrategematis, aut majorum virium metum, ad confuſionem. Sic Julius Cæſar, in freto Helleſponti, obvium Caſſium partium adverſarum ducem, triremes trahentem, ex una, quâ vehebatur, territavit: Ubi etiam fortiſſimi cujusvis virtus, præter Cæſaris invictam mentem, fugam arripuiſſet, ex navigii expedito curſu: is tamen rectà in Caſſium invehitur, pugnam minitatur, Caſſium ad deditionem perurget.

Opor-

Oportet tamen ad eos caſus ducem eximio milite, timoriſque experte eſſe inſtructum, cùm trepidantibus omnia reſiſtant: illi nihil unquam operæ præſtant, dum cordatus per omnia graſſatur. Memoratur C. Marius adoleſcens inauditam audaciam oſtendiſſe, nullo quantumvis arduo negotio intacto, quam tamen ſanguine per ætatis curſum deferveute ad famæ detrimentum non tenuerit ſenex. Sic Bertramus Gueſcilinus temporis ſui fortiſſimus juxta & feliciſſimus dux in præliis plurimum valebat, quòd non raro aſſumptis duodenis gregariis in aciem hoſtilem irrumperet, quæ ſtupore ex tanta virtute concepta turbaretur.

Robertus Marchiæ Comes diverſam rationem intendendæ audaciæ, in pugna ad Novariam exeruit: ſtimulis enim naturæ compunctus, in Helvetiorum jam triumphantium phalangem, quaſi devotus, non multo equite irruit, ut Florangem & Jameſium filios, ex vulneribus proſtratos eriperet; ibi fortitudinem fortuna ſecuta, Helvetiis ſtuporem incuſſit, ut vivos periculo eximi vel inviti paterentur.

CAPUT XX.

Angli fruſtra incurſant munimentum.

Bukinkamus rem maximi negotii nactus, ſi auxilia ad inſulam ſubeuntia arceret, cum non paucas naves amiſiſſet, tempeſtatis violentia disjectas, & exiguo ſucceſſu modò obſtitiſſet, ſtatuit extrema in munimentum Sanmartinianum audere: certus etiam, quanti per provincias vicinas apparatus ad alia identidem auxilia ſubmittenda fierent, intelligebat, aut munimentum ſubigendum, aut acerrimè pugnandum.

Id Thoraſius inſtitutum ex diverſis conjecturis aſſecutus, repulſam meditabatur: mittit igitur ad Pareanum præſidium, ut expeditè & in tempore ſubveniret, ad ſignum trinæ exploſionis, quo hoſtium impetus conſtaret.

ret. Canaplius vigilum magiſtros, Beaumontium & Pleſſi-Pralium, præter Commingium, Monteſpanum, Noulium, San-Simonium & quosdam ſpontaneos acceſſit, ut in medium conſulerent. Placuit nemine refragante, copias ſubdiluculum explicandas, ad Abbatiam promoto gradu, ſignum tormentorum expectandum, ut eodem momento hoſtem ab aſſultu retraherent.

Sex vix milite explicato inauditur ſignum, ut Canaplius ad Citadellam quantocyus pergere neceſſum haberet. Ajunt, quater mille Anglos & amplius molitos munimentum ubicunque pateret aditus, acri impetu in propugnaculum Thoraſianum, minus perfectum facto, ubi extrema occupaverant, continuò ab obſeſſis rejecti ad ſcalas. Alter impetus tentabat propugnaculum Antiochenum, non meliore ſucceſſu; plurimis ſclopetorum ictus, lapidumque jacula, perticarum etiam flagra in Lunato opere ad internecionem excipientibus, donec à fuga ſalutem mutuarentur, obſeſſis ad vallum uſque tergo hærentibus.

Maximum recedendi momentum præbuêre Preani ad Citadellam properantes, quod Bukinkamus vallo ſuo metueret, ne illo occupato iſti tergum premerent aggreſſorum, ſic revocatos in aciem cogit. Sed regii ubi vim deſiiſſe vident hoſtibus in aciem collectis, coërcent gradum, Canaplio præter conſervationem Citadellæ nihil audente, donec auxilia omnia conveniſſent, ne quid temerè periclitaretur. Stabant reliquum diei oppoſitæ acies, ſine molimine, donec ingruente nocte regii Pream repeterent.

Dum Canaplius ab alea armorum abſtinet, intelligit, Anglorum ſcalas in poteſtate obſeſſorum manſiſſe, quinquaginta ut plurimum duces mancipatos, quingentos & amplius occiſos, jactura octodecim gregariorum & unius ductoris, pauciſſimis ſauciis, inter quos Sardænius glande plumbea corpus trajectus, itemque Granvallanus, quem mors paulo poſt inceſſerit. Succeſſus iſte exercitum regium valde firmabat ſummo cum regis gaudio: Angli autem vallo diffiſi ſervando, continuò alteram partem deſtituunt, reditu in Angliam conſtituto.

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

VAllum & præſidium maximè ſunt neceſſaria ad ſuſtinendam vim hoſtilem. De vallo nemo dubitat, cùm fidem excedat, pauculos in anguſtum collectos milites exercitui negotium faceſſere, niſi propugnaculis, lunatis aliisque operibus & tumulis protegantur. Hinc prima cura cuſtodi ad vim arcendam, valli ſtructura, ruinarum ſarcimen. Hinc hoſti aliquatenus ſuperior, ubi facilius ſcalæ diſturbantur, quam feneſtra valli defenditur aut excenſio hinc inde fit per ruinas. Plurimum quidem commodi ex vallo virtuti & prudentiæ accedit; plus tamẽ militis robur.

Hinc Pompejus ajebat nec muros, nec domus ſed incolas oppidum conſtituere, ita nec propugnacula, nec vallũ, ſed miles munimentum facit: ſic videmus etiam firmiſſima, niſi cordatè defendantur, reddi. Azarius Quierſii à Vaſtio obſeſſus, foſſas ſibi profundas circumdederat, ruinas valli aculeatiſſimis tabulis munierat, materiam ſubitis ignibus & machinas ſpargendo incendio diſpoſuerat, nullo ſervandi oppidi pretio, quod vim nemo repulſaret. Sic Archimedis machinæ Syracuſas non ſervarunt, cum ipſæ, adeoque quævis propugnacula, niſi anima impellantur definitò deficiant: hoſte, cui & ſuæ ſunt artes ad vim inferendam, munimentum, niſi cordatè & prudenter defendatur, facilè in poteſtatem redigente.

Aliquid tamen de ratione ineunda ad ſuſtinendam vim ex hiſtoria lubet recenſere. Cuſtos munimenti euſque non differet amare militem, donec hoſtem ad valli ruinas, aut in ſcalis hærentem videat; quo errore Cæſar, à Pharnace oppreſſus, ſeſe vix expedivt. Militem præterea ita per munimenti coronam ſparget, ne ullus, quantumvis validus maneat locus incuſtoditus: quem errorem, referente Salluſtio, Jugurta munimento fortiſſimo, quod Marius corripuerat, luit: ſic Thraſybulus portum Sicyoniorum occupat, præſidio omni ad partes oppidi campeſtres, ubi ille vim intentabat, abducto.

Conſulit denique Vegetius, primam vim à fortiſſimo milite propulſandam, quod hoſtis fortiter impetu fracto, dam-

damnoque accepto, animum demittat, plurimis ægrè ad alterum impetum cadavera graſſantibus. Cætera iis relinquuntur, qui experimenta iſtæc in lucem dare penſi habent.

CAPUT XXI.

Angli victi exiguntur ex I*nſulâ Reæ.*

REx de proſpero eventu certior, ſubmittit continuò quater mille quingentos utriusque militiæ, jam auxiliis deſtinatos, cum multa annonâ; ſummam diligentiam teſtatus in legendis ducibus & militibus, ſic præſens promovebat vecturas, navigaturos ſtimulabat ſpe certiſſima victoriæ, cum Dei cauſam tutarentur, cujus fortuna nunquam deſtitueret. Schombergius dicitur Campiductor.

Explicatis velis mutat ventus, ut ſæpius dilaberentur deſerto curſu: Mariliacus tamen apicem Sablanceavii ſine certamine obtinet, & liberè Pream pervadit. Schombergius poſtridie, octavo ſcilicet Novembris, cum ad tertiam matutinam quinquaginta navigia trahens, conſequitur, militem hoſte ignaro exponit, peditem in quatuor cohortes diſpeſcit, quibus totidem equitum turmas, utrinque addit, ut tutius ad munimentum procederet. Ibi ſub diluculum Mariliaci copias, quæ ante perruperant, in procinctu, quod juſſerat, offendit. Certior inde de omnibus, ſpeculatum mittit, ut hoſtem aggrederetur. Ante tamen intereſt ſacro, ut opem Deus exercituum rogatus ferret, ſine qua fruſtra proſpera ſperes: imperatis etiam ſupplicationibus eodem momento per omnes cohortes.

Jentaculum ad roborandas vires militi præbet, hoſtem ex bona parte valli diſcedere intelligit, quaſi exercitum deduceret; unde nihil temporis perdendum ratus, ordines viſitat, & recta ad munimentum Sanmartinianum progreditur, aleam ſubiturus. Tunc Thoraſius, de ipſius adventu edoctus, magno occurrit gaudio periculis ſummis defunctus, poſtquam hoſtis vallo deſerto libertatē

bitrabatur, quam proprio genio habitâ, qui ad bella animum natalibus ſaltem parem trahebat.

Politica Reminiſcentia.

EXpedit Reipublicæ, ut Principes ſummi, inprimis vero hæres eventualis imperii; rebus gerendis adhibeantur, ad animi quietem; non tamen nimiam authoritatem rapiant. Barbariem igitur Alexander vicit, occiſis omnibus propinquis, ad expeditionem in Aſiam, ſolo fratre illegitimo ſalvo, quod is extra ſuſpicionem eſſet. Nullibi enim, niſi apud Turcas hic mos viget adeo ut rerum adminiſtrandarum regulam conſtituat.

Eodem vituperio Ormi reges, antequam à Luſitanis expellerentur, ob eandem conſuetudinem macto, qua ad animum ſuſpicionibus exonerandum, proximioribus necem inferebant; iis paulo humaniores Chinæ Monarchæ cenſeam, quod propinquos, imperiumque ſpe contingentes in montem præcipitem concludunt, nullo eorum, niſi ſucceſſore, ubi fatis conceſſiſſent inde exempto.

Fides Chriſtiana leges fert longè moderatiores, rigore illo tyrannico exploſo: Prudentiæ cæterum conformes, ut rex diſcat ſuos benignè habere, ne ex ægritudine animi turbas concitent, aut ex nimia potentia rempublicam premant. Sapientis eſt conſilii, benevolentiam teſtari, eorum commodis per occaſiones favere, eos muniis aulicis magnificè adhibere, majori ſemper honore, quam authoritate, imperium in populoſam provinciam aut munimentum exercitumve, aliquando tamen ad exigium tempus, non indulgere, niſi adjuncto legato fideli & probato, quem copiæ militares reſpiciant, ad abuſum potentiæ coërcendum.

Nam vix quicquam eminentiæ adjicias ad natalium ſplendorem, quin nimiam potentiam, authoritatemque nanciſcantur: ubi pruritus imperandi per naturæ ſemina, mentem continuò obfuſcat ad arma expedita. T. Livius aſſeverat, hinc fidem apud proximiores perire conſiliis in reipublicæ perniciem excoctis.

Quo

Quo Artaxerxes momento filium faciebat regem, periculum vitæ ab eodem intentari intellexit. Sic Selimus ad imperii communionem à patre Bajazete aſſumptus, illatâ nece ſolus imperare voluit. Tantundem Carolus in Philippum patrem, regem Hiſpaniæ meditabatur, cum curſum fatorum ad adeundum imperium non vellet expectare. Sic nullum ſeculum præteriit, quin aliqua exempla docerent, ſummorum Principum potentiam nimiam cum tranquillitate publicâ, & Principis ſupremi ſecuritate non conſiſtere.

CAPUT XVIII.

Rex ſanitati reſtitutus, ad Rupellam properat, ut ſuâ præſentiâ Anglos ex Reæ inſulâ dejiciat.

PRima auxilia in Reæ inſulam ſubmiſſa fuiſſent fruſtranea, niſi rex præſens exercitum immiſiſſet, ad Anglos dejiciendos. Res erat ſummæ audentiæ, maris violentiæ univerſas regis copias ex Pictavienſi agro navibus impoſitas exponere, deſtitutis terræ firmæ excenſionibus, ut munimentum quaſi perditum fulciret, Inſulam in conſpectu exercitus validi peteret, qua ratione Rupella Exterorum prædæ & libidini proſtituebatur.

Neceſſitas tamen oculos ad iſta pericula velabat, quæ non niſi rege præſente exuperari poterant, Gallis dum demum ultra extrema proruentibus, Rex igitur valetudini reſtitutus, quamprimum Lutetiâ diſcedere ſtatuit; ſed providet prius, quæ ad conſervationem provinciarum à quibus longius abibat, pertinebant: mittit igitur Elbævium ad littora Picardiæ, Longavillanum in Normanniam cum copiis, quibus Anglum arcerent, excenſionem alicubi moliturum. Mandata diſtribuuntur, ad novum militem ſcribendum, & Pictaviam verſus promptiſſimè ducendum.

Dux

Dux Guiſius imperium in exercitum navalem accipit, paulatim coëuntem. Oblatam à rege Hiſpaniæ per Diegum Marianum claſſem, ad ſubigendos Rupellanos benevolè acceptat, idque magis, ut ne Hiſpanus clanculum hoſtibus ſuppetias præberet, quam ut momenti quid ex eo auxilio ſperaret. Reginæ matri denique poteſtatem tradit, ad provincias Lutetiæ vicinas per ſuam abſentiam gubernandas: ſic expeditus ſeſedat itineri, ut quantocyus ad Rupellam accederet.

Diſceſſus regis obſeſſis animos addebat, univerſum exercitum, in procinctu ad trajiciendum exhilarabat. Nemo non ardebat deſiderio cum Anglis confligendi, cui rex ſatisfactum volens, nullibi per oppida moram nectebat, niſi Salmuriæ, ad beatæ Virginis de Ardilleriis. Certus enim, victoriam ex cæli favore pendere, dextram potius Dei, quàm militis hoſtem profligare, hominibus fruſtra operoſis, niſi Providentia ipſius det incrementum.

Huc igitur confugit, indictis ſupplicationibus publicis per Galliam, ad implorandam opem divinam. Diem ibi impendit ſacris, tam devoto animo, & fiducia in Deum, ut nemo non felicem eventum tàm fervidis precibus attribueret. Neque fruſtra, cùm paulò poſt Auduini auxilia ad Citadellam penetrârint obſeſſam, de quo rex Niorti fit certior nono Octobris, itineri conficiendo intentus.

Politica reminiſcentia.

DEus, quæ inſtituit imperia gubernat per providentiam. Sapientia ipſius, oculus ad ſingula pervigil, diſpicit, quid ex eorum uſu ſit; dextera omnipotens modum gloriæ ſuæ convenientisſimum init. Sic animal ex eiſdem conſtat elementis & nutritur: arbori ſecundum originem fructus debet & maturitatem: mater quem peperit educat puerum: Sol quod formavit, aurum perficit; imperia à Deo conſtituta, omnem felicitatem, ſucceſſumque optatum ad ipſius providentiam referunt.

Hæc manu verſat ſubditorum corda, obſequium in

autho-

authoritatem ſummam inſpirat fovetque. Perquam facilè Deo, pro lubitu, rebellium animos humiliare, ferociam compeſcere, audaciam frangere, & ad orbitas legitimæ ſortis reducere. Is etiam Deus exercituum, impotentiori impertit victoriam, ubi vult, juſtitiam lacertis militum tutatur; hoſtium animos panico terrore percellit; & non rarò proſperum ſucceſſum præter rationem, mediaque ordinaria ſperandi indulget. Apud ipſum regibus in rebus arduis paratum refugium.

David nunquam bellum, nunquam rem magni momenti ſumebat, niſi implorato auxilio divino. Conſtantinus Magnus in expeditione Perſica tentorium, ad ſpeciem Baſilicæ, trahebat, ubi precibus vacaret; portatile ſingulis legionibus templum, ubi presbyteri & Diaconi Miſſam celebrabant, ad obtinendum favorem divinum. Veriſſimum ſanè, per preces pacem ſervari imperio, & hoſtes ſuperari bello.

Princeps arduo aliquo negotio diſtentus, fidem iſtanc tenere debet, adeoque ad Deum precibus recurrere, quibus opera pietatis jungat, firmato animo ex promiſſis divinis, quòd animitus petita ſit largiturus, modò æquum juſtumque quæramus; quòd invocantibus ſit præſtò futurus; quòd deſideria timentium ſe ſit impleturus; quòd fideles, fidem in ipſum collocantes ſit exauditurus; & cultores ſuos cuſtoditurus.

CAPUT XIX.

Auxilia denuò obſeſſis in Reâ ſubmiſſa.

POſt regis adventum ſummè elaboratur, ut inſtitutum Pariſienſe perficeretur, auxilia nempe ampliſſima in Ream exponendi, non tantum ut Angli ab obſidione diſturbarentur, ſed etiam ut ex inſula penitus exterminarentur. Urgebat animus, mari ſe credere, & hoſtem quærere; ſed ſupplicationes Cardinalis, Ducumque, quibus periculum, quod tantus rex ſubire ſatagebat, ob oculos verſabatur,

tur, vim admovêre, ut inſtitutum deſereret, idem tamen rex Cardinali negabat, enixè petenti copiam prælii maritimi, cum ipſius præſentiam ad auxiliorum ſumma diſponenda apprimè deſideraret; nam rex facilè intelligebat, ſe abſente tam proſperè ceſſiſſe conſilia, quæ jam præſente votis omninò eſſent reſponſura.

Cardinalis dehinc jubet navigia quædam onerari, ad tranſitum deſtinata, ut neceſſaria validis juxta & invalidis, cum multo apparatu belli ferrent, quæ poſtridie duce Beaumontio in Inſulam propellerentur, ad munimentum Preæ, Anglis non cuſtoditum; ut jam centeni præſidiarii haberent, unde per ſex menſes viverent. Eodem die jubetur Pleſſi Pralinus partem legionis ex Oleronis inſula huc transferre, ut vallum ſtrueret, lineas duceret, fortalitia apponeret Portui, ad auxiliorum ſummam excipiendam: is tranſivit, ne gregario quidem deſiderato.

Secundus iſte ſucceſſus cæteris trajiciendis addebat animum; Aurelianenſis tum mittitur à rege Plumbum, ut ibi Canaplius ſexcentos ex legione ſatellitum, Beaumontii legionem, quosdam ſpontaneos, multamque annonam & apparatum belli navibus imponeret: quod ille adeò dextrè diſpoſuit, octodecim tantum annorum, ut in caſtris adoleviſſe, imo conſenuiſſe videretur.

A viceſimo quinto Octobris, rex, cui ferè veteranorum ſinguli de facie & nomine noti; legerat copias, gregarios, Campiductores, Centuriones, omnesque præfectos trajiciendos; certus, non numero militum, ſed virtute acquiri victoriam, adeò ut ne unus quidem, niſi ipſi ob virtutem probatus, legeretur. Hæ copiæ, duce Canaplio feliciſſimè ſpatio duarum horarum ad munimentum Preæ trajecerunt; aëre quidem ex tormentorum diſploſionibus pellucido, nullo eas hoſtili navigio perſequente. Sant Preulius appropinquantibus obvius, docet Canaplium, hoſtem poſt macerias inſidiari excenſuris: is juſſis Firilio, Malicio, Tiliadeto & Porcheaſio ocius excendere, Brierio Ordinum magiſtro ſummo commonſtrat, ubi locorum ſingulos ſtatueret, ad pugnam.

Interea Bukinkamus, copiarum poſt macerias dux, audi-

audito excenſionis tumultu, aciem in tres partes diſtribuit, ad portum procedit, nemini regiorum viſus per ſummas tenebras, niſi jam proximus ex funalium limine. Basquius, ordinum ductor apud Tilliadetum, primus re intellectâ, in eos jaculatur, qui nonnullis cadentibus pergunt: ſed Canaplius certus, iis quinquaginta tantum paſſus ad aciem Furilii ſupereſſe. Centurionum ſententiis exquiſitis, cenſuit aleam tentare Furilius graſſatur, & exploſis eodem momento quo Angli, ſclopetis, jam haſtilibus rem agit: in acerrimo conflictu duces, militesque obnixè reſtabantur, regem non erraſſe in virtute illorum legendâ, quæ ſanè victoriam hoſtibus, numero copiarum ſuperioribus extorſit.

Plurimum ex ea ſibi vindicat Canaplii prudentia, quòd Anglorum viribus cognitis, duces juſſit retrahere: militem in munimenti inferiorem circuitum, nulla neceſſitate urgente, ſi ſciviſſet Bukinkamum poſt primam aciem ruptam, quod Gallorum prodromo attribuebat, pedem retuliſſe, deſideratis triginta ſeptem gregariis: cum regii viginti ſex vel occiſos vel ſaucios numerarent, quibus Mauſanus Furilii legatus, ſclopeti, haſtilisque geminato ictu confectus acceſſit.

Politica reminiſcentia.

SUmmæ eſt prudentiæ, urgente neceſſitate primò in hoſtem ducere, eum quærere non expectare, frangere impetu violentiſſimo: eoque magis, ubi vires inferiores ſola virtute ad victoriam valent. Militi ad invadendum ſemper plus animi, quam ad reſiſtendum: etiam aggreſſor formidinem ſpargit, ob ſtrategematis, aut majorum virium metum, ad confuſionem. Sic Julius Cæſar, in freto Hellesponti, obvium Caſſium partium adverſarum ducem, triremes trahentem, ex una, quâ vehebatur, territavit: Ubi etiam fortiſſimi cujusvis virtus, præter Cæſaris invictam mentem, fugam arripuiſſet, ex navigii expedito curſu: is tamen rectà in Caſſium invehitur, pugnam minitatur, Caſſium ad deditionem perurget.

Opor-

Oportet tamen ad eos caſus ducem eximio milite, timoriſque experte eſſe inſtructum, cùm trepidantibus omnia reſiſtant: illi nihil unquam operæ præſtant, dum cordatus per omnia graſſatur. Memoratur C. Marius adoleſcens inauditam audaciam oſtendiſſe, nullo quantumvis arduo negotio intacto, quam tamen ſanguine per ætatis curſum deferveſcente ad famæ detrimentum non tenuerit ſenex. Sic Bertramus Gueſcilinus temporis ſui fortiſſimus juxta & feliciſſimus dux in præliis plurimum valebat, quòd non rarò aſſumptis duodenis gregariis in aciem hoſtilem irrumperet, quæ ſtupore ex tanta virtute concepta turbaretur.

Robertus Marchiæ Comes diverſam rationem intendendæ audaciæ, in pugna ad Novariam exeruit: ſtimulis enim naturæ compunctus, in Helvetiorum jam triumphantium phalangem, quaſi devotus, non multo equite irruit, ut Florangem & Jameſium filios, ex vulneribus proſtratos eriperet; ibi fortitudinem fortuna ſecuta, Helvetiis ſtuporem incuſſit, ut vivos periculo eximi vel inviti paterentur.

CAPUT XX.

Angli fruſtra incurſant munimentum.

Bukinkamus rem maximi negotii nactus, ſi auxilia ad inſulam ſubeuntia arceret, cum non paucas naves amiſiſſet, tempeſtatis violentia disjectas, & exiguo ſucceſſu modò obſtitiſſet, ſtatuit extrema in munimentum Saumartinianum audere: certus etiam, quanti per provincias vicinas apparatus ad alia identidem auxilia ſubmittenda fierent, intelligebat, aut munimentum ſubigendum, aut acerrimè pugnandum.

Id Thoraſius inſtitutum ex diverſis conjecturis aſſecutus, repulſam meditabatur: mittit igitur ad Pareanum præſidium, ut expeditè & in tempore ſubveniret, ad ſignum trinæ exploſionis, quo hoſtium impetus conſtaret.

ret. Canaplius vigilum magiſtros, Beaumontium & Pleſſi-Pralium, præter Commingium, Monteſpanum, Noulium, San-Simonium & quosdam ſpontaneos accerſit, ut in medium conſulerent. Placuit nemine refragante, copias ſubdiluculum explicandas, ad Abbatiam promoto gradu, ſignum tormentorum expectandum, ut eodem momento hoſtem ab aſſultu retraherent.

Sex vix milite explicato inauditur ſignum, ut Canaplius ad Citadellam quantocyus pergere neceſſum haberet. Ajunt, quater mille Anglos & amplius molitos munimentum ubicunque pateret aditus, acri impetu in propugnaculum Thoraſianum, minus perfectum facto, ubi extrema occupaverant, continuò ab obſeſſis rejecti ad ſcalas. Alter impetus tentabat propugnaculum Antiochenum, non meliore ſucceſſu; plurimis ſclopetorum ictus, lapidumque jacula, perticarum etiam flagra in Lunato opere ad internecionem excipientibus, donec à fuga ſalutem mutuarentur, obſeſſis ad vallum uſque tergo hærentibus.

Maximum recedendi momentum præbuêre Preani ad Citadellam properantes, quod Bukinkamus vallo ſuo metueret, ne illo occupato iſti tergum premerent aggreſſorum, ſic revocatos in aciem cogit. Sed regii ubi vim deſiiſſe vident hoſtibus in aciem collectis, coërcent gradum, Canaplio præter conſervationem Citadellæ nihil audente, donec auxilia omnia conveniſſent, ne quid temerè periclitaretur. Stabant reliquum diei oppoſitæ acies, ſine molimine, donec ingruente nocte regii Pream repeterent.

Dum Canaplius ab alea armorum abſtinet, intelligit, Anglorum ſcalas in poteſtate obſeſſorum manſiſſe, quinquaginta ut plurimum duces mancipatos, quingentos & amplius occiſos, jactura octodecim gregariorum & unius ductoris, pauciſſimis ſauciis, inter quos Sardænius glande plumbea corpus trajectus, itemque Granvallanus, quem mors paulo poſt inceſſerit. Succeſſus iſte exercitum regium valde firmabat ſummo cum regis gaudio: Angli autem vallo diffiſi ſervando, continuò alteram partem deſtituunt, reditu in Angliam conſtituto.

damnoque accepto, animum demittat, plurimis ægrè ad alterum impetum cadavera graſſantibus. Cætera iis relinquuntur, qui experimenta iſtæc in lucem dare penſi habent.

CAPUT XXI.

Angli victi exiguntur ex Inſulâ Reæ.

REx de proſpero eventu certior, ſubmittit continuò quater mille quingentos utriusque militiæ, jam auxiliis deſtinatos, cum multa annonâ; ſummam diligentiam teſtatus in legendis ducibus & militibus, ſic præſens promovebat vecturas, navigaturos ſtimulabat ſpe certiſſima victoriæ, cum Dei cauſam tutarentur, cujus fortuna nunquam deſtitueret. Schombergius dicitur Campiductor.

Explicatis velis mutat ventus, ut ſæpius dilaberentur deſerto curſu: Mariliacus tamen apicem Sablanceavii ſine certamine obtinet, & liberè Ream pervadit. Schombergius poſtridie, octavo ſcilicet Novembris, eum ad tertiam matutinam quinquaginta navigia trahens, conſequitur, militem hoſte ignaro exponit, peditem in quatuor cohortes diſpeſcit, quibus totidem equitum turmas, utrinque addit, ut tutius ad munimentum procederet. Ibi ſub diluculum Mariliaci copias, quæ ante perruperant, in procinctu, quod juſſerat, offendit. Certior inde de omnibus, ſpeculatum mittit, ut hoſtem aggrederetur. Ante tamen intereſt ſacro, ut opem Deus exercituum rogatus ferret, ſine qua fruſtra proſpera ſperes: imperatis etiam ſupplicationibus eodem momento per omnes cohortes.

Jentaculum ad roborandas vires militi præbet, hoſtem ex bona parte valli diſcedere intelligit, quaſi exercitum deduceret; unde nihil temporis perdendum ratus, ordines viſitat, & recta ad munimentum Sanmartinianum progreditur, aleam ſubiturus. Tunc Thoraſius, de ipſius adventu edoctus, magno occurrit gaudio periculis ſummis defunctus, poſtquam hoſtis vallo deſerto libertatẽ

prodeundi conceſſiſſet. Schombergius autem certior hoſtem ex oppido Sanmartiniano exceſſiſſe, deliberat è re natâ. Thoraſius cenſet, rectâ impetendum, quòd trepidus concipi poſſet: diverſum Mariliaco viſum, nihil periclitandum videlicet, ob ancipitem armorum ſortem, maximè ubi Angli recederent, ſuperfluo certamine. Sed omnibus expenſis, media itum viâ, ut ſervatis ſtationibus, hoſtis motum ſpeculati, ſi in inſulam Oyam trajiceret, ad militem in naves recolligendum, inſtarent, poſtremos carperent, nullo evidenti periculo.

Hoc inſtitutum prudenter ſumptum, cordatè procedit, Paludum Angli refugium petunt, regii aciem inferunt. Paluſtria Thoraſium non abſtinuêre à vindicta, quin regiæ militiæ decus occaſioni egregiæ addendum urgeret: Jubentur ergò equites proruere, quos legiones Pedemontii & Champaniæ ſequuntur, unde non operoſa victoria, equitibus Anglis in paluſtria dilapſis, adeò ut vexillum, quatuor & quadraginta ſigna, cum quatuor tormentis in poteſtatem Gallorum redirent, cæde continua mille ſexcentis præterquam quos mare hauſit, abſumptis. Complures Duces, viginti nobiles alicujus notæ, centum quinquaginta & amplius legati, ſigniferi, & præfecti per campos jacebant, arma ad ter mille gregarios inſtruendos collecta, quingenti Galli exuviis ornati.

Sic Schombergius eodem die in inſulam deſcedit, obſidionem ſoluit, hoſtem ſatis conciſum exegit. Ferunt, ſeptena millia Anglorum primitus excenſionem feciſſe, cum ſupplemento triummillium, cùm jam mille octingentos reducerent, cæteris aut clade, aut morbo abſumptis illi etiam reverſi, ob incommoda iſtius expeditionis, vitam non produxerint.

Politica reminiſcentia.

SUmma imprudentia, in patrio ſolo, inquiebat Johannes Jacobus Trivulcius, Galliæ Mareſchalcus, niſi ſummum commodum, aut extrema urgeat neceſſitas, depugnare: Eò enim prolapſus, rempublicam exitio exponit. Sic Darius imperio excidit, ferventi animo obſecutus, ad decretoriam cum Alexandro incundam pugnam. Potuiſſet enim eque-

equeſtribus copiis eum hinc inde fatigare, uti Parthi Romanos ſed impatientia liqueſcens, jam jam conflictum optabat, ne hoſtis temeritatem impunè auferret, ad ſua reverſus. Quæſivit igitur hoſtem: & Alexander appropinquantem aggreditur, cædit, & ad deploratiſſima rerum redegit.

Longe prudentius Fabius, Hannibalis exercitum ſecutus, dum extrema agmina carperet, conflictibusq; fatigaret per campos patentes, oppidis ad neceſſaria expedienda remotis, per provinciam hoſtilem, ubique obviis armis: qua remorâ Hannibalem vicit, incolumi milite, id temporis apud Romanos rariore. Ipſi etiam pluris faciebant Coronam Civicam, ob ſalutem multorum civium ſervatam; quàm Muralem, qua ovabat primus murorum victor; aut Navalem, ob facinus aliquod per mare egregium. Hinc Guicciardinus ait, nullam victoriam majori utilitate cenſeri aut gloria, quàm ubi ſalva militis vita, & ſanguine pauco triumphatur.

Satis victoriæ, gloriæque fregiſſe hoſtem invaſorem, ut re infecta excedat, niſi occaſio ſeſe periculi expertem præbeat: neque enim titulus victoriæ, honorue prælii ſecundi ex numero occiſorum, aut captivorum ducitur, ſed illi debetur, qui finem ſuſcepti belli obtinuit. Hinc Alphonſus rex Neapolitanus dicere ſolebat, ad prælium ab Andegavenſi laceſſitus, Ducis eſt, victoriã præ pugna quærere. Sic Philippus Valeſius collatis ſignis ad Creſſiacum depugnavit, ab Anglis victus. Et Johannes rex, viribus confiſus maluit cum Anglis in agro Pictavienſi decertare, quàm fame illos fatigare, aliiſque caſtrorum incommodis frangere, quam imprudentiam, victus captuſque expiavit. Carolus V. Fabii cunctationem laudabat, nulla bellorum aleâ, ſed quod annonam ſuppetiaſque ſecluderet, univerſam ferè Aquitaniam ipſis eripuit.

CAPUT XXII.

Regis clementia in captivos.

DUm Angli per paluſtria evadere conantur, etiam

Monjoyus, frater Hollandii, Grayus ad tormenta legatus ; magiſter equitum, triginta quinque duces ſive præfecti, duodecim nobiles, centum & amplius gregarii, mancipantur : qui regi materia clementiæ & liberalitatis fuêre. Rex enim nudis pleriſque veſtem diſtribuit, captivitatis pretio victoribus exoluto, veniamque dedit ad reginam Angliæ liberè reviſendam, juſſo Meaudeo, ut eos deduceret liberationiſque cauſam ipſius reverentiæ tranſcriberet.

Nihil ſanè ab excelſo animo requireres amplius, longè alia ſuggerente Cardinale, quam quæ Angli metuerant de Gallis captivis, peſſimè habitis ; adeo ut quidam illorum mandaret, niſi Monjoyus cum cæteris fuiſſet captus, ſibi fame continuâ moriendum fuiſſe, cum eſſet ſolitum Anglis etiam victum argento negare ; addebat, viſos ſibi in Reæ inſulâ captivos Gallos ab Anglis in aquas rejectos, & ne evaſioni locus eſſet, ad perticam colligatos.

Clementia tamen regis erga captivos Anglum permovit ad majorem humanitatem reciprocam, Gallis liberatis ſic ſatis benevolè in patriam reverſis.

Politica Reminiſcentia.

NOn parum gloriæ meretur humanus erga captivos animus, ſive condoleas miſeræ ſorti, ſive benevolentiæ quævis exhibeas ſigna. Ea demum eſt nota generoſi Principis, quæ clementiam humanitatemque, illuſtriſſimas coronæ gemmas, maxime faciat coruſcare. Noverit, ſeſe Dei in terris ferre imaginem, cujus eſſentiam nihil magis exprimat, quàm bonitas ; quemadmodum potentia nullibi illuſtrius apparet, quàm in clementia erga bello, per armorum viciſſitudines, captos.

Fertur Cleomenes Lacedæmoniorum rex interrogatus de regis officio, reſpondiſſe, Nihil mali amicis, hoſtibus quævis incommoda inferenda: Ariſtonem tamen prudentiſſimè regeſſiſſe, multo laudabilius & amicis & inimicis benefieri, quod rex amorem Orbis, magno ſuo commodo, ſic mereatur, cum res exigui non ſit momenti, famam clementiæ à victis reportaſſe. Cauſam exquiſitam addit Plato aſſeverans, ſic militi animum creſcere, cùm certus

ſit,

ſit, hoſtem captivis debere humanitatem, periculis tantò minus trepidè ſubeundis.

Deinde captivorum animi ita captivantur humanitatis illis officiis, ut alii pacem ſuadeant, alii redemptionis pretium non rarò cum uſura reddant. Id Ludovico XI. uſu venit in Contyo captivo, ſed valde humaniter habito, qui inde pacem cum Carolo Burgundo conciliare inſtituit. Princeps ſane ſponte ad benevolentiam erga victos, quacumque ſorte hoſtes fuerint, propendeat.

Sic Haluyoneus Antigoni filius, perfecta victoria in Helenum Pyrrhi filium incidit miſere conciſum, pallio ab illius natalibus alieniſſimo; ſed benevolentiſſimè exceptum, ad patrem Antigonum, qui etiam ſordidati amplexus ſuſtinuit, deduxit, qui ad filium converſus, non ſane humanitatis leges expleviſſe, quod pallium illud humeris etiam hæreret. Lauta inde ſupellectile inſtructum, benevolentia in amicos juxta ac inimicos comperta, ad ſuos in Epiri regnum remiſit.

CAPUT XXIII.

Obſidio Rupellæ ſumitur.

REx, tanta victoria de Anglis parta, omnem mentem in obſidione Rupellæ defigit, ut cum propugnaculis incolarum faſtum ſubrueret. Exile, ut plerumque, huic oppido exordium, ſed portus commodus ad commercia, unde incrementum, adeoque tantus ab hæreſi plantata faſtus, ut immunitates à regibus per occaſiones temporum indultas, conventa ex æquo jactaret, ad rempublicam in regno conſtabiliendam. Non tamen eo audaciæ proceſſum, ut Deputati id regi palam facerent, ſed mores certiſſimum rei indicium, intoleranda procudebant indies, certo Religionariorum, factionumque aulicarum refugio.

Ea rebellio abjerat in conſuetudinem, ex Anglorum ſubſidiis crimine aucto. Opulentiorum quidem non pauci, quibus neq; cor neq; cerebrũ depepone aut beata, fortunis

metuentes obſequium libentiſſimè coluiſſent, niſi plebs maritima, rudis & inculta, ex miſeriarum ſenſu, otioque ad tranquillitatem opulentam per ſeditionem graſſari inſtituiſſet, metum ex immunitatum detrimento prætexens. Eo conſilio prodit Manifeſtum, quo querelas inſtar veneni in univerſæ factionis animos ſpargerent ſimpliciores, ut armis undiquaque correptis jugum obſequii conſtringeretur.

Iſtud inſtitutum omnem erga regem exuit reverentiam; exterminatur Duſius, ſupplicationum magiſter, à rege Rupellam miſſus, qui Juſtitiæ præſideret, tanto cum contemptu & injuriarum penſo, ut maris profunda minitarentur. Anglis ſecundum facultates omnia ſufficiebant, contumulatis ſolenniter ducibus & nobilioribus hoſtium, Gallorumque rebellium, cum de Reæ inſulâ dimicaretur, occiſis Ludrierum cum trecentis auxiliaribus Anglis ſubmiſſum, ad fortunæ novercantis impetum, cum reliquiis copiarum revocabant.

Rohaniam matrem, cum Subiſio, omnibus conventibus adhibuerant, incendio rebellionis per animos cæterorum diffuſo: adeo ut caſtigationem ſeveram irritarent, donec arma extorquerentur. Hinc ineunte Auguſto, cum jam ad partes Anglorum transgreſſi palam eſſent, rex foſſas producere ad oppidum, complures cohortes ex ſatellitio, duæ legiones, & ducenti equites circum circa hoſpitari, Enculiſmenſis munimentum Mulinettæ perficere, ad æmulationem Luiſiani, milite recipiendo.

Rogabant tamen Commingium, Centurionem ſatellitum, intereſſet conventibus, ſi qua ratio tranquillitatis iniri poſſet. Obſidionis nihilominus inſtitutum clam ipſis habitum, donec Angli ex inſula Reæ dejicerentur; unde ſibi defuncti videbantur, iterato, ſecundum ſuperiora, fidelitatis teſtimonio, per vaniſſima verba. Cùm autem ex omnibus conventibus nullum, niſi ad detrimentum regii obſequii, inſtitutum appareret, rex metu Anglorum liberatus, extremum ſtatuit, quomodo eos per obſidionem validam ad pænitentiam, ſemitasque obedientiæ traduceret.

Rex vallum in coronam diſponit, tredecim munimentis diſtinctam, præter fortalitia quam plurima ad lineas, adeò

ut

Digitized by Google

ut circuitus feré tribus leucis obſolveretur, extra jactum ſclopeti, & falconis, non tamen tormenti. Sic famem, omniaque extrema meditabatur rex, præter vim: obſeſſis exigua cura impediendarum operarum, aut eruptionum, quod auxilia maritima ſibi facilè premitterent. Hinc brevi per Cardinalis, Schombergii, & Baſſompetrii induſtriam, quorum fidem rex præ cæteris haberet, concluſi ſunt: nam Caroli IX. temporibus, ubi quorumvis opera ſine cenſu valebat, obſidionis duces oppidum ſubigi non cupiebant.

Corona valli uſum terræ firmæ Rupellanis auferebat, ut non contemnenda partè annonæ Anglis diſtributâ, penuriam maturè perſentiſcerent, ad exiguā deditionis moram, niſi naves quædam intuliſſent neceſſaria. Sic ipſis ne micare quidem licebat ad arctiſſimam regiorum cuſtodiam.

Politica Reminiſcentia.

ABjectus æquè ac imprudens animus iſtius oppidi inſolentiam tulerit, non rebellione in Principem tantum odioſam, ſed ob Exterorum ſuppetias etiam periculoſam. Nihil differendum, quin ad obſequium vi armorum reducatur, poſtquam omnis conatus ad tranquillitatem defecit benevolus. Quicunque Princeps id negligit, ad contemptum ſui properat, ſive conſilia reliqua, ſive viciniorum inſtituta diſpicias, adeò ut arma hinc & inde ad bellum expedita videat.

Viciniarmorum negligentiam, exercituſque ducendi difficultatem animadvertentes, immittent copias; unde factio, rebellioni, adeoque atterendæ majeſtati per conniventiam aſſueta, jugum obſequii continuò excutiet. Æquè igitur ad bellum & ad pacem inſtruatur, cùm nihil damnoſius, quam ad ſubditorum rebellionem per eas occaſiones connivere, ut evites ægritudinem ſumptuum periculumque armorum.

Sic Principi par periculum ex nimio belli paciſve ſtudio: unde Marius vituperium tulit, quod rempublicam non poſſet ferre pacatam, authoritatis in pace expers. Viciſſim Perſeus regnum neglexit, pecunia loculis potius, quam ſtipendiis, cum ſupplemento ſummopere egeret, diſtributa. Segniter inde propugnabat, & prælio inferior, diadema cū

theſauris reconditis amiſit. Pipinum tanta nunquam invaſiſſet audacia ad coronam rapiendam, ſi Childerico par armorum ſtudium, aut animus ad principia fortis fuiſſet.

Franciſcus Sfortia ex armorum uſu, de ſorte gregarii, ad Ducatum Mediolani emerſit; liberi verò ejus, Principum & ducum nominibus clari, ad ſortem nobilium vulgarium recidêre, quod peritiam armorum negligerent, technis & impoſturis operati, dum ſplendor ex bellorum uſu eſſet quærendus. Idem regi, rebellionem oppidi nobilioris, quod maximè factioni potenti, aut Exterorum inſtituto inſeruit, ferenti obtingit, niſi exercitum ducat cordatiſsimè, ex illo Trajani reſponſo, Deum plerumque inimicos pacis, turbatoreſque reipublicæ proſternere; quod Pyrrhus ſuo exemplo, ſupremiſque ſeculis Carolus Burgundus docuêre.

Dicam amplius, ut citius, adeoque minori cum periculo ſubditi ad obſequium revocentur, non expectandam rebellionem, imparato, ſed in omnem eventum legiones per præſidia ſpargendas: ita Macedonibus erant Argiraſpides, Romanis Legionarii, Sultanis Ægypti, Mameluci, & Turcis Jruiſſarii. Sic ad quodvis rebellionis indicium coërcebitur oppidum; quævis per provinciam copiæ factioſorum diſsipabuntur, concidentur.

CAPUT XXIIII.

Maris uſus adimitur Rupellanis.

PArùm erat, Rupellanis uſum terræ firmæ ademiſſe, niſi Canalis ad maritima auxilia occluderetur. Cardinalis igitur regem ad executionem illius inſtituti inſtigat, & quod momenta omnia primus diſpexiſſet, adeoque rei evidentiam demonſtraret, ad ſucceſſum optatum, præ cæteris induſtrius, huic curæ præficitur. Tanta tamen modeſtia agebat, ut Pompeii Targonis, Architecti Itali, ob Canalem Oſtendæ Hiſpanorum bono occluſum celebris, machinamentum tentari pateretur.

Is concatenatos malos, truncosq; prævalidos harpagonib. ferramentisq; conjungebat ad primam undarum rabiem disjectos, vinculis ruptis. Ædificabat caſtella quædam carinis

carinis impoſita, quæ vel remigio impelleret, vel fundo alicubi affigeret: addebat quadratum opus ex truncis compactum, Pontones vocant, ferendis tormentis, & ſuperficie undarum ſtringenda, ſi quæ navigia decurrerent.

Cardinalis inanem ſpeciem, exiguum uſum, immanem ſumptum machinarum conſiderans, à prudentiâ domi conſilium, quod dudum meditabatur, mutuatur. ad Canalis anguſtias impediendas; ſic excellentiſſimus geniorum, etiam machinas cæteris intactas expedit. Aggerem Canali iniicere ſtatuit, ex utraque ripa, qui non penitus pertingeret, maris fluxu non omnino coercito: opus inde difficilius viſum, quod mare nulla humanæ induſtriæ obſtacula ferre didicit: ſed ubi aſtra magnis Geniis favent, abſurdum foret, elementa ipſorum voluntati obniti.

Ex duobus argumentis aggerem opinione multorum faciliorem ducebat, quod commodiſſimè lapides ex Canali extraherentur, tum quod multitudo operarum ex provincia cogeretur, adeoque ab exercitu adeſſet ad opus maturandum. Exordium ſumitur, ubi Canalis ad ſeptingentas quadraginta decempedas patet, quo languidè tormentorũ ictus è Rupellæ extremis pertingerent, opere nulla tenus impediendo. Duodecim decempedas Cardinalis dabat fundamento, ex quo caſtigatius exurgens opus, latitudinem quatuor decempedarum per pacatum extollebat mare, ſed eâ menſurâ in altum erectam, ut procellæ quæcunque ſumma non perluerent. Stabat fundamentum molesque ex lapidibus nudis, nullo alio, niſi aggeſto ſponte limo cæmentata, per intercapedines duodenorum pedum truncis arborum prævalidarum firmata.

Cardinalis ab aggere Rupellæ deditionem unicè ſperans perpetuus accurrit, nullo tormentorum fulminantium penſo: nulla ad operas pecuniarum parſimonia; verborum ſuavitate erga doctas ad maturanda omnia inducens. Spatium duorum menſium Rupellanorum ſpem de ludibrio procellarum oſtendit inanem, cum præter quatuor aut quinque mediocris ſtructuræ naves ſubinde ad eos ex illo tempore nihil penetraret Opus profecto immenſum, etiam ad ſtuporem poſt ſeptem menſes abſolutum.

Neceſſum erat & collum illud maris fluxui relictum

ctum coerceri, trino videlicet obſtaculo prævalido, ad omnem vim eludendam. Primum conſtabat, quadraginta navibus, quæ intus ſolidè lapideo muro expletæ demergebantur in ſemicirculum: alterum erat ſepimentum ex totidem navibus, quæ movebantur, remulcis colligatæ & ferramentis; ad recipiendam excubiarum legionem: tertium locum ſumebant craſſisſimi pali pede defigendi unde ipſis candelabrorum nomen. Sic Rupellani ab omni commeatu ſecluſi, omnem ſpem ſalutis in Anglorum numeroſo exercitu, quem expetierant, ad obſtacula removenda, ponere neceſſum habebant.

Politica reminiſcentia.

TANti refert, ſubſidia annonæ obſeſsis intercludere, ut ad deditionem inde ſponte deſcendant. Etiam apud priſcos majorum meruêre laudem, qui famem, quam qui vim obſeſsis adhibuêre, quod fortunæ ludibriis carere, & militis ſanguini parcere voluerint prudentiæ nobili experimento.

Id enim diuturnæ obſidiones quærunt, ubi ex penuriâ obſeſſorum omnia ſperantur, quod annona omni abſumta, portas ſponte recludant, fami impares. Tempus quidem teritur: immanes fiunt ſumptus, ſed magna cum parſimonia militum, ad ſcopum ſine periculo pervenitur. Cæſar inter cætera cenſebat, medicorum induſtriam ad capienda oppida imitandam, qui inediam plerumque, rarius ferrum expromerent. Equidem eandem omni neceſsitati parem duxero, cui nihil opponere queas.

Verum enim verò commodi iſtius ratio ſumma laborat difficultate, maximè in munimentis maritimis, quæ plurimi ob maris inconſtantiam, navibus ſtatione negata, violentiamque in obſtaculis portui fruſtra objectis, extra vim hoſtilem poſuêre. Frivolam tamen hanc opinionem mortalium induſtria, remedio ad quamvis difficultatem invento, fecit Sic Alexander Magnus in obſidione Tyri Canalem aggere clauſit, præciſis auxiliis, quorum fiducia incolæ benevolentiam ipſius rejecerant, jam ſub arbitrium victoris redacti. Cæſar ad Dyrachium, & Ludovicus ſanctus ad Nili rivum aliquem idem præſtitêre, quod Parmenſis ad Antuerpiam, & Spinola ad Oſtendam, navium appulſu procul habito.

Nihil

Digitized by Google

Nihil aggere ad coercendum mare commodius, cùm decumanæ procellæ maximam machinarum partem, anguſtiis objectam auferant, aùt ſorbeant: nulla enim fiducia in malis paliſve, quos mare primo impetu disjungit raptatque, neque catenæ per latitudinem expenſæ profuerint, cùm tranſitum levioribus navigiis præbeant: quod Cn. Duellio, Conſuli Romano, uſuvenit, qui in portum Syracuſanum concluſus, puppi impoſuit & viros & ſarcinas onerandæ, remigio ad impellendas triremes connixo; quæ ubi media molis parte exuperant, ille omne onus ex puppi in proram recipit, unde ope remigii robuſtiſſimi, libratæ catenas tranſiêre: Idem Hiſpanicæ naves in portu Maſſiliæ, vano ad obruendam urbem conatu, ſunt auſæ.

CAPUT XXV.

Marchevillanus ad Bavarum & Trevirenſem Electores mittitur, ad pacem imperio procurandum.

Curarum moles de Anglis repellendis, Rupellaniſque ad obſequium reducendis nihil impediebat Cardinalem, quam primum rex Villaregiæ ſubſiſteret, quin fœderatorum per Germaniam Principum rationem haberet. Eminentiſſimus genius, cauſis univerſalibus non abſimilis, millena ſimul producit, reique ſummæ affixus, curam quarumvis aliarum non projicit. Conſulit igitur regi, mitteret ad Bavarum & Trevirenſem Electores Marchevillanum ad diverſa obeunda negotia. principaliter verò, ad commodam Imperio pacem conſtabiliendam.

Innotuerat regi, Imperatorem in eo totum eſſe, ut regi Hungariæ, filio regnum Romanorum conciliaret; optare Electores, ut Palatinum in Galliam reciperet, Trevirenſi ad arctius cum Gallia fœdus propenſo, plurimis Ligæ Catholicæ principibus interceſſionem à Gallia, vel ad reducendam pacem, vel ad armiſtitium per Germaniam requirentibus: quæ Marchevillanus acceperat mandata.

Quo

Quo ad primum membrum, juſſus erat nihil palam adverſus Imperatoris inſtitutum moliri, cùm rex id temporis nollet in Imperatorem impingere, ut liberius omnia domi componeret. Bavarum tamen in eum ſermonem deduceret, palpo de ſpe imperatoriæ dignitatis, qua ille paſcebatur, obtruſo, ut expenderet cum cæteris Electoribus, quanti referret, ob graviſſima litigia, alium quemvis Principem, non potentiſſimum, quales eſſent Auſtriaci, ad eam dignitatem promoveri, ut caput imperii ex majori æqualitate ad membra, unionem perfectius contineret, ſecuritate ad omnes rectius pertingente.

Adderet, ubi Electores ab iſta mente alienos offenderet, cùm Imperator nec ex gravi ætate, neque ex valetudine urgeretur, conſultius fore, ſi electionem regis Romanorum in aliud tempus differant, ipſi ex ea mora apud cæteros Germaniæ principes majore authoritate, etiam apud Imperatorem pollerent, qui amicitiam ipſorum ad ſcopum aſſequendum eſſet ambiturus: quo viciſſim obtento, opera ipſorum nihil ulterius neceſſaria ad ſuum, ſuorumve incrementum, metuendum, ne ipſe fimbrias authoritatis ultra principum immunitates extenderet.

Articulatis verbis ferebant mandata, ne iſtæc palam faceret, quod rex ſuis rebus convenientius crederet, apud animos iſtorum Principum inſtitutũ excludendi ab imperatoria dignitate regis Hungarici, aut electionem differendi ſponte exurgere, quàm oportunè aperiri. Conſuleret tamen illis ad electionem propenſis, neceſſarios ſeſe Imperatori facerent, quorum ope indigeret per eam occaſionem, ut leges ad optatam Imperii pacem convenientiſſimæ ſcriberentur. Id enim ante Eectionem valdè expediebat, ne ad pacem difficilior, filio imperium adepto, ad belli commoda pronior redderetur.

Alterum membrum, de refugio Palatini in Galliam apud Principes iſtos ageret, regem aſſentiri non poſſe, tametſi omnem ſumptum, quod ſpondebant, ipſi facerent: neque enim ex dignitate regis fore, pretium alendi Principis per refugium conſtituere; tantum onus citra neceſſitatem, non facile ſubeundum, neque definitum ſumptum honeſtati convenire; adderet liberè, promiſſis nihil exolui, & pretio non erogato, onus nihil ominus premere. Sic principe eo in Gallia hærente, paçem Germaniæ nunquam abſſe ho-

ſe, honoris ergo permitti, niſi Palatino in avita reſtituto, cùm refugium ſine protectione præſtari nequeat, id quod ipſorum animis minimè ſeſſurum ſciebat.

Tertium membrum, quod Trevirenſem Electorem tangebat, expeditius erat, cum tantum ſingularia benevolendæ regię teſtimonia requirerentur. Ferebat ergo, quæ pondus traherent, ſed ſecretiora, ut tanto liberius per occaſiones regi ſtudium ſuum comprobarent: unde ſine arbitris & conſciis actum, alto cum ſilentio.

Poſtremum membnum de pace, aut ſaltem armiſtitio per imperium, reſpiciebat minus proſperos Dani Saxonum, que inferiorum ſucceſſus: unde jubebatur pacem urgere, quam rex ob calamitates Germaniæ deploratiſſimas, & Galliæ emolumentum, quod Principes orbis Chriſtiani, ab Auſtriacis ſeparatos tangit, deſiderabat cùm officii ſui putaret, graſſantibus ad imperium immenſum, cui bellum ſterneret viam obſtare, ne Electores & Principes Catholici privati, exitio Proteſtantium traherentur.

Res eo gravior, quod tum regi integrum non eſſet impedire, & armis remedium calamitati metuendæ quærere. Procuraret igitur impensè Conventum Electorum, ubi illi procul dubio, pacem eſſent quæſituri; nec litteratis tam ardua committerent, qui plurimum Auſtriacorum ſtipendiarii, ſpem ſecundi ſucceſſus non præberent. Exponeret etiam ſibi in mandatis datum, ut apud Imperatorem, ipſos & Danum, & armiſtitium, cui omnem operam eſſet impenſurus, procuraret, modo ipſi ſcripto articulato ſponderent, id à Dano impetratum, per ipſorum authoritatem etiam Imperatori perſuaſum iri, ſuffragiis jam ratis, Conventuque Electorali, ad pacem reducendam fædusq; cum Gallia concordiæ ſervandæ gratia, firmandâ.

Hæc ſumma mandatorum, ubi Marchevilani egregia emicuit diligentia, Electoribus, recto regis conſilio, ad differendam regis Romanorum electionem perſuaſis; ne etiam Palatinus amplius in Galliam recipiendus videretur; ſed Trevirenſis aureis catenis ad regis commoda devinciretur, Conventu Mulhuſium indicto. Idem adeſt induſtrius, extremæ Germaniæ ex hoc bello calamitates explicat, pacem fervidius, quam ante, ſuadet quærendam, ut anno ſequenti ea ſtabiliretur, tametſi Auſtriaci, ſine Galliæ interceſſione, ei impediendæ vacarint.

Poli-

Politica reminiſcentia.

REx quiſque prudentiſſimus fæderatis pacem conciliat, bello incommodo ſopito. Ea cura ſummum honorem trahit, cùm non parum ad gloriæ incrementum conferat arbitrium inter Principes, etiam Deus, univerſi gubernator, nomen pacifici ferat. Hinc etiam Principes bello attriti, ad auxilia in arduis ferenda obligantur, quod naufragio erepti, gratitudinem neceſſitati alienæ debeant.

Id ratio fæderum exigit, ut mediatorem agat ad ſalutem oppreſſorum. Quæ leges charitatis omnes Chriſtianos jubent dextram porrigere periclitanti, eædem Principi opem ſuadent, cùm ex ruina fæderatorum, quam ſæpius bello defatigati vix effugerint, pericula non pauca fluant: neque enim ad incitas redactis pax tempeſtiva quæritur, ubi hoſtis victoria ebrius, lucrum ægerrimè dimittat; & arma ad leges graviſsimas ponat. Quanti verò interſit, eos diuturno bellorum periculo exponi, docuit experientia authoritatem Principis vireſque ſemel imminutas, ad fortunæ quotidiana ludibria deſcendere.

Scipio rectiſsimè ad Antiochum ajebat, Majeſtatem regiam difficilius ex apice potentiæ ad mediocritatem reduci, quam ex mediocritate ad infimam miſeriam præcipitari. Hinc Hannibal pacem à Scipione Africano petiit, ante decretoriam, pugnam ub inferiores tulit Pænus: Ætolis inde vituperatis, quod æquam pacem à Romanis oblatam recuſaſſent, poſt non pauca emolumenta. Addam hoc unum regem fæderatis pacem procuraturum, non parum ſibi ipſi conſulere, cùm Principis potentia non minus fæderatorum viribus nitatur, quam ſubditorum robore. Tam arcta enim eſt reipublicæ cum fæderatis connexio, ut turbæ etiam exiles alteri continuò livorem inferant.

Fæderatorum vires regni videntur propugnacula ſeparata; ſic gradum facit hoſtis ad oppidum ſubigendum, per extrema correpta; quemadmodum regis fæderati nec vim nec exitum ferunt, quin impetus majori quam ante impotentia metuendus, fæderatis ad ſuppetias enervatis. Unde prudentiſsimè Thucidides dicit, periculum irritare, quicun-

cunque fœderatos negligat. Equidem arbitror, incendio exorto, vicinos ad reſtinguendum properare, ne flamma viciniam pervadat: ſic regem, cum fœderatos bellorum mole oppreſſos videt, ad pacem quâcunque ratione procurandam obligari, ne poſt illorum ruinam flammas domi coërcere ſuæ neceſſum habeat.

CAPUT XXVI.

San Chaumontius ad Vincentem Mantuæ ducem, extra ordinem legatur.

QUo tempore Marchevillanus in Germaniam pergebat, rex æquè fœderatorum & ſubditorum commodis ſemper ac potentiæ ſtabiliendæ ſtudens, San Chaumontiū extra ordinem, ad Vincentem Mantuæ Ducem mittit. Is regem literis certiorem fecerat de fato Ferdinandi fratris majoris, rogans ut cauſam ſuam authoritate regiâ, per miniſtros in aulâ Romanâ ageret, de divortio cum Boſſolæ principe, quam blanditiis deceptus, extra ætatem ſpemque ſobolis duxerat, procurando. Potuiſſet rex epiſtolâ defungi, ſed Niverſii commoda, quæ ſolâ regis potentiâ nitebantur, legatum requirebant.

San Chaumontius ei provinciæ legitur, qui regis ægritudinem ob Ferdinandi ducis defuncti obitum teſtaretur, ſolatio mixtam, quod ipſe ſuccederet in imperio, princeps egregiis dotibus ornatus, à quo rex eundem cultum, & communis commodi ſtudium, quod anteceſſor præſtitiſſet, ſibi promitteret. Juſſus erat amicitiam, auxilia, facultates, fidem, authoritatem à rege offerre, quorum vim non tantum Romæ in cauſâ matrimoniali, ſed in omni occaſione per neceſſitatem experiretur.

Secundum iſtæc quærenda erat occaſio ſermones cædendi de Hiſpanorum inſtituto, qui divortio impetrato Imperatoris filiam aliquam offerebant uxorem, ut dili-

genter expenderet, cum Mantuæ & Monſerrati imperia per Italiam magni ſint momenti, vel propter ſitum & fertilitatem vel propter munimentorum copiam, Sabaudum æque ac Mediolanenſem illis inhiare, ut ſua faciant; quæ tamen non niſi per amicitiam Galliæ, cæterorumque Principum ſubſiſterent, unde advigilandum foret, ne in ſiniſtram rueret ſuſpicionem præceps.

Inimicos, harum rerum gnaros occaſiones quasvis indagatè, ut eum divellant, inque malevolentiam præcipitent. Separato brevi imperium liberum, felix & ſupremum, quod Deus indulſiſſet, in Hiſpanicam clientelam mutatum iri, ad contemptum, detrimentumque omnis authoritatis, confidentiæ atque amicitiæ, quibus apud cæteros polluiſſet. Conſultiſſimum igitur, neutras partes fovere, æquo in Galliam & Auſtriacos, principesque Italiæ animo, modo ſuſpicioni locum ne faceret, in Galliam cæterum propenſior, quæ ipſius commodis, proſperitati & incremento faveret, unde ipſi fulcrum, protectio & auxilia, citra ullam expenſam forent.

Inprimis autem juſſus erat, fundamenta matrimonii inter principem Mariam, Vincentis neptem, & Rethelii ducem ſtruere, quem Dux ſupremis tabulis poſt Niverſii parentis obitum ſcriberet ſucceſſorem in imperio: niſi forte ipſi virgo allubeſceret, impetrato Romæ divortio. Demonſtraret etiam, quantum inde authoritatis ipſi accederet, ſtabilito adverſus vicinorum machinationes imperio, quibus integrum alioqui foret, etiam in perſonam illius quidvis audendi, ſucceſſore ancipiti, nec conſtituto.

Mantuam delatus, Galliæ convenientiſſimis excipitur Ceremoniis, cum Duce ex mandatis agit, illo grandem reverentiam ob iſtunc honorem teſtante, quem tantò devotius reciperet, quod ipſe Gallus propenſo animo & obſequio eſſet: nec tamen fervidum diſſolvendi matrimonii deſiderium tegebat, ut poſtea non filiam Imperatoris, ſed Mariam neptem duceret uxorem, quam impensè deperibat, ſpe etiam plenus de ſobole maſculâ, quæ in imperio ſuccederet: De Rethelii fortunis ſemper benevolè locu-

locutus, quem magni faceret & diligeret unicè, ſucceſſoremque imperii, illiberis reſpiceret.

Non viſum SanChaumontio, deſiderium regis de conjungendis Rethelio & Maria aperiri, quod occaſio repugnaret apud animum amoribus impeditum. Privatim tamen confert cum Marchione Strigii, ſummo Mantuæ miniſtro, cui rem omnem declarat, ſtipulata fide, ad id matrimonium, divortio Romæ non comprobato, promovendum, quo ſolo inſtituto Ducis, reique publicæ incolumitas ſtaret, quod ſecundum illa Sabaudus & Auſtriaci quicquid juris nunc cum ſummo ſubditorum incommodo, ob orbitatem Ducis, prætexerent, fruſtra forent.

Eo vehementius inſtabat, quod ex Strigio confidentius loquente audierat, Medicos non diuturnam Vincenti, ob valetudinem fractam, ſpondere vitæ uſuram. Strigius igitur, momentis negotii exactius conſideratis, omnem operam, ſtudiumque extremum promittit. De neutris favendis partibus, ne quid alterutram Coronam offenderet, Dux ſæpius legato repetebat, ſibi animum prorſus Gallicum, propoſitumque ad omnem reverentiam regi, cum quocunque obſequio præſtandam; cum ex ingenii propenſione in Galliam, tum ex gratitudine, ob Ferdinandum defunctum, fratrem dilectiſſimum, contra omnes hoſtes protectum, cum iſtac appendice, regem nihil unquam in ſeſe deſideraturum. Rebus tandem partem maximam confectis diſcedit legatus, ad regem reverſus ſingula explanaturus.

Politica reminiſcentia.

REgis eſt, non minus ſubditorum jus apud Exteros tueri, quam negotia regni curare. Id enim fuerit ſubditis, quod caput reliquis membris; ſicut iſtud ad conſervationem eorum vigilat, ita ille jura ſubditorum, ſive armis, ſive negotiationibus ad obſequium tranſierint, conſervare tenetur. Hinc Theopompus quærenti, qua ratione Princeps ſecurè imperaret, reſpondit, Nihil fore metuendum, ſi amicis nihil præter rationem permittat, ſubditis ab omni injuria & oppreſſione ſalvis.

Plurimi profectò Principes exitium incurrêre, quod ad ſubditorum injurias connniverent. Inſigne Philippus Macedo præbet exemplum, à Pauſania trucidatus, cum ſurdis auribus querelam de illata injuria transmiſiſſet. Nihil ſanè regi gloriam conciliabit majorem, quam iſtius officii cura, cum divina ferè ſit actio, infirmos adverſus potentiores fulcire, & abinjuria tutos præſtare. Summi Monarchæ non ſunt majoris momenti ad humiles, niſi quod juſtitiam vi armorum exigant: unde ipſis ſatis magnum accedit commodum ex inſolentia dejecta, & ambitioſis juribus uſurpatorum, ne formidinis umbram apex potentiæ ſpargat.

Animadvertendum quidem hoc conſilium generatim, ſed maximè quoad jura, quæ Galliæ ſubditi per Italiam acquirere poſſunt, ut Auſtriaci à nimia potentia, noviſque incrementis diſtineantur. Cumque jam potiorem Germaniæ partem teneant, nullum certius æquilibrium quam Italiæ principes fædere compingere, & in provinciis Auſtriacis, vel per ſucceſſionem, quod poſtremi Gallorum reges auſi; vel per firmatos jure aliquo Gallicos principes, recipiendis Gallorum armis, ad Italorum neceſſitates, pedem figere.

Neque metuendum, quin Italiæ principibus Gallorum arma, Hiſpanicis oppoſita minus placeant, cum Hiſpanos majori odio, quam metu perſequantur, ut gradum eorum coërceant, nullo emolumento, niſi Juſtitia paceque per Italiam ſervata. Equidem aſſevero, nullam gloriæ & honoris adeoque benevolentiæ fertiliorem meſſem, ad famam venerationemque apud Exteros indipiſcendi.

CAPUT XXVII.

Rethelii princeps ducit Mariam, Mantuæ hæredem.

Cum Rex pertenuem ſpem diuturnioris vitæ ex San-

Digitized by Google

Chaumontii relatu, de Vincente Mantuæ duce] intellexiſſet, in ſummis cenſuit negotiis, matrimonium inter Rethelium & Mariam hæredem quacunque induſtria conciliare, ut ipſæ poſt Niverniæ ducem parentem, Mantuæ Monferratique ſucceſſor diceretur. Cardinalis regium inſtitutum exquiſitis conſiliis fulcit eo fortius, quod Dux Sabaudiæ, & Mediolanenſis gubernator nunciarentur ſponte operiri, juribus nihil amplius preſſis: Hinc San Chaumontius denuò in Italiam legatur.

Mandata quæ acceperat, geminum onus ferebant: primum, ut litigium inter Sabaudum & Mantuanum terminaret; itaque Auguſtam Taurinorum petebat, ut flecteret Ducem Ferdinandum, aut aliam quamcunque tranſigendi iniret rationem, quam poſtmodum Mantuano laboraret comprobare, modo is intelligeret, concordia imperium ſtare, quemadmodum per diſcordiam inimicis ſit patefacta ad irruendum feneſtra.

Alterum ut adniteretur per ſummam induſtriam apud Mantuani animum, quo Rethelii cum Maria nepte matrimonium ſanciret, eumque poſt patrem Niverniæ ducem, diceret ſucceſſorem. In proclivi tum erat negotium, quod Pontifex palam dixerat, ſuper divortio ſeſe nunquam diſpenſaturum. Moneret etiam ſedulo, Nivernio & Rethelio, quos diligeret, matrimonium quidem ob certam ſucceſſionem admodum utile; ſed ipſimet ſummè neceſſarium, ad eludendas Hiſpani Sabaudique machinationes, quas in ipſius vitam imperiumque contendere poſſent, cum etiam tunc jura ſua propalarent.

Juſſus inſuper erat, ſi Vincens Dux fatis concederet ipſo præſente, omnibus cuniculis & argumentis proceres Mantuæ Monferratique perurgere ad tuitionem patriæ libertatis, fide obſequioque Nivernio, naturali adeoque legitimo principi, ſervatis, quem promulgarent, omnibusque recognoſcendum darent ſecundum provinciæ ſolennia, Vincentis ſucceſſorem, exerta ſponſione de regiis auxiliis ampliſſimis adverſus quosvis turbatores: idem

officium Pontificem, & alios Italiæ principes exhibere, ut ad defenſionem cauſæ juſtiſſimæ accederent.

Summam mandatorum iſtanc San Chaumontius ſecutus, Sabaudum adit, ut litigium cum Mantuano aliquatenus componeret, non diſsmulato rumore, de pacto illius cum Hiſpano, diviſioneque Monferrati. Dux irritatior dolebat ſortē ſuam ſiniſtram, qui de rege toties bemeritus, ſuſpicionibus iſtiusmodi oneraretur: fatebatur tamen: dedecoris nihil trahere, ſi ex valetudine Vincentis Ducis partem Monferrati debitam commodè prenſaret; cum è rege Galliæ foret, ſibi, præ Hiſpano eam ceſsiſſe: & ut maximè tranſegerit cum Hiſpano, regis exemplum valuiſſe, cui ille claſſem ad domandam Rupellam ſubmiſerit.

Deinde momenta cauſæ litigioſæ expediens, monebat, acta inter ipſum & Ferdinandum defunctum, quatenus jura in Monferratum concernerent, repeteret, nullo alio reſponſo, niſi aperto deſiderio quinquies decies mille ſcutatorum annuorum ad jurium evaluationem, tum etiam vicies mille ad reluitionem damnorum, ex promiſſorum fide, de matrimonio inter ipſius neptem, & filium ſuum Cardinalem inſtituendo, non exoluta: ut planum faceret enormibus poſtulatis, ſibi cauſam belli quæri.

Legatus igitur poſt repetita colloquia nullo majori operæ prætio facto nihil diutius commoratus, Mantuam revehitur, quo ipſa fortunæ dextera videbatur deductus, Vincente Duce poſt quintum diem fatis concedente: Inveneratautem Strigii dexteritate animum Ducis ad vota compoſitum, ut irritatio ex conſiliis, quæ vicini ad invadendum ſe vivo imperium iniviſſent promulgatis Ducem Niverniæ, unicum & legitimum ſucceſſorem omnium imperiorum, Ducemque Rethelium filium, legatum ampliſsimum, qui juxta ſuum mandatum duceret, antequam ipſus decederet, Mariam neptem in uxorem, literispatentibus proderet: illi cuſtodes munimentorum fidemobſtringerent, patriam Duci Niverniæ cum ſumma fidelitate ſervarent.

Cum autem diſpenſatione opus eſſet ad iſtas nuptias, mittit

Digitized by Google

mittit Dux quantocyus, qui eam à Pontifice impetraret, quam SanChaumontius reverſus nondum allatam intelligebat, ſingulis tamen momentis expectari : prævertit autem Ducis obitum horis pauculis. Ibi Strigius expenſis ſingulis Rethelium Mariamque monet, in quo cardine res verſarentur, libere addens, eâdem horâ ſanciendum eſſe matrimonium, niſi poſſeſſione imperii in perpetuum carere mallent. Cum igitur nullus deliberandi relinqueretur locus, matrimonii ſacrum ad nonam veſpertinam, pridie Natalitii ſalutaris, adeoque extrema patrant, cum conſummatis omnibus animam agere nunciatur Ducem.

Summè id conducebat Nivernio, ne imperio Mantuæ excluderetur. Is ex Gallia celeribus perfertur in Italiam, Mantuam exeunte Januario ingreſſus, ubi rebus ex voto diſpoſitis, ſuſcepit imperium, SanChaumontio in Galliam revertente per Taurinum, ut Sabaudum denuò de tranſactione aggrederetur : inanem tamen ſumpſit operam, niſi quod complures equeſtris ordinis Delphinates, de conſiliis Monferratum invadendi ignaros ex militia illius retraheret ; quod Dux moleſtè ferens, Taurino ipſi diſcedendum mandat.

Politica reminiſcentia.

PRudentia, quæ Principes jubet ad caſus quosvis turbandæ reipublicæ emerſuros advigilare præſentiaque curare, ſucceſſorem certum deſiderat. Eximium Auguſtus Cæſar præbuit exemplum in imperio, quod ſucceſſionem hæreditariam nondum agnoſcebat : is propinquorum aliquem ſemper adhibebat rebus agendis, ut Senatorum, militis & populi benevolentiam adeptus, conaretur ſummum imperii apicem mereri.

In eum finem, quod acutiſſimo Tacito notatum, Tiberium, poſtquam natura marem negâſſet, fata Marcellum, inde Marcum Agrippam, Cajumq; & Lucium ex Agrippinâ filia natos ſuſtuliſſent, ad clavum reipublicæ admovit,

ut jam ſucceſſorem agere poſſet: eundemque Tiberium, filio grandiuſculo gaudentem, ad adoptandum Germanicum perpulit, ut ſucceſſio, inquit hiſtoria, pluribus inniteretur fundamentis, Senatui ſpe recuperandæ reipublicæ adempta, inimicorum conſiliis eluſis.

Sic Adrianus Imperator, ex orbitate conſiderans, vitam furori cujusvis ambitioſi, ad ſummam rerum contendentis expoſitam, Antoninum adoptavit, ea lege, ut idem, maſcula ſobole deſtitutus, geminos legeret ſucceſſores; quod conſultum putaret, referente vitam ipſius Dione, à longo tempore conſtituendos, quibus imperium transmitteret, ut inimicis aliquid in ſuam perſonam tentandi anſa præcideretur.

Infinitis ſanè bellis calamitatibusque ſuos expoſuêre, prudentiæ iſtius contemptores. Sic Johanna altera, regina Neapolitana, morte inopinata decedens antequam ſucceſſorem dixiſſet, cum Ludovicus Andegavenſis, cui regnum prius condixerat, prior exuiſſet humana, crudele bellum imprudens traxit, regum, quem minimè optâſſet, capeſſente.

Rariſſimè videas, imperium ad alium ſtipitem familiæ tranſire ſine magnis motibus, ut etiam Extremus propter orbitatem diverſis inſidiis pateat. Quicunque igitur ſe ipſum Remque publicam eâ calamitate liberare, maturè de ſucceſſione proſpiciat, hæredem adſciſcat, rebus agendis admoveat, integra tamen authoritate, ne remedium malo pejus quæratur, cum ambitio, adoleſcentium Principum morbus familiaris, peſſima aliquando ſuggerat conſilia, ut imperium rapere malint, quam expectare.

CA-

CAPUT XXVIII.

Rohanius turbat occultè per Languedociam, dum Subiſius frater Rupellanis Anglorum auxilia procurat.

CErtum fecerat Subiſius fratrem Rohanium de Anglorum auxiliis, qui longè ante excenſionem in Reæ inſulam Languedociam commovebat, ſedulus in legendis per oppida Conſulibus ex factione Religionariorum, viriſque alicujus notæ in partes ſuas pertrahendis. Excenſione facta, palam agebat, ſcribendo milite, ad ſeditionem nonnullis concitatis, aliis invitatis ad arma, immani ſpe per transmarinorum eluvionem, nec minori metu amittendorum ſacrorum, calamitatumque extremarum.

Hunc panicum terrorem ut ſpargeret, Manifeſto rationes, quas ad exordium anni recenſuimus, ſpecioſè fucatas exponit armorum; ſic Piratis par, qui falſo curſus ſigno ad ſcopulos attrahunt imprudentiores in certiſſimum exitium, ſuamque prædam: Expoſitis enim ad oculos ſpontè factioſorum pictis rationibus de conſervatione bonoque partium, rebellione eos involebat ad oppidorum everſiones, ſolo æquatis propugnaculis muriſque.

Ut autem Religionariorum oppida arctius ſibi devinciret, Conventum Uſeſi habet, quo deputatorum plurimi mittuntur. Ibi & eloquentiam, & fortitudinem, quibus pollebat, exerens, omnia pro lubitu perſuadet, adeo ut auxilia, per ipſius operam ex Anglia ſubmiſſa, ob juſtitiam & neceſſitatem comprobarent, collaudata ipſius prudentia, ſtudioque, etiam gratiis actis ampliſſimis: Fidem dant, de pace nunquam ſine Angli conſenſu ipſiuſque adeo emolumento cum rege agendi.

Leguntur ſeditioſiſsimi quique ad Languedociæ Aquitaniæque oppida commovenda; perurgentur literis Del-

Politica reminiſcentia.

REx quiſque prudentiſſimus fæderatis pacem conciliat, bello incommodo ſopito. Ea cura ſummum honorem trahit, cùm non parum ad gloriæ incrementum conferat arbitrium inter Principes, etiam Deus, univerſi gubernator, nomen pacifici ferat. Hinc etiam Principes bello attriti, ad auxilia in arduis ferenda obligantur, quod naufragio erepti, gratitudinem neceſſitati alienæ debeant.

Id ratio fæderum exigit, ut mediatorem agat ad ſalutem oppreſſorum. Quæ leges charitatis omnes Chriſtianos jubent dextram porrigere periclitanti, eædem Principi opem ſuadent, cùm ex ruina fæderatorum, quam ſæpius bello defatigati vix effugerint, pericula non pauca fluant: neque enim ad incitas redactis pax tempeſtiva quæritur, ubi hoſtis victoria ebrius, lucrum ægerrimè dimittat; & arma ad leges gravisſimas ponat. Quanti verò interſit, eos diuturno bellorum periculo exponi, docuit experientia authoritatem Principis vireſque ſemel imminutas, ad fortunæ quotidiana ludibria deſcendere.

Scipio rectisſimè ad Antiochum ajebat, Majeſtatem regiam difficilius ex apice potentiæ ad mediocritatem reduci, quam ex mediocritate ad infimam miſeriam præcipitari. Hinc Hannibal pacem à Scipione Africano petiit, ante decretoriam, pugnam ub inferiores tulit Pænus: Ætolis inde vituperatis, quod æquam pacem à Romanis oblatam recuſaſſent, poſt non pauca emolumenta. Addam hoc unum regem fæderatis pacem procuraturum, non parum ſibi ipſi conſulere, cùm Principis potentia non minus fæderatorum viribus nitatur, quam ſubditorum robore. Tàm arcta enim eſt reipublicæ cum fæderatis connexio, ut turbæ etiam exiles alteri continuò livorem inferant.

Fæderatorum vires regni videntur propugnacula ſeparata; ſic gradum facit hoſtis ad oppidum ſubigendum, per extrema correpta; quemadmodum regis fæderati nec vim nec exitum ferunt, quin impetus majori quam ante impotentia metuendus, fæderatis ad ſuppetias enervatis. Unde prudentisſimè Thucidides dicit, periculum irritare, quicun-

cunque fœderatos negligat. Equidem arbitror, incendio exorto, vicinos ad reſtinguendum properare, ne flamma viciniam pervadat: ſic regem, cum fœderatos bellorum mole oppreſſos videt, ad pacem quâcunque ratione procurandam obligari, ne poſt illorum ruinam flammas domi coërcere ſuæ neceſſum habeat.

CAPUT XXVI.

San Chaumontius ad Vincentem Mantuæ ducem, extra ordinem legatur.

QUo tempore Marchevillanus in Germaniam pergebat, rex æquè fœderatorum & ſubditorum commodis ſemper ac potentiæ ſtabiliendæ ſtudens, San Chaumontiũ extra ordinem, ad Vincentem Mantuæ Ducem mittit. Is regem literis certiorem fecerat de fato Ferdinandi fratris majoris, rogans ut cauſam ſuam authoritate regiâ, per miniſtros in aulâ Romanâ ageret, de divortio cum Boſſolæ principe, quam blanditiis deceptus, extra ætatem ſpemque ſobolis duxerat, procurando. Potuiſſet rex epiſtolâ defungi, ſed Niverſii commoda, quæ ſolâ regis potentiâ nitebantur, legatum requirebant.

San Chaumontius ei provinciæ legitur, qui regis ægritudinem ob Ferdinandi ducis defuncti obitum teſtaretur, ſolatio mixtam, quod ipſe ſuccederet in imperio, princeps egregiis dotibus ornatus, à quo rex eundem cultum, & communis commodi ſtudium, quod anteceſſor præſtitiſſet, ſibi promitteret. Juſſus erat amicitiam, auxilia, facultates, fidem, authoritatem à rege offerre, quorum vim non tantum Romæ in causâ matrimoniali, ſed in omni occaſione per neceſſitatem experiretur.

Secundum iſtæc quærenda erat occaſio ſermones cædendi de Hiſpanorum inſtituto, qui divortio impetrato Imperatoris filiam aliquam offerebant uxorem, ut dili-

genter expenderet, cum Mantuæ & Monſerrati imperia per Italiam magni ſint momenti, vel propter ſitum & fertilitatem vel propter munimentorum copiam, Sabaudum æque ac Mediolanenſem illis inhiare, ut ſua faciant; quæ tamen non niſi per amicitiam Galliæ, cæterorumque Principum ſubſiſterent, unde advigilandum foret, ne in ſiniſtram rueret ſuſpicionem præceps.

Inimicos, harum rerum gnaros occaſiones quasvis indagare, ut eum divellant, inque malevolentiam præcipitent. Separato brevi imperium liberum, felix & ſupremum, quod Deus indulſiſſet, in Hiſpanicam clientelam mutatum iri, ad contemptum, detrimentumque omnis authoritatis, confidentiæ atque amicitiæ, quibus apud cæteros polluiſſet. Conſultiſſimum igitur, neutras partes fovere, æquo in Galliam & Auſtriacos, principesque Italiæ animo, modo ſuſpicioni locum ne faceret, in Galliam cæterum propenſior, quæ ipſius commodis, proſperitati & incremento faveret, unde ipſi fulcrum, protectio & auxilia, citra ullam expenſam forent.

Inprimis autem juſſus erat, fundamenta matrimonii inter principem Mariam, Vincentis neptem, & Rethelii ducem ſtruere, quem Dux ſupremis tabulis poſt Niverſii parentis obitum ſcriberet ſucceſſorem in imperio: niſi forte ipſi virgo allubeſceret, impetrato Romæ divortio. Demonſtraret etiam, quantum inde authoritatis ipſi accederet, ſtabilito adverſus vicinorum machinationes imperio, quibus integrum alioqui foret, etiam in perſonam illius quidvis audendi, ſucceſſore ancipiti, nec conſtituto.

Mantuam delatus, Galliæ convenientiſſimis excipitur Ceremoniis, cum Duce ex mandatis agit, illo grandem reverentiam ob iſtunc honorem teſtante, quem tantò devotius reciperet, quod ipſe Gallus propenſo animo & obſequio eſſet: nec tamen fervidum diſſolvendi matrimonii deſiderium tegebat, ut poſtea non filiam Imperatoris, ſed Mariam neptem duceret uxorem, quam impensè deperibat, ſpe etiam plenus de ſobole maſculâ, quæ in imperio ſuccederet: De Rethelii fortunis ſemper benevolè locu-

Digitized by Google

locutus, quem magni faceret & diligeret unicè, ſucceſſoremque imperii, illiberis reſpiceret.

Non viſum SanChaumontio, deſiderium regis de conjungendis Rethelio & Maria aperiri, quod occaſio repugnaret apud animum amoribus impeditum. Privatim tamen confert cum Marchione Strigii, ſummo Mantuæ miniſtro, cui rem omnem declarat, ſtipulata fide, ad id matrimonium, divortio Romæ non comprobato, promovendum, quo ſolo inſtituto Ducis, reique publicæ incolumitas ſtaret, quod ſecundum illa Sabaudus & Auſtriaci quicquid juris nunc cum ſummo ſubditorum incommodo, ob orbitatem Ducis, prætexerent, fruſtra forent.

Eo vehementius inſtabat, quod ex Strigio confidentius loquente audierat, Medicos non diuturnam Vincenti, ob valetudinem fractam, ſpondere vitæ uſuram. Strigius igitur, momentis negotii exactius conſideratis, omnem operam, ſtudiumque extremum promittit. De neutris favendis partibus, ne quid alterutram Coronam offenderet, Dux ſæpius legato repetebat, ſibi animum prorſus Gallicum, propoſitumque ad omnem reverentiam regi, cum quocunque obſequio præſtandam; cum ex ingenii propenſione in Galliam, tum ex gratitudine, ob Ferdinandum defunctum, fratrem dilectiſſimum, contra omnes hoſtes protectum, cum iſtac appendice, regem nihil unquam in ſeſe deſideraturum. Rebus tandem partem maximam confectis diſcedit legatus, ad regem reverſus ſingula explanaturus.

Politica reminiſcentia.

Regis eſt, non minus ſubditorum jus apud Exteros tueri, quam negotia regni curare. Id enim fuerit ſubditis, quod caput reliquis membris; ſicut iſtud ad conſervationem eorum vigilat, ita ille jura ſubditorum, ſive armis, ſive negotiationibus ad obſequium tranſierint, conſervare tenetur. Hinc Theopompus quærenti, qua ratione Princeps ſecurè imperaret, reſpondit, Nihil fore metuendum, ſi amicis nihil præter rationem permittat, ſubditis ab omni injuria & oppreſſione ſalvis.

Plurimi profectò Principes exitium incurrêre, quod ad ſubditorum injurias connivirent. Inſigne Philippus Macedo præbet exemplum, à Pauſania trucidatus, cum ſurdis auribus querelam de illata injuria tranſmiſiſſet. Nihil ſanè regi gloriam conciliabit majorem, quam iſtius officii cura, cum divina ferè ſit actio, infirmos adverſus potentiores fulcire, & abinjuria tutos præſtare. Summi Monarchæ non ſunt majoris momenti ad humiles, niſi quod juſtitiam vi armorum exigant: unde ipſis ſatis magnum accedit commodum ex inſolentia dejecta, & ambitioſis juribus uſurpatorum, ne formidinis umbram apex potentiæ ſpargat.

Animadvertendum quidem hoc conſilium generatim, ſed maximè quoad jura, quæ Galliæ ſubditi per Italiam acquirere poſſunt, ut Auſtriaci à nimia potentia, novisque incrementis diſtineantur. Cumque jam potiorem Germaniæ partem teneant, nullum certius æquilibrium quam Italiæ principes fædere compingere, & in provinciis Auſtriacis, vel per ſucceſſionem, quod poſtremi Gallorum reges auſi; vel per firmatos jure aliquo Gallicos principes, recipiendis Gallorum armis, ad Italorum neceſſitates, pedem figere.

Neque metuendum, quin Italiæ principibus Gallorum arma, Hiſpanicis oppoſita minus placeant, cum Hiſpanos majori odio, quam metu perſequantur, ut gradum eorum coërceant, nullo emolumento, niſi Juſtitia paceque per Italiam ſervata. Equidem aſſevero, nullam gloriæ & honoris adeoque benevolentiæ fertiliorem meſſem, ad famam venerationemque apud Exteros indipiſcendi.

CAPUT XXVII.

Rethelii princeps ducit Mariam, Mantuæ hæredem.

CUm Rex pertenuem ſpem diuturnioris vitæ ex San-

Chau-

Chaumontii relatu, de Vincente Mantuæ duce) intellexiſſet, in ſummis cenſuit negotiis, matrimonium inter Rethelium & Mariam hæredem quacunque induſtria conciliare, ut ipſæ poſt Niverniæ ducem parentem, Mantuæ Monferratique ſucceſſor diceretur. Cardinalis regium inſtitutum exquiſitis conſiliis fulcit eo fortius, quod Dux Sabaudiæ, & Mediolanenſis gubernator nunciarentur ſponte operiri, juribus nihil amplius preſſis: Hinc San Chaumontius denuò in Italiam legatur.

Mandata quæ acceperat, geminum onus ferebant: primum, ut litigium inter Sabaudum & Mantuanum terminaret; itaque Auguſtam Taurinorum petebat, ut flecteret Ducem Ferdinandum, aut aliam quamcunque tranſigendi iniret rationem, quam poſtmodum Mantuano laboraret comprobare, modo is intelligeret, concordia imperium ſtare, quemadmodum per diſcordiam inimicis ſit patefacta ad irruendum feneſtra.

Alterum ut adniteretur per ſummam induſtriam apud Mantuani animum, quo Rethelii cum Maria nepte matrimonium ſanciret, eumque poſt patrem Niverniæ ducem, diceret ſucceſſorem. In proclivi tum erat negotium, quod Pontifex palam dixerat, ſuper divortio ſeſe nunquam diſpenſaturum. Moneret etiam ſedulo, Nivernio & Rethelio, quos diligeret, matrimonium quidem ob certam ſucceſſionem admodum utile; ſed ipſimet ſummè neceſſarium, ad eludendas Hiſpani Sabaudique machinationes, quas in ipſius vitam imperiumque contendere poſſent, cum etiam tunc jura ſua propalarent.

Juſſus inſuper erat, ſi Vincens Dux fatis concederet ipſo præſente, omnibus cuniculis & argumentis proceres Mantuæ Monferratique perurgere ad tuitionem patriæ libertatis, fide obſequioque Nivernio, naturali adeoque legitimo principi, ſervatis, quem promulgarent, omnibusque recognoſcendum darent ſecundum provinciæ ſolennia, Vincentis ſucceſſorem, exerta ſponſione de regiis auxiliis ampliſſimis adverſus quosvis turbatores: idem

officium Pontificem, & alios Italiæ principes exhibere, ut ad defenſionem cauſæ juſtiſſimæ accederent.

Summam mandatorum iſtanc San Chaumontius ſecutus, Sabaudum adit, ut litigium cum Mantuano aliquatenus componeret, non diſsmulato rumore, de pacto illius cum Hiſpano, diviſioneque Monferrati. Dux irritatior dolebat ſortẽ ſuam ſiniſtram, qui de rege toties bemeritus, ſuſpicionibus iſtiusmodi oneraretur: fatebatur tamen: dedecoris nihil trahere, ſi ex valetudine Vincentis Ducis partem Monferrati debitam commodè prenſaret; cum è rege Galliæ foret, ſibi, præ Hiſpano eam ceſsiſſe: & ut maximè tranſegerit cum Hiſpano, regis exemplum valuiſſe, cui ille claſſem ad domandam Rupellam ſubmiſerit.

Deinde momenta cauſæ litigioſæ expediens, monebat, acta inter ipſum & Ferdinandum defunctum, quatenus jura in Monferratum concernerent, repeteret, nullo alio reſponſo, niſi aperto deſiderio quinquies decies mille ſcutatorum annuorum ad jurium evaluationem, tum etiam vicies mille ad reluitionem damnorum, ex promiſſorum fide, de matrimonio inter ipſius neptem, & filium ſuum Cardinalem inſtituendo, non exoluta: ut planum faceret enormibus poſtulatis, ſibi cauſam belli quæri.

Legatus igitur poſt repetita colloquia nullo majori operæ prætio facto nihil diutius commoratus, Mantuam revehitur, quo ipſa fortunæ dextera videbatur deductus, Vincente Duce poſt quintum diem fatis concedente: Inveneratautem Strigii dexteritate animum Ducis ad vota compoſitum, ut irritatio ex conſiliis, quæ vicini ad invadendum ſe vivo imperium iniviſſent promulgatis Ducem Niverniæ, unicum & legitimum ſucceſſorem omnium imperiorum, Ducemque Rethelium filium, legatum ampliſsimum, qui juxta ſuum mandatum duceret, antequam ipſus decederet, Mariam neptem in uxorem, literispatentibus proderet: illi cuſtodes munimentorum fidemobſtringerent, patriam Duci Niverniæ cum ſumma fidelitate ſervarent.

Cum autem diſpenſatione opus eſſet ad iſtas nuptias. mittit

Digitized by Google

mittit Dux quantocyus, qui eam à Pontifice impetraret, quam SanChaumontius reverſus nondum allatam intelligebat, ſingulis tamen momentis expectari: prævertit autem Ducis obitum horis pauculis. Ibi Strigius expenſis ſingulis Rethelium Mariamque monet, in quo cardine res verſarentur, libere addens, eâdem horâ ſanciendum eſſe matrimonium, niſi poſſeſſione imperii in perpetuum carere mallent. Cum igitur nullus deliberandi relinqueretur locus, matrimonii ſacrum ad nonam veſpertinam, pridie Natalitii ſalutaris, adeoque extrema patrant, cum conſummatis omnibus animam agere nunciatur Ducem.

Summè id conducebat Nivernio, ne imperio Mantuæ excluderetur. Is ex Gallia celeribus perfertur in Italiam, Mantuam exeunte Januario ingreſſus, ubi rebus ex voto diſpoſitis, ſuſcepit imperium, SanChaumontio in Galliam revertente per Taurinum, ut Sabaudum denuò de tranſactione, aggrederetur: inanem tamen ſumpſit operam, niſi quod complures equeſtris ordinis Delphinates, de conſiliis Monferratum invadendi ignaros ex militia illius retraheret; quod Dux moleſtè ferens, Taurino ipſi diſcedendum mandat.

Politica reminiſcentia.

PRudentia, quæ Principes jubet ad caſus quosvis turbandæ reipublicæ emerſuros advigilare præſentiaque curare, ſucceſſorem certum deſiderat. Eximium Auguſtus Cæſar præbuit exemplum in imperio, quod ſucceſſionem hæreditariam nondum agnoſcebat: is propinquorum aliquem ſemper adhibebat rebus agendis, ut Senatorum, militis & populi benevolentiam adeptus, conaretur ſummum imperii apicem mereri.

In eum finem, quod acutiſſimo Tacito notatum, Tiberium, poſtquam natura marem negâſſet, fata Marcellum, inde Marcum Agrippam, Cajumq; & Lucium ex Agrippinâ filia natos ſuſtuliſſent, ad clavum reipublicæ admovit,

CAPUT XXVIII.

Rohanius turbat occultè per Languedociam, dum Subiſius frater Rupellanis Anglorum auxilia procurat.

CErtum fecerat Subiſius fratrem Rohanium de Anglorum auxiliis, qui longè ante excenſionem in Reæ inſulam Languedociam commovebat, ſedulus in legendis per oppida Conſulibus ex factione Religionariorum, viriſque alicujus notæ in partes ſuas pertrahendis. Excenſione facta, palam agebat, ſcribendo milite, ad ſeditionem nonnullis concitatis, aliis invitatis ad arma, immani ſpe per transmarinorum eluvionem, nec minori metu amittendorum ſacrorum, calamitatumque extremarum.

Hunc panicum terrorem ut ſpargeret, Manifeſto rationes, quas ad exordium anni recenſuimus, ſpecioſè fucatas exponit armorum; ſic Piratis par, qui falſo curſus ſigno ad ſcopulos attrahunt imprudentiores in certiſſimum exitium, ſuamque prædam: Expoſitis enim ad oculos ſponte factioſorum pictis rationibus de conſervatione bonoque partium, rebellione eos involebat ad oppidorum everſiones, ſolo æquatis propugnaculis muriſque.

Ut autem Religionariorum oppida arctius ſibi devinciret, Conventum Uſeſi habet, quo deputatorum plurimi mittuntur. Ibi & eloquentiam, & fortitudinem, quibus pollebat, exerens, omnia pro lubitu perſuadet, adeo ut auxilia, per ipſius operam ex Anglia ſubmiſſa, ob juſtitiam & neceſſitatem comprobarent, collaudata ipſius prudentia, ſtudioque, etiam gratiis actis ampliſſimis: Fidem dant, de pace nunquam ſine Angli conſenſu ipſiuſque adeo emolumento cum rege agendi.

Leguntur ſeditioſiſsimi quique ad Languedociæ Aquitaniæque oppida commovenda; perurgentur literis Del-

phinatus atque Vivaretii provinciales, ne cauſæ communi deeſſent. Articulatim ſcribitur juris jurandi formula ad Unionis ſacramentum, quo Conſules oppidorum, Barones nobileſq; factioni accedentes adſtringerentur: Immani Unionis ſpecie, quæ partes à toto divelleret, membra à capite ſepararet, ſubditos Principi ſubduceret.

Rohanius igitur, promotis omnibus machinis, ad exſcenſionem Anglorum in Reæ inſulam, vim parat, arreptiſq; armis exercitum ducit: Sabaudum de promiſſis auxiliis monet, quæ ob Hiſpanorum ex agro Mediolanenſi metuendum exercitum, quod inferius memorabimus, negantur reflexis etiam in Anglorum expeditionem oculis, ne quid imprudenter periclitaretur: promiſſis poſt variam diſceptationem quinquagies mille aureorum.

Nemauſium, Uſeſum, Aletiſium, Anduſia, Vinianum, Hippolyti, Ambroſii, & Grandamancæ fana, Samenſum, Salla & alia minoris momenti oppida, in partes ipſius extemplo tranſeunt; quorum copiis præter artes prudentiamque adjutus, hoc anno Realmontium, cum Renelium, Navam Maſeriam, Pameriam, Caſtra, Soyonem, aliaque oppida per Rhodani ripas & Vivaretium ſparſa, ſubigit, pluribus etiam imminens, niſi Cardinalis per auſpicia regis obſtitiſſet.

Nunquam credi dicive poterit, quanto ſtudio, animique fervore ſequaces continuerit; quantis curarum molibus fatigeretur; quantas ſubmiſſiones adierit, ad plebem, conſiliis iſtis neceſſariam, conciliandam: quot moleſtias devorarit, quot ſermones imprudentiſſimos ſurdâ aure tranſmiſerit, quot denique anguſtiis fuerit conſtrictus: adeo ut poſtmodum familiaribus fateretur, quasvis moleſtias præ populo ſeditioſo coërcendo ut in ordinem neceſſarium inſtituto, ad emolumentum ex rebellione eliciendum, cogatur, leviſſimas eſſe.

Poli-

Politica reminiſcentia.

QUi ſe ducem rebellione præbet, ingerit ſe rebus moleſtiſſimis, periculoq; eminentiſſimo, unde per ſucceſſum parum laudatum ad honores emergat: cum ipſa victoria opprobrium rebellionis ferat. Equidem ſecundum iſtæc extrema, arbiter, neminem, eo imprudentiæ evaſurum, qui curas, angores & pericula intelligat: nam ad demerendos alicujus notæ viros, qui partibus interſunt, anxiè laborabit, quod rebellio ſingulis imperium ſpondeat; dum mediocres ſuam operam vane æſtiment, ad extrema inde non raro delati.

Certum habeat, maximam partem ex ſpe privati commodi accedere, quod luculentius in Principis partibus transfugium ſuadeat, detrimento aliquo metuendo: unde fidem ſuperat ſtudium blandiendi, animique torcular ſpontaneum ad eos continendos. Cumque rebellionis potiorem numerum faciat plebs, nemo unquam moleſtiarum periculorumque inierit computum. Arenoſo enim ſolo inædificat, qui plebi ad bellum gerendum confidit: octiduum eodem inſiſtet conſilio, ob motus procelloſos, ventosque extremæ inconſtantiæ; prona ad quamvis armorum ſortem mutatione, mente adeo levi infidaque, ut fortunæ adverſæ uſum continuo damnet; ſibi proſpera bellorum ſumit, duci minus ſecunda imponit: ſuſpicione perpetua in cultores ſuos, prompta ad calamitatum, quas bellum trahit, ſenſum, levitate, qua arma ſumat, panatque: Quæcunque offenſa inſtitutum pervenit, ad evtrema rapit, nullo penſo lecti ducis.

Flandriæ Hiſtoria eximium ſuppeditat exemplum in Jacobo Artevellano, cujus ſumma apud Gandavenſes authoritas benevolentiaque nemini ignota. Exigua tamen ſuſpicio de fide violentam ipſi mortem, auribus ad defenſionem averſis, attulit. Sic thalaſſiarcha Chaſtilionæus, fortiſſimis ſui temporis accenſendus, conditionis miſerrimæ iſtius experimento ſumpto-

pto, in beatitudinis bonis cenſuit, liberari: adeo ut mallet ad quolvis fortunæ perfidæ impetus proſtare, quam furioſæ plebis arbitrium denuo ſubire, quod ad ſingula momenta, inſtar Protei, mutetur, jactabunda à periculo remota, ſed trepida abjectaque ad Principis ingruentia, arma, quæ caſtigationem minitentur.

CAPUT XXIX.

Gallandus ex ordine Senatorum intimorum, mittitur ad firmanda oppida, quæ Rohanius pervertebat.

Cardinalis, qui cujuscunq; momenti res per regnum notitia complecteretur, Rohanii exordia ſcrutatus, regi demonſtrat, tempeſtivè obviandum, ſive armis coërcendæ viderentur ipſius copiæ, ſive negotiationibus oppidorum obſequium foret firmandum, ſne rebellione irretirentur animi. Ad priorem ſententiæ partem requirebatur exercitus, qui provinciales in fide contineret; ad alteram, mittendus erat vir prudentia & fidelitate ſpectatus, qui apud factionem Religionariorum plurimum polleret authoritate.

Rex ſapientia iſtius conſilii perſpecta, Gallandum ex intimo Senatorum ordine, legit, in quo virtutes illas notabat, ſpe certa, eum apud Religionarios, quorum ſacris eſſet addictus, plurimum fidei habiturum. Mandatis igitur inſtruitur, cum literis & poteſtate, quæ ad Languedociæ, Foxii, Lauragefiæ, Vivaretii & Sevennarum provincias obeundas videbantur requiri; ut obniterētur Rohanii conatibus, ne oppida Religionariis prævalentibus, rebellionem conciperent.

Is tanto munere per ſenium ornatus, nullam temporis jacturam admittit, quantocyus Montalbanum delatus, alterum è Rupella factionis caput, quo cæterorum fidelitas trahebatur. Convocatis incolis mentem regis exponit,

nit, literas à rege exhibet, obſequium firmat. Expendendum dabat per ſermonem, in quo nihil cauſarum, artisque ſuaſoriæ deſiderari poterat, officium ſubditorum erga Principem, juxta calamitates à calcato officio ingruentes: addebat malorum compendium, niſi ad conſilia ſaniora flecterentur; inani ſpe in promiſsis Rohanii Anglorumque auxiliis conſtituta, quorum conatus extremi nihil obſtiterint Ciradellæ in Reæ Inſula per ſuppetias firmandæ, certo ad ampliores indicio.

Quæ omnia motu corporis, animiq; propenſione mentes adeo acutè pupugêre, ut ſcripto proteſtarentur, ſibi in obſequio vivere, morique conſtitutum. Id enim unicè optabatur. Hinc ad alia oppida alicujus nominis, rebellione nondum infecta tranſit, adeo felici prudentia uſus, ut eadem à Briatcſta, Caſtris, Pameria, Puylaurento, Maſeriâ, Amandi fano, Cabereda, Maſara, Mosdaſilo, Sarlato, multisque aliis auferret. Obfuit tamen, multos factioſos, Rohaniique ſequaces, Caſtris, Pameriæ inque aliis oppidis relinqui, ut primis iſtis conſiliis minus inhæſerint; Rohanio obſecuti.

Politica reminiſcentia.

IN admonitionibus publicis prudentia aliquando æque valet ac vis; præveniendi tamen ſunt cives ad oppida ſervanda, ut armis poſitis factioſos ejiciant; ſummo ſane momento rerum, ne inſtar Chameleontis obviam quamq; tincturam imbibant. Aliquando exigua opera in officio continetur, antequam fervor mentem corripiatq; tunc enim prudentum extremus objecto metu calamitatum, quas bellum invehit; aut extenuatione virium; etiam fiducia tranquillæ libertatis, horſum vorſum duxerit.

Concitanda eſt plebs commodis privatis, quæ omnium rerum menſuram ſtatuit, nullo profus cenſu boni, malivè, niſi ex voluptate, aut moleſtia. Nunquam ſuaſerim, pomiſſis ipſius eo uſque ſtandum, ut arma retineat; quod eodem conſilio non inhæreat, quavis libertatis imagine animum faſcinante, rerum præſentium pertæſa, novas expe-

Digitized by Google

expetit, quovis vento mobilis, ad tempeſtatem ſponte concitatam differtur: vetita ardentius amplectitur, quam licita: novarum rerum avida, infidelitatem, naturæ ultimum conatum exerit.

Enſem in manu furioſi reliquerit, qui plebi arma permittit, ubi metus rebellionis ſuperat. Seditionem tamen vehementius pertimeſcas, ut procul habeas, ex oppidis motui ſubjectis ſemotos. Primum omnium Medicus agit, ut humores vitioſos, qui febri alimenta præbent, è corpore educat; prima igitur cura ſit Miniſtri, in metu rebellionis, ut ejiciat faſtidioſos, ſeditioſos, & ad concitandam plebem propenſos Rigor enim in ipſos locum laudatæ feret pietatis; inſolentia etiam verborum, ubi querimonias accipiunt, minus habet periculi, cum nocere deſierunt, quàm actiones ſeditioſæ, quibus cives traduci poſſent ad rebellionem.

CAPUT XXX.

Rex, poſt negotiationes ad Rohanium corecendum inanes, expedit arma.

NEgotiatio illa emolumento non carebat ſuo; ſed ad Rohanii conatus invalidior, regem permovit, ut exercitum mitteret, ſummo imperatore Condæo, cum mandatis & poteſtate Legati ampliſſimi per Languedociam, Delphinatum, Aquitaniam, & Lugdunenſem provinciam. Jam ante proceſſerant legiones ad primas turbarum ſuſpiciones, quæ tamen potiores ad rebellionem in herba opprimendam vires requirebant: hinc Condæus juſſus militem ſcribere, & quantocyus ſigna explicare.

Is Lugdunum tranſit extemplo, ſed ubi diverſa munimenta longeque diſſita, neceſſario eſſent conſideranda placuit regi, copias in duo agmina diſpeſcere, altero eoque numeroſiore ipſius imperio, altero Momorantii, qui Languedociæ præerat, virtuti commiſſo. Sic Condæus ineunte Decembri Lugduno abit, comitantibus Burgo &

Digitized by Google

go & Ranyo Campiductoribus, Nangiſo, Turnone, Charluſo, Eſtrangæo, Monrealio, aliiſque ſpontaneis ex nobilium ordine. Sequebantur duæ cohortes Carabinorum, & bis mille peditum, quos ad Soyonem collegit, locum in ripa Rhodani validum, tranſeuntibus nimis moleſtm.

Hic armorum exordio ſumpto, incolas intra bidui ſpatio in poteſtatem redigit, poſtquam propugnatorum maxima pars exceſſiſſet. Aubini fanum, non longè à Soyone exiguum oppidum, moleſtiæ parum differens per provinciam, vi ſubigitur, militibus contrucidatis. Hinc ad Aquas mortuas abit, cum Morantio de ſumma rerum conſulturus: evocantur decem cohortes Magolone ex Normanniæ legione, quæ cum cæteris copiis jubentur ea loca obire, ubi Rohanius per opportunitatem ſitus vim videbatur opponere: ſed ſolus regiorum armorum fulgur præſidiarios perculit, ut fuga dilapſi, vacua relinquerent.

Eodem tempore Gubernatorem Magolonis Foſſæum jubebat Corconnam cingere, & Ornanum Aubenates frænare, quod uterque tanta virtute & viglantia præſtitit, ut Corconna, propter ſitus naturam clavis Sevennarum, adeoque magni momenti, dederetur; in alterum locum nobiles confluerent invitati. Abierat Rohanius in Comitatum Foxii, quem Memorantius ibidem quærebat conficiendum, impediendumve. Conſequebantur ſeſe utriuſque ducis copiæ aliquot diebus ſine conflictu, donec Momorantius eum ad Caſtellum Audari fervidè aſſecutus, ad pugnam cogeret.

Signo dato concurritur; Rohanii ſiniſtrum cornu Arpajovius inceſſebat, cohorte Linierii, & Vantadurii ſatellitio, aliiſque copiis ſuccenturiatus; dextrum verò Ambræus & Mirepoſius, Biulæus, Enoſsius, Momorantianæ cohortis, & Crocius, ſatellitum ductores incurſabant, legione Biulæa in ſubſidiis excubante. Pedem refert Rohanius poſt duarum horarum conflictum, centum & amplius gregariis, quinque ſatellitibus, ſeptem ductoribus deſideratis, plurimis ſauciatis. Rebellionem tamen inflat, nihil armorum ſiniſtro eventu territus.

Poli-

Politica reminiſcentia.

VEra religio plurimum commodi adfert propugnatoribus ſuis: illos juſtitia fulcit, quam pro vallo munimentis circumdant, hoſti objiciunt, Coronæ ſtabilimentum ponunt, columnam authoritatis ſtruunt, vinculum obedientiæ nectunt. Hæc machina Archimedis artes longè ſuperat, cùm ipſum Deum ad opem ferendam de cælo deducat. Hinc divinæ providentiæ placuit, primos juſtitiæ conſeſſus ſub Palmâ fieri, ut arduarum rerum cupidi, quod Philo autumat, ſcirent juſtitiam certum victoriæ eſſe pignus.

Nihil igitur metuet princeps, qui ad ejus conſtitutionem bellum gerit, cùm Deum habeat propugnatorem. Nulla adverſus Deum valet potentia, qui gloriæ ſuæ hoſtes, quotieſcunque aliquid audent, evertit, niſi ubi Miniſterio eorum ad improborum caſtigationem uti voluit. In antiquo fœdere, audire volebat Deus exercituum, ut ſcirent populi, ſub cujus imperio eſſet militia, cùm victoriam in alterutram partem pro libitu convertat. Hinc bellatores illi famoſi adverſus ipſum nihil unquam potuêre, niſi ut illius potentiam experirentur, ſuam imbecillitatem manifeſtarent.

Obvium in hiſtoriis, eorum conſilia non tantùm fuiſſe vana, ſed etiam gradus ad præcipitem ruinam ſtruxiſſe: Icaro non abſimiles, qui cera compactum alarum remigium ferens aves imitabatur; ut cera à radiis, quos thronus gloriæ ſpargit, liqueſcente corruerent, altitudine quæſita ad graviorem lapſum.

Notius eſt, quam ut relatu egeat, cauſam religionis veræ militi ſummam addere fortitudinem: unde nihil dubium, cum virtutis certiſſimum victoriæ ſit fundamentum eundem inſigniter præpollere. Oſtendit Machiavellus in enucleatione T. Livii, religionem ad quaſcunque res arduas admirandum eſſe fundamentum juxta & inſtrumentum, quo Romani uſi ſint ad conſtituendam Civitatem, ad inſtituta perſequenda, & ad tumultus ſeditionesque ſubinde in republica renaſcentes compeſcendos.

Quòd

Digitized by Google

Quod ſi figmentum falſæ divinitatis, cui populi ſcelerum vindictam, & virtutum præmia, in ſuaviſſima tranquillitate per campos Elyſios tranſcribebant, in animis mortalium tam potenter egit, omnia de vera religione, quæ retributiones in Cælo immenſas pollicetur, ſperare licebit, ubi fides verum animæ impreſſit characterem. Miles pro ſacris pugnans, Principi præſtat obſequium, divinitatis imagini; vitæ tranſitoriæ neutiquam parcus, per certam immortalitatis fiduciam.

Si ad Olympia deſcendentes gladiatores cum voluptate cutem lacerari, ſanguinem effundi, & oſſa confringi ad aſpectum Laureæ, exiguo laborum præmio, cernerent; hic noſter longe ferventius in pericula præcipitabit, cum minus curet ſanguinis vitæque profluvium, quamprimum oculis fidei in Servatorem mundi ad ſtadii extrema præſtolantem conjicit, aut ad cælorum veſtibulum, coronas non marceſcentes, ex ipſius ſinu meditatur, virtutis æternum præmium. Hinc animadverſum per ſecula, Principes proſperrimè agentes, ſacrorum plerumque fuiſſe ſtudioſiſſimos. Sic Conſtantinus evaſit magnus, per ſacra Chriſtianorum, quæ aſſumpſerat: hos gradus Pipinus ad thronum regium præſtruxit: hinc Carolo Magno imperii decus obtigit, regnumque Hieroſolymitanum Godofredo Bulionæo; unde Turcarum genti, armis exercendi natæ, nullus, niſi à Chriſtianorum ſignis metus.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER V.

M. DC. XXVIII.

CAPUT I.

Rupellani mittunt, qui à rege Magnæ Britanniæ auxilia petant.

ANtiquitas fingit, Pandoram ad Epimetheum refractarium juſſu Deorum acceſſiſſe, ut pixidem omni genere calamitatum repletam, cui præter ſpem nihil penitus boni ineſſet, deferret. Figmentum iſtud liceat Rohaniæ aptare, quæ, ut animos adderet rebellibus, Rupellam deſlata, quidvis calamitatum adduxit, adeo ut nulla miſeriarum ſpecies cogitari poſſet, quâ incolæ non defungerentur, cùm præter ſpem de Anglorum auxiliis, quâ ad finem uſque lactabantur, nihil boni ſupereſſet.

Sic animati, regis intelligunt inſtitutum, de extorquendo obſequio: mittunt igitur hoc anni exordio cum lautâ & amplâ poteſtate ad regem Magnæ Britanniæ, inſtantiſſimè rogantes protectionem, ut altero exercitu miſſo, rex ab obſidione diſcedere cogeretur. Ea benevolentia à rege, Duceque Bukinkamo excipiuntur fiduciarii, ut vindicta ægros, à clade per Reæ inſulam accepta, intelligeres. Perorant, expenduntur propoſita, fit fædus, quo obligatur rex, ad militem defenſioni parem ſubmittendum, ad vitæ militiæque neceſſaria ſuppeditanda, permiſſa etiam collecta pecuniaria per Angliam, ut extremis neceſſitatibus ſubveniretur.

Obligantur viciſſim Rupellani, omnem operam enixè con-

Digitized by Google

conferre ad proſperum Anglici exercitus ſucceſſum, quot quantasque poſſent naves ſtruere ad bellum, naucleros quamplurimos conquirere, & omnis generis annonam in aliquem oppidi locum comportare; exercitum in portum admittere, ubi opus eſſet; aurem regis ſui Principisque oblatis, niſi cum pleno Angli conſenſu, ad quamcunque transactionem, nunquam præbere, antequam Gallia quicquam] in Angliam audeat, partes Angli palam confiteri, pro facultatibus conſilia in detrimentum Angliæ concepta, divertere.

Cum Rex Magnæ Britanniæ in rebus arduis non habeat ſummam authoritatem, cujus potentia aliquo modo à Parlamenti conſultis pendeat; neceſſum habuit, Proceres convocare, qui inſtitutum comprobarent, & ſumptus à ſubditis colligendos permitterent ad iſtanc expeditionem: Pervicit tamen rancor ergà Galliam, & vindictæ ſtudium, ad delendam illam maculam, quam in Reæ inſula ſuſceperant, ut in expeditionem conſentiretur.

Cum autem plebejus ordo ad ſumptus faciendos obligari vellet, recuſavit poſt diverſas querelas adverſus Bukinkamum, præcipuosque reipublicæ Anglicanæ miniſtros: unde non parum in parlamento tumultuatum, rege Magnæ Britanniæ adeo offenſo, ut importunis ſupplicationibus cedere coactus, nihil præſtiterit, niſi ut reſponderet, collectis nondum ſtabilitis, ſibi ſupplicationes ipſorum curæ futuras, quibus ex merito eſſet ſatisfacturus. Jubet tamen claſſem numeroſam parari quamprimum, ad Rupellanorum ſolatium, cui Embyum, Bukinkami ſororium præficit.

Id unum ſpes Rupellanorum contingebat, unde oculis ad omnem reverentiam obſequiumque clauſis, jugum fidelitatis excuſsêre ad extrema delati. Dum authoritate regis ſui calcata, patrocinium ab hoſte profeſſo Coronæ petunt.

Politica reminiſcentia.

ET ſi populo nulla nunquam cauſa legitima, ad fidem erga principem exvendam, patrocinio apud hoſtem patriæ quæſito; facilè tamen eo deſcendit, cùm nullam, præter hanc, ad effugiendum rebellionis ſupplicium, feneſtram invenit. In Scholis Philoſophorum conſtanter aſſeritur, dato uno abſurdo, alia conſequi: idem Politicis certum, populo in primum errorem prolapſo, ut nempe arma in Principem corripiat, proclivem eſſe gradum ad extrema, numero criminum indies aucto. Solet ille ſalutem potius in rebus deſperatis per vias inſolitas, rationis ſpecie vacuas, quàm prudentiæ & ordinis methodum quærere.

Rerum innovandarum avidiſſimus, ad violentiſſima remedia haud difficulter deiertur, ubi prima defecere conſilia. Libertatis oſtentationem, ſpemque facilè ſequitur, ad ſeditioſi cujusque, cujus authoritate ducitur, ſuggeſtiones de non integro libertatis uſu ſub poteſtate Principis naturalis legitimique, promptiſſimè exit obedientia, deinceps ad hoſtem tranſiturus, nullo ad mutationis in meliorem deterioremve ſortem momenta habito penſo.

Jam ſemel rebellis, ad obſequium, niſi lumbifragio, non redit, metu juſti ſupplicii ad quasvis partes, quam ad pænitentiæ reſipiſcentiam propellente. Unde Priſcus ille ſapientiſſimè ajebat, mercenario comparandum, qui operam omnibus promiſcuè offerret; proclivis cæterum ad omnia pervertenda, non ad commodum utilitatemve eorum, quos adſcivit, ſed ut animo ſatisfaciat ſub velo ſummæ libertatis. Rebelliones quidem ut plurimum clientelas Exterorum in occulto trahunt, ubi auxilia ſperent, quibus illi favent, non ex benevolentia, ſed ob emolumentum ex diviſione quærendum.

Italiæ hiſtoria commemorat exemplum Piſanorum, qui à rege quondam Galliæ, & Ludovico Sfortiâ perſuaſi, Florentinorum obſequium depoſuêre, exactis præfectis, Negotiatoribus plurimis adſcitis, ut qui jam ſummâ libertate gauderent. Cum autem exiguarum virium ſibi conſcii,

ad

Digitized by Google

ad opem vicinorum Principum conſugerent, ut rempublicam tuerentur, auxiliis quæſitis, ex æmulatione familiari imperiis quibuscunque, non caruêre. Sic Genua militem & apparatum militarem, Lucca pecuniam, & Sena ex ſpe immanis emolumenti, præter pecuniam etiam cohortes ſubmittebat.

Neque hoc ultimo gradu ſtat rebellio populi: nam ubi libido non expletur ab Exteris in ſimplici patrocinio, mancipabit ſe potius, quam in poteſtatem principis legitimi redeat, ubi animo ſedet metus extremi ſupplicii ſubjectionisque rigidioris: tanti eſt operis, à guſtu libertatis ad jugum obedientiæ cervices reclinare.

CAPUT II.

Hiſpanus Fridericum Toletanum ad regem mittit cum claſſe.

DIctum nobis, regem jam ante de penuriâ navium fuiſſe ſollicitum, ad Anglorum claſſem repulſandam, etiam non recuſaſſe Diegi Mexiani, nomine regis Hiſpanici oblatam Villa regiæ benevolentiam, de ſubmittendâ claſſe. Cum autem Hiſpani id tantum agerent hoc præſtito officio, ut regem bello profeſſo cum Anglis implicarent, dum ipſi progreſſus facerent per Germaniam & Italiam, impenſe cavebant, ne præſto eſſent, ubi Angli ex Inſula eſſent dejiciendi. Tandem tamen Fridericus Toletanus, ſummus Hiſpaniæ thalaſſiarcha, poſt dilationem ſatis longam exeunte Decembri, claſſem ad portum Morbilianum Britanniæ Armoriacæ admovet.

Juſſerat Guiſium rex, magnificè eum excipere: quod eâ curâ factum, ut Toletanus benevolentiam regiam nec ſatis mirari, nec abunde prædicare poſſet. Diſcedit poſt aliquot dies, ut claſſi redditus Inſulam Reæ peteret, cum jam ipſius opera nemo egeret: claſſem tamen regi offert, redditis utrinque nimiis civilitatis teſtimoniis. Rex tamen miſſis, qui eum inviſerent, didicit claſſem annona & milite

Digitized by Google

adeo parcè inſtructam, ut ſiniſtra illa diſpoſitio præter itineris tarditatem, facilè indicaret, non multum voluntatis ſtrenuæ ad propugnandum illi eſſe: Hiſpanumque ægerrimè laturum fuiſſe, ſi ipſus ad ſubigendam Rupellam, quæ incendio bellorum ſpargendo ad occupandas, quotieſcunque ipſi luberet non magnam pecuniam diſperdere, Galliæ vires, conferret operam.

Planiſſimum tamen id fecit, petitâ poſt pauculos dies copiâ in Hiſpaniam redeundi, cum perſuadere conaretur, inutilem ſuam videri operam. Rex ad inopinatum hoc petitum potuiſſet hæſitare, poſtquam ille ex Hiſpania operosè digreſſus, diſceſſum promptè urgebat, niſi ante cognoviſſet, majori conſilio ad bellum inflammandum, quam gerendum adveniſſe. Quemadmodum vero rex ſciebat, Exterorum auxiliis non niſi ad incitas utendum, ſummos etiam Principes ei neceſſitati expoſitos, eo facilius in diſceſſum conſenſit, quod Cardinalis aſſeveraſſet, magnum navium numerum jam tum ad Rupellam confluere: ille igitur vento ſecundo, ad finem Januarii reditum cepit.

Politica reminiſcentia.

II ſunt aliquando bellorum caſus, ut Exterorum omnino ſit utendum auxiliis, cui penuriæ ſummi etiam Principes ſubjacent, ubi forte inopinato opprimuntur, ut propriæ vires ad hoſtem repulſandum minimè ſufficere poſſint. Nihil tamen dubium, prudentiſſimè iis careri, ſi poſſit, ne alienis auxiliis innixus, illi Prinoipi aliquatenus obligetur, cum neque virtute, neque fidelitate ad audendum ſubditis æquipolleant. Miles enim foraneus potius lucrum, commodumq; privatum, quam favorem ejus, cui militat, pugnando quærit: adeo ut ſi alibi, etiam apud adverſarium majus emolumentum ſperet, nulla difficultate tranſeat.

Id Celtiberi olim compertum dedêre, qui à Romanis primũ ſubornati, Carthaginenſes deſeruêre; & ab Carthaginenſibus pellecti, à Romanis receſsêre. Idem in Helvetiis animadverſum non una vice, qui ſtipendia quæque ſecuti,

cuti, tempore Ludovici XI. eo proterviæ evaſerant, in caſu neceſſitatis, ubi præſenti carebant ſtipendio, quod pactum fuerat, ut de ipſo proceribusque aulæ comprehendendis deliberarent, donec integrè eſſet ſatisfactum. Hinc rex è manibus illorum per induſtriam ſeſe ſubducere neceſſum habuit. Præfectus tamen Diviodunenſis, cum aliquot ducibus, violentiam illorum non evasêre, quos manibus injectis eousque vanis ad omnia conatibus detinuêre, donec omne quod debebatur ſtipendium exolueretur.

Subditi vero, qui Principem ea fidelitate complectuntur, quam Coronæ debent, in obſequio perſtant, tametſi ſtipendia momento temporis conſtituto minus præciſè numerentur. Certum etiam, eos pro fortunis propriis depugnantes, gloria etiam propria ſtimulari, adeoque longè ferventiore animo, quam Exteri in occaſionibus quibuscunque verſari. Hinc Principes, Resque publicæ, ad eximiam victoriam aſpirantes, in ſubditis ſummam potentiæ conſtituêre. Sic Turcarum Tyrannus ſuis tantum utitur in bellicis expeditionibus, unde nullum unquam imperium tam anguſto temporis ſpatio, poſt Alexandrum magnum, tantos fecit progreſſus.

Equidem arbitror exercitum, qui è ſubditis legatur, vires naturales referre, quæ ſanè præ arte, quam Medicus ad eas reficiendas firmandasque adhibet, longiſſimè pollent: neque aliter Principem eum accomparaverim, quam ægroto, quem vires naturales deſtituerint, ut adſcititias quærere neceſſum habeat, ſtomacho fovendo, cum aromata, & id genus alia, ſanguine aduſto vitam conſumant, ſalute evaneſcente; ſiquidem Exteri, quorum auxiliis niti vult, exitii ipſi cauſam afferre poſſunt, quod alibi ex rationibus diverſis nobis eſt actitatum.

CAPUT III.

Spinola cum filio, & Leganeſio apparatum obſidionis Rupellanæ contemplatur.

QUo die Toletanus reditum ſumpſit, Marchio Spinola, è Belgio digreſſus, per Lutetiam Pariſiorum, (ubi Reginæ iximium ipſi habuêre honorem) in caſtra, Eſtræana ad Rupellam venit cum filio, generoque Leganeſio, qui legati extra ordinem Hiſpanici munus obibat. Schombergius per leucam obviam prodit, rege jubente, quemadmodum etiam ingreſſum, eximiâ pompâ inviſendum voluit: audivit etiam cum omnibus benevolentiæ teſtimoniis, quæ tantum regem decerent, duci tam famoſo convenirent.

Inter cætera admiſcebat rex, ſeſe eo locorum proceſſiſſe, contra Medicorum ſententiam, quod à morbo nondum penitiſſimè convaluiſſet; coactum tamen, ut Anglos è regni terminis depelleret, quibus juxta adventum ſuum diuturna non fuerit facta poteſtas commorandi. Reſciviſſe poſtmodum, Rupellanos, qui ſubditorum cenſu gauderent, non parum ad illam invaſionem contribuiſſe; Hinc ſtatutum apud ſe, caſtigationem inferre laſcivientibus, & obſidionem circumdare, ſecutum eam methodum, quâ ille ad ſubigendam Bredam eſſet urſus. Exinde invitabat ad operas ſpectandas, quantumvis ob temporis anguſtiam malè perfectas.

Spinola regem pleno ore collaudabat in omnibus, maxime vero quod Anglos ex Reæ inſula eſſet amolitus egregia victoria. Addebat, illius præſentia Nobilium virtutem evadere invictam, cum nihil majorem gloriam conferat viro alicujus notæ, quam ſub oculis Principis dimicare. Sibi nihil moleſtius unquam accidiſſe, quam quod regem ſuum rerum geſtarum nunquam habuerit teſtem præſentem, quo beneficio ſemel impetrato, cumulatos honores cum morte lubenter eſſet commutaturus.

Iſtis

Digitized by Google

Iſtis aulæ officiis defunctus, ad operas & aggerem abit, cum ſtupore inſtitutum admiratus, infit clara voce, Canali occluſo, & ſumptu ad continendum exercitum prompto, deditionem oppidi extra ullum dubium tandem ſecuturam. Cumque ſciret, quo gradu regiæ benevolentiæ ſtaret Cardinalis, cujus conſiliis obſidio proceſſiſſet, ubi ex admirando inſtituto prudentiam colligebat eximiam, inviſere eum, juxta morem excellentiſſimum aulæ conſtituit.

Cardinalis omnia cum fænore reddebat, ſermone longius protracto, ad amicitiam ſingularem, quam reverentia filiali, paternaque veneratione ſancire placuit: hinc in Pedemontio partium adverſarum duces, bellum non minus benevolè, quam generosè gerebant, certo experimento, humanitatis officia, nullo Principum intertrimento, etiam inter hoſtes conſtare, ſi lubeat.

Politica reminiſcentia.

NOn parum conducit ad Principis gloriam benevolentia Exteris, maximè vel per Natales, vel per res geſtas eximiis, ubi peregrè ad Aulam accedunt, teſtata. Id enim debet, gloriæ ultra regni limites extendendæ cupidus, ut apud vicinos laudati Principis ferat nomen. Quicquid honoris infert, per repercuſſionem gloriæ in ipſum redundat, dum eos favore benevolentiæ obligat ad laudes ſuas decantandas.

Romani, licet alioqui Exterorum contemptum præſeferrent, Barbarorum cenſu quoſvis alios habentes, ex ſtatuto tamen quodam tenebantur, eos ſummis honoribus, ſi qui Romam accederent, excipere. Et ut modum aliquem rei definiam, primum dixero, Principis eſſe, omnem ipſis benevolentiam teſtari: cum iſtæc virtus faſcini inſtar animos tam potenter captivet, ut non raro, quod Ludovicus XI. ajebat, acerrimos inimicos ad amicitiam ineundam deduxerit: id quod ipſe erga Exteros, ad aulam venientes enixè præſtabat. Accedit etiam,

etiam, eandem benevolentiam certiſſimum haberi fortitudinis ſignum, quemadmodum ruſticitas & barbaries abjectum animum produnt.

Comitem habeat magnificentiam, ut majoris fiat, cum geſtus verbaque leviſſimè tranſeant, niſi aliud accedat pondus. Iſta autem conſiſtit ante omnia in convictu ſplendido; qui non minus, quam ipſe Genius, benevolentiam teſtari ſolet. Paulo Æmilio ſolitum, hoſpites accuratè lauteque habere, de causâ rogatus aliquando reſpondiſſe fertur, eandem prudentiam adornando convivio, & exercitui in aciem diſponendi requiri, ut hoſti æquè terror, hoſpiti gaudium concilietur. Denique & hoſpites ex virtutum ſplendore etiam munera ſpargere tenentur.

Exiguus, quem Princeps hìc fecerit ſumptus, famam apud Exteros auget, quod hoſpites ea munera per familiam, tanquam teſtimonia honorum, quos meruerint, & ſigna magnificentiæ amicorum oculis frequentius expoſita, cura ſingulari recordantur: unde cenſuerim, in aliis ſumptibus potius modum fieri, ne hìc aliquid deſit. Hinc Ageſilao promptum, pulcherrimum illuſtriſſimumque regis decus in eo conſiſtere, ut plurimis benefaciat. Corinthiorum legati, repudiatis, quæ Dionyſius Syracuſanorum tyrannus offerebat muneribus reſponſum ab offensâ non alienum tulêre, Hocillorum inſtituto adimi ſibi facultatem gloriæ augendæ, cæteris regibus ſolitam. Quicunque enim liberalitatem coërcet, neque à ſuis cordatè, colitur, neque ab Exteris honorificè laudatur.

CAPUT IV.

Rohanius ſpem in Languedociâ progrediendi amittit.

Cum Rohanius didiciſſet, quantas operas Rex ad obſidendam Rupellam ſtrueret; rebellionem per Languedociam promovet, ut omnium virium molimine regem

gem ab inſtituto retraheret. Siniſter tamen ſucceſſus ad Magolonem, per anni exordium intercipiendum, eum moleſtiſſimè inter cætera mulctarat. Juſſerat enim Bretinnium, neceſſarium ſuum, ut in eam urbem ſeſe conferret, tanquam liti in Curiâ ſubſidiorum vacaturus, ſi occaſio Citadellæ corripiendæ ſeſe præberet.

Bretinnius igitur Millæum, Centurionum primum legionis Normannicæ, ſuum facere, ex familiaritate priſca, conatur, ut Rohanio introitus pateſceret. Ille aſſenſum, mentemq; obſequentem ſimulat, tantum ut Foſſæum faceret negotii certiorem, qui caſum lubens ſecutus, rogabat, ne tempus rebus ſuis commodum transmitteret inaniter. Sic igitur ad quævis zeli fideique condeſcenditur teſtimonia; jam Rohanii methodus de negotii executione adeo clarè demonſtratur, ut Millæus intima ſciret, ſummam fidem apud Rohanium adeptus.

Is ſpe falſa imbutus, copias ineunte hoc anno ad Magolonem admovet, Corconnæ obſidione ſparſa, ut noctis hora tertia ducentis tantum paſſibus à Magolone diſtaret, executioni intentus, Ibi Foſſæus, de momentis omnibus certior, ad excipiendum eum ſingula pro meritis diſpoſuerat: Citadellâ ita firmata, ut periculo careret, delectu militum ſecundum portam, qua ingrediendum erat, occultato; juſſo etiam familiari qui funem raſtri ſecaret, ut ingreſſi eo clauſtro objecto coërcerentur, & ſalutis expertes, temeritatem internecione luerent.

Mittit interea temporis Rohanius Centurionem, qui cum Millæo ageret, loci opportunitatem inſpiceret, & momenta agendi ſumeret. Ille per urbem & Citadellam deducit, ſed inſidias declinat, unde Centurio æquo animo ad Rohanium redit, ut quæ vidiſſet, conſtituiſſetque exponeret. Procedunt igitur copiæ uſque ad circuitum foſſarum, Bretinnio duce, Millæo portas recludente. Introeunt quinquaginta viri præſtantes, Aubæus alios quinquaginta trahens, impingit in inſidias. Cum autem funis raſtri tempeſtivius quam juſſum erat, ſecaretur, Foſſæus ægerrimè tulit, cæteras Ducis copias, quæ quatuor millia conficiebant, ab exitio excluſas, ſalutem inveniſſe.

In-

Ingreſsi ut temeritatis ferrent ſupplicium, ab iis, qui latebant in inſidiis, & plumbo & ferro conficiuntur. Inventi triginta novem duces & eximii: unde Spinola, qui apud regem erat, cum hæc nunciarentur, dixit, eam cladem plus damni trahere, quàm ſi bis mille gregarios in prælio perdidiſſet Rohanius. Acceſsit etiam alius tumultus, ex tormentis, quæ Foſſæus ictibus incertis in cæteras copias explodebat, ut poſtridiè ſolũ multo ſanguine maderet, cladis auctæ indicio. Sic Rohanius militem lacerum properanter retrahit, cadaveribus etiam aſportatis.

Politica reminiſcentia.

NAtura, cum cuivis animali arma ad defenſionem ſui aptaſſet, homini eximiè favit. Dedit enim prudentiam, totius induſtriæ opificem, ut ad omnia quæ ingruerent pericula ſalvus eſſe poſſit, cum id genus armorum omne robur ſuperet. Artium ſubtiliſsima eſt diſsimulationis impoſtura, adverſus hoſtem profeſſum ſtrategemate ſtrategema eludente. In eo genere collocat Xenephon colluſionem ſimulatam, quæ ſæpiſsimè ſummum tulerit emolumentum, cum ea ſimulatio prudenter inſtituta, parem cum vi effectum ſortiatur.

Dicam, etiam majori aliquatenus gloriæ duci, cum ducis gloria in eo maximè conſtituatur, ut hoſtis inſtitutum figmento aliquo, aut quacunque arte frangat, ſive cuniculis extractis, ſive machinis in propriam perniciem retortis. Honori eximio ducitur, vim aggreſſoris retudiſſe, oppido per virtutem ſervato; præſtat tamen idem prudentiæ committere, quæ à profluvio ſanguinis & vitæ præſidiarios tuetur. Hinc apud Spartanos longè plurimi fiebat victoria per induſtriam parta, quam quæ connixa vi obtigiſſet.

Neque dubitandum, quin æquam juſtitiæ & utilitatis rationem ferat, quicunque hoſtem profeſſum quibuscunque modis circumvenit, ſolâ jurisjurandi religione

ſepo-

ſepoſita, pactisve inter duces ratis: cum cæterum imposturæ nullam infidelitatis maculam trahant, quovis artificio ad prodendam credulitatem permiſſo. Ita de Gallorum inſtituto, qui obſidionem Giſonnæ ad fanum Severini, adverſus Ferdinandi exercitum ſuſtinebant, judicatum: ubi Arragonii obſidionis incommodis defatigati, ad artes confugerant, perſuaſis quibuſdam Gallis, ut munimentum proditum traderent: illi autem ad corruptiones obfirmati, cum Generoſi animi à tam turpi facinore abhorrerent, propoſita in ſuum commodum verterent. Diſſimulant igitur mentem, inſtituto viſi aſſentiri, adeò ut horam executioni condicerent, dum gubernatorem de ſingulis edocent: qui cohortibus aliquot per inſidias diſpoſitis circa portam, introitui deſtinatam, ſeptingentos milites in foro concidit, cæteris mancipatis, omniquè Ferdinandi exercitu per hanc cladem turbato.

CAPUT V.

Rex ab obſidione Rupellanâ ad Pariſios recurrit, ut factiones ger Picardiam, Champaniam & Briam à Religionariis excitatas coërceret.

CArdinalis, cujus acies mentis etiam transmarina percipit, cogitata conſiliaque Principum vicinorum ſcrutatur, regi in memoriam revocabat, quanta Rupellanis in Anglia eſſent promiſſa: præſentiam quidem ipſius in caſtris admodum neceſſariam, ut militi ad Anglorum excenſionem animum adderet, operasque obſidionis promoveret, cum ſinguli ſub oculis ejus laboribus certarent; abſentiam tamen Religionariis Lutetiæ & per vicinas provincias libertatem conventiculorum, ad turbandam tranquillitatem publicam, rebellionesque con-

concitandas indulgere. Relatum enim erat coitiones fieri per Picardiam, Champaniam & Briam, potentiores factionis foverent frequentiſſimis viſitationibus, ſub velo civilitatis, matrimonio iunt conciliandorum, æmulationum, & fictarum litium.

Compertum etiam, munitiorem aliquem locum deſtinari, quem corriperent: adeo ut rex ad Pariſios inviſere neceſſum haberet, diſſipandis per authoritatem factionibus. Miſſa tamen, ne quid temporis vacui præteriret, ad rebellium inſtitutum, reginæ matri poteſtas, Suſanum & Ruſſium in Baſtiliam compingendi: illa igitur Suſanum per Eximium in veſtibulo conclavis, Ruſſium per Elbævium attinet.

Obſidio tamen, rege diſcedente, requirebat virum, perficiendis operis; adeoque aggere producendo parem, cujus authoritate miles in officio contineretur, diſſipatione coërcita, quam regis diſceſſus toties traxiſſet. Magni etiam referebat, ut ille, cuicunque ſumma rerum committeretur, inconcuſſa ſtaret fide, ad cavendum infortunium, quo Carolus IX. hanc eandem urbem obſidens, laboraverat, cum ſumptu immani, nihil fieret, per infidelitatem primariorum ducum

Quemadmodum vero vix inveniantur, qui triade iſtac virtutum ornentur, facilè intelligebat rex, unum Cardinalem fore, cujus prudentiæ obſidionem abſens securè committeret, cum res tam ardua fidem ipſius incomparabilem reſpiceret. Rex ſuper negotio cum eo confert; cumque is non ignoraret, abſentiam aulæ plerumque damnoſam eſſe ſummis miniſtris, intimiſque regum, ex invidiæ opportuno tempore, onus tamen libentiſſimè ſubitum, non ſolum ut omnem induſtriam ad ſecundum obſidionis ſucceſſum excuteret, ſed etiam ut ſanguinem vitamque ad gloriam regis proſtitueret. Illi ergo rex ſummam rerum committit, expedita poteſtate in exercitum per abſentiam regis, adeo ut illius authoritati etiam Ducem Engoliſmenſem, Mareſchalcos Baſſompetrium & Schombergium, Campiductores, tormentorum magiſtrum, omneſque cæteros præfectos ſubmitteret.

Præ-

Prætcrire hic non poſſum ſilentio ægritudinem ſummam, quam rex ſeparandus ab eo per iter Pariſienſe teſtabatur, nam omnium votis ſuſceptis, equum ex turba ſeorſim concitat, ut cum viro magnæ authoritatis, qui mandata in Italiam abiturus expectabat, colloqueretur: ejus humero diutiuſculè innixus ſilentium tenebat, donec tandem in hæc verba erumperet: cor mihi adeò palpitat, ut loqui nequeam ex ægritudine relinquendi Cardinalem, & metu nequid ſiniſtri ipſi eveniat; refer ei meis verbis, parcat perſonæ ſuæ, nec periculis quod ſolet quotidie, ſeſe exponat continuò, ut credam, quod ille deſiderat, me ipſi amari: conſideret, quo loco res meæ forent, ſi mihi periret. Novi, quod viri graves intercesſerint, ne tantum munus ſuſciperet, ſed officium hoc tanti facio, ut nulla unquam dies ſit deletura.

Iſtæc verba numerum vinculorum ad teſtimonia regiæ propenſiones exigebant. Sic gloria, cui indeſinenter invigilabat, tantisque ſucceſſibus Coronæ aptabat, in obeundis regiis mandatis, adverſariam animo potentem conſtituebat.

Politica reminiſcentia.

MAgno honori cedit Miniſtro amor principis, non tantum ob commodum privatum, quod ex benevolentia ipſius fluit, ſed etiam ob emolumentum reipublicæ, quam gubernat; ubi nihil amatus, authoritate caret, ſine qua vix poterit quicquam expedire, quod conducat. In hoc igitur incumbet impensè, nec ut obtineat, privata alienave cujuscunque commoda, ad Principis animum demulcendum, curabit.

Alcomidas Græcus, Miniſter Philippi regis, ab amico quodam monitus, Athenienſes cum Thebanis mortem ejus unicè deſiderare, quod eos acerrimè compunxiſſet, ſeſe quidem dolere, reſpondit, odium tamen illorum nihili facere, modò benevolentiâ Philippi prorſus uteretur. Ad iſtud exemplar Miniſter ſibi gaudeat, cum Miniſterium Principi comprobari videt: nam quicun-

cunque eam operam ſumit, ut Principi, proceribusque reipublicæ complaceat, negotium ſuſcipit nunquam feliciter finiendum.

Ut autem benevolentiam Principis in ſummo gradu poſſideat, nunquam ſuaſerim plenam in fortunæ favorem fiduciam, Platonis ſententiæ innixus, qui in libris de Republica ait: regem regnare, ſervum amari, vincere regnando, trina eſſe negotia, nulla cura acquirenda, cum fortunæ arbitrio penitus ſubjaceant, ut quibuscunque placuerit, ea diſtribuat. Neque tamen illi accedo, cum arbitrer, Miniſtro qui inſignem gratiam captat, annitendum, ut quamcunque fidem omnibus virtutibus, quæ gratum facere poſſint, firmet.

Prudentiſſimè monet Philoſophia, ut deſiderata prodeant effecta, applicandas cauſas ſubjectis ad agendum. Unde virtutes quæ hominem abſolvunt veras cauſas amoris dixerim, ſi in rebus agendis eorum uſum demonſtret Principi; adeoque inter eas, quæ ab omnibus intelliguntur excitare amorem ſuis influentiis primum locum tribuerim fidelitati. Nam Priſco cuidam animadverſum, virtutibus occultam ineſſe vim animis conciliandis, & voluntatibus faſcinandis; ut ſubditi, regi maximè neceſſarii, tanto impenſius amentur, quod nihil ferè præ illius commodo ament, unde & neminem perfectius ille amat, quam quibus opus habet ad authoritatem ſuam, reique publicæ rectam adminiſtrationem tuendam.

Certum enim, neceſſitate quidvis æſtimari, nullo reliquarum virtutum penſo: quemadmodum arboris ramus nullius pretii, neceſſarius tamen evadit illi quiſine eâ ope mergeretur: queminde æſtimat & apprehendit præ mundi pretioſiſſimis. Miniſter tamen, licet Principis rebus ſummè neceſſarius, nunquam, ut tenerrimè ametur, importunus fuerit, ad creberrimum occurſum, aut frequentia poſtulata, quæ gratiam exhauriant. Nimia enim familiaritas virtutibus adjiceret contemptum, cujuscunque forent gradus; ſic æſtimium officiorum per nimis crebra poſtulata minueretur.

Hinc Luculus à Senecâ intimorum principe, aliquando quærebat, quo inſtituto Siciliam gubernaret, ad

Digitized by Google

ad Neronis inſinuaret amicitiam: cui ille reſpondit, cum plerumque Principi gratum, qui multum inſerviat, parum loquatur. Certiſſima interim regula, non frequenter inviſere, nec linguam niſi ex emolumento Reipublicæ loqui: ubi reverentiam impensè inſuper colat, verbis non impingentibus: ſed ſpinoſis rebus obortis, alios ad offenſionem protrudat. Magnatum enim animus abhorret, à triſti nuntio, litigio & faſtu, quòd authoritati aliquid inde decedat.

Hinc non parum ſtabiliet favorem, fortitudine per occaſiones exertâ, ut inſtitutum generoſe per eximias virtutes comprobet. Principes enim per naturam amant viros fortes, cùm videantur vitam & authoritatem fulcire: adeò ut etiam turbulentiſſimi ſeſe de illuſtrium virorum miniſterio jactent. Quod Phalaris tyrannus oſtendit, ad æmulum perſcribens, Fateor te virum eſſe probum; neque tu diffiteberis, omnes tuos domeſticos eſſe improbos: quòd ſi viciſſim in me aliquid vitii deprehendas, attamen viris ſapientibus, doctis & virtute præditis abundare me vides.

Iſtæ ſunt primariæ favoris in Miniſtrum cauſæ; quibus hoc unum addam, cùm nullæ ſint virtutes, quantumcunque laudatæ, quas malevolorum invidia apud Principem non ſuggillet, non parvam depromet curam, ut eos removeat, idque aget ex majori libertate, quam juſtitia ad ſupplicia eorum permittit, qui officia in Rempublicam per ingratitudinem calcant.

CAPUT VI.

Cardinalis exercitui praeſt, abſente Rege.

PRudentia Principis non minus apparet in præfectis, quibus partes autoritatis inferiores committit, legendis, quàm in conſiliis diſponendis. Et ut ſingulare commemorem, dicam, regem non minus gloriæ acquiſiviſſe, cùm obſidionis imperium Cardinali deferret, quàm ubi omnia præſens diſponebat. Docuit enim res ipſa, quàm prudenter judicârit de Cardinalis genio, cui omnia ſubjiceret.

Is enim ſingulis diebus militem præſens ſtimulabat, ſtipendio per ſingulas ſeptimanas exactè numerato, diſtributis veſtibus adverſus algores: ſæpius de die primarios duces inviſebat, ut mandata neceſſaria daret, animum addecret verbis fortibus blandiſque, adeò ut agreſtiores ad id faſcinum flecterentur inviti; unde brevi tempore operæ terra marique per ſummam diligentiam proceſsêre, ut reverſus rex primas inveniret perfectas, cæteræ admirationi apud omnes eſſent, ferè octavi per Mundum miraculi cenſu.

Miles ex natura ad prædam proclivis, adeò modeſtè vivebat, ut mentem videretur prædandi exuiſſe, paganis ſine metu annonam in caſtra deferentibus, qua œconomiæ ſuſtinendæ vendita argentum corraderent: inſtitoribus apothecas ad ſecuritatem urbanam proſtituentibus. Execrationes & libidines jam crimina cenſebantur; Monachis, quos Rex magno numero juxta diverſa inſtituta convocarat, tanto favore gaudebant, ut quævis pietatis exercitia militaribus viris, ac ſi in Baſilicis cœnobiisve converſarentur, grata redderent.

Hinc Rerum bellicarum peritiſſimi non ſatis mirabantur magni iſtius ducis prudentiam, qui facillimè perſuaſiſſet omnibus vitæ anteactæ ignaris, ſe armis innutritum, imperioque aſſuetum à teneris, qui caſtra pacatius, quàm alii oppida, gubernaret. Quidam ambitioni quorundam Magnatum, qui ſub ipſius imperiò remanſerant, palpum obtrudebant, quaſi dignitati ipſorum minus benè conveniret, ſubjici viro Eccleſiaſtico, cùm ipſis munera authoritatem in exercitum per Regis abſentiam conferrent. Sed miracula fortitudinis & prudentiæ paulò poſt perſuasêre quantum errorem, ſi obloquerentur, errare potuiſſent; cùmque inſtitutum regis tam proſpere ſuccederet, non licebat ſalva juſtitia, judicium regis in legendo inſigni hoc Genio ad imperii habenas, ſuggillare, nemine non fatente, nullum omnino inveniendum fuiſſe, qui præſtaret connixè, quod hic ſingulis diebus, labore penè nullo efficeret.

Po-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

DIſciplina militaris eo majoris eſt momenti, ad optatos ſucceſſus armorum, quod vitari nequeat confuſio in rebus arduis, ubi illa minus accuratè ſervatur. Vegetius iſtarum rerum prudentiſſimus; docet, Romanos non alia ratione, quàm perpetuò exercitio armorum, & caſtris rectè compoſitis orbem terrarum ſibi ſubjeciſſe. Sic munimenti firmitas potius in forma, quàm in materia conſiſtit propugnaculorum; & nemo dubitabit, vires exercitus non tam numero, quàm ordine militari benè ſervato pollere: quemadmodum corpus, nervis læſis, qui ad motum valent, corruit, ſic exiguo temporis ſpatio exercitus, niſi per diſciplinam contineatur; perit; quam ſi ſervet, ad miraculum procedit.

Alexander interrogatus, qua ratione magnam orbis partem imperio ſubjeciſſet, non longis expeditionibus, cauſam diſciplinæ militari attribuit, adeoque eloquentiæ, quâ militi animum addere ſoleret, profeſſus, ſibi præter iſtas geminas cauſas nihil potentius, ad res arduas ſuſcepto bello conficiendas compertum eſſe. Sic Domitius Corbulo exercitum Romanum gravis armaturæ, in quo decies mille numerabantur, præter exiguas fœderatorum ſuppetias, per rationem optimæ diſciplinæ, quam ſtabilierat, Parthorum immani multitudini oppoſuit.

Prima ipſi cura erat, teſte Tacito, ne quis miles ſigna aut caſtra deſereret, cavere; quod tanti eſt momenti, ut exiguo tempore memorentur copioſiſſimi exercitus ad nihilum relapſi, ubi indiligens cura deſertionem non prævenit, ſive omnia neceſſaria ſuppeditentur, ſive ſupplicia ſevera à caſtris ſine venia ducum dilapſis irrogentur. Altera cura coercebat ferocientes, ne ſine imperio in hoſtem irent: res ſuperiori ad momenta victoriæ non inferior, quòd cohortes ſine imperatoris juſſu in hoſtem proruentes, facillimè vincantur, ob inſcitiam negotiorum, & pugnam tumultuariam, quam cient.

Germani pedites, qui in Italiam ad Ferdinandum Neapolitanum contendebant, exemplo fuerint, cùm ſub primum adventum, extremo jactandi vires deſide-

rio irritati ad egregium facinus patrandum, deſpecto Fabritii Columnæ præfecti oppidani imperio, ex Trojâ prorumperent, ut Ferdinando conjungerentur, hoſtemq; obvium, qui tranſitum coërcebat, dimoverent: ubi Monpenſerius, de inſtituto eorum certior, in eos impegit per anguſtias, ut fugæ nullus pateret locus, neque armorum expeditus uſus, ut internecione ſint deleti. Tertiam addebat curam: ut omnes functiones, excubiæ, vigiliæ, operæque interdiu æquè ac de nocte per armatos obirentur, duobus gregariis ad extremum ſupplicium raptis, quod alterum inermem vallem inveniſſet molientem, alterum cum ſolo pugione incedentem. Sic enim exercitus nunquam opprimitur ab hoſte, qui aliquid in caſtra auſus, ab armatis repulſatur.

Tria hæc militiæ capita Avidius Caſſius tanti faciebat, ut crederet, negligentioribus ſupplicium irrogandum: ſic cruribus & lacertis mutilabat, qui ſine Imperatoris veniâ dilaberentur, quod vivorum exempla miſeranda vehementius ferirent animos, quàm breve mortis ſupplicium. Unde ipſe, cùm aliquando manipulus gregariorum, ob negligentes Sarmatarum excubias, prorupiſſet, & cæde ter mille hoſtium triumpharet, temeritatis caſtigandæ gratiâ, duces in ſurcam egit, ea addita ratione facti, quòd hoſtes inſidias diſponere potuiſſent, præter ſuorum notitiam, qui decus Romani Imperii temerè proſtituiſſent. Neque minori ſeveritate puniebat, ſi quis ex campeſtri hoſpitio quicquam abſtuliſſet: ubi Aurelianus Imperator ſe adeò ſeverum præbuit, ut ad Tribunum ſcriberet, ſi vitam ſalvam optaret, militis manum coërceret, prædam ex hoſtico potius, quàm lacrymis provincialium quærerent.

Addiderim ego quartam curam, ut miles diligenter operibus ſtruendis occupetur; cùm militaria exercitia geminum uſum trahant, otio ſcilicet cavendo, & ſcientia indies perficienda. Quòd ſi aliquid temporis reſtet, negotio cuivis impendatur, cùm fieri non poſſit, quin operarum vacui, aut dilabantur, aut ad aliena, adeoque pernicioſa convertantur. Quâ mente Marcus Æmilius copias rerum vacuas animadvertens, ad ſternendam viam, quæ Placentia ducit, triminum eas adhibuit, Juliusque Veter ſuas

exer-

Digitized by Google

exercuit in lata foſſa, qua Sarnam & Moleſſam confunderet, ducenda.

CAPUT VII.

Cardinalis crepitaculum intentat Rupellæ.

ABſente Rege Cardinalis, cui ſummum deſiderium negotii conficiendi, ne Rex neceſſum haberet, ad obſidionis diuturnum tædiū redire, etiam animo ſederet, quantum pondus ſummæ rei accederet, ſi Anglorum reditus præverteretur, mente inſuper generoſa tantam temporis jacturam ægerrimè ferente, meditatur quomodo in Rupellam aliquid auderet. Occurrit, portarum aliquam crepitaculo disjici poſſe, quâ feneſtrâ copiæ irruerent, ad occupandum oppidum: re cum Schombergio diſputata, inſtitutum per momenta dirigit ſilentio altiſſimo, ut jam felix eventus ſperari potuiſſet, niſi Mariliacus Campiductor in ſtatione Enculiſmenſis, occaſioni defuiſſet.

Cardinalis in ſuum hoſpitium contraxerat, nemine quicquam advertente, omnia ad negotii ſummam neceſſaria: mandata ergò ſingula ad executionem depromit, ad noctem deſtinatam copias Perinnium convenire jubet, quo Schombergius ſubſidia mittit, pontes ſcalasque ad foſſas, vallumque ſuperandum defert: Rotelinus tormentorum magiſter, crepitacula, orbes ignivomos & alia Vulcani machinamenta ſubvehit; accedit Cardinalis, noctem tranſigit ad ſcloperi ictum ab oppido, ut fortitudinem oſtenderet ad principia, & conflictum inſtitueret.

Ad ſacellum, ut precibus vacaret, non ſecedit quod Cardinali Ximeni placuit per oppugnationem Orani, ſed imperatorio more militem exemplo potius, quàm verbis ad audendum urget: unde omnibus palam fecit, perinde illi militis & ducis munus, ubi neceſſitas dimicandi ingruat, ac Cardinalis in Eccleſia aut in Senatu vices; crederet ſanè exercitus, rege in aciem deſcendente, ea virtutis ſpecimina editurum, quæ hiſtoriæ excuſationem profeſſorum ſacrarum, ſicut apud illum Hiſpaniæ miniſtrum, adimeret.

X 3 Marili

Mariliacus tamen, qui juſſus erat, majorem copiarum partem adducere, deſtituit Imperatoris fortitudinem, locū tempuſque negligit, virtute operaq; egregia ſine pretio exertâ. Univerſâ nocte quæſitum nemo invenit, ſub diluculo tamen adeſt, majori excuſationis, quàm fortitudinis mole, operosè conatus per diverſos prætextus vituperio merito exire; ad quæ Cardinalis, ex Reginæ matris reverentia, cujus benevolentiam ille poſſidebat, acquievit, non ſine ægritudine animi ſumma, cùm tempus ſuaderet regreſſum, ne per diluculum inſtituto propalato, Rupellani regios aliquo damno mulctarent.

Politica reminiſcentia.

Abjectus animus bonis ſucceſſibus adverſatur, adeo ut periculoſas occaſiones fugiat apprimè, aut ignominiæ metu protractus, nullum faciat operæ pretium: diverſa ratio fortunæ, quæ virtutem amat, generoſis favet, inſtituto ipſorum plerunque promoto. Magna trepidatio ſortitur magna pericula, uti generoſus animus proſperos ſucceſſus, cùm Salluſtio annotante, audacia vallum præſtet pugnantibus, & omnia cedant audentibus, nihil non meticuloſis reſiſtat.

Id demum eſt partem victoriæ amittere, ubi pericula metuas: rationem ejus aliam non adinvenerim, quàm præcipitia in plano fingi, inhibendo gradui: ubi ſemper deliberatur; nulla operi admota manu, obſtacula quæcunque impensè declinantur, quæ exuperanda eſſent. Hinc ad pugnam compulſus, adeò frigidè audet, ut hoſti omnia permittat, cùm metus omnem virtutem videatur ſurripuiſſe. Sed periculi imago ſtimulat generoſas mentes; ut ad vim repulſandam connitantur, viaſque ad difficultates obvias vincendas rimentur; ignavia autem ita conſtringit, ut veluti ſtatuæ motus præpediatur, ad agendum ineptæ.

Eum Cervæ meticuloſæ conferas, quæ fœtum, quantum poteſt, ex metu majorum dolorum, quos niſus pariendi habet, comites, retentat, donec ſummo metu, tormentiſque uteri conſternata, eundem effundat, quod ajunt. Dixerim ferè, ab Elephante, qui fœtum per decennium fert

utero,

Digitized by Google

utero, parum differre, aut Palmæ exprimere fæcunditatem ſeram, quæ Naturæ ſcrutatoribus dicitur à centeſimo anno fructum primum protrudere. Sic enim metus periculorum ignavis occaſiones dimicandi diſſuadet, pronâ fugâ; ubi verò negotiorum diſpoſitio exemptionem non permittit, adeò frigidè feruntur in hoſtem, ut ſolius mortis terror armorum uſum extorqueat.

Ignavus tamen ambitione inflatus non præterierit, quin ex nobis audiat Oliverii primicerii acroama; Is enim dicere ſolebat, ignavos imitari ſimiarum ſiniſtrum inſtitutum; quibus ſolitum, proximam quamque arborem conſcendere, per ramos ad cacumen, evadere; ubi ſine facto deſideant, pudendis retectis: ſic virum iſtiuſmodi tinctura maceratum, ſummos honores expetere, & per ambitionem efferri, non rarò ſummis expeditionibus admotum, ubi ad virtutis deliquium artes acceſſerint; ſed rebus ſummis proximum, occaſiones exerendæ fortitudinis in imbecillitatem, adeoque ridiculum convertere.

CAPUT VIII.

Rex ad nuncium de Anglorum claſſe, quæ Rupellanos liberaret, ſtatuit ad exercitum redire.

EXiguam Rex moram traxerat apud Pariſios, cùm intelligit auxilia Anglorum, Rupellæ liberandæ deſtinata, jam navibus imponẽda, ut vela ventis permitterent: ſtatuit ergò quamprimum ad exercitum redire. Non tamen ſilentio involvam, inſtitutum id æquè regis probaſſe prudentiam, ac virtutem, cum neque turbatorum technis pateat in opinus, neque periculorum monſtris ab occaſionibus, ubi gloriæ panditur campus, arceatur. Id temporis ſigillorum cuſtos Mariliacus cum ſectariis prima conſpirationis jecêre fundamenta in perniciem Cardinalis, damnoſis conſiliis, quæ regi ſuggerebant, teſtati, ſummum Principis periculum, cui exponi poſſet à familiaribus imminere, per æmulationem ſummo miniſtro infenſis.

Invidia per illius gloriam irritata moleſtiſſimè urebat ſuis incrementis, ſi author obſidionis ſumendæ operarũq;

magiſter eam prudentiæ laudem auferret, quam hoſtes regni poſt ſubactum oppidum, nunquam ſatis eſſent admiraturi. Hinc conſtituunt malevoli, ſeſe nuper quidem incendium in Religionarios excitatum foviſſe per felonias inauditas, nunc verò omnem induſtriam componere ad eludendos in hoc oppido armorum regiorum conatus demonſtrandam, ne rebellionis, adeoque hæreſios fortiſſimum aſylum periret.

Quemamodum autem pronum erat judicare, rege moleſtiam itineris militiæque denuo ſubeunte, militem per ipſius præſentiam longe cordatiorem, facilè repulſurum Anglos, cùm regem nobilitatis flos, procerumque fortiſſimi, ſumma victoriarum notaque inſtrumenta, ſequerentur, unde oppidi deditio diutius differri non poſſet; ita mille artes, ut eum apud Pariſios diſtinerent, ad inveniuntur.

Cuſtos ſigillorum monebat, ex prompto in illius emolumentum impensê quæſitum teſtimonio, claſſem Anglorum fortiſſimam nullam admittere comparationem ad tenuitatem Gallorm; ex multis rationibus timeri ſiniſtrum prælium, quod ſubterfugere non liceret, ubi illi ad perrumpendum aggerem vim expedirent, quo eventu, rebusque perditis reſpublica ſummis exponeretur calamitatibus. Alii cauſabantur aërem illius regionis minus ſalubrem, quo valetudo prorſus vitiari poſſet, in primis verno tempore ad concitandos corporis humores.

Omnes effundebantur in laudes Cardinalis, cujus virtutem & prudentiam, ad fucandam malitiam, extollebant, cui rex ſecure rei ſummam committeret. Cum autem viderent, ad panicos terrores regis animum nihil percelli, conabantur matrem reginam, conſternatione, cujus ſexus ille præ metu eſt capax, involuere, certo perſuaſi, per trepidam matris mentem, cui apud regem ſumma fides, confectum iri negotium. Diverſæ igitur fæminæ, quibus illa familiarior utebatur, ad diverſa machinamenta conducuntur, ſed nullo ſucceſſu. Conſtituerant enim, non ſolùm Cardinalem gloriæ fructu, quem Rupella ſubacta oſtendebat, ex merito prudentiæ, privare, ſed penitus evertere, quod proximè recenſebimus.

Ei

Ei inſtituto non parum favebat, regis diuturnior apud Pariſios mora: nam per ejus abſentiam torpeſcebant militum animi, languida ad repulſandos Anglos virtute, diffluebant nobiles aulæ ſequaces, unde Anglis proclive fuiſſet Rupellam liberare, & malevolis in Cardinalem infortuni caſum conjicere, quod regis gloria ſalva gratiæ jacturam exigere poſſet Hæc conſpirationis principia adverſus ſummi Miniſtri gloriam.

Sed ad pervertendum regis animum non ſatis valida, qui ſciret, quantum momentum præſentia ſua ad eam occaſionem conferret, ut eam Coronæ honori, Galliæque tranquillitati, quam trahebat, negari nefas duceret; Recordatus pientiſſimi parentis, qui in deliberatione, an Caletum ab Hiſpanis acerrimè oppugnatum, ut à ſpe ſolutis longius recederet, iret liberatum, dicebat, certiſſimè munimentum illud periturum, ſi ipſus ſubſidio venire ſuperſederet; aſſeri autem poſſe, per ſuam præſentiam. Conſultius igitur fore, poſterius periclitari, quàm prius ſine remedio deſtituere, honore, commodoque publico prælato, exiguo perſonæ ſuæ penſo.

Idem animus regem ad glorioſiſſimum juxta & honeſtiſsimum deduxit conſilium, ut bona ipſius Galliæq; fortuna quantocyus diſcederet. Tertio enim Aprilis Pariſios deſerit, exercitui poſtridie Paſchatis redditus. Adventum gratulantur tormentorum fulmina, ex navibus fortalitiis & ſuggeſtibus, tanto gaudio in exercitum ſparſo, ut nemo non animum ſtudiumque intenderet, præter Mariliacos & ſectarios, qui eum in theatro gloriæ conſpicuum dolebant: laureæ tamen, quas ibi meruit, evidenter declarant, quo malo Princeps torqueatur à perverſis conſiliariis.

Politica Reminiſcentia.

PEriculoſisſima ſorte gaudent regum familiares, ne odio, invidia, ira aut alio quovis animi motu præpediantur. Cùm verò prudens conſilium ex recta ratione fluat, jam à recti norma diſcedit, ubi nubeculis motuum irregularium obfuſcatur. Facultas iraſcibilis ſemel imperium rationis adepta, obſcuritatem objectis circumdat, ne veris

Digitized by Google

qualitatibus micent, intemperie illa rationem transverſam raptante, quemadmodum equus cerebroſus currum in præcipitia, nihil obſtantibus retinaculis defert.

Ajunt flores Ægypti, Nili exundationibus plerumque perfuſos, terreſtres & craſſos imbibere vapores, ut ferè nullum diffundant odorem: ad eundem modum Reipublicæ operatus, quibuscunque deniq; ingenii dotibus excellat, bona conſilia depromere deſinit, poſteaquam animum odio & invidiæ tradidit: ea intemperies faſtidium veri inducit, ut nocentiſſima approbet, ſcopo intentus. Cæterorum infortuniis, tanquam delitio paſcitur, ad turbas exultat, in exitio, quos perditos vult, dulciſſimum invenit ſpectaculum: ſuſque fert quorumcunque perniciem, modo ſibi ſatis faciat.

Hoc ut docerent Poëtæ, ſapientiæ myſtæ, finxere Herculem ira correptum, neque uxorem, neque liberos agnoviſſe, quin diſcerptos inhumaniſſimè per partes ſpargeret. Hiſtoria verò illuſtria ſuggerit exempla. inprimis verò Angliæ, ubi legas Eboracenſem, Henrici VIII. intimum, Hiſpaniæ inquium, nunquam non ſuggeſſiſſe conſilia in detrimentum Caroli V. Galliæ autem æquiſſimum, amicitiam ſartam tectam ſervandam impenſe ſuaſiſſe. Sic Antiochi intimi Annibalem, ex æmulatione à Senatu abſtinuêre, in quo neceſſaria erat prudentia ipſius.

Res eò evadit, vitriis animi præpeditum, ad ſcopum contendere, perfidia conſiliorum per tot artes & colores ſpecioſos fucatâ, ut Principem imprudentem ſuum faciat, & confiſum circumveniat calamitatibus, quæ fortè tardius intellectæ expeditioni locum negent. Neque enim cuivis Principi favet fortuna, ut Piſanis in repudiato Archiepiſcopi Mediolanenſis conſilio, qui bellum in Florentinos ſumendum ſuadebat, dum Franciſcus Gambacurtius demonſtraret, Archiepiſcopum ipſos bello implicare, non ex aliqua ſpe utilitatis, ſed ex odio in Florentinos, quo flagrabat.

CAPUT

CAPUT IX.

Fecialis rogat Rupellanos deditionem.

REx ad exercitum reverſus, fecialem mittit, qui deditionem Rupellanis ſuaderet, ſed ubi inſolentia & animos & reſponſum pervertiſſet, rex ad apparatum quo Anglorum claſſem exciperet, conficeretque, incumbit. Confluunt ex omnib⁹ Galliæ provinciis quamplurimi Barones & Nobiles ad exercitum, ut per eam occaſionem militiæ intereſſent, gloriæ non expertes; nimio animorum æſtu, ut Anglos rebellibus conjunctos in acie, ad alteram victoriam obtinendam, contueri liceret.

Quemadmodum verò apprimè neceſſarium eſt, ut Imperator conditionem numerumque ſuarum copiarum exactè teneat, ut mandata rectius concipiat & præſidia convenienti loco & numero firmet, placuit regi ante omnia exercitum luſtrare. Ibi Rex non parum gaudii capiebat, contemplatus admirabilem diſciplinæ, quam Cardinalis inſtituerat vim, ne manipulares ab obſidione diſcederent, aut hinc inde dilaberentur, quod ſæpiſſimè uſuvenerat. Singulis enim ſeptimanis ſpeciem luſtrationis inibat, fiduciariorum numero ad legiones adæquato, qui militi ſtipendium, non Centurioni, uti prius ſolebat, adnumerarent; qua ratione Centurionibus integrum non erat, ſuppoſititios manipulis admiſcere, & conſtabat ſingulis ſeptimanis de numero, ut tempeſtivè adeoq; ante neceſſitatem ſupplementa adſciſcerentur.

Diſplicuit tamen plurimis Centurionibus id inſtitutum, quibus optatius erat crumenam diſtendi, quam Principis gloriam augeri: vix tamen dici poteſt, quantum id regiis conſiliis profuerit, adeo ut tum exercitus conſtaret novendecim legionibus pedeſtris militiæ, & octodecim equitum turmis, præter multitudinem ſpontaneorum: numero ad viginti quinq; pugnaciũ millia aſcendente. Viſitavit

vit etiam Rex omnes & ſingulas naves, quarum conſtitutione & numero comprobato, ad Canalem Anglis occludendum; tum animum inceſsit cupido hoſtis denuo videndi ut temeritatem per alteram victoriam inſigniret.

Politica reminiſcentia.

INter ſumma reputet Rex aut Imperator, cohortes ordinibus completis ducere, ſive diſſipationem caveat, ſive ſuppoſititios arceat. In eò enim ſæpisſimè victoriæ verſatur cardo, quod prælium Patavinum Franciſcum I. magno ſuo malo docuit, ubi à pluribus hiſtoricis annotatur, regem erráſſe graviter, quòd Quæſtorum tabulis confiſus, prælium iniret, viribus longè quàm credebat inferioribus captivorum numero inferendus.

Ut autem miles contineatur ad ſigna, expeditisſima ratio fuerit, quam Alexander Severus Suggeſsit, exactè ſtipendia adnumerentur, miles veſte ſolida, calceamentis, armis, annonâ inſtruatur, non nihil argenti in Zonà ferat: ubi enim male habetur, rebusque neceſſariis deſtituitur, nemo de diſſipatione dubitat. Neque enim Deo devoti in Cœnobiis vitam ex aëre ducunt, longe paucioribus incommodis ad militem oppreſsi: ut jam de licentiâ militari, impatientiâque nihil addam, ubi penuriam cum faſtu libertateve armorum nemo unquam conciliabit.

Sed cum neceſſaria adſunt, ſevera valent ſupplicia in deſertores? corbulo ſecuri eos percutiebat ſine ulla ſpe veniæ, qui rigor id commodi contulit, ut ferè ſemper cohortes eodem numero duceret. Æquè neceſſarium fuerit, ducum & commiſſariorum artes reprimere, qui periculoſo miraculo, mortuos gregarios reſuſcitant, eorum nominibus in tabulis ad augendum numerum per figmentum incantationis ſparſis. Hinc enim Principi pereunt pecuniæ luſtrationi deſtinatæ. Nam ubi fidem is habet tabulis, adſuſcipiendum quid egregium, in ipſa occaſione ſentient virium deliquium, quod non putarat, eodem exitio cum Franciſco I. ad patavium expoſitus.

Optimum huic malo remedium, ut periculo careas, à Dario mutuandum, qui numeroſisſimum exercitum perim-

Digitized by Google

perimperii latisſimi provincias ſparſum, ſæpius ipſe luſtravit, ſtipendiis numerandis, annonæque conſtituendæ interfuit: in mediis cohortibus verſatus, non tantum ut familiarius noſceret, ſed etiam neceſſaria curaret, ad intendendam fortitudinem, conſtituto etiam virtutum meritis præmio. Ubi vero iſta negliguntur, ſupoſititiis etiam admixtis, neceſſario duces, cum ſuppoſitiis & Quæſtoribus, ſevero ſupplicio ſubjiciuntur, quòd errores iſti pericula & damna graviſsima trahant.

CAPUT X.

Claſſis Anglorum ad Rupellam contendit.

VEhementiſsimæ Rupellanorum ſupplicationes regem Magnæ Britanniæ permoverant ad auxilia expedienda, ut claſſem perfectam continuò ventis permitteret: adeò ut ad undecimum Maji duabus ad apicem Coreiliæ leucis diſtaret Minora navigia, quæ Cardinalis ſpeculatum miſerat, per regis abſentiam, Surgeriis hærentem, retulerant, claſſem conſtare quatuor maximis, ſeptem grandioribus navibus, quæ ad impetus hoſtiles factæ crederentur centum quinquaginta; aliæ vicenæ, centum, aliæ vicenæ, minoris ſtructuræ, triginta aut quadraginta ferre onera, præter magnum numerum incendiariarum.

Ad repulſandam claſſem conſtituta erant omnia, ut vis ab aggere perforando abſtineretur, etiam tranſitus impoſſibilis cenſeretur: nam præter machinas faucibus objectas, ſtabat claſsis regia in Canale, magno numero navium diverſarum, ad uſum belli: cui præerat Valenceri Eques, tanquam thalasſiarcha ſecundarius. Is prima primi agminis nave vectus, in mandatis habebat proximam quamque navem hoſtilem harpagonibus injectis firmare, ad expugnandos vectores: idem cæteræ ſequerentur inſtitutum, & hoſtem connixè ad litora urgerent, ut tormentorum violentiæ de ſuggeſtibus exponeretur. Tametſi majora navigia tormentorumque vim hoſtis evaderet, jam octoginta naves diverſæ ſtructuræ erant perrumpendæ, cum difficul-

difficultate evadendi, impediebant etiam naves demerſæ, & ſepimentum quadraginta trium navium continuarum.

Cardinalis ibi, gnarus præ cæteris, quo animo Rex ubivis locorum præſens eſſe cuperet, Anglorum adventum nunciat propere: rex conſcenſo equo in caſtra eadem nocte pervenit, ubi conſiderata exercitus vi, ſuggeſtum numero, & navium, cohortiumque concinno ordine, omnem ſiniſtrum metum excutit. Firmatur tamen animus fiducià in Deum, cujus gloriam præ Reipublicæ emolumento in hoc certamine haberet, indictis inde per univerſam Galliam ſupplicationibus publicis.

Cumque non ignoraret, præſentiam hoſtis geminatas excubias curaſque requirere, etiam ſpeculatum mittit exactius, ad ictum ſclopeti, ut conſtaret de claſſe ad littus circa caput Bayæ hærente. Coacto igitur Senatu militari, iſtum ordinem conſtituit: appropinquantibus hoſtibus, nulla navis anchoras retraheret, niſi ad viciniſſimam claſſem, ut impetus fieret, antequam tabulatum peterent: nulla navis ſociæ ſubveniret, cum hoſte confligenti: ſi qua navis hoſtem perſequeretur, & in ſociam tranſverſam ingrueret, nondum expeditam, prior anchoram demitteret, ut conjunctim inſtarent: navem incendio correptam, lembi accurrerent: & incendiariæ alligatam, juvarent, tormentorum tectis ad ſecuritatem auxiliorum erectis: pulveris nitrati doliola mergerentur, aqua vaſis reciperetur: expedirentur naves ad numerum hoſtilium: naves ſingulis diebus ad excubias mitterent lembos, quorum ſumma cura, incendiariis obviare, illarum lembos rapere, aut harpagonibus diſtrahere: ad expeditiorem uſum, navigiorum quodlibet harpagonem ferret in puppi: quocunque die hoſtis procederet, lembi omnes armarentur, ad neceſſitates incendiorum prompti.

Hic ordo à rege ſancitur, in conſenſu ſummorum ducum, & Centurionum maritimorum, thalaſſiarchæ ſecundario, Valenceio traditur, quem præfecti ſequerentur Rex viſitat inde ſtationes, & ſuggeſtus, ut noſceret, quæ ad conflictum eſſent diſpoſita, adeoque hoſtem ingruentem repulſaret.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

EX omnibus artibus ſola militaris Principi convenientisſima : eâ ſtabilitur imperium, quæritur incrementum, evehitur potentia ad ſummum gradum. Hinc authoritatis cenſetur fulcrum firmiſsimum, cum & vicini, & ſubditi eum audeant laceſſere, qui diſciplinam militarem negligit.. Ea ratio Romanorum ſapientisſimos ægrè ad everſionem Cathaginis deduxit, cum prudentisſimè præviderent, urbe æmulâ ſuppreſſa, duces exercitiorum militarium vacuos, militem habituros ferocientem, in præſentiſsimum reipublicæ periculum.

Addiderim ego, Principem hujus artis imperitum, arbitrio ducum ſubjici, ubi bellum eſt gerendum, adeo ut ipſorum fidei qualicunque omnem potentiam committere neceſſum habeat : quod malum tanto eſt conſideratius, quoniam Magnates reipublibæ iſtud acroama imbibêre, impotentia Principis ſuam fulciri authoritatem, nullo penſo perditæ ſpontè victoriæ, ad emolumentum aliquod. Vix etiam dici poterit, quanto contemptui ſubjaceat, ubi in exercitu verſatur, modum autem ducendi, ſtandi, pugnandi ignorat.

Alibi dictum, cum eo Principe peſsimè agi; qui ad neces ſitatem earum copiarum, ubi Exteri prævaleant, ſit redactus : minus ergo proſperitatis ſibi ſpondebit, ſubditorum militiæ impar. Hinc caput copiarum fuerit, ad defenſionem ſui ipſius : quod ad functiones ineptum, exercitum reddit ſimilem corpori humano, ubi caput vulneribus aut morbis afflictiſsimum motui principium porrò dare nequit.

Verum enim verò inter media, quibus princeps ad iſtanc artem perveniat, nemo dubitabit lectionem librorum militarium & hiſtoriæ utiliſsimis accenſere, cùm ibi res geſtæ magnorum Ducum præliorumq; diſpoſitio pateat. Certum omnino, uſum exercitiorum militarium extra omnem comparationem anteſtare ; non tamen illum bello exorto quæret, cùm ibi executio re-

quirat

quirat experimenta diſciplinæ, quam militi, adeoque ſibi ipſi propoſuerit. Gemino enim commodo copias per pacis tempora in diſciplina militari exercebit, ut ipſus modum ducendi addiſcat, & ad mentem ſuam obſequiumque eas adſuefaciat, benevolentia tanta devinctas, quæ non facilè in periculis eum deſerant.

Carolus Andegavenſis, beatorum Principum, & ducum excellentium numero habitus, gloriam non parum atteri ſenſit, quòd tempore pacis militi laxaret habenas. Quicunque exercitus per pacem non meditatur bellum, rebus arduis per occaſiones eſt inferior, quod ajebat Julius Cæſar: quemadmodum vice verſa quidvis de eo ſperes, qui armorum uſui aſſuevit. Hinc ille non dubitavit exiguas copias per Theſſaliæ campos in Pompejum ducere, numeroſiſsimo exercitu fretum, ſed milite vel inde diſſoluto; quòd crederet ſibi rem fore cum Duce ſine exercitu.

Ita Scipio Africanus inter ſummas curas hanc ducebat principem, ſi miles continuo armorum exercitio adſueſceret, ut eadem aperâ animum firmaret, & modum vincendi addiſceret. Philopæmen ſanè per Antiquitatem impensè laudatur, quòd media in pace militem frequenter exerceret. Iter enim faciens, non raro figebat gradum, ad iſtas quæſtiones diſceptandas, Finge, inquiebat, hoſtem iſtum montem inſidere, ecquid commodi præ nobis ferret? quomodo eum aggrederemur? quid conſilii tum capiendum, ſi nobis non expectatis diſcederet: quo ordine perſequeremur fugientem? Viciſſim, ſi nobis animo ſederet, pedem retrahere, quam rationem iniremus? ita ex re præſenti exquirebat comitum ſententias, quibus poſtmodum ſuam ſubjiceret, adeo ut paratos redderet ad quamvis occaſionem.

Quicunque enim hanc cum cohortibus inſtituit converſationem, poteſt in prælii fervore ipſis acclamare, quod Camillus, Hætruſcos aggreſſurus, numero longe ſuperiores: ſocii, ne quid curetis, præter ea, quæ me præſente ſæpiſſimè ſolebatis: quibus verbis admirandam addidit virtutem. Sic non dubitandum, quin Princeps qualiſcunque metum adimat militi, animum inflet, ſi eadem repetat, quæ ipſo præſente ſæpius præſtiterit, cum conſuetudo

tudo efficiat omnia facilia, timidiſſimos ad pericula obfirmet, facultatem quidvis præſtandi conferat etiam ineptiſſimis.

CAPUT XI.

Angli fruſtra Rupellanos liberare tentant.

EXercitus Anglorum per octiduum littori adhærebat; quòd rationem pugnæ cum Rupellanis ineundam prius cenſeret, ſecundum Deputatorum promiſſa, per eruptionem terra marique factam, quo momento Angli perrumpere tentarent. Sed nulla patebat ſemita, ut certiores utrique fierent inſtituti; neque memoria exciderant vulnera modò ſuſcepta, ne imprudenter in obſtacula fortiſſima per Canalem diſpoſita impingeretur.

Nam ubi ad caput Bayæ appuliſſent, cui rex proprio inſtinctu, etiam contra ducum ſententiam ſuggeſtum impoſuerat novem tormentorum, ſalutabantur adeò perditè, ut ex quinquageno tonitru vix quinta pars aberrârit, non exiguo claſſis Anglicanæ damno, etiam tribuno cum plurimis neci transmiſſo. Brænnantius tamen Centurio Rupellanus ſuam operam offert, ſi cymbam binosque remiges nanciſceretur, ut navalem Regis exercitum tranſiret, Rupellanisque claſſis conſtitutionem exponeret.

Placuit audacia, noctis beneficio proſpera: nam per regias naves oberrans, ferebat ſibi neſcio quam triremem quæri, donec elapſus Rupellam uſque penetrarit. Tunc ignibus feſtivalibus pellucebat oppidum ex turribus, unde poſtridie ſignum purpureum, cœruleum & candidum per aërem undabant, ut Angli ſeſe accingerent: Quæ Rex ſuis uſurpans oculis, etiam aciem inſtruit, exercitu ab octiduo per auctarium ſpontaneorum valde firmato, adeò ut volupe eſſet, conflictum expoſcentium intelligere vota.

Angli ad maris plenum fluxum vento ſeſe dant ſecundo, jam ad ictum tormenti à regiis navibus diſtantes: obvertunt latera, & Rupellanis boatu tormentorum reſpon-

dent. Procedunt regii, confligunt, eoſdem animos ex Reæ inſula hic teſtantur. Anglis moleſtiſſimum accidebat, quòd ſcirent obſtacula fortiſſima per Canalem diſpoſita, quæ ſuperanda forent, unum atque alterum navium, ubi motui obnoxiæ maris anchoris & remulcis connexæ, tertium complurium navigiorum, quæ cæmentario opere effertа, murorum inſtar ante aggerem demerſa, obſtarent. Videbant etiam Canalem navibus coopertum, ex quibus gregarii cum nobilitatis flore ſpontaneæ acerrimum conflictum optarent & minarentur virtutem eximiam: cum ſub ictibus tormentorum ex ſuggeſtibus munimentorum, & utroque termino aggeris eſſet tranſeundum.

Hinc apud ipſos ſpes perrumpendi decollavit, cum & aquæ Canalis nimis tenues ipſorum maximas moles principalium virium conatum, non ferrent, & inſtitutum ipſorum ſummas fluxus aquas neceſſariò poſtularet, ut executio fieret inter reciprocationem undarum, medio tempore fluxus & refluxus, ne recedente mari cæteræ moles navium deſtituerentur ad regiorum tormentorum fulmina; quod voluntati ipſorum adeoque facultati ſummè adverſabatur.

Rupellani etiam, uti promiſerant, neque eruptione graſſabantur, neque miranda patrabant, intra munimenta collecti, ad modum teſtitudinis, cùm intelligerent, ſuarum non eſſe virium, antequam ad aggerem pertingi poſſet, maximum numerum lemborum, qui ad impetum ſuſtinendum facti, & ad vim inferendam milite graves, maximè verò ſpontaneo, cui ſumma virtutis exerendæ cura; exuperandum. Hinc Embius ex ægritudine animi ad deſperationem, adeoque anguſtiis intactis ad reditum collabitur.

Rupellanos ille acerrimè inſectabatur, qui regi magnæ Britanniæ impoſuiſſent, cùm facilem ad portum ipſorum tranſitum finxiſſent, obſtacula fortiſſima Gallorum, viresque in navigia collectas, ad defendendas anguſtias reticuiſſent: non tamen exculpabat ſeſe apud omnes: Hoc unum auſus ante diſceſſum, ut incendiariam, cui ignivomarum machinarum, ad ſpeciem crepitaculorum, quibus portæ oppidorum ſolent excuti, copiam impoſuerat, im-

mit-

mitteret, vanâ ſpe mirandi facinoris, quaſi ad ejus viciniam quævis navigia forent diſrumpenda, nam ignis cepit, ante juſtum tempus, quod Vulcani filii malè deſtinarant, adeò ut nec ipſis otium eſſet, in lembum qui trahebatur ad eum uſum, deſcendendi; ſic miſerandam mortem, cùm nemo ad ſalutem ipſorum aut incendiariæ accurreret, oppetiêre.

Politica reminiſcentia.

PEriculoſè habetur fides populo extraneo, qui rebellionem cepit, ut ad ipſius promiſſa arduum quid ſuſcipiatur. Nam ubi plerunque rebellionem ex ſpe vana ſtruat, per tumultum confugit ad quoſcunque, qui auxilia præſtare queant, nullo penſo ſiniſtrorum auſorum, quibus illi auxiliatores implicentur. Non ſatis prudentiæ plebi, ad bellum præveniendum, quo temerè ſemet involvit, proclivis etiam ad judicium de eventu quocunque juxta deſideria votaque ſumendum temeraria, prudentiâ utique militari deſtituta.

De ſucceſſu impensè deſiderato nullum ipſi dubium: hinc ſæpiſſimè in non prævisa mala præcipitat, quod nihil periculoſius ſit, quàm temeritas inconſulta, ad pericula occæcata, certo & ſuo & ſociorum exitio. Artaxerxes Themiſtoclis patriam exoſi, ſpecioſis verbis ſeductus, bellum Græciæ inferre ſtatuit; & irruptione factâ didicit, Themiſtoclem promiſſa præſtare non poſſe, ad ſummam animi ægritudinem utriusque: cui ignominiæ Themiſtocles ſupereſſe noluit, ut veneno hauſto lucis uſuram contraxerit: qua ratione tamen Artaxerxes vituperio non eximebatur, aut inanium ſumptuum quicquam receptabat.

Eodem modo Chaumontius, dux alterius per Italiam regii exercitus, à Bentivolio qui exilii vindictam quærebat, perſuaſus, Bononiam, ex ſpe, quam fecerat de plebis & nobilium benevolentia, armisque expeditis, invadit, ſed ſummo cum dedecore, quod Bentivolius potius deſiderio, quam ratione initeretur, immani illa ſpe & temerè concepta, & ſponte evaneſcente.

Poſſem adnotare, ex alia ratione, quàm facilè plebs rebellis, quamprimum ad impotentiam inſtituti redigitur, ad Principis ſui redeat obſequium, ut fortunis libertateque fruatur, quibus per rebellionem privari ſe intelligit, nullo penſo exterorum, quos ad opitulandum accerſivit, quemadmodum enim prudentia defecit, ad prævidenda pericula, in quæ præceps iret, ita generoſa mente ad exolvendam promiſſorum fidem deſtituitur.

Sic Alexander Epiri Rex in Italiam deſcendit à Lucanis quibusdam, qui hodie Baſilicatam regni Neapolitani provinciam incolunt, rebellionem ſumentibus evocatus, certa fiducia provinciæ penitus non multo negotio temporeve ſubjugandæ: ille tamen religionem promiſſorum apud ipſos extemplò vanam deprehendit. Nam pace cum popularibus reſtaurata, pacti erant fortunarum ſuarum uſum priſtinum per ipſius internecionem, quam extremo fidei fractæ ſcelere patrârunt, maniſeſto ad omnes Principes documento, nihil quicquam fiduciæ rebellium verbis habendum, cùm multa promittant, quæ facultates ipſorum ſuperant, plurima vaframenta alliciendis auxillis adinveniant fingantque; tandem etiam deſtituant implicitos opitulatores, ad primum pacis reſarciendæ commodum.

CAPUT XII.

Angli, poſt conatus quosvis inanes, ad ſua redire conſtituunt.

Diſceſſus iſte Anglorum præter omnem ſpem factus, apud animos & religioſiſſimorum & ſapientiſſimorum vicem miraculi obtinebat. Apparebat, ut verum fateamur, ab initio cœlum ipſorum inſtituto adverſum evidentiſſimè; quòd Regi victoriam deſtinârat, ob animum ipſius non minus pietatis, quàm juſtitiæ tenacem.

Miraculi ſanè veriſſimi ſpeciem referebat, exercitum fortiſſimum ex Anglia animo prorſus ferreo digreſſum,

ut

Digitized by Google

ut quæcunque obſtacula conficeret, uno momento tantam conſternationem concipere, ut arma viderentur è manibus excidere, non excuti: tanti conſtabat animum ad conflictum convertere. Eandem miraculi vicem obtinebit, ventum poſtquam exercitus per tertiam noctem, littus caputque Bayæ eſſet aſſecutus, eatenus Rupellanis ad præmeditatam eruptionem optatum, quo momento remigium capeſſebant, adverſari cæpiſſe.

Accedit tertium, omnes duces, cùm Rupellani ad aliam occaſionem naves conſcendiſſent, Præconum ſuorum ſermonibus admodum validis firmati, poſt jusjurandum conceptum, ut aut anguſtias aggeris pervaderent, quibuscunque obſtaculis perruptis, aut mortem ſuſtinerent, in aciei novacula adeò ignavos & ſtupidos evaſiſſe, ut nemo illorum digitum commoveret; Vincens etiam præco, quòd ad familiarem quendam poſtea perſcripſit, ab omni exhortatione porrò abſtineret.

Quartum non reticebitur, cœlum craſſis exhalationibus grave, biduo ante Anglorum diſceſſum, cùm nemo proximum quemque dignoſceret, quod expectarant, ad inſtitutum commodè exequendum, ut obſtacula otiosè ferè disjicerent, aggerem ſolverent, anguſtias pervaderent, uno momento ſudum induiſſe, vaporibus, qui triduum credebantur incubituri, ſubitò diſſipatis; ventosque ipſis optatos, hoſtilitatem exercuiſſe adeo violentam, ut navem ad portum petræ collideret.

Quintum addam, exercitum regium contagio omni caruiſſe, tametſi Rupellani ſæpius morbis contagioſis infectos, peſtisque veneno correptos immiſerint. Agmen claudet ſextum miraculum, motus marinos primas quidem aggeris operas concuſſiſſe, ſed nullo alio damno, niſi materiarum diſſipatione, ad latitudinem neceſſarii fundamenti, quam ſtructores nimis anguſtam ſumpſerant, ad molem tantam ſubſtinendum: aggerique nondum perfecto, procellas quibus nulla reverentia ad parcendum, nihil unquam nocuiſſe.

Quicunque teſtes oculati iſtorum miraculorum, ferebant uno ore, Cœlum ſuam ipſius cauſam tueri, ventosque quibus nullum niſi ad inconſtantiam obſequium, cæ-

litus regi ſubmiſſos, ad favorem eximium conteſtandum. Nemo ſane recuſabit hic vim potentiæ extra ordinem animadvertere, cùm & Rex eodem tempore miraculum maximum adeoque evidentiſſimum patraret in virguncula duodecenni, quæ eatenus muta, ut præter ſimplices voces negandi & affirmandi nihil unquam prolocuta, expeditè loqui cœpit, quam primum Rex manum admoviſſet. Nata erat ad fanum Johannis Angelici, à parentibus, qui certiſſimam conceperant expediendæ linguæ fiduciam, ſi regiæ manus impoſitionem meruiſſent, adducta.

Politica reminiſcentia.

PIetas regis victoriam ad miraculum promovet: cujus axiomatis ex eo certa eſt fides, quòd Deus regiam inſtituerit dignitatem, & à pietate devinciri amet, ex regii Pſaltæ oraculo, qui aſſeverat, Deum paratum eſſe, ad voluntatem timentium ſe, ut exaudiat preces eorum, & adverſus omnem vim hoſtilem protegat. Priſcis ſolitum erat dicere, referente Plutarcho, Fortunam Demetrio urbes retibus aureis captas offerre: Figmentum ut fuerit hoc, pietas tamen genuina inſtar retis eſt, quo reges Imperium in urbes potentiſſimas adipiſcuntur.

Mercurius Triſmegiſtus ſolebat dicere, inſidiis non facile patere, quem pietas tutelæ divinæ traderet: cui D. Auguſtinus in libro de Civitate Dei ſuffragatur, cum admonet, Romanos non tam fortitudine & prudentia adeptos imperium Orbis, quàm virtute & pietate ſolitâ, victoriis merita æquantibus. Veriſſimum enim, juſtitiam & pietatem penes Principem rationem armorum fortiſſimorum obtinere ad ſubigendos hoſtes: cauſam ſi quis exigat, hanc duntaxat reddidero, pietate eos victorias mereri, quas æqua Dei dextera, ex infinitis Sacrarum literarum teſtimoniis ubi potentiam ſuam ad juſtorum regum armatam defenſionem ſpondet, ex compacto largitur.

Sæpiſſimè dextera hæc, tametſi in oculos non incurreret,

teret, omnipotens cauſam eorum egit, qui vitam ſecundum ſemitas illius accuratè inſtituunt: ſæpiſſimè ventos tempeſtatesque ſub illorum ſignis militare juſſit; provincias ſæpiſſimè recluſit, marisque motus ad obtinendam victoriam compeſcuit. Sæpiſſimè annotatum, exiguo bellatorum numero, illius ope extraordinaria, exercitus fortiſſimos vinci, urbesque extra armorum vim creditas ſubigi.

Compendium faciam, quicquid forte, potens, invictum, generoſum dixeris, complectitur virtus legibus Chriſtianæ pietatis directa, tutelæ divinæ, quâ ſolâ fortitudine Principes Chriſtiani gaudent, commiſſa. Quemadmodum enim operam luſerit, qui lumen extra Solem, aquam extra fontes & flumina, calorem extra ignem quærat; ita vano ſtudio veram fortitudinem extra Dei fortiſſimi tutelam Princeps ſperet, cùm idem Deo arctius adhærens, fortius depugnet, maximè ubi de ipſius gloria controvertitur. Hæc regula regiæ proſperitatis fulcrum eſt, qua neglecta, arenoſum ſumitur ſtructuræ cuicunque fundamentum.

Alphonſus Rex Siciliæ & Arragoniæ filium Ferdinandum iis verbis prægnantibus inſtruebat, quæ omnibus Principibus è teneris unguiculis eſſent inculcanda, cùm eum mitteret ad vindicandas, quibus eum Florentini affecerant injurias: Mi fili, inquiebat, mandatorum meorum ſumma eſt, ne nimium fiduciæ in militis fortitudinem colloces, quin exiſtimes, victoriam cœleſti auxilio obtingere: Id ex me hoc die diſce, victoriam non ex diſciplina & induſtria mortalium, ſed ex potentia Dei, qui armorum arbitrium ſibi ſervat, fluere. Unde nec ſcientia rei militaris proſperum ſucceſſum conſiliorum ſpondebit, niſi pietate & innocentiæ vitæ favorem Dei conſequamur.

Compertum ſanè, omnes rei militaris regulas, à legibus divinis ſeparatas, conſiliorum noſtrorum fundamentum eſſe fragile, cùm quæcunque fortunæ, quæ non innituntur dexteræ illius, qui tribus digitis Orbem terrarum librat, propius ad præcipitium, quàm ad

incrementum gloriæ accedant. Græci tamen, licet tenebris errorum innutriti, idem docuêre, quibus per Poëtarum figmenta Mercurius, Deorum nuncius ab horis educatur, ut omne mortalium genus diſceret, univerſam ſapientiam humanam, menſurâ cœli ad progreſſum & ſuſtentamen deſtitutam, alimento ſubſiſtentiaque carere.

CAPUT XIII.

Rupellanorum diſcordia ob Anglorum diſceſſum.

ANglorum diſceſſus Rupellanos ad eam deſperationem redegerat, ut ſine Rohaniæ adjuratione, præconumque exhortatione, quarum ſumma erat, de cœleſti auxilio nunquam deſperandum, cùm Deus protectores Evangelii nunquam deſerat, major pars plebis, extrema penuria ſtimulata imperium rapuiſſet, ad regium exercitum recipiendum portis. Seditione etiam ſæva laboratum; fortiſſimi tamen quique in carcerem compingebant quoſcunque transactionis ſtudioſos, nonnullis etiam ad extremum ſupplicium raptis; adeò ut exinde miſella plebs cum fame conflictaretur, coërcita etiam querimoniæ libertate.

Solatium ſuggeritur ex ſpe novorum auxiliorum, quæ ut ab Anglis obtinerent, Deputatos denuò ablegant, qui Regis animum honoris ſtimulis fodicarent, cui integrum non eſſet, Rupellam exitio permittere, niſi gloriam ſuſcepti patrocinii projiceret: miſericordiæ etiam ſenſum excitarent per extremarum ſummam miſeriarum, quibus laborarent; inprimis autem docerent, obſtaculorum, quæ Rex per Canalem diſpoſuiſſet, demolitionem non excedere vires, auſusque fortes, cùm exercitus ad unum aut alterum conatum perùadere potuiſſet, qua occaſione Rupellani ex adverſa parte eruptionem moliti eſſent, ad conflictum quemcunque. Interea plebem in ſtuporem dabant tormentorum fulminationibus, quas quinque aut ſex dierum

rum ſpatio vehementius geminabant, quam per ſex ſeptimanas poſtremas auditum erat: ſpargebant etiam, modum evertendi aggeris jam conſtare, in certiſſimam regiorum navigiorum per Canalem perniciem.

Rex, ne commodum ex diſcordiâ incolarum, perderet, denuò mittit, qui deditionem urgeret: ubi gubernatores primo omnia oblata reiiciebant, quæ clementiæ ſpem, fiduciæque teſtimonia ferrent, tametſi optima quæque ſibi promittere poſſent. Ubi autem plebs fame urgeretur, quæ & primarios nonnullos inceſſebat, tumultus ingens exoritur, cui compeſcendo congregatur Præſidiale quod vocant: ibi re deliberatâ, viſum majori conſiliariorum parti, regiæ clementiæ oblata non aſpernari, adeò ut quidam elatâ voce diceret, Conſiderandum, quomodo poſt ſex retrò ſeptimanas ad terminum vivendi procederent; ſummi beneficii, adeoque felicitatis loco cuilibet futuram libertatem conſcientiæ, ſi eam rex indulgeret, præter uſum fortunarum & murorum ſubſiſtentiam, quam gratiam ab ipſius clementiâ multis nominibus expectare poſſent.

Neque apparere magnam auxiliorum Anglicorum fiduciam, ob damna antè ſuſcepta, exiguaque fortitudinis ſigna ad prœlia liberationis ſuæ ergò ineunda tandem etiam difficultatem obſtacula illa famoſa per Canalem ſuperandi. Quibus verbis cæteros in deditionis propoſito maximè confirmabat.

Præfectus autem civium, quem majorem ipſi vocant, ad eum digreſſus, colaphum impegit, quem alius conſiliarius iteratò reddidit, ad ſeditionem acerrimam, niſi promptè à pacis ſtudioſis fuiſſent ſejuncti.

Præſidialis ille conventis Majoris proterviâ graviter offenſus, decrevit carceris pœnam; quam ille plebe in arma concitata non ſolum vitavit, ſed duos illos conſiliarios ad necem quæſivit, niſi ſeſe ex oppido prius ſubduxiſſent, ad pedes regis provoluti, & protectionem regiam implorantes, omnibus oppreſſis paratam. Cùm autem diſſidia iſta regis conſilia non parum promoverent, ſuaſit Cardinalis, ut rex ea foveret, deditione, ex cujus mentione fuerant orta, identidem repetita.

Jubetur ergò Bretonus fecialis miltaris, conceptis verbis, veſte ſolenni ipſis imperare obſequium in regem, cum fiducia condonatæ feloniæ & rebellionis, quę crimina contraxiſſent; etiam declarare viciſſim, ſi minus parerent, à juſtitia Regis nihil præter ſupplicia inſolentiæ paria, expectarent. Hinc animi egenorum non parum commoti, ſed à præconibus firmati, cum reliquis obſtinationem inconcuſſam tenuêre, contumaciâ, quæ plebi eſt familiaris, pabulum ſpei eximiæ ſuppeditante.

Politica reminiſcentia.

PLebs ait T. Livius, cùm rationis capax non ſit, plerumque ad extrema fertur, adeo ut in periculiſs ſemper nimio objecto aut ſuperbo appareat animo. Alius eam ob ſimilem rationem confert impudentiæ, cui nunquam placet mediocritas inter timorem & audaciam. Ad ſeditionem enim præceps abit, quam primum incipit deſperare de commoda liberatione ex periculis: quod ſi tutelam domi inveniat, verba & facta meram ſpirant inſolentiam.

Aliam cauſam non quæſieris, niſi impetum animi, qui per populum dominatur, & rationis & virtutis non ſemper capacem, ex quibus per vulgatiſſimam fidem humanitas, modeſtia & fortitudo fluunt. Docet etiam experientia per occaſiones, abiectos per iniquitatem naſcendi genios, minimis periculis permoveri, ſemper ad malitiam pronos, quouſque facultatem nocendi ſervant. Id habet impetus proprium, ut aut facile cedat, aut nunquam: unde eò ſæpe defertur motu violentiſſimo, ut mortis crudeliſſimum genus intra murorum circuitum, poſt compendium omnium miſeriarum optarit potius, quam in obſidentium concedere.

Catagurra, Hiſpaniæ oppidum à Pompejo obſeſſum, muros ex benevolentia in Sertorium adeò accriter tutabatur, ut abſumptis omnibus animalibus, non exhorruerint propugnatores dexteras barbaras ſanguine conjugum & liberorum inficere, ut carnibus eorum vitam ſuſtentarent ſuam. Sic & Saguntini ejuſdem rationis furorem in ſeipſos convertêre, poſtquam eſſent defuncti iis extremis, ut

Digitized by Google

ut eorum fames in proverbium abierit. Cùm enim nihil quicquam alimentorum ſupereſſet, rogum ingentem in medio foro ſtruunt, injectisque primùm adeoque conſumptis rebus pretioſiſſimis ſeipſos deinde in incendii flammas præcipitant, quòd malient in cineres redigi, quàm Carthaginenſium ferrè tyrannidem impetu rabiei in animis ipſorum extinguente omnem rationis ductum, quo didiciſſent, nulla infamia notari deditionem, ubi victor obſeſſos ad incitas redegit, ut nullæ ad reſiſtendum ſuperent vires.

CAPUT XIV.

Tranſactio inter Regem & Rupellanos.

CUm Major Rupellæ fervorem plebis cerneret, quæ videbatur extremam neceſſitatem, cum qua colluctabatur, non ulterius latura, factionem etiam, cui deditio oppidi placebat, firmari, ſtatuit transactionem cum rege ſimulare. Satis catus intelligebat, plebem malle decipi, quàm cogi: eo conſilio Arnoldum interceſſione Fequierii captivi rogabat, in oppidum veniret, ut de modo tranſactionis inſtituendæ ageretur.

Arnoldus copia facta cum Majore colloquitur, per biduum cum partibus agit expeditis itionibus, tandemque obſesſis proponit, ad miſericordiam regis, compendium negotiationum, confugerent, fidem dans de majori quàm ſperare poſſent gratia. Hinc ad regem abit Talieburgum, etiam ad Cardinalem Caſtolerias prope Fontenæum, ut certiorem utrumque de negotio faceret: qui fucus ſubmisſionis utrumque in caſtra retraxit, unde ob morborum frequentiam paululum receſſerant.

Arnoldus autem Rupellam reverſus, incolis denuò fidem dat de propenſo ad gratiam regis animo, modo errorem vere agnoſcerent, teſtarenturque de officio in poſterum faciendo, ut credi poſſent: legunt igitur Deputatos, qui ad regem irent. Rex advenientes ad Cardinalem remittit,

tit, cui neceſſaria exponerent. Eum conveniunt Ruſſæi in ſtatione opilionum, & integras duas horas ſermones terunt, animis dehinc ad hilaritatem compoſitis, ut lætari crederentur. Petunt copiam à biduò revertendi eodem, & impetrant: redeunt, teſtantur ampliſſimè de plebis inclinatione ad miſericordiam regis amplexandam, poſtea quam ipſi placuiſſet, non attenta rebellione, liberum religionis exercitium permittere, uſum fortunarum non interdicere, murorum ambitum ferre.

Sic à Cardinale remittuntur ad regem, qui aggerem tum curabat: metum reverentia Regis incuſſerat, ſed producti, fiunt ſupplices, gratiam & miſericordiam implorant, per ſubmiſſiones in ſpeciem, quaſcunque mens excogitare poſſet. Reſpondet rex; promeriti eſtis ſeverum ſupplicium: quoniam verò Deus vos deducit ad agnoſcendum errorem, ut vobis ignoſcat, vitam & ego vobis dono. Regrediuntur Rupellam ampliſſimum teſtati gaudium, promittentes reditum in poſterum diem, ut de articulis pactorum particulatim conveniretur.

Sed quoniam Major cum ſectariis iſtanc impoſturam eſſet exorſus, ut duntaxat plebem iterum faceret ſuam, ſi demonſtraret, quantum momentum ad tuendam libertatem adferret propugnaculorum conſervatio, quæ omninò dejicienda adeoque ſolo æquanda quærebantur; jam ſcopo obtento, tranſactionem ventis dat diſsipandam.

Acceſsit etiam ea vecordia, ut crederent, tempore tranſactionis excubias per exercitum minus vigilanter factum iri, hinc hora tertia antelucana incendiariam verſus aggerem impellunt, ut regiis navigiis immixta, excubias disjiceret incendio ſparſo, nec deſinerent in aggerem, quamvis fruſtraneis ictibus fulminare. Verum Cardinalis, ſciens qua fiducia cum hoſte eſſet agendum, excubias ſolitas quotidie fieri imperabat, unde lembi extimi vigiliarum incendiariam tempeſtive viſam in eum locuum divertêre, ubi ſuis ignibus ſine noxa interiret.

Politica Reminiſcentia.

VIgilantia certiſsimæ exercitus excubiæ; cui obſidionis Im-

Digitized by Google

Imperator eò magis operam dabit, ut eruptionibus occurrere poſſit, quas prudentiſsmi in ea momenta conjiciunt, quibus major ſecuritas indulgeri ſolet. Socordia cum victoria non diu ambulat, cùm minima negligentia magnam ſæpè in bellis trahat converſionem. Caſtra ea demum ſunt firmisſima, quæ circum ſpectione ſumma cuſtodiuntur; unde periculo grandi exponitur quicunque defenſionem nullam parat, & dux, ad copiarum ſocordiam connivens; earum conſervationem & vitam fortunæ permittit.

Iphicrates ſane illuſtriſsimis, quos unquam Athenæ habuere, ducibus connumeratus, ab hoc errore longiſsimè ab erat, conſtitutis per noctem iisdem excubiis, dum pax vigeret, quam ubi bellum ingrueret, armis ſemper ad pugnam expediti, tanquam hoſte præſente. Id mirum primo pleriſque viſum, ſed ille eam rationem proferebat ſemper metuendum, ne obruaris, aut cogaris cum ignominiâ dicere, non putabam, quicquam metuendum eſſe.

Quuemadmooum verò Imperator habet, cur vigilantiam colat ſemper, ita ei maximè ſtudebit, ubi de pace agitur, quòd id vaframenti famoſiſsimis ducibus ſit familiare, ut quidvis proponant tranſigendum, donec hoſti noceant. Sic Julius II. Pontifex maximus Ludovicum XII. donec apparatum adverſus ducem Ferrariæ comportaret, ſpecie tranſactionis diſtulit. Eodem modo Ferdinandus Arragonius ad Philippum Archiducem Auſtriæ mittebat, ut regem tranſactione pacis, quam ſanxerant, diſtineret, & ab apparatu neceſſario ad ſuccurrendũ amicis divertere qui interea auxiliis deſtituti cogebantur regnum Neapolitanum relinquere? quod Conſilium Ferdinandus ſatis oſtendebat, cum pacta firmare poſtmodum nollet. Nihil tutius, quàm pacem per diffidentiam quærere: quicunque enim eam init viam, de gemino fruitur commodo, dum hoſti omnem ſpem invaſionis inopinatæ præcidit, & per copiarum expeditum ordinem leges obtinet commodiores.

* * *

CAPUT XV.

Rupellani fame ad extremas miſerias rediguntur.

ALiquod remedium Rupellani rebus ad deſperationem vergentibus, maximè poſt Anglorum diſceſſum videbantur adferre, ſi armis operisque ineptos emitterent, quod ſub noctem obſcuriſſimam auſi ſunt, tempeſtate navigiorum ſepem aliquatenus aperiente, ut lembus fœminarum ſarcina onuſtus, per aggeris anguſtias elaberetur, excubiis regiis id non advertentibus tempeſtivè, ad illum retrahendum, ſed ad majorem poſtea curam. Cum autem vecordia nihil amplius audere poſſet, juſtitiam regis irritabant, ut ſeverè haberet, quicunque terra ſalutem quærere conarentur.

Ad finem Auguſti trecenti mortales utriuſque ſexus, & diverſæ ætatis per Canalem evadunt, aquis ſubſidentibus in refluxu: illi in terram expoſiti, herbas ingerebant in latrantem ſtomachum, adeò ut vel hinc appareret, quanta fames oppidanos exerceret. Miſeriæ ſenſum apud omnes excitare poterant, niſi inſolentia eum præpediiſſet. Quoniam verò nulla vis præter neceſſitatem eos ad officium reducere poſſet, Briſſacus, Furilius, cæterique centuriones excubiarum, obviam facti, in oppidum eos repulêre, ut fames ex multitudine incolarum creſceret.

Juſta iſtæc ſeveritas non unâ vice valuit, ut miſeria tandem ad eum gradum prolapſa, ubi poſt panem, legumina, & quæcunqne victui commoda ſunt, abſumpta, tergora boum, aliaque coria ſæbo macerarent ad nutrimentum. Conſpiciebantur ſæpicule; qui in ſalinarum foſſis colligerent herbas, conchas, & quiſquilias, quâ ſaburra famelicum corpus, tanquam delitiis, avidiſſime onerabant: cardui radices communitas pinſebant, donec fames, quæ fucum hunc rejiceret, in furorem converſa, etiam cadavera defunctorm involavit, aliquot matribus inſuper perſuaſis, ut innocen-

nocentium parvulorum ſanguine manus cruentarent, adeoque viſcera ſua in ſua viſcera ad alimentum reconderent.

Nemo facilè fidem haberet, niſi oculati teſtes iſta extrema, ad obſidionem deditione ſolvendam comprobarent. Cùm autem nihil moverentur, juſtitia Regis, prudentia duce, debuit denuò prohibêre, ne quis ex oppido egrederetur; quocunque autem modò à copiis regiis exciperentur, ad foſſas circumvallationis prorepentes, quotidiè tamen plurimi adveniebant, quos nihil ominus, ut famem intenderent, repulſari erat neceſſe. Viros ad majorem tamen ignominiam piſtillo nudiores verum quidem eſt remiſſos, fœminas interula tectas, ſcuticis crepitantibus, furcilliſq; acutis: Quicunque verò de nocte foſſas exuperare conati quocunque modo, ſuſpendio ſine miſericordia defungebantur; quoties câptivitas miſeriarum cumulo accederet: erat tamen, qui & literulas ferrent, ad auxilia Anglorum maturanda. Deditionis denique non poſtremam in hac prudenti ſeveritate invenias cauſam.

Politica reminiſcentia.

Crudelitas æquitate amicta, obſeſſis ad neceſſitatem redactis, exitum præſtruit: bello enim legitimo quodvis genus mortis in eos juſtum. *In* obſidione quidem incolæ quacunque manſuetudine ſunt attrahendi, unde exordium ſemper ducendum: verum ubi perſuaſionibus deſunt vires, oportet ſeveritati locum facere, idque tantò minori cum difficultate ſuſcipitur, quod rebellium mors juſtitiæ & bono publico convenit. Fames etenim ad ſubigenda oppida vim omnem armorum ſuperat, ex diuturna obſidione intenſa. Hæc potentius penetrat, quàm tormentorum globi, ad vallum evertendum, portas ſubruendas, deditionem maturandam.

Cùm autem eadem per multitudinem creſcat, ſuis rebus minimè conſultum vellet, qui ex neceſsitate, tanquam è carcere, obſeſſos dimitteret, medio promptiſsimo ad vincendum neglecto. Quanto major numerus viventium, tanto

tantò promptior annonæ imminutio, famisque inſultus, morte deplorata horrendaque, quæ ſingulis ferè horis uſuram ex lege naſcendi colligit, ad ſpectaculum adeo nefandum, ut ii, quibus tantillum ſuperat rationis, aut qui intelligunt, qua cum neceſsitate inevitabili captivitatis colluctentur, deditionem præferant tàm triſti oculorum ſpecimini.

Fames etiam arma excutit plebi, quæ nunquam lætior quàm per commoda & ſaginam, quod Aurelianus Imperator dicere ſolebat, de populo Romano, ſed viciſsim nunquam abjectior, quam per penuriam victus: ut tamen ad quamvis violentiam adverſus Magiſtratum efferatur, illa neceſſitate perurgente. Sic accepimus, populum Romanum tempore famis Claudium Imperatorem, per viam clamoribus, inceſſiſſe; non ſine injuria, conjectis etiam panis fruſtellis in faciem & caput. Ita plebs Conſtantinopolitana lapidibus Theodoſium primũ inſectabatur per annonæ ſummas anguſtias.

Exacerbatur enim plebs ad rabiem, ut quidvis audeat: cumque vitæ uſuram omnibus omnino rebus præferat, delabitur tandem ad vim, ut præfecti, quibus ſubeſt deditionem cogantur facere, victoremque intra muros recipere: majore utique venia cum eadem neceſsitas rationi adeoque potentiæ potior, videatur neque hanc neque illam admittere gubernatricem.

CAPUT XVI.

Rupellanorum extrema fames.

PLebs promiſcua à menſe Majo penuria exercebatur, ſpes tamen de Anglorum auxiliis concepta, etiam penuarios monebat, ut circa muros, & per ambitum, quem obſidentes non calcarent, minora ſemina, avenæ, hordei, piſorum & fabarum ſpargerent, quam rationem Oeconomiæ regii, haud gravatè ferebant: quod obſeſſi imprudentiam teſtarentur, & exiguum rei militaris uſum, ad projicien-

tienda, quæ poſtmodum neceſſitas exigebat. Semente quidem ipſis gaudere licebat & ſegete, ſed exercitus regius ad muros progreſſus ſpem meſſis intercipiebat, adeoque commodum illud intervertit.

Politica reminiſcentia.

OBſidionis leges vulgatæ imperant obſeſſis arctam cuſtodiam, ut omni adempta libertate, ſummo utique bono, damnum inſuperabile ſentiant, ex quo inducantur, tanquam potentiſſima perſuadendi ratione, ad arbitrium victoris ſubeundum. Eſt tamen quod excipias, & cur eam non ſemper ſequaris regulam, ubi obſeſſis placet ambitum oppidi ad ſegetem colere. Grana enim ab illis ſparſa annonam non parum flagellant, adeo ut libertas ſementis ad famem prolabatur, & inde ad deditionem.

Obſidionis diuturnæ ſcopus eſt fames, obſeſſis conciliands: cui ancillatur cura ſerendi agros; unde prudentia impedimentum differt; etiam facultate eâ conſultò conceſſa. Hinc Fabius Maximus Campaniæ agros depopulatus, tempore ſationis receſſit; ut reliqua grana in eam inſumerent: ſic reverſus continuo, famem circumdedit, ad deditionem promptam.

CAPUT XVII.

Eruptio Rupellanorum.

COpiæ penes Rupellanos exiles, ſi ad regium exercitum comparentur, perſuadent incolis ex animo refractario, diverſas eruptiones: pauciores quidem, quam per ullam obſidionem diuturniorem, ad iſthunc modum fretis ſpe certâ, de aggere perrumpendo; quandocunque Angli auxilia eſſent promoturi; ſed cordatiſſimas, ad fatigandos regios: repulſabantur tamen identidem non ſine detrimento, adeò ut non pauci mortem incurrerent, temeritatis pœnam.

Fequierius fortunæ debebat ludibrium, ut in oppidum captivus pertraheretur, inde ab exordio anni: cum autem illorum plurimi eandem apud regios ſubiiſſent ſortem, qui ad commutationem reciprocantem ſervabantur, ſuſpendium conſtituebatur ſine miſericordia in omnes, ſi quid ille præter dignitatem pateretur, adeo ut ſatis benignè habito, ipſorum permiſſu, per panis penuriam, famulus ab exercitu regio neceſſaria adferret quotidie.

Protervia etiam mare intentatum non reliquit, quin eruptionem auſi ſæpius, maximè ubi Burdigala advecta eſſent navigia murata, ut incendia ſpargerent. Nullo tamen unquam ſucceſſu, niſi rapta nave grandiuſcula, quæ Thoraſium agnoſcebat dominum: tantum valebat Cardinalis vigilantia, quâ regii ad vim arcendam excubabant, munimentis hinc inde, ad ſecuritatem militis per foſſas circumvallationis excitatis.

Politica Reminiſcentia.

ERuptiones obſeſſorum in exercitum hoſtilem, magno ſemper ſcatent periculo, cum exigua militis jactura magni ſit momenti, maximè ubi numerus eſt arctior ad obſidionem, ſupplemento non facili. Quo ſi incommodo maximè careant, hoſtis tamen fervore illorum neglecto, in munimenta collectus, & per vallum excubans, eos carpit, ad impotentiam tandem redigendos.

Hinc Philippus Cominæus ait, eruptiones præter neceſſitatem factas ſemper vituperari, cum authoritate comprobari queant neceſſitatis ſolius, quæ aliquando ſine ſpe vicit ex audentia, quàm ignavis indere ſolet; ſic ad extrema audenda facile perſuadetur, cui nullum mortis effugium patet: Id igitur obſeſſi ante eruptionem meditentur.

Qui verò obſidendæ urbi incumbunt, duo tantum remedia adverſus vim & incommoda ſortiuntur; alterum, prudens inſtitutum operarum; alterum, excubias pervigiles, ad vim repulſandum. Vallum recte ductum, ſi ab oppido ſatis recedat, mutuam opem præſtet, ex juſta alti-

titu-

Digitized by Google

ante omnia Gallos ſibi conciliabat, Hiſpanos & Africanos: etiam Romani, Philippum Macedoniæ Regem bello aggreſſuri, miſere legatos ad Ptolomæum Ægypti regem, ut fædus contraherent.

Primum tamen & ultimum fuerit genius virtutis eximiæ, cùm ſeſe ſingulis momentis ad nova pericula proſtituat, ſucceſſus inſtituti maximam partem ex ipſius induſtria & dexteritate pendeat, minima etiam trepidatio, ſi quam exerat, deſertionem pariat, res arduæ prudentiam & virtutem eximiam flagitent, fortunæ etiam favore maximè egeant, ob rebellionum periculoſiſſima machinamenta, quæ ſuboriri queant, adeo ut rariſſimè ea mediocribus geniis multum indulgeat.

Iſthæc videntur ad res arduas ſuſcipiendas neceſſaria, ſine quibus temeraria audentia in exitii periculum præcipitat; ut animadvertere liceat, duces rebellionis ex illo errore ignominiam pro gloria reportare.

CAPUT XIX.

Dux Trimuliæ tranſit ad Sacra Romanenſium.

NOn omnino defungebatur Cardinalis, Hæreticorum nervis ſucciſis, oppidis, ubi nidulabatur rebellio captis, niſi eodem tempore & de converſione illorum allaboraret, inprimis vero ſiniſtram opinionem adimeret illis, quo nomine & authoritate apud factionem plurimum pollebant, & duces cenſebantur. Ea cura primaria Regis complectebatur Pictaviam, Aquitaniam & Languedociam, Miſſionibus conſtitutis, quas Religioſi quarundam familiarum docti & pii obirent, animo apprimè devoto.

Cùm autem Cardinalis æquè Theologiæ myſteria, ac Politicorũ ſecreta intelligebat, æquum erat, ut ipſus principalem negotii hujus, quemadmodum & armorum referret victoriam, Pietas ejus occaſionibus intenta, animadverterat,

terat, Ducis Trimuliani mentem propenſam ad ſuſcipienda antiquioris doctrinæ ſemina; ſumit ergò ſibi potiores inſtitutionis partes, impenſis non ſemel aliquot ex otio horis. Cùm autem doctrina neminem haberet ſecundum, & acumine præcelleret, lumen oſtendit, quo non diu poſt ſcrupuli eximerentur, errores diſſiparentur.

Tanta Trimulius erat modeſtiâ, vitæque temperie, etiam per fervidam ætatem, ut nullatenus faſtum aut proterviam eorum referret, quorum ſacra coluerat. Sic ingenia moderata longè felicius inſtitutionem admittunt. & ille facilè ſequebatur inſtinctus, à dextera Dei profectos. Veritatem tamen demonſtrari expetebat, difficultatesque explanari, quibus eatenus nemo ad ipſius guſtum ſatisfecerat.

Poſtquam autem eam partem beatitatis attigit, ut à Cardinale informaretur, errorem eò facilius poſuit, quod genius incomparabilis viri & Eccleſiaſtici & Politici, eum ad oculum exhiberet, id quod ſæpius ſponte profeſſus eſt. Neque honores, neque opes mutationem ſacrorum ſuaſêre, cum majorum gloriâ ſatis fulgeret, etiam opibus abundaret; ſed ſola veritatis notitia, qua pleniſſimè ante profeſſionem fidei, imbui voluit, ut omnes articulòs controverſiarum exactè cognoſceret.

Tantum id regi gaudium fecit, ut nullo trophæo, aut manubiarum cumulo magis exultaret, quam iſtac victoria, per Cardinalis Zelum obtenta: teſtatus animi voluptatem addebat, ſeſe proximo feſto ſolenni cum ipſo duce communionem Cœnæ Dominicæ ſumpturum. Ibi Curæus capularis abdicato munere Campiductoris apud Velites, locum fecit Trimulio: ut facile regis ſtudium erga ſubditorum ſalutem intelligeretur.

Politica reminiſcentia.

Iuſtitiæ convenit ferrum in hæreticos rebelles, charitati verò converſio, ad veritatis ſtudium. Oportet tamen, ut ea charitas magno acumine ingenii, & profundæ doctrinæ penu polleat, ad felicem ſucceſſum Ingenium

Digitized by Google

titudine peditem tegat, coronam ſatis validam ad falconum ignivomorum ictus ferat, fortalitiis & propugnaculis abundet diſtricto ordine, ſatis latitudinis ad conflictum pandat, hoſtilem invaſionem à tergo arceat, mirandam exhibet opem.

Imponendus tamen miles bellico apparatu inſtructus, qui ad diſciplinam militarem accuratè adigatur, excubiis nocturnis æquè ac diurnis aſſuetus. Neque minus fuerit neceſſum, vigiles per acceſſus & ad labra foſſarum proſtitui, ut hoſte ingruente vim vi repellere liceat, cordatiſſimis quibusque per primos ordines, ad ſuſtinendum impetum diſpoſitis, etiam circa ſtationem non minus diligenter ſervatis hoſpitiis: nam illic primus impetus fuerit frangendus; ex quo ſæpe ſumma ſalus dependet.

Ante omnia diſpiciet valli cuſtos, ut copias excubiarum expertes accerſat diligentiſſimè, quò multitudine animos inflet, hoſtemque mulctatum repulſet. Ubi autem excubiæ ad impetum eruptionis ſuſtinendum deficiant, in munitiora colliget ſeſe extra vim, donec cæteræ copiæ advolent: quod inſtitutum Cæſar Alexiæ obſeſſæ adhibuit, Commentariis teſtibus.

CAPUT XVIII.

Rohanius continuat machinationes per Languedociam.

DUm Rupellani rebellionis ſummam exhibent, Rohanius machinationes ſolitas per Languedociam promovet, ut incolas eorum oppidorum, ubi Religionariorum potiores erant partes, ſuos faceret. Sic ab exordio anni conabatur Briateſtam, per favorem Tulſæi pervertere, cum autem incolæ, pacis obſequiique tenaces, factioſum illum comprehenderent, Toloſæ is ſuſpendio rebellionis ſtudium expiavit.

Rohanio etiam tunc pertriſti ex ſiniſtro caſu, quem copiæ Magoloni incurrerant, Caſtrenſis præfectus quin-

tit, cui neceſſaria exponerent. Eum conveniunt Ruſſæi in ſtatione opilionum, & integras duas horas ſermones terunt, animis dehinc ad hilaritatem compoſitis, ut lætari crederentur. Petunt copiam à biduò revertendi eodem, & impetrant: redeunt, teſtantur ampliſſimè de plebis inclinatione ad miſericordiam regis amplexandam, poſtea quam ipſi placuiſſet, non attenta rebellione, liberum religionis exercitium permittere, uſum fortunarum non interdicere, murorum ambitum ferre.

Sic à Cardinale remittuntur ad regem, qui aggerem tum curabat: metum reverentia Regis incuſſerat, ſed producti, fiunt ſupplices, gratiam & miſericordiam implorant, per ſubmiſſiones in ſpeciem, quaſcunque mens excogitare poſſet. Reſpondet rex; promeriti eſtis ſeverum ſupplicium: quoniam verò Deus vos deducit ad agnoſcendum errorem, ut vobis ignoſcat, vitam & ego vobis dono. Regrediuntur Rupellam ampliſſimum teſtari gaudium, promittentes reditum in poſterum diem, ut de articulis pactorum particulatim conveniretur.

Sed quoniam Major cum ſectariis iſtanc impoſturam eſſet exorſus, ut duntaxat plebem iterum faceret ſuam, ſi demonſtraret, quantum momentum ad tuendam libertatem adferret propugnaculorum conſervatio, quæ omninò dejicienda adeoque ſolo æquanda quærebantur; jam ſcopo obtento, tranſactionem ventis dat diſsipandam.

Acceſsit etiam ea vecordia, ut crederent, tempore tranſactionis excubias per exercitum minus vigilanter factum iri, hinc hora tertia antelucana incendiariam verſus aggerem impellunt, ut regiis navigiis immixta, excubias disjiceret incendio ſparſo, nec deſinerent in aggerem, quamvis fruſtraneis ictibus fulminare. Verum Cardinalis, ſciens qua fiducia cum hoſte eſſet agendum, excubias ſolitas quotidie fieri imperabat, unde lembi extimi vigiliarum incendiariam tempeſtive viſam in eum locuum divertêre, ubi ſuis ignibus ſine noxa interiret.

Politica Reminiſcentia.

Vigilantia certiſsimæ exercitus excubiæ; cui obſidionis Im-

Imperator eò magis operam dabit, ut eruptionibus occurrere poſſit, quas prudentiſsmi in ea momenta conjiciunt, quibus major ſecuritas indulgeri ſolet. Socordia cum victoria non diu ambulat, cùm minima negligentia magnam ſæpè in bellis trahat converſionem. Caſtra ea demum ſunt firmisſima, quæ circum ſpectione ſumma cuſtodiuntur; unde periculo grandi exponitur quicunque defenſionem nullam parat, & dux, ad copiarum ſocordiam connivens; earum conſervationem & vitam fortunæ permittit.

Iphicrates ſane illuſtriſsimis, quos unquam Athenæ habuere, ducibus connumeratus, ab hoc errore longiſsimè ab erat, conſtitutis per noctem iisdem excubiis, dum pax vigeret, quam ubi bellum ingrueret, armis ſemper ad pugnam expediti, tanquam hoſte præſente. Id mirum primo pleriſque viſum, ſed ille eam rationem proferebat ſemper metuendum, ne obruaris, aut cogaris cum ignominiâ dicere, non putabam, quicquam metuendumeſſe.

Quuemadmooum verò Imperator habet, cur vigilantiam colat ſemper, ita ei maximè ſtudebit, ubi de pace agitur, quòd id vaframenti famoſiſsimis ducibus ſit familiare, ut quidvis proponant tranſigendum, donec hoſti noceant. Sic Julius II. Pontifex maximus Ludovicum XII. donec apparatum adverſus ducem Ferrariæ comportaret, ſpecie tranſactionis diſtulit. Eodem modo Ferdinandus Arragonius ad Philippum Archiducem Auſtriæ mittebat, ut regem tranſactione pacis, quam ſanxerant, diſtineret, & ab apparatu neceſſario ad ſuccurrendũ amicis divertere qui interea auxiliis deſtituti cogebantur regnum Neapolitanum relinquere? quod Conſilium Ferdinandus ſatis oſtendebat, cum pacta firmare poſtmodum nollet. Nihil tutius, quàm pacem per diffidentiam quærere: quicunque enim eam init viam, de gemino fruitur commodo, dum hoſti omnem ſpem invaſionis inopinatæ præcidit, & per copiarum expeditum ordinem leges obtinet commodiores.

* * *

CA-

Digitized by Google

CAPUT XV.

Rupellani fame ad extremas miſerias rediguntur.

ALiquod remedium Rupellani rebus ad deſperationem vergentibus, maximè poſt Anglorum diſceſſum videbantur adferre, ſi armis operiſque ineptos emitterent, quod ſub noctem obſcuriſſimam auſi ſunt, tempeſtate navigiorum ſepem aliquatenus aperiente, ut lembus fæminarum ſarcina onuſtus, per aggeris anguſtias elaberetur, excubiis regiis id non advertentibus tempeſtivè, ad illum retrahendum, ſed ad majorem poſtea curam. Cum autem vecordia nihil amplius audere poſſet, juſtitiam regis irritabant, ut ſeverè haberet, quicunque terra ſalutem quærere conarentur.

Ad finem Auguſti trecenti mortales utriuſque ſexus, & diverſæ ætatis per Canalem evadunt, aquis ſubſidentibus in refluxu: illi in terram expoſiti, herbas ingerebant in latrantem ſtomachum, adeò ut vel hinc appareret, quanta fames oppidanos exerceret. Miſeriæ ſenſum apud omnes excitare poterant, niſi inſolentia eum præpediiſſet. Quoniam verò nulla vis præter neceſſitatem eos ad officium reducere poſſet, Briſſacus, Furilius, cæterique centuriones excubiarum, obviam facti, in oppidum eos repulêre, ut fames ex multitudine incolarum creſceret.

Juſta iſtæc ſeveritas non unâ vice valuit, ut miſeria tandem ad eum gradum prolapſa, ubi poſt panem, legumina, & quæcunqne victui commoda ſunt, abſumpta, tergora boum, aliaque coria ſæbo macerarent ad nutrimentum. Conſpiciebantur ſæpicule; qui in ſalinarum foſſis colligerent herbas, conchas, & quiſquilias, quâ ſaburra famelicum corpus, tanquam delitiis, avidiſſime onerabant: cardui radices communitas pinſebant, donec fames, quæ fucum hunc rejiceret, in furorem converſa, etiam cadavera defunctorm involavit, aliquot matribus inſuper perſuaſis, ut innocen-

nocentium parvulorum ſanguine manus cruentarent, adeoque viſcera ſua in ſua viſcera ad alimentum reconderent.

Nemo facilè fidem haberet, niſi oculati teſtes iſta extrema, ad obſidionem deditione ſolvendam comprobarent. Cùm autem nihil moverentur, juſtitia Regis, prudentia duce, debuit denuò prohibêre, ne quis ex oppido egrederetur; quocunque autem modò à copiis regiis exciperentur, ad foſſas circumvallationis prorepentes, quotidiè tamen plurimi adveniebant, quos nihil ominus, ut famem intenderent, repulſari erat neceſſe. Viros ad majorem tamen ignominiam piſtillo nudiores verum quidem eſt remiſſos, fæminas interulâ tectas, ſcuticis crepitantibus, furcillisq; acutis: Quicunque verò de nocte foſſas exuperare conati quocunque modo, ſuſpendio ſine miſericordia defungebantur: quoties câptivitas miſeriarum cumulo accederet: erat tamen, qui & literulas ferrent, ad auxilia Anglorum maturanda. Deditionis denique non poſtremam in hac prudenti ſeveritate invenias cauſam.

Politica reminiſcentia.

Crudelitas æquitate amicta, obſeſſis ad neceſſitatem redactis, exitum præſtruit: bello enim legitimo quodvis genus mortis in eos juſtum. *In* obſidione quidem incolæ quacunque manſuetudine ſunt attrahendi, unde exordium ſemper ducendum: verum ubi perſuaſionibus deſunt vires, oportet ſeveritati locum facere, idque tantò minori cum difficultate ſuſcipitur, quod rebellium mors juſtitiæ & bono publico convenit. Fames etenim ad ſubigenda oppida vim omnem armorum ſuperat, ex diuturna obſidione intenſa. Hæc potentius penetrat, quàm tormentorum globi, ad vallum evertendum, portas ſubruendas, deditionem maturandam.

Cùm autem eadem per multitudinem creſcat, ſuis rebus minimè conſultum vellet, qui ex neceſsitate, tanquam è carcere, obſeſſos dimitteret, medio promptiſsimo ad vincendum neglecto. Quanto major numerus viventium,

tanto

tantò promptior annonæ imminutio, famiſque inſultus; morte deplorata horrendaque, quæ ſingulis ferè horis uſuram ex lege naſcendi colligit, ad ſpectaculum adeo nefandum, ut ii, quibus tantillum ſuperat rationis, aut qui intelligunt, quâ cum neceſsitate inevitabili captivitatis colluctentur, deditionem præferant tàm triſti oculorum ſpecimini.

Fames etiam arma excutit plebi, quæ nunquam lætior quàm per commoda & saginam, quod Aurelianus Imperator dicere ſolebat, de populo Romano, ſed viciſsim nunquam abjectior, quam per penuriam victus: ut tamen ad quamvis violentiam adverſus Magiſtratum efferatur, illa neceſsitate perurgente. Sic accepimus, populum Romanum tempore famis Claudium Imperatorem, per viam clamoribus, inceſsiſſe; non ſine injuria, conjectis etiam panis fruſtellis in faciem & caput. Ita plebs Conſtantinopolitana lapidibus Theodoſium primū inſectabatur per annonæ ſummas anguſtias.

Exacerbatur enim plebs ad rabiem, ut quidvis audeat: cumque vitæ uſuram omnibus omnino rebus præferat, delabitur tandem ad vim, ut præfecti, quibus ſubeſt deditionem cogantur facere, victoremque intra muros recipere: majore utique venia cum eadem neceſsitas rationi adeoque potentiæ potior, videatur neque hanc neque illam admittere gubernatricem.

CAPUT XVI.

Rupellanorum extrema fames.

PLebs promiſcua à menſe Majo penuria exercebatur; ſpes tamen de Anglorum auxiliis concepta, etiam penuarios monebat, ut circa muros, & per ambitum, quem obſidentes non calcarent, minora ſemina, avenæ, hordei, piſorum & fabarum ſpargerent, quam rationem Oeconomiæ regii, haud gravatè ferebant: quod obſeſſi imprudentiam teſtarentur, & exiguum rei militaris uſum, ad projicien-

tienda, quæ poſtmodum neceſſitas exigebat. Semente quidem ipſis gaudere licebat & ſegete, ſed exercitus regius ad muros progreſſus ſpem meſſis intercipiebat, adeoque commodum illud intervertit.

Politica reminiſcentia.

OBſidionis leges vulgatæ imperant obſeſſis arctam cuſtodiam, ut omni adempta libertate, ſummo utique bono, damnum inſuperabile ſentiant, ex quo inducantur, tanquam potentiſſima perſuadendi ratione, ad arbitrium victoris ſubeundum. Eſt tamen quod excipias, & cur eam non ſemper ſequaris regulam, ubi obſeſſis placet ambitum oppidi ad ſegetem colere. Grana enim ab illis ſparſa annonam non parum flagellant, adeo ut libertas ſementis ad famem prolabatur, & inde ad deditionem.

Obſidionis diuturnæ ſcopus eſt fames, obſeſſis conciliandа: cui ancillatur cura ſerendi agros; unde prudentia impedimentum differt; etiam facultate eâ conſultò conceſſa. Hinc Fabius Maximus Campaniæ agros depopulatus, tempore ſationis receſſit; ut reliqua grana in eam inſumerent: ſic reverſus continuo, famem circumdedit, ad deditionem promptam.

CAPUT XVII.

Eruptio Rupellanorum.

COpiæ penes Rupellanos exiles, ſi ad regium exercitum comparentur, perſuadent incolis ex animo refractario, diverſas eruptiones: pauciores quidem, quam per ullam obſidionem diuturniorem, ad iſthunc modum fretis ſpe certâ, de aggere perrumpendo; quandocunque Angli auxilia eſſent promoturi; ſed cordatiſſimas, ad fatigandos regios: repulſabantur tamen identidem non ſine detrimento, adeò ut non pauci mortem incurrerent, temeritatis pœnam.

ante omnia Gallos ſibi conciliabat, Hiſpanos & Africanos: etiam Romani; Philippum Macedoniæ Regem bello aggreſſuri, miſere legatos ad Ptolomæum Ægypti regem, ut fædus contraherent.

Primum tamen & ultimum fuerit genius virtutis eximiæ, cùm ſeſe ſingulis momentis ad nova pericula proſtituat, ſucceſſus inſtituti maximam partem ex ipſius induſtria & dexteritate pendeat, minima etiam trepidatio, ſi quam exerat, deſertionem pariat, res arduæ prudentiam & virtutem eximiam flagitent, fortunæ etiam favore maximè egeant, ob rebellionum perículoſiſſima machinamenta, quæ ſuboriri queant, adeo ut rariſſimè ea mediocribus geniis multum indulgeat.

Iſthæc videntur ad res arduas ſuſcipiendas neceſſaria, ſine quibus temeraria audentia in exitii periculum præcipitat; ut animadvertere liceat, duces rebellionis ex illo errore ignominiam pro gloria reportare.

CAPUT XIX.

Dux Trimuliæ tranſit ad Sacra Romanenſium.

NOn omnino defungebatur Cardinalis, Hæreticorum nervis ſuccisis, oppidis, ubi nidulabatur rebellio captis, niſi eodem tempore & de converſione illorum allaboraret, inprimis vero ſiniſtram opinionem adimeret illis, quo nomine & authoritate apud factionem plurimum pollebant, & duces cenſebantur. Ea cura primaria Regis complectebatur Pictaviam, Aquitaniam & Languedociam, Miſſionibus conſtitutis, quas Religioſi quarundam familiarum docti & pii obirent, animo apprimè devoto.

Cùm autem Cardinalis æquè Theologiæ myſteria, ac Politicorũ ſecreta intelligebat, æquum erat, ut ipſus principalem negotii hujus, quemadmodum & armorum referret victoriam, Pietas ejus occaſionibus intenta, animadver-

terat, Ducis Trimuliani mentem propenſam ad ſuſcipienda antiquioris doctrinæ ſemina; ſumit ergò ſibi potiores inſtitutionis partes, impenſis non ſemel aliquot ex otio horis. Cùm autem doctrina neminem haberet ſecundum, & acumine præcelleret, lumen oſtendit, quo non diu poſt ſcrupuli eximerentur, errores diſſiparentur.

Tanta Trimulius erat modeſtiâ, vitæque temperie, etiam per fervidam ætatem, ut nullatenus faſtum aut proterviam eorum referret, quorum ſacra coluerat. Sic ingenia moderata longè felicius inſtitutionem admittunt. & ille facilè ſequebatur inſtinctus, à dextera Dei profectos. Veritatem tamen demonſtrari expetebat, difficultatesque explanari, quibus eatenus nemo ad ipſius guſtum ſatisfecerat.

Poſtquam autem eam partem beatitatis attigit, ut à Cardinale informaretur, errorem eò facilius poſuit, quod genius incomparabilis viri & Eccleſiaſtici & Politici, eum ad oculum exhiberet, id quod ſæpius ſponte profeſſus eſt. Neque honores, neque opes mutationem ſacrorum ſuaſêre, cum majorum gloriâ ſatis fulgeret, etiam opibus abundaret; ſed ſola veritatis notitia, qua pleniſſimè ante profeſſionem fidei, imbui voluit, ut omnes articulos controverſiarum exactè cognoſceret.

Tantum id regi gaudium fecit, ut nullo trophæo, aut manubiarum cumulo magis exultaret, quam iſtac victoria, per Cardinalis Zelum obtenta: teſtatus animi voluptatem addebat, ſeſe proximo feſto ſolenni cum ipſo duce communionem Cœnæ Dominicæ ſumpturum. Ibi Curæus capularis abdicato munere Campiductoris apud Velites, locum fecit Trimulio: ut facile regis ſtudium erga ſubditorum ſalutem intelligeretur.

Politica reminiſcentia.

Iuſtitiæ convenit ferrum in hæreticos rebelles, charitati verò converſio, ad veritatis ſtudium. Oportet tamen, ut ea charitas magno acumine ingenii, & profundæ doctrinæ penu polleat, ad felicem ſucceſſum Inge-

nium

titudine peditem regat, coronam ſatis validam ad falconum ignivòmorum ictus ferat, fortalitiis & propugnaculis abundet diſtricto ordine, ſatis latitudinis ad conflictum pandat, hoſtilem invaſionem à tergo arceat, mirandam exhibet opem.

Imponendus tamen miles bellico apparatu inſtructus, qui ad diſciplinam militarem accuratè adigatur, excubiis nocturnis æquè ac diurnis aſſuetus. Neque minus fuerit neceſſum, vigiles per acceſſus & ad labra foſſarum proſtitui, ut hoſte ingruente vim vi repellere liceat, cordatiſſimis quibusque per primos ordines, ad ſuſtinendum impetum diſpoſitis, etiam circa ſtationem non minus diligenter ſervatis hoſpitiis: nam illic primus impetus fuerit frangendus; ex quo ſæpe ſumma ſalus dependet.

Ante omnia diſpiciet valli cuſtos, ut copias excubiarum expertes accerſat diligentiſſimè, quò multitudine animos inflet, hoſtemque mulctatum repulſet. Ubi autem excubiæ ad impetum eruptionis ſuſtinendum deficiant, in munitiora colliget ſeſe extra vim, donec cæteræ copiæ advolent: quod inſtitutum Cæſar Alexiæ obſeſſæ adhibuit, Commentariis teſtibus.

CAPUT XVIII.

Rohanius continuat machinationes per Languedociam.

DUm Rupellani rebellionis ſummam exhibent, Rohanius machinationes ſolitas per Languedociam promovet, ut incolas eorum oppidorum, ubi Religionariorum potiores erant partes, ſuos faceret. Sic ab exordio anni conabatur Briateſtam, per favorem Tulſæi pervertere, cum autem incolæ, pacis obſequiique tenaces, factioſum illum comprehenderent, Toloſæ is ſuſpendio rebellionis ſtudium expiavit.

Rohanio etiam tunc pertriſti ex ſiniſtro caſu, quem copiæ Magoloni incurrerant, Caſtrenſis præfectus quin-

quaginta ſclopetarios juſſus ſubmittit, præter duodecim equites, ad Caſtellum Clermontii Ludeviani; Didicerat enim non paucos Barones & nobiles illuc conveniſſe, quos in campum elicere, & vindictæ immolare cogitabat. Excubitor Caſtelli Clermontium monet, oberrare octo vel decem equites, hoſtili ferè ſpecie. Comes cum cæteris, veſte familiari tectus, equum conſcendit, fiſtula ephippiaria, enſeque inſtructus proruit, invaditque equites, quos dicebamus oberrare.

Illi animadverſis hoſtibus ſimulatam capeſſunt fugam verſus ſylvam, ubi quinquaginta in inſidiis deſidebant ſclopetarii: quibus juncti, obvertunt faciem, perſecutores incurſant, & duodecim fato transmittunt. Ambræus, Clermontium ſecutus; vexillifero cadente ajebat, eam interneccionem vindicandam, aut ſuſtinendam. Converſus igitur momento circumvenitur, ut evadendi nulla reſtaret ratio. Salutem ergo decies mille aureis redempturus, audit, Magolonenſem recordaretur cladem.

Diceres ſtrategema, militiæ ſolitum, niſi crudelitas ulterius proceſſiſſet, ad amputationem aurium, naſorum & pugnorum, qua ſæviebant in quosvis captos, ad rabiem animi explendam. Caſtrenſe oppidum Rohanius paulò poſt rebellione involvit: ejus vecordiam imitati Montalbanenſes, ejecêre Legatum particularem, Præfecti decanum, duos conſiliarios, cum ſummo legato, populo in eandem rebellionem præcipitante: Nemauſenſes, Coſnenſes, Sanſeveriani, SanFrigani, aliique per Languedociam, Vivaretium & Delphinatum accedebant partibus.

Non in iſtis provinciis ſtetit malum conſpirationis, quin Cardinalis menſe Martio, dum rex apud Pariſios commoraretur, intelligeret, nobiles quosdam apud Limovicenſes coire, adverſus regias partes: gnarus igitur, igniculos ante incendium ſuffocandos, Schombergium, ſummum per eam provinciam legatum expeditè mittit, qui neceſſaria curaret è re nata: Is æquè prudens ac fortis factioſos ita diſſipabat, ut comparere nemo auderet. Sic Rohanius viam invenerat, ad acquirendum Parcium, filium Centurionis illius, qui Caleti portas clavesque cuſtodiebat, ut oppidum Anglis traderet, introitu per propugnacu-

naculum veſte non ſatis integra circumdatum parato; veteri Caſtello facilè, ad primum ingreſſum patente, quod vetulus miles, notitiæ antiquæ ſervaret.

Cum autem id inſtitutum per Vicecomitem Frugæ innotuiſſet, ducitur Parcius, & ſententia promulgata vivus diſcerpitur. Sic Matinionus conſpirationem erat aſſecutus, quam Religionariorum non pauci per Normanniam cum Anglis nectebant, eo conſilio, ut illis aperiretur craſſa turris, quam in medio mari Briquevillanus poſſidebat: etiam oppidum & portus Viræ recluderentur, concepta ſpe, ut partium ſtudioſi Caomi, Falæſæ & per viciniam, conjuncti, regem ab obſidione Rupellæ retraherent, ad iſta loca ſummi omninò momenti recuperanda.

Politica reminiſcentia.

REbellibus primitus cedunt quidem aliqua emolumenta, vel ex conſpirationibus per oppida, vel ex munimentis malè cuſtoditis, vigilantia ſocordiam vincente; tandem tamen intelligunt res ſuas collabi, omnibus victoriis in caſſum abeuntibus. Optare licet, ut ante ſiniſtrum inſtitutum veram rei cauſam agnoſcerent, quàm in penuria rerum neceſſariarum ad militiam feliciter conficiendam invenerint.

Ad principia non multum requiritur, prona occaſione tumultuandi, quæ tamen ſummis calamitatibus terminantur, niſi author turbarum copias habeat multas, cum ſupplementorum poteſtate, ducibus egregiis, & grandi pecunia inſtructus, clientelis oppidorum & vicinorum dynaſtarum ad invadendum munimentum innixus, ipſe genio acri & virtute eximia prævalidus.

De copiarum militarium multitudine, adeoque ſupplementorum facultate, nemo dubitabit, cùm ſine illis nullo penè negotio à Principe opprimatur, & gregariis per inconſtantiam militarem dilapſis, aut morborum violentia abſumptis, brevi poſſet ſolitudinem in caſtris & præſidiis experiri, niſi damna illa per ſupplementa, & novos delectus ſarciantur.

ergo, ut exercitus quamprimum expeditionem ſumeret: erant præter cæteras naves, tres muratæ, quædam fimo expletæ, quas in Canalem progreſsi incenderent, ut oppugnatores fumo involverent.

Subiſius, Lavallus, & cæteri rebelles in Angliam ante digreſsi, primum ducebant agmen; onerariis conſequentibus: hinc acies incedebat, duce Embio. Claſsis hæc verſus Olonnam appulit veſperi ad Jovis diem, qui erat viceſimus octavus: Cardinalis eadem nocte certior rerum expedit curſorem ad regem, qui Surgenæ morabatur, ut adventum hoſtium nunciaret. Rex eodem momento veſtem ſumit, equum aſcendit, caſtra petit, cum Cardinale aliquamdiu collocutus, mittit, qui ſpecularentur hoſtem, ſpontaneos hinc inde diſperſos contrahit, expeditionem imperat.

Exinde tranſit per omnes ſtationes, omnia diſponit, & laboribus curis, vigilantia, præſcriptoque qua mari, qua terra pugnandi æquè admirandus, ac ſuggeſtus ordinandi, tormentaque dirigendi. Sabbati die, triceſimo nempe, præcedebat claſsis Anglicana uſque ad caput Bayæ, præmiſsis, qui Gallos ad conflictum irritarent: quoniam verò regiæ naves erant juſſæ ſtare, donec Angli proximè accederent, cùm præter impediendum tranſitum nihil quæreretur, nihil ſe commovere; unde nihil actum, præter tormentorum reciprocationem, ipſo rege per ſuggeſtum tricies in Anglos, non ſine magno illorum incommodo detonante.

Politica reminiſcentia.

ETſi pudor ex peſsimo naſcatur principio, excellentes tamen producit fructus. Oritur enim ex actionibus, quæ infamiæ ſpeciem trahunt, & aliquam maculam authoritati aſpergere poſſunt. Dolor vero, qui generoſum fodicat animum, ob paratum opprobrium, ſæpiſsimè intendit mentem, ut ad egregia facinora erumpat. Id in Principe licet maximè advertere, qui tanto magis gloria ducitur, quod ea coronæ ſit ſummum decus; unde intolerandum cenſet, eam quocunque inſortunio, cui ignavia adhæreat, flacceſcere.

Extre-

Digitized by Google

Extremè urit, iis facultatibus, felicitate deſtitui, quibus pares laudantur. Ex eâ ratione Cæſar, jam natus annos duos & triginta, nullo facinore laudabili, etiam clarus, pudibundo vultu, quem lachrymis ante Alexandri magni ſtatuam rigabat, ſibi videbatur ab eodem ignaviæ accuſari qui longè maturiore ætate Orbem terrarum calcaſſet victor. Nemo tamen verbis expreſſerit ſtimulorum ſenſum in animis, cùm ipſe aſpectus ſæpisſime ignavisſimis juxta & timidisſimis ſubjiciat ardorem.

Hinc memorat hiſtoria diverſa exempla, exercitus ſuo ipſorum errore profligatos, vituperium fugæ adeò graviter tuliſſe; vel etiam alio quocunque modo cladem attrahentes, recepiſſe animos, & victoriam perditam recuperaſſe. Ita Perſis pudor, cùm uxores fugientibus occurrerent, pudendis retectis, tantum opprobrium ſuffudit ut in hoſtem converſi, ſumma fortitudine Aſtyagis exercitum, tergo hærentem, oppugnarent, victoriamque illuſtrem reportarent.

Idem Romanis, poſt cladem ad furcas Caudinas à Samnitibus acceptam, accidit, quæ eos adeò compungebat, ut nihil quieſcerent, niſi invindicta: colligebantur enim Capuam adeo triſtes, ut vix verbum proloquerentur, quod ſilentium imprudentiores tribuebant deſperationi, qua conſternati ipſi videbantur, ſed Offilius Aſcalanius majori præ cæteris judicio, civibus dicebat, eam taciturnitatem, vultuumque confuſionem ſibi mali quid augurari, cùm non poſſet animum inducere, quin crederet ſenſum eum doloris tam eximii extrema meditari, ad recuperanda emolumenta, quæ ſors armorum eripuiſſet; ipſo pudore apud animum generoſum naturam ſpei ad ſalutem induente.

Sic Agrippa Conſul, ut majores exercitui adderet animos, non ſemel correptum ſignum in medios hoſtes conjecit, ut pudor perditi ſigni militem vehementius ſtimularet, fortitudinem majorem,

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXI.

Prælium maritimum inter Galliæ & Angliæ erercitus.

POſtquam Angli biduum eam ſtationem tenuiſſent, ea nocte, quæ diem Lunæ à Dominico dirimit, decem vel duodecim incendiarias cum crepitaculis ad regias naves inflammandas mittunt Crepitacula laminis ferreis obducta, pulvere nitrato gravida, affigebantur ſaliceo trunco, in cujus latere clavis eminebat, quæ alicubi appulſa, tonabat artificio ignivomo: quod a ſingulis ſperabatur damnum in ludibrium unius abiit; quod nullo alio effecto concrepuit, quam ut regias naves multa aqua perlueret. Reſpondebant crepitibus iſtis Salmoneanis tormentorum fulmina ex ſuggeſtibus undiquaque. Stabat tamen immota claſſis, adeo ut plurimi arguerent, eam nihil auſuram, brevi ad reditum velis convertendis, Qud obſtaculorum molem longe fortiorem, majoris quam fingebantur à liberationis cupidis, difficultatis inveniſſent; aut ex tenſionem facturam.

Quemadmodum verò Imperatoris eſt, quosvis caſus præcipere animo, adeòque commodè prævertere, rex Enculiſmenſem & Schombergium jubet Coreiliæ ligulam cuſtodire, Trimulianum & Aletiſium cum velitibus & cataphractis ſuccenturiarii ipſus ad ligulam, quæ caput Bajæ dicitur grogreſſus, ut eam ſtationem tueretur, cum ſpontaneorum multitudine, quæ ipſum ſequebatur, & aliquot militiæ pedeſtris cohortibus. Juſſerat etiam ſpontaneorum magnum numerum cum milite in naves tranſire, ſub oculis Anglicanæ Claſſis, quæ ad conflictum per eum diem ægrè deſcendere videbatur.

Poſtridie tamen, cum tertius octobris illuceſceret, conſiderans regis ſui authoritatem ad opem Rupellanis ferendam nimis obligari, quèm ut ſine facinoris conatu diſcedere liceret, vento etiam ſecundo invitante, vela expandit, expedit

pedit aciem, ad Gallos procedit, jam per ordines conflictum expectantes. Hora ſexta ſumitur principium, quatuor fere horas dimicatur, per fulminationes tormentorum, quæ quinquies mille numeratæ ſunt, nulla ulteriore pugna. Ibi Gallicæ naves Thalasſiarchâ Valenſæo adjvotũ movebãtur, tameſi Angli ventum eſſent ſortiti ſecundum: qui graviter mulctati per tormentorum violentiam, navium maximam cogebantur ad inſulam Oyæ pertrahere, ubi reſarciretur.

Politica Reminiſcentia.

Compertum eſt; regis præſentiam, aut Imperatoris militi ſufficere ingentes animos, niſi ſpiritus ille ex capite defluerer in membra ſingula ad motum, quem prudentia exigit rebus gerendis. Sed Dux exercitus, quiſquis tandem fuerit, virtutibus Imperatoriis clareat oportet, quæ à Magiſtro eloquentiæ iſtæ commemorantur, ſcientia rei militaris, virtus, authoritas & felicitas. De ſcientia rei militaris is dubitabit, qui caput cerebro vacuum optat. Notius quàm ut relatu egeat, quantum negotii Sertorius Romanis exhibuerit, per Hiſpanias tumultuatus. Eumenes ex ſummis ducibus, quos Alexander Magnus reliquit, mirandum in modum adverſarios flagellabat, quod ſciret, in eo conſiſtere ſcientiæ compendium, ut ad oratorum conſuetudinem quod Socrati, falſo tamen, objectum, cauſam infirmiorem arte fulciret.

Virtutem, quæ hic intelligitur fortitudo, non tam in lacertorum robore conſtituent periti rerum, quàm in animi conſtantia in concuſſa; quam in Othone deſiderarunt milites generoſisſimi, cum ad primum conflictum cum Vitellianis inferiores tuliſſent, & imperator continuo omni ſpe abjecta ſeſe gladio indueret pernicioſo, cum Martius apud Hiſpanos pridem docuiſſet ſuo exemplo, victores etiam, immani numero licet ſuperiores, virtuti cedere.

Prudentiam uti im omnib⁹ negotiis, ne temerè, & belluino impetu res geratur, maxime in bellicis expeditionibus, tanquam effectum ſcientiæ, & virtutis gubernatricem merito ponimus. Quicunq; ea deſtituũtur, in gravisſimos incidunt errores: quod Athenienſibus uſuvenit, ubi Demoſthenes dux aliquando felicior quam prudentior, Spartanorum

rebus

nium enim obſcurum, difficultates tantùm intricat, non ſolvit, cum ſcientia in Eccleſia ſit, quod lumen eſt in univerſo: hinc æquè difficulter viatorem in rectam reduxeris viam, nocte illuni, donec dies oriatur, ad diſpiciendas loci viciſſitudines; ac hominem ingenioſum, in errore verſantem, expedieris, donec doctrina eximii genii oſtendat præcipitii periculum, à ſemita cœli remotiſſimum.

Ubi verò factionem univerſam convertere ſit animus, primi conatus operam intendent in duces; nam veluti ſtellæ motum cœli ſequuntur affixæ, ita mortales inferioris ſortis plerumque fidem, & commoda ſuperioris optant. Cùm plebs Romana aliquando in montem ſacrum ſeceſſit, ob Virginii fortunam, facilè à Senatu ad pacem eſt reducta, quòd, teſte Livio, duce careret, nemine auſo vel reſponſum expedire ad Senatus propoſitiones.

Hinc certiſſimum exiſtimo, non plus difficultatis repertum iri in factione hæreticorum convertenda, quæ ſine Duce rebellionem meditaretur. Neceſſarium tamen præter doctrinam duxero, pecunias & honores prodigè conferendos, quibus natales eam dignitatem dedêre. Commoda enim terræ non rarò plurimum ad cæli gradus conducunt: cùm fortunæ bona primum quidem non ſint mobile ad converſionem Zeloſiſsimorum; tamen viam optimè ſternant, compertisſimo eventu.

Sic Juſtinianus, ex Evagrii relatu, plurimos hæreticos convertit, per diſtributionem grandis pecuniæ. Sic Leo VI. Imperator, eodem modo uſus, complures Judæos ad Chriſtianorum ſacra traduxit. Indiarum planè rudem eſſe oporteat, qui ignoret, Conſtantinum Bragavum, vices regis gerentem Luſitani, ad miraculum promoviſſe religionem Chriſtianam palpo, honoreque erga barbaros recns baptizatos exerto.

rebus primum obfuit, ſed ad ſummum imperium evectus, ſuis nocuit. Nihil ſane imprudentius ab Athenienſibus factum legeris quam illam expeditionem Siculam, ubi Nicias cum omni exercitu periit. Prudentiæ fuerit, impedimenta hoſti permittere, ut ſumma rerum conſtet; hoſtem potentiſsimum carpere, quod Fabius docuit, donec æquo marte confligere liceat; denique ſtrategemata quæcunque expedire.

Felicitatem ultimo quidem habet numero Orator, qui in ea republica vivebat, ubi omnia auſpiciis & virtute patrarentur. Mardonius tamen, quem Xerxes in Aſiam reverſus conficiundo bello Græcanico præfecerat, lamentatur, ſibi quidem ad ſcientiam rei militaris nihil deeſſe, vel ipſius Xerxis judicio, qui eum ex tanto numero lectum voluerit, virtutem etiam ſuperare, quam in omnibus expeditionibus hoſti ſæpiſſimè probarit; ad authoritatem nihil deſiderari, aut prudentiam cùm obſequentem ducat militem, cui ſalus, in patriam ſine teſtimonio virtutis laudatæ reverſo decollaret; deeſſe tamen unam felicitatem, quæ ad Græcos demigraverit. Dubitare autem ſemet, an fortuna Perſarum imperio invideat, ad auſpicia tanti regis eludenda, an ſuam virtutem ſumpſerit conculcandam.

Quantus rex fuerit Franciſcus I. novit Orbis terrarum & literis & armis inſtructiſſimus, animo prorſus excelſo, fortuna tamen nulla. Dicant Gentiles, rerum divinarum neſcii, Fortunam mortales facere ludos, & conſtantiſſimè ſervare ſuam inconſtantiam; nos vero ſcientia cæleſti imbuti; credamus, Rectorem univerſi nonnunquam caſui quod nobis videtur, aliquid permittere, momenta tamen rerum ad ſtateram expendere ut juſtitia conſtet, injuſtitiæ fautores impingant, rebelles mulctentur.

CAPUT XXII.

Armiſtitium aliquot dierum inter Gallos & Anglos, ad Rupellam belligerantes.

Dum rex ad ſuggeſtus verſaretur Capitis Bayani, quos biduo

biduo ante erexerat, tormentis ex ipſius mandato ſingulari detonantibus, nullo penſo periculorum, quibus ſuum caput exponebat, dum globi hoſtiles circumvolarent, aut ante pedes impingerent, impenſe gaudebat iſtorum tormentorum, cujus uſum ipſus viderat, & jam dirigebat, violentia quam præviderat, Elementis etiam faventibus juſtitiæ, Anglis verò ex præſentia ipſius, felicitate & virtute formidinem concipientibus.

Longè ſane majorem acquiſivit gloriam, cum impetum jam tertium ſuſtinuit, & vitæ uſuram divinæ permiſit providentiæ, quam apud Pariſios ſi libuiſſet deliteſcere per ignaviæ ſuſpicionem, quod Mariliaci ſectatores ſuaſerant. Summam ſanè voluptatem adferebat mare, ignibus & fulminationibus pellucidum, appulſis ad pedes ipſius tot incendiariis, quæ ſubmiſſionem victori præſtarent, ubi ipſus per clauſtra tormentorum diſcurreret, operasque urgeret; quam vecordiæ circuli in Luparia Pariſiorum non redemerint. Ibi enim diſtentus, tantum tuliſſet vituperii, fervente hac obſidione, quantum gloriæ abſtulit, ipſus rebus gerendis immixtus, clavo militiæ tenaciter affixus; donec hæreticorum factio ad obſequium compelleretur.

Cùm prima dies iſtæc dederit, recordamur poſtridie; vento etiam tum Anglis favente, vela fuiſſe expanſa, & principium per tormentorum fulminationes factum; eodem quo prius locorum diſcrimine; à regiis ad eundem modum reſponſum; per quatuor fere horas. Auſus tamen Anglus novem incendiarias emittere, quas ſequerentur naves muratæ, cùm illis fimigeris, quæ jam ignem conceperant, ad fumum excitandum: is enim credebaurc exercitum regis operturus, ut appropinquantes Anglos, qui ſic Canalem ibant tentatum, oculorum uſdræ, ictibusque tormentorum eximeret.

Obviam procedunt lembi, nihil morati tormentorum fulminationes, quorum furori militem unum impendêre, curſum incendiariarum inhibent, & pervertunt, hoc conatu feliciter eluſo adeo ut naves quæ conſequebantur, temeritati facerent modum, claſſisq; univerſa jam lacera ad littoris illius, ubi prius hæſerat, ſtationem recederet non ſine tumul-

tumultu ſuo, & Rupellanorum, quos inde deſperatio corripuit. Neque hic ſtetit rerum adverſarum modus; nam horrenda tempeſtas eo momento exurgebat, ut naves cogerentur altum petere, & ſeſe disjungere, ne ventorum violentiæ exponerentur.

Poſtquam igitur Angli ſpem tranſitus perrumpendi perdidiſſent, conati ſunt clam aliquam tranſigendi rationem proponere regi, cum judicarent, longè conſultius fore, Angliam repetere, quam flagellum ſævientis fortunæ ſubire. Ubi Cardinalis regi exponebat, cum Rupella ſubigenda ſit ſumpta, tranſactionem illam qualemcunque non parum prodeſſe, quod Rupellani omni ſpe auxiliorum deſtituti, propenſiores ad pacis conditiones forent. Animi autem fervidiores, quam ut pax concludi poſſet, colloquia de conditionibus inſtituta expendendis, tandem ad armiſtitium aliquot dierum deduxerunt.

Politica reminiſcentia.

QUamvis ſemel bello victi, ad emolumenta perdita poſſint emergere, ſi vires ſatis firmas, pudore animos impenſiſſimè ſtimulante, recuperent; tamen utroque deficiente; ſummus metus fuerit ſucceſſus minus optati. Fortuna quidem ſæpius pro iis ſtetit in bello, quibus modo obverteret dorſum; ſed ut faveat opus fuerit, poſt diuturnam ejus benevolentiam, viribus & virtute eximiâ, eo quod prudentiæ & fortitudinis delectetur familiaritate, adeo ut ſine illarum ſocietate non facilè in aciem deſcendat.

Maximè bellorum clades appendicem trahunt longam & periculoſam. Unde T. Livius de factione quadam, quam Marcellus contra Hannibalem Nolæ fovebat, refert, multo difficilius vinci exercitum, victoriis aſſuetum, quam ubi clade aliquâ infamari cepit: cujus axiomatis hanc rationem ſubjicit, ex occaſione victoriæ, quam Romani ſub Imperio Conſulis Manlii à Gallis Aſiaticis reportârant, aſſeverans, quemadmodum victoriæ plurimum augerent vincentibus animos, ita afflictorum virtu-

rem inſigniter diminui; adeo ut victores aleam præliorum ſubinde repetant.

Id miles Pompeij comprobat, poſt cladem aliquam Cæſarianis illatam, quod Plutarchus in vita Pompeii memorat. Victi enim ægrè ad conflictum perpelluntur, cum plerunque metu perculſi, etiam maximam partem inviti arma inferant, adeo ut languidè audeant, & facillimè iterum ſuccumbant. Sic Guiſius ex Italia reverſus, à Prælio ad Laurentii fanum, ut copiis Gallicis à fuga collectis, aut recens ſcriptis præeſſet, ad regem ſcribebat, majorem ſibi impendendam operam, ut animos firmaret, & fiduciam præſtaret, quam ut hoſtem victorem repulſaret; cenſere igitur, ante ſecundam prælii aleam, inſcandas fore aliqua clade hoſtili, quod dexterrimè in ſubigendis Guineis, Caleto, & Theonis villa demonſtravit.

CAPUT XXIIII.

Embius, Imperator Anglorum, mittit Montacutium ad regem.

Conſtante armiſtitio, pateſcebat Anglis rebellibus, exercitui Anglorum immixtis, virtus languida auxiliorum, quæ ſpem exuperandorum obſtaculorum, ad ſalutem Rupellæ poſuiſſet, in certiſſimam ſuam perniciem, niſi à clementia regis veniam præteritorum obtinerent. Eo redacti, adeunt Embium, ut is per authoritatem regis Britannici gratiam, cum jam nihil ſupereſſet rerum, conciliaret.

Embius petito æquiſſimo aſſenſus, cum primoribus exercitus Anglicani deliberat, quid conſultiſſimum foret, ad flectendum regis animum. Mittitur Montacutius, nomine Britanniæ regis ut pacem tentaret. Is ſtationem regiam adit, admiſſus exponit, ſeſe nomine regis Magnæ Britanniæ venire, qui rogaret Rupellanis gratiam, ad libertatis conſcientiam, Subiſii & Lavali, adeoque Anglorum, qui Rupellæ militarent, ſalutem.

Re-

Reſpondit Rex, Rupellanos in cenſu ſubditorum eſſe, nihil regi Magnæ Britanniæ negotii cum illorum commodis, præſidium Anglicanum eodem modo, quo Galli in Anglia, hinc inde per occaſiones hujus belli in mari capti, habendum. Rex amplè & benignìſſimè exceptum, per caſtra deduci jubet, ut fortalitia, ſuggeſtus, aggerem, ſepimenta, & navigiorum concatenatam ſeriem per Canalis latitudinem ſpectaret: non tam, ut eam gratiam à rege referret, quam ut partes ſuas de ſingulis faceret certiores, ad deſiderium ulteriora audendi projiciendum. Ipſus igitur teſtis ocularis, ad regem ſuum in Angliam revertitur, ut aliquam tranſactionem ſuaderet.

Politica Reminiſcentia.

QUemadmodum conſulto opus eſt, antequam negotium ſuſcipiatur, ita temeritatis fuerit, neceſſitatem impugnare, & ab adverſo flumine ſorberi, quod obliquando trajici potuiſſet. Nam quicunque ad extrema proruit, cum ſorte aliqua gaudere potuiſſet, deſperationi ſacrum facit, raro litat. Agathocles, Syracuſanorum tyrannus, maluit fortunas omnes felici tamen eventu, quod rarum eſt, periclitari, quam moleſtis legibus ſubjici. In Africam enim, domi obſeſſus, omnes copias trajecit, & Carthaginenſes inopinato oppreſſit, ut illi Syracuſas cogerentur miſſas facere, quo hoſtem ab Urbe amolirentur. Sed quæ ſalus Agathoclem ſervare potuiſſet, ſi eaſdem illas copias hauſiſſet mare, provinciales à littore arcuiſſent, fame & penuria omnium rerum, adeoque ferro confeciſſent, dum Syracuſæ, imperii caput, arctiſſimè obſiderentur. Sic Marii temeritas in vulgus laudem meruit, quam ſapientiores negabant, cum lectiſſimos milites in ſolitudinem Africæ arenoſam deduxiſſet, ſiti conficiendos, niſi conſternatio caſtelli, quod ob theſauros Jugurthæ petebat, præſidium ad torporem adeoque deditionem compuliſſet.

Sic dubites, an Scipio, antequam Africani nomen

meruiſſet, magis confidenter, quam temerè hoſtium legatos per ſtationes caſtrorum deduxerit, ut ordinem militiæ Romanæ expenderent: cum tamen ipſe ſuis legatis ſpecie calonum & famulitii adderet ingenioſiſſimum quemque ex ducibus, ut momenta ſingula per hoſtium caſtra diſpicerent, quibus ille in rem ſuam uteretur: qua ratione etiam caſtra hoſtilia incendio corrupit, de hoſpitiis militum junceis edoctus.

Etiam peſſimè ceſſit Macedoniæ regi, qui Gallorum animos vehementiſſima incendit ſpe ampliſſimorum ſpoliorum, cum legatis illorum & navium & militiæ apparatum, ornatum, opes, luxum præberet contemplandum. Nam faſtu illo irritata fortuna, favore ſubducto cladem inflixit. Sedeat Principis animo illud Neapolitanum, de temeraria fiducia in militem, cum arbiter ſupremus & cælorum & armorum hoc momento maximè exerat ſuam potentiam, ut reverentia in Numen conſtet.

CAPUT XXIV.

Rupellani leges deditionis agitant.

ARmiſtitio jam finito, Angli, ut teſtatum facerent, ex metu ſeſe nihil propoſuiſſe, aut ad diſceſſum converti, viceſimo tertio Octobris prælium audent, quod ultra duas horas productum, audientiam ad naves regias progrediendi tamen cohibuit: unde Galli apud ipſos eodem die ſtatuunt, Deputatos ad regem mittere, qui ſupplices miſericordiam illius implorarent. Quatuor igitur ad Cardinalem deſtinant prius, qui humillime ſupplicarent, ut cauſam ſuam apud regem ille ageret, exacerbato animo ad clementiam deducto, à quo humillima deteſtatione erroris gratiam expeterent.

Cardinalis reſpondet, ſeſe cum rege acturum; eos tamen lautè habitos ſequeſtrat, ne cum quoquam ſermones con-

conferre poſſent, gratia, quam deſiderabant, poſtridie obtenta, cum rex ſine difficultate ad ſuggeſtiones Cardinalis deſcenderet. Expoſuerat enim, quanti referret, eos ab Anglis ſeparari, qui deinceps nihil eſſent auſuri, neceſſitate proclivi ad diſceſſum etiam ſine conflictu, quocunque tandem Rupellanorum res forent ſtatu.

Indicat igitur deputatis, regem, quam deſiderarent, indulgere gratiam; conſultum tamen putare, ut bini ex eorum numero ad aulam remanerent, quos ad reducendos in viam obſequii Rupellanos deſtinabat. Refractarii enim illi per obſidionis extrema deficiebant, morte millenos metente, & tamen neſcio quæ proponere audebant, cum jam extra omnem ſpem auxiliorum verſarentur. Cardinalis ergo nunciat, Gallos ejusdem factionis ab Anglis receſſiſſe, gratia apud regem inventa; Anglos deſperata vi aggeris pervadendi, interceſſiſſe, miſſo etiam Montacutio, ad mentionem de pace injiciendam, qui à rege benevolè exceptus in Angliam reverterit, ad regis ſui animum itidem flectendum.

Nihil ſanè ſecundum omnia iſta expectandum, præter crudeliſſima ex fame fata, niſi ad clementiam regis recurrerent, vero ſenſu errorum compuncti. Hoc nuncium graviſſimum tumultum in oppido ſuſcitabat, ubi ſapientiores demonſtrabant, primores fame deficere poſt pauperculos, quod annonæ maximam partem egentioribus vendidiſſent, ob prompta, quæ fruſtra ſperarint, Anglorum auxilia; hinc mortem millenos rapere, adeoque à ſex menſibus decies mille & amplius expiraſſe, cum nec ſepeliendis operæ ſufficerent, robore ad cavendas foſſas, & cadavera deferenda perdito, unde funibus ad Cæmeteria, aut loca deſerta traherentur, donec exſiccata perirent. Viſos etiam complures, viribus amiſſis, ad Cæmiteria prorepentes, ut ibi porrecti expectarent extrema.

Hinc reliquiæ populi languentis, ex recordatione, aut potius imagine horrendorum ſpectaculorum cenſuêre, fortunam tentandam, ſi fortè juſtam regis iram, imploratâ illius miſericordia flecterent. Arnoldum requirebant, ut commeatum impetraret, ad Deputatos mittendos.

tendos. Rex aſſenſus, eos ad Cardinalem prius ablegat, qui eos cum ſummo gaudio excepit, illos ab Anglis ſeparatos, & ad occaſionem iſtiusmodi retentos producit ex prudentia incomparabili; certos etiam de gratia regis, quam conciliaverit, edocet nihil ſpei eſſe reliquum, niſi ſeſe quod inſtituiſſent, clementiæ arbitrioque regis penitus permitterent, neque omnes miſerabiliter intra pomeria oppidi fame oppeterent, cum regi conſtitutum eſſet, pedem non movere, niſi oppido in poteſtatem redacto.

Admodum inopinatum hoc illis accidit, qui talem tranſactionem nulli ſperâſſent; ſatis tamen proterviæ depromebant, in legibus pacis expetendis, quæ ſeditionem præteritam ſpirarent. Poſtquam autem Cardinalis declaraſſet, de ulla alia conditione mentionem nullam faciendam, niſi ut ſeſe voluntati regis penitiſſimè dederent; ſpondens etiam, ſeſe omnem operam pro pace illorum interpoſiturum; promisêre, de civibus obnixè ad eam diſponendis, teſtati eam lætitiam animorum, quam extremo ſupplicio, aut eculeo erepti ſolent.

Regreſſi igitur in oppidum, vulgabant Cardinalis benevolentiam & aſſeverationem de ſtudio pacis apud regem conciliandæ, quod jam illis præſtitiſſet, qui ab Anglis ad illius gratiam perfugerint, quibuscum ſibi fuiſſet ſermo. Adjurabant ſingulos ad pacem amplexandam, cumulo miſeriarum jam ſeditioſos animos ſubigente. Quoniam vero nonnulli Paſtores, qui ſuæ inſolentiæ dignum ſtipendium ſcirent ſuſpendium, animos per novam ſpem gloriæ, quam vita libertati religionis impenſa traheret, inflammabant, non potuêre impetrare à ſemetipſis deditionem indeterminatam.

Tranſigere conſtituerant generatim in commodum factionis: gubernatorem eligendi jus poſcebant cum Majore, & Scabinis, præter conſervationem omnium generatim immunitatum; adeo ut Deputati neceſſum haberent crebrius hinc inde excurrere, ut quod deſiderabant obtineretur. Cardinalis vero, qui nihil, quod ad gloriam regis conducat, prætermittit, gnarus etiam extremorum, id

Digitized b

id unum identidem reſpondebat, aut fatum fame accelera-tum, quod vitari non poſſet, expectarent, aut ſimpliciter regis arbitrium ſubirent.

Iſtæc ratio tranſigendi firmiſſima tandem populi pertinaciam flexit, ut duodecim primarios, qui vix pedibus inſiſtebant, mitterent, ad Regis clementiam implorandam, cum amplis proteſtationibus vivendi & moriendi ad obſequium debitum, nullas leges niſi quas rex indulgeret, expetentes: quæ ſumma fuit illius orationis, quam expeditiſſimus illorum ad regem ſupplex habuit.

Rex gratiam, quam deſiderabant, indulget; Herbautus inde Actuarius, ex literis patentibus regis legebat inter cætera; Regem rebellionis facere gratiam, actus hoſtilitatis inhibere, ut quisque ad ſua redeat jubere, permittere religionis exercitium intra oppidum, eâdem gratiâ militi cuicunque apud eos conceſsâ: addere etiam, ut duces, centuriones, & nobiles gladiati, gregarii vero ſcipiones albas dextris ferentes exire & diſcedere poſſent; prius tamen præſtito jurejurando, de armis adverſus regis obſequium nunquamſumendis.

Politica reminiſcentia.

QUamvis rebelles victi occaſionem præbuerint diuturnæ obſidioni, ad eos ſubigendos, immanibus ſumptuum expenſis, majori tamen gloria Principem cumulabit clementia, quâ erga eos utetur, quam ſi objectum extremi rigoris conſtituantur. Id quod particulariter conveniet, ubi illi jam ſummas miſerias ſunt perpeſſi, aut ubi partium tenaces militiæ continuationem extorquent. Compendium enim malorum, quod iſti exantlarunt, poteſt cæteris præbere exemplum ſupplicii; moderatio etiam, quam fuerint iſti experti, illecebris cæteros ceperit, ut ad rationis ductum regrediantur nondum victi.

Deus quidem victorias largitur, ſed quæ ipſi placeant, & verè mereantur laudem; victor igitur eis modeſtè utetur, tum ut ipſius bonitatem imitetur, tum ut ju-

gum, quod victis imponere cogitat, mitius & tolerabilius reddat. Eſt enim iſtæc manſuetudo aliquando perſimilis balſamo pretioſo, qui omnem ſenſum vulneris, lethalis licet, aufert; cum viciſſim nimia ſeveritas ad deſperationem perpellat, unde non raro conſilia pernicioſiſſima extitêre.

Eam quidem opinionem nullus laudavero, ubi victi rebelles exiguo temporis ſpatio ſint ſubacti, nec famis ſupplicium ſubierint, quo crudelius vix inveniatur ullum, nec alias ærumnas, diuturnæ obſidionis comites inſeparabiles, exantlârint. Eo enim caſu expedierit potius, crimina cæterorum via quorundam præ omnibus factioſorum expiari; cum ſpeciem crudelitatis induat, rigorem pôſt tam longas & graves pænas addere: animus enim bonus per eas occaſiones miſericordiam præ irâ exerit.

Romanorum virtus, toties per antiquitatis ſeriem laudatur, ut in dubium vocari nequeat: notum hinc, quam tenerè teſtati ſint per diverſas occaſiones, ad oculos ærumnoſorum ſuam miſericordiam, ſi qui victi languerent. Sic Marcellus Syracuſas quidem ſubegit, ſed deſolationem conſiderans, lacrymas non continuit. Sic Pompejus non tulit Tigranem, regêm Armeniæ, pedibus advolutum jacere, quantumvis bellum contra Romanos ſuſtinuiſſet; quin juberet eum erigi, & diadema recipere. Cum Titus Imperator calamitates Hieroſolymitanorum expenderet, quas ille per obſidionem intendebat, adeo ut cadavera defunctorum de muris dejecta foſſas replerent, proteſtatus eſt, ſe tantorum malorum authorem non eſſe, cum juſtitiæ divinæ inſtrumenti vicem præſtaret.

CA-

CAPUT XXV.

Rex introit Rupellam.

POſtridie, triceſimo nempe Octobris, Enculiſmenſis Schombergius, Curæus, Viniolius, Hollerius, San-Chaumontius, & alii magnates, quatuordecim cohortes excubiarum, ſex Helvetiorum ad horam ſextam matutinam Rupellam introducunt. Cardinalis regi perſuadet, ad evitantas turbas, quæ ex ſtudio ipſius videndi, omnibus omnino confluentibus, oriri poſſent prohiberet, ne quisquam, niſi ex mandato, introiret.

Hinc promulgationi & illa additur, ne quis tectum ſubiret ingreſſus, donec juberetur, tum ut incolæ ab expeditionibus liberarentur, tum ut munditiės redderetur, à contagio, & cadaverum fætore, ne quos morbos aër corruptus inferret. Rex omnes cohortes prætereuntes oculis uſurpabat, ex munimento Beaulevii, notatumque gregarium, illis cohortibus non adſcriptum, ſed Surdiſii legioni, juſſit ex ordinibus recedere, ut teſtaretur notitiam particularem univerſæ militiæ.

Ductores occupant portas, turres, vallum, tormenta, apparatum, emiſſis præſidiariis, Anglis quidem mari, Gallis vero terra; qui omnes & ſinguli ſpectrorum livorem potius, quam hominum vivorum colorem præ ſe ferebant. Singulas portas diceres ſingulas Citadellas, caſtella turres, unde extra vim omnium armorum cenſitum hoc oppidum, cum & in mare pateret exitus, cujus uſum nemo, niſi rex iſte per eximiam potentiam adimeret; Sic munimentorum moles immanes trophæorum ad gloriam regis fiebant monumenta.

Eodem die & Cardinalis introit, multis Baronibus & nobilibus comitatus, nullo contagii metu, quod præſentem poſtularet regis obſequium, ad conſtituenda omnia. Supplicabant tamen regi, differret introire uſ-

Digitized by Google

que ad feſtum omnium Sanctorum, ut interea temporis mundarentur, rebus ad eum magnificè recipiendum pro gloria confecti tam ardui negotii ritè diſponendis.

Ubi ea dies illuxit, introit Rex, non eâ pompâ, quam Imperatores & Reges ex antiquitate per oppida capta oſtentabant, ſed pietate & miſericordia regis Chriſtianiſſimi; quæ virtutes ei tantum conferebant ſplendorem, ut miſelli rebelles oculorum acies in ejus vultu retunderent, proſtrati ex platearum utroque latere, ad clementiam, quam experiebantur, devotius agnoſcendam. Rex præter arma conſueta nullo uſus ſago, equo vehebatur, ſine ulteriore pompâ, quatuor cohortibus tantum ex legione ſatellitii, & duabus Helvetiorum, duabus turmis cathraphactorum, ſclopetariis equitibus, & ſatellitio præcedentibus; ubi omnis nobilitatis flos, ſine ordine, ne quid litis ex prærogativis oriretur, eum medium conſequebatur.

Incolæ gregatim proſtrati in genua, prætereunti acclamabant, Vivat Rex, qui nobis fecit miſericordiam; ubi ipſe plerumque ſpectatiſſimum quemque ſalutabat. Ingeminantur acclamationes, à confitentibus clementiam regis excedere mentis captum, qui mortis reos, quod Paſtores inculcabant, honore tamen proſequeretur. Submiſſiones vero iſtæ & pænitentiæ ſigna ingens accipiebant auctarium ubi Rex eodem die decies mille panes & eleemoſynas complures diſtribueret donec ex ejusdem providentia ter mille currus annonarii, cum multo pecore & armento, eodem quo prius in caſtris pretio, ad oppidum accederent. Hinc nulla ſaties ejus contemplandi laudandive, quod ſciret gratia & victoria uti, tanto majori charitate in miſellos uſus, quanto ſævior fuiſſet rebellio, ad extrema penitus delata.

Non tam ſtupebant, à rege ſeſe victos quod potentiam ipſius, & juſtitiam armorum intelligerent; quam admirabantur, victoriam olivâ tantæ miſericordiæ coronari, dum tot gratiæ in reos redundarent, tot favoris inſignia teſtimonia extarent in eos, qui nihil præter ſupplicia com-

commeruiſſent; atque ex eo tanto evidentius rebellionem damnabant præteritam, quod experimento de nimia regis bonitate & eorum malitia ipſis conſtaret, qui per impoſturam aliena ſuggeſsiſſent.

Rex ad Divæ Margarethæ deſcendit, quam ædem Archiepiſcopus Burdigalenſis jam expiaverat, Cardinalis, aliique viri Eccleſiaſtici eo mane per Miſſæ ſacrum ad gratiarum actionem de victoria proſperrima cælitus Galliæ indulta, reſtauraverant. Regem idem Archiepiſcopus excipit, Clero, & multis religioſorum familiis, qui Canticum illud Te Deum, ſuccinebant, comitatus: Cantillabat & ipſus Rex, adeo devoto animo, compoſitoque corpore, ut Nobilis quidam, præter civem aliquem, qui eum contemplabantur, hæreſin ejurarent, ſponte clarèque profeſsi, nullatenus credendum, pietatem tam admirandam cadere poſſe in religionem minus probatam, quam ipſi eatenus eſſent ſecuti.

Rex à biduo, ut ſancto Sacramento honorem haberet, quo tamdiu in eo oppido contemptim caruerat, deferri id jubet ſolenniſsmè per omnes vicos, pari devotione & pompâ. Dehinc, ut gratiæ redderentur Deo, cui victoriam ferebat acceptam, æquè ac conſilia inſtituta, & proſperitatem, ſua manu ad Archiepiſcopum Pariſinum ſcribit, ex acto ordine ad iſtam laudem generalē, etiam Pariſios repetens, per viam ad Beatam Virginem Ardiliarum divertit, ut vota ſolveret, & reverentiam illi præſtaret, cui debere volebat prima Reæ inſulæ auxilia, principium utique omnium ſucceſſuum, quos deinceps, bona indulſiſſet fortuna.

Politica Reminiſcentia.

ÆQuum eſt, ut Deo reddantur gratiæ, victoriarum ergo, cum ab eo conferantur. Amat autem longè impenſius obſequium rerum, quam verborum; unde gratiarum actio dignisſima, clementiæ divinæ imitatio, quæ non tantum rigorem adverſus nos non exercet, ſed & bonis cumulat. Neque enim generoſus Conqueſtor ſatis habeat, ſanguini & vitæ devictorum par-

parſiſſe, niſi addat teſtimonia clementiæ, ut benefaciat; quemadmodum virtutem per armorum violentiam comprobavit.

Inter Gentiles ſæpiſſimè obſervatum, victores ad curam ſauciorum deſcendiſſe, collatis etiam, quantum egerent facultatibus. Tanto exactius iſta à Principibus Chriſtianis exiguntur. Neque enim minus gloriæ retulerit victoria ab hoſte per clementiam & beneficia relata, quàam quæ virtute & prudentia eſt parta. Illis inſuper Chriſtus in Evangelio ſublimiorem honoris gradum promittit, cum aſſevertat, hanc clementiam teſtimonium ferre filiationis cæleſtis, parte Æterno ſolis uſum æquabiliter probis juxta & improbis indulgente. Deinde & ipſi egent miſericordia DEI æque ac reliqua turba mortalium, cum ad rationes longe graviſſimas adigantur reddendas. Inſit enim Deus æqualiter ad omnes Chriſtianos, quemlibet ad eandem regulam, quam aliis adhibuerit, exigendum: Unde & gratia favorque quem ex miſericordia rebellibus indulgent non adeo ferent nomen virtutis arbitrariæ, quam neceſſitatem ſalutis.

Addam ultimam rationem, ex Polybii hiſtoria deſumptam, qui ait, Benefacta vim obtinere catenarum aurearum, quæ longè arctius victos victori adſtringant, quam ferreæ. Hinc patet, pietatem quidem ad clementiam obligare, rationem autem reipublicæ nihil minus urgere. Celtiberos ſane Romanis humanitas & Scipionis Africani generoſa virtus conciliavit, qui inter cætera illuſtrem matronam captivam marito reddidit incorruptam, addito in dotem omni illo auro, quo redimebatur.

Cyro etiam utiliſsimum fuit, Cræſum victum humaniter habuiſſe, adeo ut Græcorum animi in Cræſum propenſiſsimi- ſiniſtra quævis & opinari & agitare de eo ſuperſederint. Sic Conſulis Populii ſeveritas, quam in Genuenſes exercuerat, Senatui Romano ſummè diſplicuit, adeo ut remedium neceſſarium & cenſeretur & expediretur, cum victoria non verſetur in crudelitate adverſus victos exercenda, qua alii à ſubmiſsione removeri poſ-

poſſent. Principes enim ii non tantum celebrantur, qui victis benefaciunt, ſed etiam optantur. Hinc Cappadocia, à Romanis in provinciam redacta, minus tributi, quam regibus pendi ſolebat, conferre juſſa, ut certo ſperari potuerit, tam mite imperium facilius ad cæteras Nationes extendendum.

CAPUT XXVI.

Rex religionem Catholicam Rupellæ conſtituit.

GLorioſum quidem vincere, victoriam tamen per diſpoſitionem rerum neceſſarium conſtabilire, æquè laudatum. Hinc Rex, antequam Rupellâ excederet, declarationem promulgat, quæ inſtitutum faceret planum in poſterum, tum ut religio Catholica, cultusque Deo debitus ſtabiliretur, tum ut populus à rebellione cohiberetur. Hæc autem erant capita declarationis, Vigeret liberum & publicum exercitium religionis Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ æquè in oppido, ac per provinciam Auniſiæ; fabricæ per oppidum & provinciam reſtaurarentur, iisque cederent, qui eas prius cum cæmiteriis, domiciliis & appendice poſſediſſent; redditus, quantum oporteret, ex ærario, quod prius ad Curiam ſpectabat, conſtituerentur ſacrificulis, quibus victus ratio non conſtaret, ad decorem convenientem; religioſæ Charitais, & Hoſpitalitatis occuparent oppidi Xenodochia & Noſocomia, ad curam egentium: Crux erigeretur in foro Caſtelli, cujus baſis inſcriptam præferret oppidi ſubactionem; ſingulis Novembris Calendis ſolennis fieret ſacrorum deambulatio, ad gratias Deo agendas cæmiterium in Coreiliæ diſtrictu ſacratum, quod receperat in exercitu per obſidionis moram defunctos, ſervaretur, addito monaſterio Minimorum, qui pro iiſdem ſacris operarentur, adeoque rei memoriam con-

rei memoriam conſervarent. Quæ omnia rex ad cultum Dei, & Catholicorum ſolatium, atque libertatem, ſancivit.

Politica reminiſcentia.

NUlla ratio, quamtumvis barbara, cultu Divino caret: quem ipſa ratio ſuadet, & mens concipit. Diverſiſsima autem eſt illius conſtitutio, vel ex lumine ductuque Naturæ, quam optimam ducem plerique mortalium ſequendam cenſent; vel ex conſuetudine, à Majoribus ad poſteros deducta; vel ex præſcripto divino, quo Judæi, & ſecundum eos Chriſtiani fruuntur & gaudent. Quā pertinaciter religiones ſedeant animis mortalium, innuit proverbium, pro aris & focis; itemque illud, Uſque ad aras. Nam focus cuique ſuus chariſsimus, cum ejus ſtruendi prima ſit cura. Sic Heſiodus monet, domum ante omnia, deinde bovem aratorem, tandem uxorem poſterorum gratia comparandam.

Domicilium cuique eſt tutiſsimum refugium, adverſus injurias aëris, & aſſultum belluarum; ibi indulgetur quieti, genio liberis. Neque enim Nomades moramur, quibus domicilia per currus trahuntur, ſedibus haud fixis. In domicilium reconditur annona totius anni; abduntur theſauri ſanguine quæſiti, colliguntur manubiarum acervi, congregantur liberorum delitiæ. Itaque & armis de domicilio conſervando ſæviſsimè decertatur: adeo ut extremæ ſervitutis notam ferant Coloniæ deductæ, quod Samariæ regnum ſummo malo didicit. Quam grave fuerit Judæorum genti transmigrare in Aſſyriam, teſtantur poſt domiciliorum ruinas, Jeremiæ vatis threni.

Aras autem attinet religio, quam Orbis terrarum à Deo protoplaſtis datam, ex inſtituto Noachi, quem alterum habemus authorem naſcendi, obtinuit, ſed pro ratione locorum & ingeniorum mirè diverſam, cum videatur aquas referre, per ſcaturiginem limpidiſsimas, ſed vitium ex terrarum decurſu contrahentes. Perſæ ob ho-

ſtias humanas Carthaginenſibus bellum indicunt; etiam Græcis, ob ſtatuarum cultum, quod cum Numa Pompilio Numen non crederent repræſentandum oculis, ſed mente duntaxat concipiendum.

Romani cum ſcirent, religionibus fulciri animos mortalium, populis ſubactis ſua reliquêre ſacra, quæ etiam Romam traducere volebant, ut ab omnibus frequentaretur mortalibus, quarumcunque terrarum. Sua tamen aliquando etiam devictis imperabant, non ut patria quæque tollerent, ſed ut dominium conſtabilirent. Eſt enim homo libertatis tenaciſſimus, etiam in mentis operationibus: quod Socrati cauſam mortis adjecit.

Amicitiam Tullius definit, per communicationem rerum divinarum & humanarum, ut innuat, amicitiam ſine ſacrorum uſu eodem minimè conſtare: abhorret enim animus à cultu peregrino, qui in mentis conceptum impingat, adeoque opprobrium erroris tacitum intentet; quod cordatiſſimo cuique graviſſimum. Hinc igitur dirimuntur animi, quocunque prius vinclo conſtricti: hinc ſummuntur fines officiorum, quos excedere non liceat, adeo ut plerumque focus deſeratur, ſacra ſerventur.

Sunt, qui ad Principis demerendam gratiam, pudicitiam conjugum & filiarum proſtituerint, ſacrorum uſum nihil mutarint. Sunt, qui geſtus Principis imitentur, ſibilum & quemcunque linguæ flexum exprimant; ſacra tamen in nullius mortalis gratiam facilè flectant.

CAPUT XXVII.

Conſtitutiones regiæ, ad Rupellanos in obſequio continendos.

MAgnum pietatis ſpecimen dabat rex in conſtituendis ſacris; prudentiam non minorem teſtatus ad componenda, unde Rupellanis obſequium conſtaret, neceſſaria. Exauctoratur Major, caput Scabinorum, qui rebellio-

nem-

nem foverant protervia & pertinacia ſumma : tollitur Scabinatus & Communitas civium , omni ſpe reſtitutionis præciſa : exterminantur ſeditioſorum principes ex oppido, Guitonus Major, Godefredus, Sallebretus & Deſerberius, etiam ipſa Rohania, quam Launæus, legatus ſatellitii regii Niortum deduxit : immunitates oppidi quæcunque tolluntur muri, vallum, propugnacula & cætera munimenta adjiciuntur, foſſæ replentur, turres Nicolai, catenæ & Lanternæ tantùm ad arcendos piratas ſervantur intactæ : exteris negatur domicilium, niſi per indulgentiam, omnibus etiam hæreticis eo confluentibus. Ut populus in obſequio contineretur, præſes juſtitiæ oppido & Auniſiæ imponitur diſtribui qui ſtatuta regia tueretur, jus diceret, & regia negotia diligenter procuraret. Singula hæc declarationi regiæ inſerta promulgentur, arma adimuntur incolis, legiones aliquot, donec demolitiones conficerentur, in oppido relinquuntur. Sic diſcedit rex, ad Pariſios redit, & ab omnibus Urbis Communitatibus magnificè recipitur, oratoribus eloquentiam ad laudes illius extendentibus. Solennia illa relinquo deſcribenda Ceremoniarum ſtudioſis, cùm reipublicæ adminiſtrationem iſtæc complectatur hiſtoria.

Politica reminiſcentia.

VItuperatur Hannibal, qui vincere ſciret, victoria uti neſciret. Parum promovet Princeps, qui protervia rebellium caſtigata, potentiæ jugum firmat, niſi ſtatutis obſequium ſtabiliat. Illa autem ad ſubjugatorum rationem exigantur, cùm alià conveniat rebellibus jam ſubactis, alia verò populis, imperio exterorum aſſuetis. Etiam diſpiciendum, an populi eadem cum Principe ſacra colant, ut ſecundum diverſitatem non tantum, ex officii pietatis ſed etiam prudentiæ per aliquot laudatos viros ſua ipſi ſacra conſtituat. Certiſſimum enim hinc ſumitur medium, ad incolarum vires frangendas, ſi dividantur, adeo tamen ut altera partium in officio perſtet, ad alteram impediendam. Ægyptiorum antiquiſſimi reges non parum

parum prudentiæ exeruêre, ubi religiones diverſiſſimas in patriam introduxêre, ut ſubditis fere impoſſibile foret, coire ad rebellionem.

Quod ſi ſubjugati ſint Principis ſubditi per legem naſcendi, oppida illorum non diruet, eo quod illa ratione potentiam ſuam minueret. Id Cræſus Cyrum docebat victus, ne ille Lydiæ urbes, jam ſibi perditas, laceraret, cum jam non Cræſi opes, ſed ſuas manubias deſtructurus eſſet Cyrus. Eſt tamen quod excipias. Nam ſi Principis minima ſedeat animo ſuſpicio de rebellione iteranda, poteſtatem eam coercebit, ſive incolis armorum interdicat uſum, ſive munimenta dejiciat, muros etiam laceret, quibus illi confidere poſſent. Sic Romani Velitras muro nudârunt ob frequentiſſimas rebelliones, adempto Senatu, Senatoribus trans Tiberim demigrare juſſis; cum ſcirent, oppidorum munimenta ſæpius rebellioni præbuiſſe anſam, quod Tacitus de Hieroſolymis annotat. Sic Xerxes uſum armorum Babyloniis ademit, & Cyrus Lydiis rebellibus, cui ſubſtituêre exercitia artium, quæ à bellicis cogitationibus animos diverterent.

Neque parum utilitatis traxerit, ſi media & libertas coëundi per Circulos auferantur: quod Romanis placuit Capuanos ſubactos, quibus nullam gubernandi ſpeciem reliquêre, quem conventibus prætexere poſſent, non per eas occaſiones, quod ſæpè compertum fuerat, rebelliones foverent. Sic Turca per ampliſſimum imperium campanarum uſum & à Chriſtianis & à ſuis abſtulit, ne congregarentur adverſus obſequium. Quando autem victor iſtæc jubet, ſimul clementiam gratam adjunget, ut victis maneat religionis exercitium, & uſus facultatum integer, cum ea maximè ratione captiventur animi ut deinceps adimat & poteſtatem & voluntatem malè agendi.

CAPUT XXVIII.

Gloria regis ſumma ex captâ Rupellâ.

HIc ingeniorum floſculi, quibus etiam ſummus Pontifex accedebat, ad decantandas regis laudes, & trophæa erigenda, uberrimè naſcuntur: omnes tamen inferiores gloria. Nam tertius Anglorum exercitus rejiciebatur, inſula Reæ aſſerebatur, oppidum per univerſam Europam ob munimenta invicta celeberrimum apud militiæ peritiores tendebat manus victas, quæ omnia ratio vincendi ad ſtuporem efferebat, cum videlicet ferè nullo ſanguine conſtiterit victoria; Decies mille tormentorum exploſiones extrema minitantur, vita famoſorum ducum immolabatur, copiæ frequentes conciſæ ſub Carolo IX. fruſtra adhibebantur. Iſti regi reſervata erat gloria, primæ libertatis recuperandæ, ut impedimenta ſolveret, factione illa, quæ ſubditos diviſos invicem collidebat, & facultatem ſociis opem ferendi præpediebat, ad famam & authoritatem, quam prius Europa venerabunda agnoſcebat, recuperandam, obſtabat, penitus exciſâ.

Oppidum iſtud rebellionibus aſſuetum à duobus retro ſeculis, reges pleroſque Galliæ exercebat, arduis negotiis diſtentos. Ludovico XI. ægrè faciebat, Aquitaniæ Ducem, fratrem fovens: Carolo VIII. moleſtiam exhibuit, cum omnis Italia ipſum ad Fornuam præſtolaretur: Ludovico XII. tempore belli Mediolanenſis multum exhibuit negotii: Franciſco I. qui Carolum V. exercebat, gnaviter obſtitit: Franciſco II. & Carolo IX. antequam per ætatem clavum reipublicæ ſumerent, mirè curas augebat: Henrico III. oppoſuit fratrem; Henrico IV. in Sabaudum moturo, conſilia turbabat: regi tertium fecit bellum; ſed nunc propugnaculorum ruinæ gloriam trophæorum induerint ſempiternam.

Po-

Politica reminiſcentia.

CUm omnia in his terris ab ortu ad occaſum ferantur, & apicem ſuum non diu teneant, nihil mirum, Urbes & oppida everti, dum alibi renaſcantur. Si regrediamur in ultimam hiſtoriæ memoriam, occurret Babylonia, campos compl[illegible]xa pomæriis, ubi jam vix ruinarum indicia extant. Caput utique imperii vaſtiſſimi traxit in idem exitium membra & ſi quæ eſſent minoris famæ oppida. Samariam memorant Iſraelitici regni metropolim, monti impoſitam, turribus ſuperbiiſſe inaceſſis: fami tamen ea ſuccubuit. Quæ ſors Hieroſolymam everterit, deplorandum magis, quam recenſendum. Una Carthago, quacum Romani contendebant de imperio Orbis & gloria, olim Hiſpanias, Italiam, inſulas complexa, etiam Indorum theſauros ſcrutata, conſedit in cineres, ex quibus tantilla nunc erexit caput, ſervitutis extremæ onere preſſum.

Tyrus commerciorum & divitiarum gloria nulli urbi, nulli imperio inferior, tametſi exiguam inſulam ad littus maris incoleret, non latis finibus per terram firmam, doluit aliquoties immutari rempublicam, vel à ſervis ſubacta, qui heris, & imperium & conjugia rapuerant, vel ab Alexandro magno, qui itidem aggere ſtructo, ſibi viam ad murorum ſubverſionem ſtraverat, regiæ ſtirpi reddita, tandem tamen per Saracenorum & Turcarum incrementa diſperiit, ut vix mapalia piſcatorum extent. Eadem ſors Athenienſes corripuit, qui ad tantam potentiam excreverant, ut univerſam Græciam premeret vel imperio, vel fædere, etiam Aſiæ tyrannum fregerint, modo Macedonum, modò Lacedæmoniorum, modo Romanorum ſenſêre arma, donec in pagos diſcederent, munimentis ſolo æquatis.

Quod ſi ortum imperiorum conſideres, plerunque & ſacrorum curam eximiam, & virtutis cultum acerrimum inveneris; ubi avaritia exulat. Verum enim verò videas cum opibus accedere luxum, avaritiam, invidiam, factiones; donec vitia deſtruant, quicquid vir-

tus in altum evexit. Antequam vires adoleſcant, modeſtia locum habet; ipſum robur ad temeritatem invitat, ſed alia imperia caſtigantur, alia extirpantur, alia lacerantur: quod diluvia ex Septentrione olim docuêre, ubi urbes celeberrimæ fuêre deſtructæ, nonnullæ reſtauratæ; adeo nihil hic dicas diuturnum.

CAPUT XXIX.

Cardinalem ad Rupellam ſubigendam plurimum contuliſſe.

CArdinalis, primus iſtius victoriæ miniſter, cæterorumque negotiorum, ex laudibus illis ſuam trahebat partem: quam præcones illi haud gravate permittebant, quoniam Rex ipſe per literas & declarationes, quæ promulgabantur, conſiliis ipſius pleraque tribuebat, non ſine ſenſu gratitudinis, qui ſciret, à Cardinale primum de Rupella obſidenda inſtitutum proveniſſe, eundem auxilia ampliſſima in Reæ inſulam trajeciſſe, Anglos dejeciſſe, & auſpiciis regis apparatum obſidionis conciliâſſe, operas direxiſſe, præ cæteris ducibus diſciplinam militarem, quæ admirationi prudentiſſimis foret & Galliæ ante eum diem nova videbatur, ne copiæ dilaberentur, conſtabiliſſe, aggeris ſtructuram inveniſſe, pacem denique ſub oculis Anglorum, exercitu ad ſuppetias ferendas per vicina littora hærente, firmâſſe.

Quemadmodum vero res geſtæ ſecundum gloriæ cumulum patent invidiæ, inventi etiam ſunt factioſi, qui iſtanc laudem carperent, tametſi laborum meritis deberetur, illi tamen detrimentum regiæ authoritatis interpretarentur. Nihil vero præſtitêre, niſi apud ſuæ farinæ homines, quibus acies oculorum in iſtoc ſplendore hebetatur. Quicunque etiam quantulamcunque ipſius notitiam habent, meminerint, quanta cura invidiæ irritamenta declinet, omni rerum geſtarum gloria in regem, cum proſperitate auſpiciorum relata: cum ipſus nihil unquam

quæ-

quæſierit, præter gloriam miniſterii perfidelitatem, promtamque juſſorum executionem utiliter comprobati.

Sciunt ſane, rectiſſimè eum comparari Germanico nepoti & filio adoptivo Tiberii, qui per Allemanniam parta inſigni victoria, trophæum erexit, cujus baſi iſta verba inſciberentur: Exercitus Tiberii, poſt ſubactas Nationes inter Rhenum & Albim, monumentum hoc Marti, Jovi & Auguſto poſuit, nulla ſui mentione, quod Tacitus refert. Splendor enim è rebus geſtis quotidie coruſcans, virtutem abunde promulgat, quo acquieſcendum ſibi cenſet.

Politica reminiſcentia.

QUicquid gloriæ tribuatur cauſis ſecundis, ex conſideratione laudatæ operæ, ſumma tamen ad primam redit, tum quod potentiam ſecundis ad agendum conferat, tum quod media finisque negotii ab ipſius influentiis pendeant. Secundis tamen cauſis & ſuam laudem nemo rapiet, quam juſtitia ſalva nemo denegare poſſit. Sol principium eſt univerſale generandarum plantarum; ille germen ex ſinu uberrimo terræ elicit, ille flores producit & fruges, quibus ſuperficiem ornat, cùm certiſſimum ſit, absque illius influentiis, ſterilem & inanem futurum: nullus tamen Philoſophorum elementum iſtud ex cauſis principalioribus naſcendi exturbavit, adeo ut faterentur omnes, ipſum & roſas & lilia protrudere, Sophiſta, qui matris illi nomen honoremque auferebat, ad deridiculum delapſo. Sic Deus omni exceptione, adeoque comparatione major, omnia per univerſum efficit: aſſerunt tamen Philoſophi, hominem ex ſole & homine; ex ſole & equo equum generari, partem gloriæ, ex productione illorum ſubjectorum ortæ, cum Deo ſortiti.

Ipſe etiam, gloriæ adeo æmulus, ut per quendam Vatem proteſtetur, ſeſe nunquam toleraturum, ut ea alteri cedat, jubet tamen Sanctos honorare, cauſas utique ſecundas miraculorum, quibus templa fabricentur, altaria ſtatuantur, vota, fiant, ut laudem ubique ferant, ex ſerie mira-

raculorum, quæ dextera ipſius omnipotens per eos producit, tametſi inſtrumentorum duntaxat vicem gerant. Riſum præbuiſſet, ſi quis Apoſtolorum principem, cujus umbra & benedictio ſola quævis genera morborum ſanaret, divina utique virtute, neglexiſſet, ob eam potentiam, quæ ipſi minus, quam Miniſtro reipublicæ in rebus agendis conveniebat. Pertinacia iſtius reverentiæ negatæ per ipſius Dei exemplum convincitur, qui ad Moſen ait, Moſen populum ex Ægypto eduxiſſe, quod ipſe Deus per miracula manifeſtiſſima, & per robur dexteræ ſuæ clariſſimè patraverat. Meminerat, ſuam potentiam miniſterio Moyſis in conſtituendo regno, à liberatione & egreſſu ex ſervitute uſam eſſe; ut gloriæ pertinaciſſimus, egreſſum tamen illi tribueret, cum neque ignoraret, honorem cauſis ſecundis habitum nihil derogare ſupremo, qui in cauſam primam redundat.

Vera igitur imago illius honoris, qui Miniſterio debetur, obmerita in Principem hic patet: ubi ad invidiam nemo tranſibit, quâ Deus ipſe abſtinet, quam Princeps ſanè nullus, cum ſimul agat, concipiet. Concurrunt enim ipſorum actus, vinculis arctiſſimis juncti, ut manus cum inſtrumento arctius non cohærere queat. Certum igitur, unam invidiam, odiumve, laudem miniſterio debitam ſuggillare, quotiescunque prudentia illius cauſam ſecundam felicioris eventus per rempublicam præſtat. Omnibus notum, potentiam regiam rerum gerendarum eſſe principium, unde & primum & potiorem honorem rex ferat; deinde autem in juſtitiam impinget, quicunque Miniſtrum, quem ille principale agendi inſtrumentum legerit, in partem gloriæ non admittit.

CA-

CAPUT XXX.

Obſidio Rupellana quadraginta Milliones librarum inſumpſit.

NEmo facilè ad calculos revocârit ſumptus, in obſidionem Rupellanam factos, ſive exactam ſtipendiorum erogationem, ne miles dilaberetur, ſive aggeris ſtructuram, quæ argentum præſens flagitabat, ſive apparatum belli, adeoque annonam, quæ ad copias navales & terreſtres neceſſario requirebantur, conſideret. Qui tamen curam ærarii gerebant, ſanctè affirmant, quadraginta ferè milliones librarum fuiſſe expenſos. Effiatus, Quæſtorum caput, ad corradendas pecunias, & prudenter exponendas diligentiæ & fidelitatis laudem meruit ad poſteros, cum exercitui nihil deeſſe pateretur.

Functionem ſubierat, Fiſco quinquaginta milliones æris alieni præferente, Quæſtoribus apprimè anxiis ad ſubſidia regiis negotiis conferenda, ob memoriam nuperæ inquiſitionis, mulctæque gravitatem, populorumque ad Parlamentum querimoniam de edictis pecuniariis ſanciendis. Tantam tamen ille moderationem functioni exequendæ adhibuit, tam concinno ordine proceſſit, ut argentum nunquam deficeret, expenſæ ad computum ſuperiorum bellorum minuerentur, cum ærarium adeo perverſè adminiſtraretur, ut nec militi ſtipendium tum exhiberetur integrum.

Rerum tamen ſtatus requirebat nova quædam Edicta, ubi ex conſilio, quod Cardinalis ſuggeſſerat, ille inſtituit ſuperflua reſecare, adſcitis quibus omnem fidem haberet, à Quæſtoribus etiam, quod deerat, mutuum ſumens, denario in uſuram conceſſo, quem nuper ex media parte, etiam duplo auxerant. Ipſe Cardinalis non ſemel pecunias adnumerabat mutuo ex capſâ, & quic-

quid aliunde, etiam per amicorum fidem nanciſci poterat. Neque enim neceſſitatibus regiis tam parum ſubveniebat, uti Cardinalis Ambianus, qui donaria extra regni limites transferebat; vel aulicorum turba, quibus major cura pecuniæ, quam Principis, officio ad emolumentum exacto: ubi accipiendi ſtudium periculum reipublicæ negligit, liberalitate ad ſalutem ipſius præcluſa. Prætuliſſet enim regis gloriam omnibus Indiarum theſauris, ſi potiretur, cum de incrementis nunquam non cogitaret, nullo alio operæ pretio, quam honore benevolentiæ.

Politica reminiſcentia.

MEdici docent, corpus humanum ſine nervorum uſu nec ſuſtentari, nec hinc inde moveri poſſe: ſic ſanè & exercitus neque ſtare, neque procedere, neque pugnare poterit, niſi Princeps grandem conquiſierit pecuniam, ad neceſſaria quæque comparanda. Nam Princeps pecuniæ inops, penuriam annonæ apud exercitum ex templo ſentit, nec habet unde militem veſtiat & in neceſſitatibus ſublevet. Deinde experietur, cum neceſſitas omnem rationem excendat, ſolitudinem circa ſeſe militum, reliquiis adeo torpidis, ſi quæ remaneant ad ſigna, ut arma ſponte pugnis defluant: Abundantia vero pecuniarum, ritè adminiſtrata exercitum efficit florentem.

Hoc medio potiſſimum Dux Parmæ per expeditiones Flandricas & Gallicanas prævalebat, conſervatis cohortibus, cum quotidie panem ex penu bellico diſtribueret, annuatim novam veſtem, à capite ad calcem ſufficeret, & menſtrua exhiberet ſtipendia; ſine quibus adminiculis ille exercitum numeroſum nunquam ſanè tam diu continuiſſet. Cræſo quidem à Solone Athenienſi, vitio vertitur, qui potentiam tam arroganter jactaret, oſtentatis theſaurorum acervis, cum reponeretur, non ideo potentiorem æſtimari, eo quod bellum ferro, non auro gereretur: fatendum tamen, copias nec ſcribi, nec ſer-

ſervari ſine pecunia, & eatenus eandem cum milite neceſſitatem præſtare.

Princeps tenuior, magno theſauro inſtructus, numeroſum faciet exercitum, tametſi ſubditis minus abundet, cum vicini ſuos permittant: qui vero pecuniis caret, licet magnus Princeps videatur, neque copioſum ſcribet militem, neque diu ſervabit. Unde Periclis famoſiſſimi ducis ſententia mihi ſemper placuit, quod victoriam tribus rebus adſcriberet, pecuniæ, militi & conſilio: quicunque enim hoc, iſtoc aut illo caruerit, felicem ſucceſſum nunquam ſperabit.

Julius Cæſar non ignorabat, quantum pecunia in particulari eſſet neceſſaria ad animandos milites, quod alibi tetigimus. De eo enim refert hiſtoria, valde liberalem fuiſſe erga militem per occaſiones fortem: id quod illuſtri hoc exemplo manifeſtum volebat eſſe, cum poſt arduos labores adverſus Bituricenſes, ſingulis adnumerari juſſit bis mille ſeſtertia.

Sic non minus neceſſarium fuerit, expenſas ritè fieri in bello, quam theſauros poſſidere: ratio ibi habenda eorum, qui prudentiam & fidelitatem in dinumerandis ſtipendiis exerant, & ſupplicia ſine ſenſu miſericordiæ exercenda in impoſtores, ut ſingulis ſeptimanis pecuniæ exactè diſtribuantrr, cum conſultius ſit, eam ſæpius, licet parcius præberi, quam cumulatim, ne libidini militari obſequentes intra pauculos dies ſubſtantiam abſumant, qua mille incommoda poſtmodum attrahantur, morbis ingruentibus vigore evaneſcente.

CAPUT XXXI.

Copiæ regiæ per Languedociam graſſantur.

Rebellio quorundam oppidorum per Languedociam, quæ Rohanius à primis anni menſibus ſibi adjunxerat, primo magnos tumultus in provinciam concitabat: Con-

dæus tamen Momorentius & Vantadurus, regiæ militiæ duces, profligabant omnes ut nemo occurrere auderet, receptis etiam aliquot oppidis, antequam in hyberna diſcederetur. Diuturnis tamen obſidionibus ſeſe impedire noluerant, ne Rohanius interea liberius alia loca invaderet, per clientelarum, quas nectebat, favorem; adeo ut obſequium regis redigeretur, quicquid operam pauculorum requirebat dierum.

Sic Condæus Puſſinum, & alia minutula in ripâ Rhodani, ad tranſitus libertatem, primo ſubigebat, quæ provinciam mire affligebant, commerciis etiam flagellatis. Hinc abit Toloſam, ut cum Momorentio Vantaduro, & Eſpernonio, quibus conventus placebat, de ſumma rerum deliberaturis, colloqueretur. Taraſconi per viam intelligit, Nemauſienſes invaſiſſe caſtellum Vauverti, quod ad Vantadurum ſpectabat: multis igitur nominibus ad recuperandum permotus, præmittis copias, ipſe conſecuturus: redditur caſtellum nullo negotio, adeo ut via Toloſana nimis longa fuiſſet niſi aliquod ſpicilegium virtutis tuliſſet.

Conventu ſoluto, Vantadurus in Vivaretum abitcum aliquot cohortibus, ut Rohanii conatibus per Sevennas obſtaret; Eſpernonius ducit verſus Milhaudum Roverniæ; Carmannius in Foxiam movet, à Rohanio afflictam; Condæus Toloſæ hæret cum Momorentio uſque ad menſem Martii. Per iſtanc moram Parlamentum Toloſanum Rohanio diem dicit, reum peragit, & ſententiam in eum pronunciat, ut per effigiem ſupplicio ſubjiceretur, omnibus facultatibus fiſco addictis, quas Rex Condæo tranſcribebat.

Etiam convenerant Ordines provinciæ eodem tempore, ut diſpicerent, qua ratione populi in obſequio regis contineretur. Quemadmodum vero deliberationes longæ bonis ſucceſſibus adverſantur, per bellorum tumultus; ita cæteri duces nihil differebant, quin rebelles per oppida ſubigerent, prodire auſos profligarent. Toloſâ enim abiit Vantadurus expirante Januario, ut Vivaretum peteret: iter circumfert, quantum poteſt ad oppida refractaria, ut eorum cohortes offendere poſſet.

Sic

Digitized by Google

Sic ad Beaucariam diſcit, omnem equeſtrem militiam Nemauſio egreſſam, per provinciam vagari, prædas trahere, ducibus Lægio, Chaſſannia & Aubæo. Jubet ergo cataphractorum turmam, & ſatellitium conſequi, impeditos ad conflictum cogit, ordines turbat, alios proſternit, alios capit, cæteros in fugam vertit.

Politica reminiſcentia.

OBſidionum ea eſt difficultas, ut per illam moram obſeſſorum ſocii & emiſſarii alia excitare incendia queant, quibus obſidio ſolvatur, niſi imperator advigilet, & vires partiatur Non igitur ſemper conſultum, in obſidiones effundere omnem potentiam, ubi ea aliquando atteratur, ut ad ſummam rerum minus valeat. Vitio vertebatur Hannibali, qui poſt cladem Cannenſem Romam non petiiſſet: ſed ille catus homo intelligebat, quam acriter Romani pro aris & focis eſſent pugnaturi, ubi omnia pignora virtutis excitandæ in compendio obverſantur. Meminerat, ipſos Gallos à Camillo conciſos, cum famelicis obſeſſis exiguum caſtellum Capitolii reſtaret, quod etiam dedere pacti fuerant.

Neque enim tum Romanorum vires conciderant, ubi temporibus Gallorum, cum præſidia ſparſa, reliquiæ cladis, ſupplementa ſociorum oppida, cohortes in provinciis contractæ juſtum exercitum facerent, qui lacerum, adeoque pugnando defatigatum victorem opprimeret. Redibat in memoriam Lacedæmoniorum virtus, ubi capulares etiam ſenes, cum fæminis, poſt acceptam cladem, non quidem hoſtem quærebant, ſed ingruentem audentiſſimè repulſabant, nullo, niſi virtutis muro valleve firmati.

Hinc prima ipſi cura, nervos ſupplementorum ſuccidere, & militi quietem indulgere: petitur Campania uberrima, quæ Romanorum vires reficere, etiam civitatem recipere poterat. Eventus quidem non reſpondit, cum Hannibalis miles videretur delitiis & ubertate illa frangi, dum

dum Romani igniculos virtutis per pudorem, quod proximè monuimus, ſuſcitarent, Scipio adoleſcens reliquias cæſi exercitus contineret, & jam clypeus expediretur, gladio itidem exerto.

Fabius enim lateri victoris adhærebat, tanquam pædagogus, per montana in planiciem decurſurus, quotiescunque ille aliquid auderet: Marcellus tamen impetum ſæpius molitus, hoſtem nihil minus fatigabat, donec adæquatis viribus pares æſtimari poſſent. Ibi Romani Urbi metuentes, Hiſpanias corripiebant, quas ſcirent Carthaginenſium penu, unde & Hannibal digreſſus, eodem revocari poſſet, ſi ſors ferret.

Ex Italia poſtmodum ægerrimè retrahitur per Scipionis audaciam, qui in Africam trajecerat, ut hoſtium agros popularetur, commercia turbaret, ſupplementa coërceret, vias clauderet, portas incurſaret; inopiam intenderet, & Romam à vaferrimo hoſte liberaret, qui patriam præ alienâ provincia eſſet habiturus, ut neque obſidionem ullam meditari, neque in concidendis copiis, hinc inde invaſuris operæ pretium facere poſſet.

CAPUT XXXII.

Condæus Pameriam & alia loca capit.

REbus ita vertentibus Perautus, Gubernator Uſeſi ſexcentos invadit ex legione Marmoiraci, quibus centum equites ſuccenturiabantur, diſſipatque, Marmoiraco cum duobus centurionibus, ſignifero, & ducentis gregariis, conciſis, dum cæteri uſque ad portas propellerentur. Condæus & Momorentius Toloſâ digreſſi, Pameriam petunt, quod Beaufortius, quem Rohanius ſibi legerat per Foxiam, Citadellam ibi ſtrueret ad locum firmandum.

Admovetur igitur exercitus, producuntur foſſæ adeò feli-

felicitef ut duo tantum gregarii caderent; Condæus ſuggeſtum erigit, crates orbiculares ſtatuit terra implendas, ad vim omnia parat: contonant tormenta, ut ſpatio paucarum horarum muri lacerarentur; eos Condæus abit ſpectatum cum Campiductoribus, ſatis apertos ubi invenit, ex ſingulis legionibus cohortes lectas immittit, quæ impetu facto, in muros pervadunt, cum ulteriorem progreſſum coërceret objectum vallum.

Stationem ceperant adeo commodam, ut ab incolis tuti laterent, quos tamen ipſi ſclopetorum ictibus conficiebant, unde vitæ uſuram à Condæo petere neceſſum habuêre; quam ille haud gravatè indulſit ingreſſus in oppidum ut regiis illud partibus firmaret. Deinceps obſidionem Realmonti, loco per Albigenſem agrum non exigui momenti, circumdat, ubi ex tribus ſuggeſtibus in oppidum fulminabat, donec certis legibus fieret deditio. Hinc Rannium cum primo agmine Caſtellofrancum amandat, quod in verba regis adactum, occaſionem dedit aliquot cohortibus ad Coſnam & fanum Severi divertendi, quibus ille vim adhibuit, ut portas recluderent, quorum exempla Braſſacum & Caſtelnavum, vim tamen experti ſequebantur.

Procedente anni curſu meſſis inſtabat; unde Cardinalis mandat ducibus, videri regi circa Montalbanum, Caſtra & Nemauſium, cæteraque per Languedociam loca, populationem inſtituendam. Abit ergo Condæus verſus Caſtra, Momorentius Nemauſium Eſpernonius Montalbanum, tripartito agmine. Caſtrenſes de inſtituto certiores, viciniæ univerſæ viros ad ſe contrahunt, ut calamitatem averterent, unde ſæpius erat confligendum, regiis etiam ad muros ſubeuntibus, quicquid tormenta ex oppido fulminarent: id quod Condæum ad gloriæ augmentum accedebat, nihil teritum. Populatores igitur juſſi calamitatem inferre pergunt, adeo ut audaciam ad ſtuporem oppidanis oſtentarent. Fit eruptio validiſſima impetu vehementiſſimo, quem regii fortiſſimè fregêre, oppidanis ad foſſas valli rejectis, qui ex inde populatores inceſſere deſiêre.

Momorentius ſuas copias exercebat primum in recuperan-

perando Puſsino, quam ſtationem Rohanius poſt demo-litionem ceperat, munimentis ad ſummam moleſtiam provinciæ & fluvii reſtauratis. Mirabella non minoris momenti, ſubacta, ad Vantadurum & Deportum contendit, ut circa Nemauſium populabundi graſſarentur. Ibi Vantaduri cohors in oppidulo vicino centum pedites primo conatu concidit. Succedebant omnia provoto, ut Nemauſium, Uſeſum, Aletium Anduſa & univerſæ Sevennæ cum fame conflictarentur, quinquaginta & amplius oppidulis in cineres redactis, calcatis ſegetibus, incenſa mergitum meſſe, in apices ſtramineos collecta, quibus conatibus Rohanius nihil opponebat.

Eſpernonius nihil ſegnius ad Montalbanum graſſabatur: ubi paulò poſt Vantaduri cohors cathaphractorum, ſatellitii & velitum, quos Beaucariæ impoſuerat, ut rebellium excurſiones caſtigarent, jubentur ad Nemauſium procedere, præſidium irritare & quocunquemodo affligere. Involant igitur in armenta & greges, ſub oculis ſpectaculorum, egreſſos graviſsimè mulctant, equite diſſipata, pedite occultato, adeo ut per campum illum extenderentur ſeptuaginta ſeptem, languerent ſaucii quinquaginta.

Poſt iſtam cladem rebellibus concidit animus, ut jam neſcirent, quorſum evaderent, cum exercitus regius campos teneret: unde conſultiſsimum viſum, copias per munitiora oppida ſpargere: quibus ſeſe regii vicinos dabant, ad reciprocas excurſiones coërcendas.

Cumque Condæus videret, præſentiam nihil ulterius requiri ſuam, à rege impetrat ſeceſſum Bituricenſem.

Poſt

Politica reminiſcentia.

QUicunque aliqua oppida rebellione involvit, non diu imperium tenebit, niſi campos ſervet. Fruſtra potentia cogitarit ea contineri, cum facilè ad Principis, qui camporum libertatem obtinet, obſequium redigantur. Quemadmodum enim nullus locus inveniatur, quantumvis infirmus, quin aliquandiu obnitatur, ex ſpe auxiliorum: munimentum, quin aliquando capiatur, niſi ſubmittantur ſuppetiæ, quæ intelligantur decopiis, ad obſidionem ſolvendam ſatis validis, aut ſaltem ad annonam ſupplementumque tum militis, tum apparatus bellici invehendum.

Neque enim locus quiſquam ſeipſum tuetur, cum viros ad tuitionem requirat; & illi non ferent diuturniorem tuitionem, niſi ſubinde & annonam & ſupplementum recipiant, cum obſidionis graves ſint ærumnæ, quibus tandem robuſtiſſimi quique ſuccumbunt, adeo ut neglecti deditionem non longè habere poſſint: Evidentiſſimum ſanè ſit omnibus, auxilia rebellibus intercludi oppidis, ubi Princeps camporum uſum obtinet, & violentia auxilia exercitu valido ſubmovet.

Videntur quidem munimenta univerſam provinciam domare; illa tamen potentia nequit eſſet diuturna, niſi rebelles exercitum per viciniam commoveant, qui neceſſitatibus ſubveniat, & annonam ſtrenuè cum ſupplemento deducat. Tyrii eo inſolentiæ proceſſerant, ob firmiſſimum robur oppidi, quod Rupi impoſuerant in medium mare, ut Alexandri Magni conatus irriderent, ob aggerem, ad auxilia arcenda, ſtrui cæptam. Quærebant, an Neptuno ſeſe majorem crederet, in imperio maritimo: militem, aſinos & jumenta clitellaria vocitabant, ob materias ad aggerem producendum congerendas. Alexander tamen, ſubjugata omni vicinia, aggerem paulatim perficit, cum cæteris operibus, & ſubmotis auxiliis, deditionem arbitrariam extorquet.

Hinc

Hinc igitur Principi optimè conſulitur, ad progreſſum rebellionis coëcendum, & quæ laborabant firmandum, ut camporum uſuram nanciſcatur copiis continuò ſine jactura temporis collectis, quæ nidos rebellionis corripiant, antequam munimenta ſibi circumdent. Nam ubi diligentiam exerit, ut fortia oſtendat conſilia, ad vim inferendam, donec obſeqii partes ſuſcipiantur, nullum munimentum, cujuſcunque momenti, ſuſtinebit, quin victorem recipiat.

Maharbal, equitum magiſter, in exercitu Hannibalis, vim iſtius axiomatis non ignorabat, cum cenſeret, recta contendendum eſſe Romam, poſtquam campos à clade Cannenſi poſſideret, aſſeverans, facilem Urbis deditionem, eo quod nullæ copiæ per viciniam apparerent. Eo tamen conſilio Hannibal præterito, iis aſſenſit, qui militem reficiendum quiete ſuadebant. Aplerisque deinceps judicatum, eum occaſionem opportunam malè dimiſiſſe, cum rebus ſic ſtantibus victoriam ad portas Urbis promoveri licuiſſet. Id vero Cæſar nunquam neglexiſſet, qui ubicunque provinciarum per campos ſuperior, inſtitutum ſemper perurgebat uſque ad finem, ſibi perſuadens, nihil actum, ubi quid reſtaret agendum.

CAPUT XXXIII.

Sabaudus ſociatur Gubernatori Mediolanenſi adverſus Nivernii & Mantuæ imperium.

Rege ad Rupellam & per Lanquedociam occupato, Sabaudiæ Dux & Gonſala Cordubanus, Mediolani gubernator, quod Nivernius poſſeſsionem Mantuæ & Monferrati adiiſſet, ligam ſive fædus ſanciunt; cujus iſtæc capita; omnem operam præſtaret Sabaudus, ad omnia Monferrati loca, præter Caſalam, Pondeſturam, Nice-

Niceam, Aquium, & quædam alia minora, occupanda; Gonſala eodem tempore obſideret Caſalam & cætera munimenta; Montenigrius in agrum Mantuanum irrueret, ad quælibet corripienda.

Imperator, ab Hiſpanis perſuaſus, nihil advertebat ſubmiſſiones & obſequium, quod Nivernius per Archiepiſcopum Mantuanum obtulerat, ad impetrandam inveſtituram, ſolemnia ſcilicet homagii & fidei præſtandæ, utriusque Ducatus, & Mantuani & Monferratenſis: adeoque ſequeſtrationem mandabat, donec de jure Gaſtalæ Principis liqueret, qui eam hæreditatem ſibi expetebat. Inde mittitur Naſſovius, cum imperatoria authoritate, qui occuparet utrumque Ducatum, firmaretque ne Rex Galliæ, cæterivè Italiæ principes figerent pedem.

Sic Sabaudus, quam primum Vincentem, poſtremum Ducem in periculo vitæ ex morbo intellexit verſari, exercitum collegerat, Alliâ, fano Damiani, Diana, Trino, Gabiana & Moncalvo occupatis. Gonſala exercitum admovet Caſalæ, & repulſus viciniora corripit. Montenigrius per agrum Mantuanum graſſatur.

Hinc Mantuanus regi ſupplicat, maturaret auxilia promiſſa, collectis interea temporis duodecies mille peditibus, & bis mille equitibus, partem quarum copiarum in Monferratenſem agrum amandaret, partem ad coërcendos Montenigrii conatus, per agrum Mantuanũ diſtribueret. Cum rex ſeriem rerum intellexiſſet, amicis Mantuani poteſtatem indulget adducendorum auxiliorum, ipſus etiam per Galliæ provincias quantumcunque videretur militem conſcriberet: adeo ut brevi poſt magna copia Gallorum, duce Beuurone, montes Sabaudiæ induſtriè ſuperarent, Caſalam penetrarent, unde incolis animi aucti, ut Gonſala ſpem potiundæ urbis facilè poneret.

Guronus à rege ſubmittitur, qui benevolentiam populi dexterrimè acquiſivit, ut annulos, armillas, omnemque mundum muliebrem quæ in ſtipendia præſidiariorum conflabantur, impetraret. Hiſpani nihil intentatum ad capiendam urbem relinquunt, ea tamen virtute repulſantur, ut nihil unquam commodi obtinuerint; Beuurone etiam aliquot eruptiones auſo, quis ſæpius turbas dederat,

donec caderet, teſtatus omnem ex præcordiis ſibi exulare metum, virtutem verò exiguis copiis etiam exercitui numeroſo occurrere. Guronus ergo clavum imperii ſumit, qui obſeſſis auxilia ex Gallia expectanda obfirmatis perſuadet.

Viſum regi, Uſſellarum marchioni partes ſcribendarum copiarum, quas Mantuanus optabat, imponere; quæ ad ſedecim millia expeditorum militum aſcendebant, & colligebantur in præfecturas Ebroduni, Vapinei & Brianſonii. Ad confluxum deerant ſtipendiorum Quæſtores, cum annonariis, qui tantam vecordiam demonſtrabant, ut copiæ ad viceſimum diem provinciæ illi incumberent, magno provincialium damno. Hinc Uſſellano peribat patientia & animus; extremum habet, ut provinciales ad contribuendam annonam, apparatumque belli induceret, quem uſque ad exercitum in montanis verſantem promoverent; exprompta etiam aliqua pecunia ad ſtipendia, militemque interpoſita fide, firmat, ſeſe ad proximiorem luſtrationem de ſuo ſatisfacturum omnino.

Diſcedit igitur, & montana ad viceſimum ſeptimum Julii attingit: ibi primum Sabaudus, eatenus tectus operitur, objectis per omnes anguſtias copiis, quæ pugnam cierent. Ad ea quidem obſtacula non operosè erat colluctandum, cum aliquoties Sabaudos à ſepimentis removeret, ut fugam arriperent, non ſemel ſatis mulctati: gravius tamen malum urgebat, neceſſitas nempe annonæ, quam Delphinátes promiſerant ſubmittendam. Hinc exercitus, aliquot dies pane deſtitutus regreditur, ſervatis utique honoris momentis, dum Fertanus Campiductor ordines hôſti obvertit, tres legiones in montes ex utroq; latere diſponit, donec copiæ in Delphinatum recederent, antequam Sabaudus, quid rerum ageretur, animadvertere poſſet, niſi poſt univerſum exercitum reductum.

Politica reminiſcentia.

PRudentiæ militaris leges imperant ampliſſimum penu per viciniam eorum locorum, qui petuntur, antequam inſtitutum procedat; adeo ut nemo in provinciam hoſtilem

Digitized by Google

ſem deſcendat, niſi ſequantur jumenta clitellaria, ut currus annonarii, quo miles de neceſſariis in aliquot dies proviſum gaudeat. Proclivius enim exercitum fame, quam ferro diſſipare; unde annonæ negligens, exemplo ſolitudinem experitur, ad confuſionem in vulgus contemptam, & odium apud ſuos intenſum.

Id Cambyſes inter cætera Cyrum filium monuerat apud Xenophontem: quam curam Cyrus nunquam dimiſit, in expeditione adverſus Aſſyrios, eodem authore. Nemo verbis expoſuerit, quantam hîc Turcæ operam ſumant; quibus tamen ſobrietas & temperantia cibi magnum præſtat emolumentum, quod vini uſu, delitiarumque molimine deſtituti, neceſſaria facilè ferant. Eorum exemplum noſtræ militiæ optare licet imitandum, cum abundantia victus, cui maxima pars, & inprimis duces aſſuevêre, tolerantiam laborum extra ordinem adimat, ut in rebus arduis ſimus Hiſpanis inferiores, quod ampliſſima annona difficulter ſubvehatur.

Romani rem tanti momenti etiam rebus florentibus non ignorabant, adeo ut copias ad eximiam ſobrietatem traducerent. Quæcunque etiam Nationes ſeſe delitiis minus dedêre, ſemper bellica laude claruêre: Sic Julius Cæſar Flandros præ cæteris Gallis æſtimabat, quod aſſueviſſent victui rudiori. Hannibal ſanè non longè diſtulit experimentum delitiarum, quibus miles poſt cladem Cannenſem negligentius ad diſciplinam militarem habitus, ubertatique ſaginatus frangebatur, animis ut plurimum fortitudine lapſis.

Dum delitiæ vero declinantur neceſſaria tamen militi in caſtris nunquam negabit imperator; quod incommoda, ex ea negligentia orta, non tantum deſerta ſigna, uti monuimus, relinquant, ſed etiam transfugis ad hoſtem viam aperiant. Sic Afranii & Petreii cohortes pleræque, urgente fame, ad Cæſarem tranſiêre: Cæſariani etiam ad Dyrrachium extrema paſſi, in Pompeii partes conceſsêre. Accedunt etiam morborum contagia, quod Gallis ad Carinianum uſu venit, referente Guicciardino; ut de ſeditione frequenti nihil addamus, Compendium doctrinarum facit

Vegetius, pro ſumma ingenii prudentia, ubi monet, Imperatorem per eas rerum anguſtias turbis nunquam vacare, & hoſti facilem præbere victoriam.

CAPUT XXXIV.

Rex curam ſuſcipit Rhætorum, fœderatorum.

REx Mantuani ſuſcepta cauſa non tamen negligebat Rætos, antiquo fœdere junctos, adeo ut curam ipſorum rebus à biennio productam per occaſiones reſumeret, quo pactorum Monſonianorum articulis fruerentur. Sic ad finem anni ſuperioris Meſmino, oratori ſuo ad illos populos declarationem miſerat, quo patebat ſecundum primum illorum pactorum articulum, ut negotia quæ Lindaviæ & Curiæ Archidux Leopoldus, & Gubernator Mediolani cum tribus Rætorum ligis ab anno decimo ſeptimo ſupra milleſimum, usque ad diem, ſignumque pactorum Monſonianorum, tranſegiſſent, nulla eſſe, caſſa fieri, revocari, quemadmodum cum Hiſpanis per legatos conveniſſet.

Hiſpani autem, quibus artes ad eludenda quævis pacta nunquam deſunt, primo illi articulo ſenſum ſibi commodum inferebant, tametſi verba clariſſima legerentur; unde conteſtationes verborum vehementiſſimæ inter Rætos, Hiſpanos & Archiducem Leopoldum fuerint auditæ. Interpretationem igitur Ræti à rege petunt dilucidam, quam negare non licebat, adeo ut adderet, ſibi curæ fore, ut illi tenore illo fruerentur, expeditis etiam armis promiſſis adverſus quoscunque, revocata pacta in eorum detrimentum reducere auſos: Illam igitur declarationem ex manu Meſmini, gratiſſimis animis excipiunt.

Non tamen hæc una difficultas in executione pactorum ingruit, cum Rætorum & Vallenſium deputati apud regem commentarium etiam cæterorum articulorum perurgerent, utrisque ad ſua commoda deflectentibus. Illi enim quærebant reſtitutionem in omnia omnino jura ſupre-

premitatis, quam in Vallem Telinam, Comitatus Clavennæ & Wormiæ, A. 1617. exercuiſſent, exceptis illis, quæ communi conſenſu per pacta eſſent exempta, Juſtitiæ ſcilicet adminiſtratione, & Politia Vallenſibus relictâ, ſi cenſu annuo viciesquinquies millibus aureorũ defungerentur. Iſti vero, juxta Hiſpanorum inſtinctum, ex poteſtate ſuprema Rhætorum penitus exire ſatagebant, nulla alia re, niſi illo cenſu annuo obſtricti.

Cum autem pacta illa ferant, controverſia quæcunque ſuper conceptis illis verbis orta, interpretationem utrique Coronæ deferendam eſſe, quæ ſenſum elicerent benevole; rex vero Hiſpanum, affinem ſæpius per Rambulietum, & Fargiſium Oratores monuerit, de communi declaratione, ad tranquillitatem illis populis conciliandam inſtituenda; Hiſpanus autem, ex ſpe alicujus commodi, quod diſſidia illa conferre poſſent, oratores ſemper diſtulerit, obligari ſibi viſus eſt, ad declarationem illam, pro veritate ſententiarum, quas partes in paciſcendo fuerant teſtatæ, promulgandam.

Ferebat autem, ea non ſolum pacta Lindaviæ, Curiæ & Mediolani facta, nulla fore, & ſine vigore, ſed quod ex tenore ſecundi articuli; Rhætorum & Vallenſium res ad ſtatum anni eſſent redactæ, Rhætis inſtitutam eſſe authoritatem & ſupremitatem, quam ante eum annum in Vallem Telinam, & memoratos Comitatus obtinuiſſent; In eorum exinde poteſtate eſſe, non vero Vallenſium, utique ſubditorum, negotia pacis, fæderum, belli, monetæ cudendæ, anguſtiarum clauſtra, in utrumque uſum, vectigalium impoſitionem, tributa & collectas curare, cum Vallenſes præter Juſtitiam & Politiam nihil poſtulare poſſent, quæ ipſa ad promovendam pacem eſſent conceſſa, ſub cenſu annuo vicies quinquies millium aureorum, magiſtratu etiam & Poteſtatibus, per populares electis authoritatem apud Rhætos impetrantibus.

Iſtæc declaratio à rege mittitur Meſmino, qui omnem prudentiam eo conferret, ut partes ad mutuam pacem aſſenſæ conquieſcerent: cum juſſu ſingulari, ne eam exhiberet, niſi utrinque conventum, aſſenſumque foret, de forma & tenore, indicia autem premeret, ſi difficultatibus

utrinque laborari intelligeret, ne authoritatem regiam illis permitteret.

Hanc [illegible] fætum prudentia Cardinalis excluſit; qui memor, authoritatem regiam contemptui fœderatorum [illegible] proſtituendam; ignoraret etiam populorum [illegible] propenſiones, quarum inde periculum faceret, regi ſuggeſſit, prudentiæ Oratoris negotium committeret: Res quæ eo majoris momenti cenſita, quod authoritas regia radios ad Exteros ſpargit, ut majori reverentia colatur. M[illegible] tamen autumans, neque Rhætos, neque Vallenſes ad hanc declarationem ſecundum omnes clauſulas ſubeundam, induci poſſe, poſtulata utrinque clam explicatus, ad Hiſpanorum conſilia penetravit, qui Vallenſes inſtigabant, ne concon[illegible], qua conſtante anguſtiarum uſus negaretur: Palam igitur rem non propoſuit Communitatibus.

Cauſas inſtituti [illegible] per literas, qui eatenus [illegible] controverſiarum in tempus commodum in [illegible] exercitu deſcendendi, prompto ab armis [illegible] authoritatem conſtabiliendam auxilio [illegible]

[illegible] reminiſcentia.

PR[illegible] Miniſtri inſtruit, locorum di[illegible] diſpoſitionum particularium [illegible] que Oratorum, qui ex Principis vo[illegible] apud [illegible], ut omnia vigili luſtrent oculo, indu[illegible] quibus etiam modus exequendorum man[illegible] Non extremam ſapientiæ laudem [illegible] liqua patitur, nec omnem [illegible] ſibi arrogat. Quicunque [illegible] ent, omnia conantur di[illegible] cipis authoritatem impu[illegible] um populorum permittant, [illegible] rant, mandatis in uſum non [illegible]

[illegible] non poſtremus Florentinis & Vene[illegible] qui illa ætate mandata particularia

in

in expeditiones mittebant, adeo ut & locum prælio deſignare auderent. Romanos ſanè legimus, ſolitos, prudentiæ eorum, quibus honores conferebant, executionem ferè omnium mandatorum, belli togæque commiſiſſe. Sic Cæſar conſtituta expeditione in Britanniam, imperium in tres legiones, & bis mille equites Labieno permiſit, quibus Gallias per ipſius abſentiam contineret, nullis additis mandatis, niſi ut ex uſu rerum iis uteretur; quod ipſus in commentariis de bello Gallico teſtatur.

Tiberius Imperatorum Romanorum ſapientiſſimus, quod Tacitus annotat, eodem modo Druſum filium in Pannoniam ablegabat, ut legiones ſeditione laborantes ad obſequium reduceret, juſſum è re nata agere. Ignarus enim reipublicæ Romanæ neſcierit; ex more majorum mandatis inſeri ſolitum, viderent, ne quid reſpublica ex illorum inſtituto detrimenti acciperet: ſi qui vero ex arrogantia ea mandata ſequius uſurparunt, non deſiêre per occaſiones oſtendere, non poſſe longinqua pro rerum uſu exactè dignoſci. Sic ubi Fabius Tuſcos ad Sutrium viciſſet, & per ſaltum Ciminium in Tuſciam contendiſſet, Senatus de inſtituto illius non ſatis edoctus, mittebat duos, è ſuo numero, qui expeditionem illam diſſuaderent, illi tamen è re præſenti didicerant, eum feliciter trajeciſſe, & jam victoriam obtinuiſſe: id quod ipſis ſatis ignominiæ, an puderis ſuffudit; docent tamen ſuo exemplo, libertatem amplam agendi indulgendam executioni deſtinatæ, ubi exacta notitia rerum neceſſariarum deficit, ne imperator occaſionum momenta dimittere cogatur, quod in negotiis tranquillis non minus uſuvenit, ad contemptum ſui, magno gloriæ detrimento.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER VI.

M.DC. XXIX.

CAPUT I.

Iucundi ſunt tranſacti labores.

NEmo oculis ſiccis ex ſpecula navem contemplabitur, qua amici vehantur, cum tempeſtate colluctari ventorum rabie verſari, procellarum motu differri, in altum modo excuti, in profundum modo præcipitari, abyſſo abſorbendam: ſed tempeſtate finita volupe eſt de periculorum incurſu ſermones cædere, adeo ut ſola imago præteritorum per memoriam recurrens gaudio perfundat.

Si nemo ſpeculatus fuerit Galliæ labores ſine dolore acerrimos, horrendas tempeſtates, quibus conflictabamur hoc anno, niſi Gallici ſanguinis, imo omnis humanitatis, quam Natura geniis mortalium, in patriæ amorem, qui ortum debent, inſevit, expers; nunc tranquillitate redeunte, ſudo reducto, non minori perfruemur voluptate ex recenſione præteritorum malorum, quod ſpero; quam dolorem ſenſimus ex calamitate.

Politica Reminiſcentia.

QUemadmodum aliquo morbo liberati, receptis viribus ſibi videntur reſtaurari, ut nec memoria ſuperſit ægritudinis, niſi ad gaudium præteritorum, cum tamen in corpore deliteant humorum vitia, quæ ſomitem

Digitized by Google

tem morborum dixeris, unde alius, atque alius facile morbus generetur; ita in republicâ ſæpe ſperamus tranquillitatem, quæ rebellionum ſcintillas ex priorij incendio ſfovet, propediem ad bellum erupturas. Habet enim Natura corrupta id proprium, ut nullo æquilibrio, vel humorum, vel animorum tantillum conſtet.

Sic Romanis nihil opinántibus, exoritur bellum Marſicum; ſic Priſcæ illorum reipublicæ Latini, modo Vejentes, modo Hetruſci, aliive populi, arma intulêre, ne moleſtiis aut exercitio carerent. Memorant paginæ ſacræ, inter Abimelechum, qui illegitimus fratres occiderat, ut ad imperium perveniret, & Sichemi incolas Spiritum vertiginis immiſſum, qui bellum concitaret. Sunt autem Spirituum motus & ſubiti, & vehementes, quibus mortales, ob maſſam corporum hebetiores non facilè reſtiterint.

Meminerint rerum divinarum ſcrutatores, per Danielis oracula cuique provinciæ ſuum impoſitum Dæmonem tutelarem, quam ornet, & vel commiſſo certamine ſervet: ei ſi ingruat alius potentior, cedendum fuerit cum ſummo provinciæ malo, tutelâ ſolitâ deſtitutæ. Hoſtis dehinc inferet omnem calamitatem, quod vel Hiobi ſingulare docuerit exemplum, quanta ille malorum ſegete graſſetur: quam ubi non alicui particulariter mortali, non alicui convivio, hoſpitiove ſed provinciæ inferre irritatur permittiturve, nihil fecerit ad miſeriam reliquum.

Hinc etiam tot omina, tot ſigna, ut vel cælum ardeat, vel terra ſanguinem liqueat, vel ſpecies inferorum viſentur, vel exercitus per aërem confligant, vel terra mugiat, & quæ ſexcenta poſt Livium iſtarum rerum obſervatores recenſebunt. Videas igitur, bellum conſequi, non adeo ex mortalium arbitrio, quam divino nutu, ubi cælis volupe eſt virtutem ornare victoriis, aut vitium premere ſuppliciis: ut jam nihil diuturnam quietem ferat.

CAPUT II.

Rex poſt deditam Rupellam, abit ad ſolvendam Caſalæ obſidionnm.

VIx Rupellam in orbitas obſequii reduxerat Rex triumphata rebellione, cum animus omnes moras ad Caſalæ auxilia præſtanda rumpit. Inſtitutum id difficile, ex quo ſucceſſum felicem optes, vix ſperes, cum poſt tot exanclatos labores, & ſuperata pericula, Alpes omnino eſſent trajiciendæ eâ anni tempeſtate, qua glacies & nives, omni alio ſi careas incommodo, vias occludant. Sabaudi exercitus ad limites profligandus erat ex anguſtiis prius excutiendus; munimenta ad tranſitum nemo prudens reliquerit in poteſtate hoſtium; per hoſticum quinque vel ſex dierum itinere, quantum expeditus faceret, ſumma cum difficultate, erat enitendum, ubi annonam, & quicquid ad conſervandum exercitum neceſſitas flagitat, trahas.

Conſiderationum iſtarum campus mentem regia inferiorem fregiſſet; ille tamen, nullo alio, quam Gloriæ ſtimulo, ad juſtitiæ conſtantiam motus, ad difficultates quaſcunque immotus, Senatum cogit, à reditu ad Pariſios, ut de rerum ſumma deliberaret.

Plurimi inſtitutum ut comprobarent, ab ſemet non impetrabant, quod metuerent, ne Gallia cum Hiſpania hoſtiliter collideretur, ad tranquillitatis publicæ everſionem, quam Gallia nunquam non ſenſerit graviſſimam. Jam enim metus Hiſpanorum inſinuaverat ad torporem, donec Cardinalis perſona directa, quæ hactenus impotentiam velaverat, oſtenderet ideam ex infirmis nubibus conflatam, quam regiorum armorum fulgur proximo quoque die diſſiparet. Satis etiam familiare numeroſo Senatui, timidiuſculos ferre, quibus ſolum belli nomen terrorem incutiat; etiam dubios, qui ancipitia caſuum ſubire nolunt, ne oppro-

Digitized by Google

approbrium ex aliquo infortunio ſuſtinere cogantur.

Cardinalis vero, cujus animus, tanquam Marpeſia cautes, eminet firma, ubi gloria Principis cum emolumento reipublicæ compingitur; imperium metus nunquam agnovit, ſed exerta virtute per difficultatum ſtimulos graſſatur, ſumpta copia dicendi, Conventum adeo permovit, ut ſinguli cum omni reverentia acquieſcerent ad rationum pondera, quæ expendebat, expeditione liberandæ Caſalæ concepta, & maturè inſtituta.

Dicebat autem, poſt rationum plurimarum deductionem ad regem converſo ſermone, poſtquam regia tua dignitas tantum gloriæ ſibi, tantum utilitatis reipublicæ, quantum univerſus vitæ curſus non tulerit, in ſubigenda Rupella acquiſiverit; Italia ſuperioti anno ab Hiſpanis & Sabaudo oppreſſa, à dextera tua victrice malorum ſolatium expectat. Famæ tuæ intereſt, ut cauſam vicinorum & fœderatorum, quos præter jus & æquum imperiis exuunt, ſuſcipias.

Ad rationes iſtas prægnantes accedit proprium emolumentum, quod monet ut mentem adeoque arma illuc convertas: ubi ego quavis, ſponſione certaverim, tibi inſtitutum illud, ſi pro rei neceſſitate, agas ad finem æquè optatum, ac illud de oppido tam potenter ſubacto, deſiturum. Prophetæ laudem nullus ſumo, poſſum tamen regiam tuam dignitatem certiorem reddere, ſi nulla exequendi negotii transmittantur momenta, Caſalæ obſidionem ſolvi, adeoque pacem Italiæ intra menſem Majum reddi à te poſſe. Hinc ad exercitum in Languedociam regreſſus, omnia ad obedientiæ leges coges, ut menſe Julio pax provincialibus conſtet, & regia tua dignitas menſe Auguſto, victoriis gravis, ad Pariſios redeat.

Hæc ferè erant verba ſententiæ, quibus tantum decoris & fortitudinis addebat, ut nemo in inſtituto hæſitaret amplius. Volui autem ea huc apponere, ad poſteritatis memoriam, ut extet prudentiæ iſtius oraculum, à vaticinii natu-

natura nihil alienum, poſtquam eventus omnia, quo dicta erant modo comprobarit.

Politica Reminiſcentia.

FAteamur oportet, Geniis excellentiſſimis dari aciem oculorum, neſcio quomodo mortali majorem. Præcipiunt enim cauſarum ſeriem, effectus ſecuturi prorſus gnari: hinc non raro cum ea aſſueveratione loquuntur, resque futuras aſſequuntur, ac ſi de præſentibus ageretur. Neque etiam pericula eos latent remotiſſima: quæ, cum neceſſaria diſpiciant remedia, minus metuunt. Vires hoſtium quo gradu ſtent, norunt, quo locorum temporumve momentis ſint frangendæ intelligunt, ſtratagemata quævis prævident, expeditis ad ea eludenda artibus; hinc per prudentiam ferè certum quid de inſtituto pronunciant.

Nonnulli exiſtimant, notitiam iſtanc eximiam cælitus communicari, aut à bonis Dæmonibus ſuggeri, quod equidem infitias non ivero, cum viris inter Gentiles famoſiſſimis, Socrati utique, Bruto & Cæſari eos tribuant, quorum experimenta poſtremis ſeculis etiam memorantur. Dicam tamen, Angelos iſtanc benevolentiam extra numerum ordinemque conferre, ad menſuram prudentiæ eximiæ, quam mentis aciei acerrimæ rarius indulgent.

CAPUT III.

Quare intempeſtivè fuerit ſuſcepta hæc expeditio.

CUm autem Cardinalis planiſſimè intelligeret inſtitutum hoc promptè ſuſceptum, Hiſpano Sabaudoque facultatem adimere copias contrahendi regiis pares aut ſuperiores, certior utique, per Italiam non triamillia Hiſpanorum genuinorum ſparſa; vires illorum exiguas & disjun-

junctas, ærarium exhauſtum, damna undique inceſſiſſe, cum apud pleroſque Italos animi ad rebellionem ſpectarent, expediendis quam primum armis, ad graviſſios motus, ubi operæ foret pretium, modo libertatis appareret fiducia, ad graviſſimorum tributorum, quibus opprimebantur, gratiam.

Nulla igitur unquam expeditione Mantuani à vi Hiſpanica aſſerendi occaſione à fortuna oblata paris imprudentiæ foret, præbenti ſeſe fortunæ deeſſe, ac prudentiæ ſit, ſinum ad excipienda gratiæ teſtimonia pandere. Hinc enim principaliter conſilium quod regi ſuggerebat, certus rerum, & animi, firmandum ſumebat, ut rex occaſioni inſerviret; unde rex inſtitutum proſecutus, copias maturè quantum poſſet, progredi jubet, omnibus neceſſariis ad trajiciendum in Italiam comparatis.

Politica reminiſcentia.

NAuclerus prudentia ad dirigendam navem utitur, velis in ventorum vices obliquatis, ſi portum proſpere ſubire ſperet. Sic Miniſter per prudentiam capiet conſilium, vitæ inſtituto ad circumſtantiarum monumenta exacto, nullo occaſionis naſcentis emolumento deſpecto. Vituperium ferret, venti ſecundi negligens, & graviter impingeret, qui commodum emergens prætermittet. Compertum enim, in opportunitate majus ſubindè præberi momentum, quam copiæ ampliſſimæ conferre poſſint.

Experientiam quotidianam laudavero teſtem, omnia rerum humanarum principaliter à temporis ſui uſu pendere. Natura ſuum ſibi ſumit tempus, operi cuicunque perficiundo; unde flores ex gremio nunquam protudit, niſi ad ſolis amicabiles radios: ſic & prudentia ad executionem conſiliorum vigilat, ut occaſione maximè commoda agat. Hinc Pythagoræ diſcipulis ſcitum, oportunitate primam omnium rerum contineri cauſam. Verum utique, ab illa perfectionem duci, etiam proſperum conſiliorum finem plerumque pendere.

Anti-

Vegetius, pro ſumma ingenii prudentia, ubi monet, Imperatorem per eas rerum anguſtias turbis unquam vacare, & hoſti facilem præbere victoriam.

CAPUT XXXIV.

Rex curam ſuſcipit Rhætorum, fœderatorum.

REx Mantuani ſuſcepta cauſa non tamen negligebat Ræetos, antiquo fœdere junctos, adeo ut curam ipſorum rebus à biennio productam per occaſiones reſumeret, quo pactorum Monſonianorum articulis fruerentur. Sic ad finem anni ſuperioris Meſmino, oratori ſuo ad illos populos declarationem miſerat, quo patebat ſecundum primum illorum pactorum articulum, ut negotia quæ Lindaviæ & Curiæ Archidux Leopoldus, & Gubernator Mediolani cum tribus Rætorum ligis ab anno decimo ſeptimo ſupra milleſimum, usque ad diem, ſignumque pactorum Monſonianorum, tranſegiſſent, nulla eſſe, caſſa fieri, revocari, quemadmodum cum Hiſpanis per legatos conveniſſet.

Hiſpani autem, quibus artes ad eludenda quævis pacta nunquam deſunt, primo illi articulo ſenſum ſibi commodum inferebant, tametſi verba clariſſima legerentur; unde conteſtationes verborum vehementiſſimæ inter Rætos, Hiſpanos & Archiducem Leopoldum fuerint auditæ. Interpretationem igitur Ræti à rege petunt dilucidam, quam negare non licebat, adeo ut adderet, ſibi curæ fore, ut illi tenore illo fruerentur, expeditis etiam armis promiſſis adverſus quoscunque, revocata pacta in eorum detrimentum reducere auſos: Illam igitur declarationem ex manu Meſmini, gratiſſimis animis excipiunt.

Non tamen hæc una difficultas in executione pactorum ingrüit, cum Rætorum & Vallenſium deputati apud regem commentarium etiam cæterorum articulorum perurgerent, utrisque ad ſua commoda deflectentibus. Illi enim quærebant reſtitutionem in omnia omnino jura ſupre-

pre-

premitatis, quam in Vallem Telinam, Comitatus Clavennæ & Wormiæ, A. 1617. exercuiſſent, exceptis illis, quæ communi conſenſu per pacta eſſent exempta, Juſtitiæ ſcilicet adminiſtratione, & Politia Vallenſibus relictâ, ſi cenſu annuo viciesquinquies millibus aureorū defungerentur. Iſti vero, juxta Hiſpanorum inſtinctum, ex poteſtate ſuprema Rhætorum penitus exire ſatagebant, nulla alia re, niſi illo cenſu annuo obſtricti.

Cum autem pacta illa ferant, controverſia quæcunque ſuper conceptis illis verbis orta, interpretationem utrique Coronæ deferendam eſſe, quæ ſenſum elicerent benevole; rex vero Hiſpanum, affinem ſæpius per Rambulietum, & Fargiſium Oratores monuerit, de communi declaratione, ad tranquillitatem illis populis conciliandam inſtituenda; Hiſpanus autem, ex ſpe alicujus commodi, quod diſſidia illa conferre poſſent, oratores ſemper diſtulerit, obligari ſibi viſus eſt, ad declarationem illam, pro veritate ſententiarum, quas partes in paciſcendo fuerant teſtatæ, promulgandam.

Ferebat autem, ea non ſolum pacta Lindaviæ, Curiæ & Mediolani facta, nulla fore, & ſine vigore, ſed quod ex tenore ſecundi articuli; Rhætorum & Vallenſium res ad ſtatum anni eſſent redactæ, Rhætis inſtitutam eſſe authoritatem & ſupremitatem, quam ante eum annum in Vallem Telinam, & memoratos Comitatus obtinuiſſent; In eorum exinde poteſtate eſſe, non vero Vallenſium, utique ſubditorum, negotia pacis, fæderum, belli, monetæ cudendæ, anguſtiarum clauſtra, in utrumque uſum, vectigalium impoſitionem, tributa & collectas curare, cum Vallenſes præter Juſtitiam & Politiam nihil poſtulare poſſent, quæ ipſa ad promovendam pacem eſſent conceſſa, ſub cenſu annuo vicies quinquies millium aureorum, magiſtratu etiam & Poteſtatibus, per populares electis authoritatem apud Rhætos impetrantibus.

Iſtæc declaratio à rege mittitur Meſmino, qui omnem prudentiam eo conferret, ut partes ad mutuam pacem aſſenſæ conquieſcerent: cum juſſu ſingulari, ne eam exhiberet, niſi utrinque conventum, aſſenſumque foret, de forma & tenore, indicia autem premeret, ſi difficultatibus

utrinque laborari intelligeret, ne authoritatem regiam illis permitteret.

Hunc inſignem fœtum prudentia Cardinalis excluſit; qui memor, authoritatem regiam contemptui fœderatorum nunquam proſtituendam; ignoraret etiam populorum illorum propenſiones, quarum inde periculum faceret, regi ſuggeſſit, prudentiæ Oratoris negotium committeret: Resque eo majoris momenti cenſita, quod authoritas regia radios ad Exteros ſpargit, ut majori reverentia colatur. Meſminus tamen autumans, neque Rhætos, neque Vallenſes ad hanc declarationem ſecundum omnes clauſulas ſubeundam, induci poſſe, poſtulata utrinque clam expiſcatus, ad Hiſpanorum conſilia penetravit, qui Vallenſes inſtigabant, ne concordiam inirent, qua conſtante anguſtiarum uſus negaretur: Palam igitur rem non propoſuit Communitatibus.

Cauſas inſtituti regi quidem expoſuit per literas, qui eatenus acquievit, ut deciſionem controverſiarum in tempus commodum in Italiam cum exercitu deſcendendi, prompto ab armis ad juſtitiæ authoritatem conſtabiliendam auxilio, differret.

Politica reminiſcentia.

PRudentia ſapientiam Miniſtri inſtruit, locorum diſtantia impediri notitiam diſpoſitionum particularium apud Exteros; ſuadetque Oratorum, qui ex Principis voluntate emittuntur, ut omnia vigili luſtrent oculo, induſtria nitendum, quibus etiam modus exequendorum mandatorum relinquatur. Non extremam ſapientiæ laudem fert moleſtia, quæ ignorari à ſe aliqua patitur, nec omnem expediendis negotiis induſtriam ſibi arrogat. Quicunque enim vanâ ſui præſumptione turgent, omnia conantur diſponere, dum plerumque Principis authoritatem imprudentiæ & inconſtantiæ vicinorum populorum permittant, ut contemptum ab illis referant, mandatis in uſum non deductis.

Hinc politicorum non poſtremus Florentinis & Venetis ludibrium confert, qui illa ætate mandata particularia

in

in expeditiones mittebant, adeo ut & locum prælio deſignare auderent. Romanos ſanè legimus, ſolitos, prudentiæ eorum, quibus honores conferebant, executionem ferè omnium mandatorum, belli togæque commiſiſſe. Sic Cæſar conſtitura expeditione in Britanniam, imperium in tres legiones, & bis mille equites Labieno permiſit, quibus Gallias per ipſius abſentiam contineret, nullis additis mandatis, niſi ut ex uſu rerum iis uteretur; quod ipſus in commentariis de bello Gallico teſtatur.

Tiberius Imperatorum Romanorum ſapientiſſimus, quod Tacitus annotat, eodem modo Druſum filium in Pannoniam ablegabat, ut legiones ſeditione laborantes ad obſequium reduceret, juſſum è re nata agere. Ignarus enim reipublicæ Romanæ neſcierit; ex more majorum mandatis inſeri ſolitum, viderent, ne quid reſpublica ex iſtorum inſtituto detrimenti acciperet: ſi qui vero ex arrogantia ea mandata ſequius uſurparunt, non deſière per occaſiones oſtendere, non poſſe longinqua pro rerum uſu exactè dignoſci. Sic ubi Fabius Tuſcos ad Sutrium viciſſet, & per ſaltum Ciminium in Tuſciam contendiſſet, Senatus de inſtituto illius non ſatis edoctus, mittebat duos, è ſuo numero, qui expeditionem illam diſſuaderent, illi tamen è re præſenti didicerant, eum feliciter trajeciſſe, & jam victoriam obtinuiſſe: id quod ipſis ſatis ignominiæ an pudoris ſuffudit; docent tamen ſuo exemplo, libertatem amplam agendi indulgendam executioni deſtinatæ, ubi exacta notitia rerum neceſſariarum deficit, ne imperator occaſionum momenta dimittere cogatur, quod in negotiis tranquillis non minus uſuvenit, ad contemptum ſui, magno gloriæ detrimento.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER VI.

M. DC. XXIX.

CAPUT I.

Iucundi ſunt tranſacti labores.

NEmo oculis ſiccis ex ſpecula navem contemplabitur, qua amici vehantur, cum tempeſtate colluctari ventorum rabie verſari, procellarum motu differri, in altum modo excuti, in profundum modo præcipitari, abyſſo abſorbendam: ſed tempeſtate finita volupe eſt de periculorum incurſu ſermones cædere, adeo ut ſola imago præteritorum per memoriam recurrens gaudio perfundat.

Si nemo ſpeculatus fuerit Galliæ labores ſine dolore acerrimos, horrendas tempeſtates, quibus conflictabamur hoc anno, niſi Gallici ſanguinis, imo omnis humanitatis, quam Natura geniis mortalium, in patriæ amorem, qui ortum debent, inſevit, expers; nunc tranquillitate redeunte, ſudo reducto, non minori perfruemur voluptate ex recenſione præteritorum malorum, quod ſpero; quam dolorem ſenſimus ex calamitate.

Politica Reminiſcentia.

QUemadmodum aliquo morbo liberati, receptis viribus ſibi videntur reſtaurari, ut nec memoria ſuperſit ægritudinis, niſi ad gaudium præteritorum, cum tamen in corpore deliteant humorum vitia, quæ fomitem

tem morborum dixeris, unde alius, atque alius facile morbus generetur; ita in republicâ ſæpe ſperamus tranquillitatem, quæ rebellionum ſcintillas ex priori incendio ſovet, propediem ad bellum erupturas. Habet enim Natura corrupta id proprium, ut nullo æquilibrio, vel humorum, vel animorum tantillum conſtet.

Sic Romanis nihil opinantibus, exoritur bellum Marſicum; ſic Priſcæ illorum reipublicæ Latini, modo vejentes, modo Hetruſci, aliive populi, arma intulêre, ne moleſtiis aut exercitio carerent. Memorant paginæ ſacræ, inter Abimelechum, qui illegitimus fratres occiderat, ut ad imperium perveniret, & Sichemi incolas Spiritum vertiginis immiſſum, qui bellum concitaret. Sunt autem Spirituum motus & ſubiti, & vehementes, quibus mortales, ob maſſam corporum hebetiores non facilè reſtiterint.

Meminerint rerum divinarum ſcrutatores, per Danielis oracula cuique provinciæ ſuum impoſitum Dæmonem tutelarem, quam ornet, & vel commiſſo certamine ſervet: ei ſi ingruat alius potentior, cedendum fuerit cum ſummo provinciæ malo, tutelâ ſolitâ deſtitutæ. Hoſtis dehinc inferet omnem calamitatem, quod vel Hiobi ſingulare docuerit exemplum, quanta ille malorum ſegete graſſetur: quam ubi non alicui particulariter mortali, non alicui convivio, hoſpitiove ſed provinciæ inferre irritatur permittiturve, nihil fecerit ad miſeriam reliquum.

Hinc etiam tot omina, tot ſigna, ut vel cælum ardeat, vel terra ſanguinem liqueat, vel ſpecies inferorum viſentur, vel exercitus per aërem confligant, vel terra mugiat, & quæ ſexcenta poſt Livium iſtarum rerum obſervatores recenſebunt. Videas igitur, bellum conſequi, non adeo ex mortalium arbitrio, quam divino nutu, ubi cælis volupe eſt virtutem ornare victoriis, aut vitium premere ſuppliciis: ut jam nihil diuturnam quietem ferat.

CAPUT II.

Rex poſt deditam Rupellam, abit ad ſolvendam Caſalæ obſidionnm.

VIx Rupellam in orbitas obſequii reduxerat Rex triumphata rebellione, cum animus omnes moras ad Caſalæ auxilia præſtanda rumpit. Inſtitutum id difficile, ex quo ſucceſſum felicem optes, vix ſperes, cum poſt tot exantlatos labores, & ſuperata pericula, Alpes omnino eſſent trajiciendæ eâ anni tempeſtate, qua glacies & nives, omni alio ſi careas incommodo, vias occludant. Sabaudi exercitus ad limites profligandus erat ex anguſtiis prius excutiendus; munimenta ad tranſitum nemo prudens reliquerit in poteſtate hoſtium; per hoſticum quinque vel ſex dierum itinere, quantum expeditus faceret, ſumma cum difficultate, erat enitendum, ubi annonam, & quicquid ad conſervandum exercitum neceſſitas flagitat, trahas.

Conſiderationum iſtarum campus mentem regia inferiorem fregiſſet: ille tamen, nullo alio, quam Gloriæ ſtimulo, ad juſtitiæ conſtantiam motus, ad difficultates quaſcunque immotus, Senatum cogit, à reditu ad Pariſios, ut de rerum ſumma deliberaret.

Plurimi inſtitutum ut comprobarent, ab ſemet non impetrabant, quod metuerent, ne Gallia cum Hiſpania hoſtiliter collideretur, ad tranquillitatis publicæ everſionem, quam Gallia nunquam non ſenſerit graviſſimam. Jam enim metus Hiſpanorum inſinuaverat ad torpotem, donec Cardinalis perſona directa, quæ hactenus impotentiam velaverat, oſtenderet ideam ex infirmis nubibus conflatam, quam regiorum armorum fulgur proximo quoque die diſſiparet, Satis etiam familiare numeroſo Senatui, timidiuſculos ferre, quibus ſolum belli nomen terrorem incutiat; etiam dubios, qui ancipitia caſuum ſubire nolunt, ne oppro-

opprobrium ex aliquo infortunio ſuſtinere cogantur.

Cardinalis vero, cujus animus, tanquam Marpeſia cautes, eminet firma, ubi gloria Principis cum emolumento reipublicæ compingitur; imperium metus nunquam agnovit, ſed exerta virtute per difficultatum ſtimulos graſſatur, ſumpta copia dicendi, Conventum adeo permovit, ut ſinguli cum omni reverentia acquieſcerent ad rationum pondera, quæ expendebat, expeditione liberandæ Caſalæ concepta, & maturè inſtituta.

Dicebat autem, poſt rationum plurimarum deductionem ad regem converſo ſermone, poſtquam regia tua dignitas tantum gloriæ ſibi, tantum utilitatis reipublicæ, quantum univerſus vitæ curſus non tulerit, in ſubigenda Rupella acquiſiverit; Italia ſuperiori anno ab Hiſpanis & Sabaudo oppreſſa, à dextera tua victrice malorum ſolatium expectat. Famæ tuæ intereſt, ut cauſam vicinorum & fæderatorum, quos præter jus & æquum imperiis exuunt, ſuſcipias.

Ad rationes iſtas prægnantes accedit proprium emolumentum, quod monet ut mentem adeoque arma illuc convertas: ubi ego quavis, ſponſione certaverim, tibi inſtitutum illud, ſi pro rei neceſſitate, agas ad finem æquè optatum, ac illud de oppido tam potenter ſubacto, deſiturum. Prophetæ laudem nullus ſumo, poſſum tamen regiam tuam dignitatem certiorem reddere, ſi nulla exequendi negotii transmittantur momenta, Caſalæ obſidionem ſolvi, adeoque pacem Italiæ intra menſem Majum reddi à te poſſe. Hinc ad exercitum in Languedociam regreſſus, omnia ad obedientiæ leges coges, ut menſe Julio pax provincialibus conſtet, & regia tua dignitas menſe Auguſto, victoriis gravis, ad Pariſios redeat.

Hæc ferè erant verba ſententiæ, quibus tantum decoris & fortitudinis addebat, ut nemo in inſtituto hæſitaret amplius. Volui autem ea huc apponere, ad poſteritatis memoriam, ut extet prudentiæ iſtius oraculum, à vaticinii

natu-

natura nihil alienum, poſtquam eventus omnia, quo dicta erant modo comprobarit.

Politica Reminiſcentia.

FAteamur oportet, Geniis excellentiſſimis dari aciem oculorum, neſcio quomodo mortali majorem. Præcipiunt enim cauſarum ſeriem, effectus ſecuturi prorſus gnari: hinc non raro cum ea aſſueveratione loquuntur, resque futuras aſſequuntur, ac ſi de præſentibus ageretur. Neque etiam pericula eos latent remotiſſima; quæ, cum neceſſaria diſpiciant remedia, minus metuunt. Vires hoſtium quo gradu ſtent, norunt, quo locorum temporumve momentis ſint frangendæ intelligunt, ſtratagemata quævis prævident, expeditis ad ea eludenda artibus; hinc per prudentiam ferè certum quid de inſtituto pronunciant.

Nonnulli exiſtimant, notitiam iſtanc eximiam cælitus communicari, aut à bonis Dæmonibus ſuggeri, quod equidem infitias non ivero, cum viris inter Gentiles famoſiſſimis, Socrati utique, Bruto & Cæſari eos tribuant, quorum experimenta poſtremis ſeculis etiam memorantur. Dicam tamen, Angelos iſtanc benevolentiam extra numerum ordinemque conferre, ad menſuram prudentiæ eximiæ, quam mentis aciei acerrimæ rarius indulgent.

CAPUT III.

Quare intempeſtivè fuerit ſuſcepta hæc expeditio.

CUm autem Cardinalis planiſſimè intelligeret inſtitutum hoc promptè ſuſceptum, Hiſpano Sabaudoque facultatem adimere copias contrahendi regiis pares aut ſuperiores, certior utique, per Italiam non triamillia Hiſpanorum genuinorum ſparſa; vires illorum exiguas & disjun-

junctas, ærarium exhauſtum, damna undique inceſſiſſe, cum apud pleroſque Italos animi ad rebellionem ſpectarent, expediendis quam primum armis, ad graviſſios motus, ubi operæ foret pretium, modo libertatis appareret fiducia, ad graviſſimorum tributorum, quibus opprimebantur, gratiam.

Nulla igitur unquam expeditione Mantuani à vi Hiſpanica aſſerendi occaſione à fortuna oblata paris imprudentiæ foret, præbenti ſeſe fortunæ deeſſe, ac prudentiæ ſit, ſinum ad excipienda gratiæ teſtimonia pandere. Hinc enim principaliter conſilium quod regi ſuggerebat, certus rerum, & animi, firmandum ſumebat, ut rex occaſioni inſerviret; unde rex inſtitutum proſecutus, copias maturè quantum poſſet, progredi jubet, omnibus neceſſariis ad trajiciendum in Italiam comparatis.

Politica reminiſcentia.

NAuclerus prudentia ad dirigendam navem utitur, velis in ventorum vices obliquatis, ſi portum proſpere ſubire ſperet. Sic Miniſter per prudentiam capiet conſilium, vitæ inſtituto ad circumſtantiarum monumenta exacto, nullo occaſionis naſcentis emolumento deſpecto. Vituperium ferret, venti ſecundi negligens, & graviter impingeret, qui commodum emergens prætermittet. Compertum enim, in opportunitate majus ſubindè præberi momentum, quam copiæ ampliſſimæ conferre poſſint.

Experientiam quotidianam laudavero teſtem, omnia rerum humanarum principaliter à temporis ſui uſu pendere. Natura ſuum ſibi ſumit tempus, operi cuicunque perficiundo; unde flores ex gremio nunquam protudit, niſi ad ſolis amicabiles radios: ſic & prudentia ad executionem conſiliorum vigilat, ut occaſione maximè commoda agat. Hinc Pythagoræ diſcipulis ſcitum, oportunitate primam omnium rerum contineri cauſam. Verum utique, ab illa perfectionem duci, etiam proſperum conſiliorum finem plerumque pendere.

Anti-

Antiquitas ſanè Pittaci conſilium maximè ſemper fecit, quod duabus Græcia vocibus, quæ tempus cuique ſuum cognoſcendum eſſe docebant, complectebatur: Quilibet igitur occaſionem arriperet, certus ampliſſimi ſucceſſus, ad quæcunque illius momenta. Ante omnia progrediendi tempus ſumitur, ubi hoſtis minus valet, ob copias nondum contractas, munimenta nondum compoſuit, auxilia nondum recepit.

Scipio fortiſſimus nihil diſtulit cum Charthaginenſibus confligere, cum præviderer, eos per moram Aſdrubalis copias ſuſcepturos, unde victoria operoſior, adeoque anceps evadere poſſet. Sic Marius libro 25. T. Livii conſtituit hoſtem perſequi, poſtquam à prudentia didiciſſet, confluxum copiarum non eſſe expectandum, ne cum tribus exercitibus, Imperatoribusque dimicare ſimul cogeretur, ubi uno defungi liceret. Sic & Cæſar annotat libro primo belli Gallici, ſeſe, poſtquam didiciſſet, Suevorum copias adventare, ut Rhenum trajicerent, prompte progreſſum inque Arioviſtum duxiſſe, ne per conjunctionem illorum inferior evaderet.

CAPUT IV.

Rex conſtituta expeditione in Italiam, reginæ matri rempublicam committit.

ANtequam Rex Pariſios relinqueret, reipublicæ clavum firmaturus, Pariſiorum, vicinarumque provinciarum adminiſtrationem, à quibus longiſſimè diſcedebat, in manus fideliſſimas quærit deponere; quod ſciret, regum abſentiam plerumque libertatem ſeditioſis præbere agendi, ad eorum conſiliorum executionem, quæ ſola præſentia etiam animis excuteret.

Diſquirit igitur cui dextræ fidem maximam haberet, ad populos in obſequio prudenter continendos. Ibi Cardinalis, qui nunquam deſinit reginæ matris gloriam per occaſionum quæcunque monumenta augere, regis animum

mum oculosque in eam convertit, quod & per Rupellæ obſidionem fecerat, tametſi peſsimū operæ prætium tuliſſet, cum id temporis primos odii ſtimulos ipſa perſentiſceret, ab inimicis Cardinalis faſcinata miris impoſturis.

Offendebat tamen Cardinalis animum id unum, ſi iſtud cōſilium regi ſuggereret, quod porrò in poteſtate illorum maneret, quibus nihil magis cordi, quam ſemina odii, in animum ſparſa fovere, & ex illius authoritate ad majorem proterviam proruere. Sicuti autem regis commodis ſua ſemper poſthabuit, regem ad conſilium illud deducere non dubitavit, quod reipublicæ optimè convenire videretur, ne rerū̃ ſumma in alium quemvis collata, turbæ, quæ neceſſario credebantur ſecuturæ rempublicam agitarent.

Malebat etiam vituperio exponi, quaſi nocitura minus proſpexiſſet, quam ingrati crimen incurrere, ſi minus honorum, ac poſſet, ipſi conciliaret. Sperandi etiam cauſam ſumebat, ea poteſtate ſuprema, quam à rege perſuaſo in ipſam derivabat, per abſentiam ſuam, oculos mentis apertum iri, ut fidelitatem & ſtudium in ipſius commoda tandem perſpiceret. Rex igitur omnem adminiſtrationis poteſtatem per ſuam abſentiam in reginam matrem confert, etiam Parlamentum ingreſſus, ut mandata illa promulgarentur ſancienda.

Politica reminiſcentia.

NIhil æquè fæminarum iram moderatur, ac honorum eximiorum collatio: illis natura extremum deſiderium imperandi indidit, ut omnem voluptatem poteſtate metiantur. Factæ cùm videantur ad obſequium, vehementiùs ad imperium familiæ, aut reipublicæ conſurgunt, quantumlibet remotæ. Hinc videas per occaſionem exire mente, ira præcipiter ferri in obſtantes, niſi amoris imperium impetum flectat ad ſubmiſſionem.

Indulto ſanè imperio facilè deſervent. Olim Philoſophus monuerat, nullam aquam incendium iracundiæ promptius extinguere, quam beneficia: quæ ut majorem

jorem vim animis inferant, ubi propenſiones propius aſſequuntur, ita nihil vehementius demulcet, nihil acceptius blanditur. Hinc etiam expeditiſſimè concedunt in partes, benevolentiâ concepta.

CAPUT V.

Rex jubet Mariliacum, ſigillorum cuſtodem, principaliores regulas anno 1614. per Ordines cenſitas conquirere, ut ex Senatuſconſulto vim ſtatutorum adipiſcantur.

EOdem tempore rex, cui ſummum erga juſtitiam, florem utique Coronæ fragrantiſsimum, ſtudium id agebat, ut diverſa ſtatutâ, populis admodum ſalutaria, ex principalioribus regulis, quas Ordines univerſi regni Pariſiis anno quarto decimo ſupra milleſimum ſexcenteſimum; etiam Proceres Rotomagi anno 1616. & denuò Pariſiis anno 1626. cenſuiſſet utiliſsimas, promulgaret; cum ſciret, Deum, à quo ſceptra conferuntur, nihil ſanctius imperare, quam æquabilem Juſtitiæ adminiſtrationem, qua populi, illi poteſtati ſubditi, gauderent. Dudum autem cuſtodi ſigillorum Mariliaco id oneris impoſuerat, ut ille eligeret ex illis conſultis; quæ reipublicæ emolumentum maximè contingerent, Senatus rectè expenſa ſtatutorum numero inſereret.

Ea igitur in ordinem digeſta, Rex ad Parlamentum Pariſios mittit, quæ præſente illo, ad morem ſuperiorum regum promulgarentur. Illi enim plerunque voluntatem in manus illius Conventus deponebant, principem utique Coronæ, cui inde major potentia & authoritas, ad populorum obſequium eſt collata. Cum autem ſummus ille Senatus, quem Parlamentum vocant, numeroſa admodum frequentia conſtet, per quam opinionum diſcrimina verſentur; inventi ſunt plurimi,

Digitized by Google

timi, qui cenſerent, de quibusdã articulis regem amplius admonendum, & ad tempeſtivam deliberationem aliquid moræ interponendum.

Ibi cuſtos ſigillorum, qui ex animo elato judicium ſuum præ cæteris probaret, eò magis excandeſcebat in oblocutores, quod alteram ſibi Nympham Egeriam domi crederet, quæ nihil niſi cæli deſtinatis congruum ſuggeſſiſſet; adeò ut regem ab indulgenda illa mora obnixe diſtraheret. Is autem noverat, Monarcharum authoritatem ſemper benignitate temperari, æquè ac juſtitia, cum & æquiſſimi quique ſtatuta Parlamento Pariſienſi communicata nunquam non voluerint, cujus judicio ſubjicerentur, ut ſententiam populorum bono moderatiſſimam inducerent; petitis annuit, modò videlicet ad monitiones intra ſex menſes exhiberent, rege nihilominus de ſingulis diſpiciente.

Politica reminiſcentia.

INter diſcrimina poteſtatis, quæ in regibus Galliæ elucent, veluti radiis, majeſtati additi, Juſtitia maximum ſpargit ſplendorem: cujus ſignum certiſſimum indicat ſceptrum, quod dextra ſuſtinet; quo ſubditi admonentur, voluntatem regiam inſtar regulæ ipſis eſſe. Hinc Juriſconſultus, legem definiturus, eam cum voluntate principis quam ſubditis exponat, penitiſſimè confundit. Juſtitiæ illorum ſiniſtræ inſeritur monumentum, ut ſciant, mandata ad æquitatem exigenda.

Nemini mortalium præter iſtæc rationem reddunt, cum ab uno Deo ſceptrum accipiant, cui etiam legum condendarum rationem probent. Potentiæ ſupremæ nefas eſt negari ſtatutum; cum leges non tam propter juſtitiam, quam ex illorum autoritate vigorem adipiſcantur. Prudentia tamen regibus ſuadet, ut Parlamentorum ſententias, ſtatuta promulgaturi audiant; quæ antiquiſſima rerum publicarum forma; ubi hiſtoria teſtatur, Galliæ reges Priſcos Parlamenta coëgiſſe ad regulas univerſales diſquirendas. Hinc populis facilius perſuadentur ad obſequium, quantò minus ex authoritate ſuprema trahere videntur.

Digitized by Google

Cum autem reges non minus per ſapientiam, quam per potentiam regnent; ea verò ſapientia nihil jubeat niſi quod Magiſtratus mature expenderit, ſubditis imponendum: Hinc omnes Gallorum reges Parlamentis permiſère admonitiones ad occaſionum momenta, adeo ut eorum ſententiæ, à principibus juſtitiæ miniſtris profectæ, ſemper magni fuerint ponderis, maximè ubi humillimè officium agnoſcitur: nulla enim authoritate id agit Parlamentorum Senatus, cùm reges non obligentur, ad ſententias illorum exquirendas, adeo ut extreme deſcendant de throno, quotieſcunque ſeſe eatenus demittunt.

Summæ imprudentiæ eſt, præſente rege ſapientis perſonam induere, inquit ſapientiſſimus regum in Eccleſiaſte, capite ſeptimo. Hinc Q. Curtius Hephæſtionem plurimum laudat, quod conſilia Alexandro magno ſuggerens, eos reverentiæ ſibi circumdaret cancellos, ut cuivis obvio pateret, eam libertatem, non niſi ex permiſſione indulgeri. Fatendum quidem, non omnibus regibus eam eſſe ſupremæ authoritatis ſummum apicem, cùm in nonnullis à populo aut Ordinibus pendeant, Coronamque ſub legibus certis ſuſcipiant. Diverſa tamen apud Gallos regnandi ratio, quorum reges Deo ſolo potentiam ferunt acceptam, nullo etiam in temporalibus ſuperiore. Hinc Gregorius magnus dicebat. Galliarum reges tantum excedere reliquos Orbis reges, quantum iſti cæteros mortales antecederent.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VI.

Rex Pedemontium ingreſſurus, Religionarios per Languedociam ſubigit, ad arma ponenda, & Declarationes faciendas.

ETiam rempublicam impediebat aliud non minus operoſum negotium, quod curam, antequam in Italiam deſcenderetur, flagitabat: major enim pars Religionariorum per Languedociam ægerrimè vitam ad obſequium inſtituebat, quod regi debetur, nullo alio, niſi clementiæ apud ipſum aſylo, tametſi viderent ſuperba Rupellæ propugnacula complanari, quæ ex protervia intolerabili ſupplicia attraxerant, ad ſpectaculum horroris & confuſionis funeſtum. Innotuerant auxilia ab ultima Hiſpania accerſita, ab Anglia & Hollandia petita.

Patebat, plurima ſecuritatis oppida conſtituiſſe regiorum armorum vim propulſare, ſi propugnacula, fovendæ rebellioni facta, ſolo æquarentur. Hinc Cardinalis regem monet, requiri ad oppidorum obſequium, & rebellium offenſam, ne rege in Pedemontium transgreſſo, extrema auderent, Declarationem, qua omnibus hæreticis clariſſimè injungeretur arma ponerent, ad obſequium redirent, declarationes obedientiæ in optima forma, ad Parlamenta, aut judices præſidiales, ubi proximè poſſent, exhiberent; oppidis etiam, ut per Deputatos miſſos de fidelitate teſtarentur.

His regia fide cavebatur de libero fortunarum fructu, etiam ſacrorum exercitio: viceverſa autem inculcabatur, ſi in contumacia rebellandi perſiſterent; mandata adimplere negligerent, oblata temerè rejectâ gratiâ, crimen læſæ Majeſtatis ſupremum incurſuros, gratia

poſtea indignos; ſtatuto etiam ſancito, in vexandas perſonas, & corripiendas facultates, ex rigore ſanctionum. Rex igitur in Parlamento declarationem iſtam cum omnibus clauſulis promulgat, unde apud Religionarios alta quies, uſque ad Suſam captam.

Politica reminiſcentia.

BEatam vero illam rempublicam, cujus populi per leges paris obedientiæ aduniti, nullo ſacrorum diſſidio, ſummo ſcilicet malorum compendio, laborant. Quod ſi obtingat ab eo infortunio liberari, diſcent rectores eorum ex hac regis declaratione, admirando utique prudentiæ fætu, perniciosos rebellionis fructus deſtruere.

Dubitari non poteſt, regis ſupremam authoritatem eſſe cogendi hæreticos, ut falſa opinione, qua diſtinentur, ejurata ad unionem veri cultus regrediantur, adeo ut etiam ſecuris ſupplicium in contumaces coërcendos valeat. Hæreſis enim eſt crimen læſæ Majeſtatis divinæ: illi igitur, nón minus nacti cælitus potentiæ ad injurias Deo factas vindicandum, quàm quas in propria perſona patiuntur; nemo dubitabit, ipſis hæreſeos per rigorem meritorum puniendæ poteſtatem remanere. Ubi tamen ſapientiſſimi Principes iſtanc moderationem ſuggeſſere, ut autumarent, violentiam ei tantum per principia eſſe adhibendam, aut ubi ſpes integræ extirpationis affulgeat, nullo apparenti continuationis ſigno; cum conſultius videatur, eam auctiorem tolerari, ubi progreſſus fecerit grandes, quam ut ad exterminium adhibeantur ſupplicia, quæ non rarò incrementum adferant, magno cum reipublicæ motu.

Putes etiam ad idem conſilium ſtatuminandum, filium Dei diſcipulis evulſionem loliorum interdixiſſe, tametſi campum occupaſſent, adeo immixta frumento, ut evelli neutrum poſſet ſolum: cùm æqua difficultas ad hæreſim violenter extirpandam, ubi adolevit, ſine magnis Catholicorum turbis ſacrorumque detrimento appareat. Nunquam tamen permittunt prudentiæ leges, ut hæreticorum rebelliones tolerentur, quas coercere queas, aut oppida con-

concedantur, in quibus poteſtatem exerceant ſummam. Id enim foret regnum diſpeſcere, hoſtem in ſinu nutrire, proterviam fovere, adeoque arma & munimenta ad inobedientiæ progreſſus præſtare.

Magnum præbuerit Exteris commodum, qui non exiguos ex diſſidio fructus colligunt, cum norint, qua ratione iis ad invadendum imperium, aut fæderatos ſubvertendos ſit utendum: ſic enim Catholici intra murorum ambitum, ubi illi dominantur, tyrannidi ſubjiciuntur, injuriis patent, & ſolatio ex libertate ſacrorum privantur, quam hæretici eousque tolerant, donec impediendi naniſcuntur facultatem. Quicunque princeps uſum armorum indulget, majori malorum mole involvitur, quam mente aſſequatur; quemadmodum ille non tantum ex religione & virtute, ſed etiam juxta magnam prudentiam fecerit, qui vires, urbesque ſecuritatis eripit:

CAPUT VII.

Digreſſus regis ad iter Pedemontanum incidit in quintum decimum Ianuarii.

QUo die rex in Palatio declarationem & ſanctiones ſuas promulgabat, lecta etiam poteſtate, quam matri reginæ contuliſſet; promptitudo virtutis comes, digreſſum à Pariſiis nihil diſtulit, quin ad Caſalam contenderet. Non tamen ſilentio prætereundum cenſeam ſingularis prudentiæ ſpecimen, qua maximam copiarum partem, duce Thoraſio quam primum Rupellam cepiſſet, in Averniam amandarat, ut ad loca, quæ operam illarum requirent, pedetentim procederent, nullo temporis momento, à quo ſæpe numero ſucceſſus proſperior conſilii dependet transmiſſo.

Digitized by Google

Lubebat autem regi viam per Burgundiam & Champaniam inſtituere, tum ut peſte infecta Lugdunum verſus declinaret, tum ut Trecas, Diviodurum, & Catalaunum tandem adiret. Introitus apparatur magnificus, Principi nunquam viſo recipiendo, qui ſplendorem pompamque Majeſtatis populis ſtupentibus oſtentaret.

Politica Reminiſcentia.

POliticorum ſolertiſſimi judicarunt quidem inconſultum, reges populis frequenter exhiberi; ſunt tamen permulti quibus conſultiſſimum videatur, ut ſemel ſaltem majores imperii urbes inviſant; ſic enim populorum majorem capiunt notitiam, ad obſequium æque ac authoritatem firmandam, cum magnificentia recipiendi Principis in animis ſubditorum ſenſum obedientiæ debitæ altiſſimè imprimat.

Quemadmodum vero eatanto plus confert ad honores illos eximios excitandos, & ad ſenſum obedientiæ in animis populorum, qui ſenſibus ducuntur, ſuſtinendum, ita reges ad eos exigendos nihil negligent. Sol ob coruſcationis lumen principaliter in oculis fertur, & nihil æque plebi reverentiam principis inſinuat, uti ſplendor pomposus, adeo ut nonnulli exiſtimarint, reges metum ſui non debere; nemo autem reverentiam, ad obſequium pernecesſariam negavit unquam. Humilitas etiam in eis momentis prohibetur, quod ſimplicitas, quam aula & receptionis modus teſtarentur, reverentiam minuant. Hinc etiam principaliter à Deo obligantur, ad cultum debitum & ſplendorem authoritati congruum ſervandum; adeo ut ſapientiſſimi regum neminem, niſi per gradus reverentiæ admiſerint, ipſi, quotieſcunque ſpectarentur, ſemper magnifici. Priſci Perſarum, Medorum & Indiarum reges à ſubditis pro ſtratis ſalutari amabant: apud Chinenſes inſtar numinis coluntur: Sunt qui cultum geniculatum exigant rariſſimè in lucem progreſſi, ubi etiam pompam adderent; illi enim mortales facilius parent quod Deus, ut vene-

venerabiliores redderet, imaginem ſui impreſſerit, Charactere plusquam humano in frontem impacto.

CAPUT VIII.

Lotharingus regem ſub diſceſſum inviſit, homagio de Barrenſi Ducatu in reditum rejecto.

CUm rex Catalauni moraretur, Dux Lotharingiæ honorem ejus ſalutandi ſibi ſumpſit, quod ſperaſſet, verborum lenocinio & reverentia eximia ſatisfactum iri, ne homagium, quod de Ducatu Barrenſi debebatur, cum enim à morte anteceſſoris poſſidere cæperat, præſtare cogeretur. Cùm autem rex non ignoraret, Deum, coronarum collatorem, regibus neceſſitatem juxta impoſuiſſe authoritatis conſervandæ ad principes exteros, æque ac populorum obſequium, monuerat ſæpiculè de exolvendo debito.

Non quidem Dux illud recuſabat, ſed perſuaſum volens, Ducatum Barrenſem, non minus quam Lotharingicum, ſibi ex ſua familia, ex legis cujusdam Salicæ, à familiæ principibus nuper reſtauratæ tenore obtigiſſe, collaudata etiam Grammatophylacii fide; ſuo id nomine, non conjugis, cui veraciter ſucceſſio hæreditaria obveniebat, erat præſtiturus.

Rex igitur, ab injuſtitia abhorrens, iſtanc adverſus dominam Lotharingiæ, conjugem, quæ coronam Ducalem in caput mariti contulerat, exerceri moleſte ferebat, adeo ut perſiſteret immotus in homagio, quod ipſa præſtaret, aut ille ipſius nomine, exigendo. Cùm dux nihil promoveret, regem adit, ſpondetque poſt reditum illius ſeſe ex forma congrua ſatisfacturum, ſupplicans interea aliquid moræ negotio interponi; quod à clementiſſimo regis animo facile erat impetratu. Canum etiam elegantiſſimorum, quos

Digitized by Google

oculus unquam vidiſſet, turmam obtulit, quam rex omnî benevolentiæ & voluptatis ſigno gratam cenſuit habendam.

Ut tamen oſtenderet, venatum ſimplici recreationi inſervire, quotiescunque rerum graviſſimarum per rempublicam moles remitteret, ſermonem inſtituit, cui locus in iſtis paginis meritò debetur, ut Principes diſcant, quo loco diverticula recreationum ſint ponenda. Mi cognate, infit rex, venatui valedixi; recreationi aliquando mihi erat, ubi res agendæ tempus dabant; nunc vero nihil aliud meditor, quàm ut oſtendam, quanto ſtudio fæderatorum commoda curem. Poſtquam opitulatus fuero Mantuano, ad recreationes ſolitas redibo, donec alius quis piam fæderatorum meam requirat operam.

Veriſſimum utique recreationes nunquam regem à rerum publicarum curâ avocaſſe: rationes exactas efflagitat negotiorum quanticunque ponderis, quibus, ut & mandatis ſolitis, omne tempus, à Miniſtris optatum impendit, nullo unquam ad venatum collato, niſi quod maximi quique principes recreationi & voluptatibus abſumebant; à quibus utique per pietatem adeò abhorret, quod plerumque legibus divinis adverſentur, ut etiam guſtum earum ſibi negarit.

Politica reminiſcentia.

CUm venatus ſpeciem belli exhibeat, Principi non tantum conveniet, ſed & utilis fuerit: quod Xenophon in Cyropædia ſentit. Fatendum enim, ſic Principes ante diluculum ſtratis exciri, ad frigoris & æſtus tolerantiam durari, ad equitandi defatigationes roborari, quosvis etiam labores corporis ut ſuſtineant. Belluarum defenſiones docent uſum armorum, ubi tempus feriendi diſpicitur, ictus prævenitur, motu ad corpus horſum vorſum librandum libero, ut obverſam in perſecutorem vim declinet.

Sic ingenium exterminandis noxiis aſſuetum, pericula diſcit contemnere. Equidem crediderint Principes ex hac ratione, quod ſæpius annotatum, venan-

nandi ſtudio celebres, fortitudine etiam claruiſſe; quod hiſtoria de Ulyſſe, Pelopida, Pompeio & Alexandro memorat. Eloquentiæ Romanæ princeps dicebat, hominem venatu exerceri, tanquam imagine exercitii militaris. Plinius vero ſecundus eo convenientius Principi æſtimat, quod exercitium ſit ſolitarium & taciturnum, ut diſcant ſilentium de reipublicæ negotiis meditato rumpere.

Addam equidem aliam ſeriem, quæ perſonam regis maximè commendet, ut nempe ea occaſione ſatis longe à vitio recedant. Ajunt enim Hipolytum, Theſei filium, eo exercitio ad ſervandam caſtitatem uſum, adeo ut otium vitaret, quod ſcaturiginem omnibus vitiis malisque præſtat. Poëtarum ludibria referunt, Dianam maximam diei partem venari, quam Arethuſa Granae & Calliſto, aliæque Nymphæ, virginitatis tenaces, ſequerentur, quod intelligerent, eam florem tot penè naufragiis exponi, quot ſocietatum diſcrimina in conſervatione occurrerent.

Plutarchus denique in vita Pompeii refert, ſummum illum imperatorem exiſtimaſſe, Principibus gloriam in eo exercitio quæri; cum ipſe, Domitio in Africa victo, omnibus per armorum potentiam, qui obſequiunt præſtare tergiverſabantur domitis, aliquot dies Leonum & Elephantorum venatui indulgere voluerit, ne, inquiebat, vel beſtiæ fortunam & beatitudinem Romanorum ignorent.

CAPUT IX.

Vincitur Sabaudus 14. febr. 1629.

REx Catalauno relicto, Lugdunum præterit, urbe ob contagium morborum declinata, & Gratianopolim petit, ubi octiduum commoratus, ſæpius ad Sabaudum mittebat, qui inſtitutum de liberanda Caſala nunciarent, tranſitum, quem expactis debebant peterent, interpoſita fide de coërcendo milite, & damno præſtando. Dux autem cum Hiſpanis intricatus, quibus favorem ad ſubi-

Digitized by Google

gendam Caſalam promiſerat, quod libere Ludovicus Aſtenſis Orator illius, Romæ erat confeſſus, ad artes ſolitas confugit, verborum artificium ſtruit, civilitatem pleno ore crepat, ſuppliciter rogato rege, aſſentiretur cuicunque medio ſeſe ab Hiſpanis quibus fidem dediſſet, expediendi.

Sic diverſas rationes proponit, ubi tantillum æquitatis juſtitiæque apparebat, ut facilè pateret, iis reſponſiunculis tantummodo quæri moram, donec demenſum dierum, quo Caſala obſidionem ſuſtineret, quod regi perſuaſum volebat, uti ipſe credebat, exiret. Fruſtra tamen fuit, quod rex probas rationes ponderaret, leviculas rejiceret; alioqui certior, obſeſſos etiam alterum menſem aucturos; Gratianopoli ergo exit, copias præmiſſas magnis itineribus aſſecutus Ouſſii, ad limites regni, & Suſæ anguſtias.

Dux de tanta regis diligentia, quæ vix credi poterat, conſcius, incertis nunciis dubius, quem Gratianopoli hæſitare putabat, ad Suſam conſpicatur, Imminentis igitur tempeſtatis formidine perculſus, ſtatuit filium, Pedemontii principem ad regem præmittere, qui curſum moraretur per ſpem qualemcunque anguſtiarum aperiendarum, etiam pauculorum tranſactionem dierum proponeret, ſi fortè per id temporis Hiſpani Caſalam ſuperarent.

Princeps autem vix Chamberiacum progreſſus; diſcit, exercitum regium jam tranſcendere Gebennæ montem: relegit igitur viam ut Chaumontiam contenderet, ubi Cardinalem cum primo agmine offendit; diuturna ſermocinatione uſus ad virum non minus eloquentia, quam armis validum, tantam induſtriam, tot rationum artes intelligit, ut animo converſo ſponderet, ſeſe imperata facturum. Cardinalis enim primo ſtupere quaſi, quod non animadverſis quæ Galliæ cum Sabaudo interceſſiſſent pactis, tranſitum regi, ad fæderatorum opem contendenti negarit oſtendere, quantum ille modus agendi honorem Principis flagellaret, verbis fideique prorſus adverſans, cum arma regia ad juſtitiæ defenſionem expedirentur ipſius verò militia injuſtitiæ injuſtè faveret: haberet ſane tantum virium, ut regem ab Italia arceret (quod ſibi tamen minimè, ſperandum eſſet) æquè vituperandum fore, inju-

ſtæ

Digitized by Google

ſtæ oppreſſioni velificari cùm regi gloria conſtaret, quam in aſſerendo Principiſſet quæſitum.

Deinde evidenter falli, ſi Hiſpanis Caſalam ſubigendam permitteret, fruſtra Monferratenſis partem æquam ſperare ex memoria anni milleſimi ſexcenteſimi decimi tertii, ubi recuperationi obſtitiſſent: totius ſpei cumulum tandem ad aliquem pagum tenuem redactum iri. Speraret potius regiis partib. addictus, ex regis apud Mantuanum ſumma authoritate Trinum, & plura alia non contemnenda oppida, quorum redditus ad decies quinquies mille aureorum valerent. Cæterùm omnes Italiæ Principes offendi, ingenti ipſum injuria ſponte lædi, ſi Hiſpanorum potentiam per Italiam conſtabiliat, cujus ſubjugandæ jam nimis appoſitè prodiderint conſilia: Caſalam illi inſtituto im penſiſſimè prodeſſe, quod ex juſtis cauſis, Mediolano utique vicinior, metuere poſſ, cum Hiſpani à Gallia ſejunctum non diu poſt forent invaſuri, per omnia ſolum & imparem.

Optaverim univerſum ſermonem, quo Cardinalis in eo colloquio cum ipſo egit, huc explicare, ut gratia authoritasque dicentis aliquatenus pateret: cum autem id negetur in compendium cætera referam, Vix quenquam ſermonis vim ſuſtinere, ubi perſuadendi partes ille ſumit, cum verba aliquid faſcini videantur ſpargere, ut continuò manus des, aut herbam porrigas. Neque enim fieri poteſt, ut quiſquam diutius reluctetur, ſermonibus neſcio quam dulcedinem exhalantibus, quæ intra præcordia inſinuet ubi geſtuum concinna gravitas, & gratia ſuaviſſima non parum vigoris ſuggerunt. Quæ ſingula credi rectiſſimè debent, à fortiſſimis, qui eam accedunt, ingeniis comprobata, quibus promptum fuit fateri ſuas ad reſiſtendum vires exiguas, quocunque animorum fervore, ad obnitendum illius quibuscunque rationibus, acceſſiſſent.

Poli-

Politica reminiſcentia.

ELoquentia ſummo Miniſtro tantò rectius convenit, quod præ cæteris teneatur plurima populo perſuadere, & Magnatibus quibuscum eſt agendum, inculcare. Oratorum Romanorum anteſignanus ait: per ſermonis uſum ab homine beſtiam ſuperari: addidero ego eloquentiam, qua præpolleat, in rebus agendis. Prudentia quidem conſilia optima, & media utiliora, ad finem obtinendum ſuggerit; eloquentia tamen confert facultatem, ad ea perſuadenda: adeo ut anima fere ſit eadem conſiliorum.

Eloquentia inconſulta, inutilis quidem foret, cùm ad fulgorem auri vitioſi accedat, maſſa nihil ſolida: eodem modo prudentia muta, quæ ſenſa animi nequeat depromere more Oratorum, parum profecerit, cum ſtatuam affabre factam referat, cujus numeros & ſculpturam omnes admirentur, ſermone ſemper negato. Eloquentia verò prudentiæ juncta, admiranda efficiet: unde Romanus ille dicebat, Sapientes priſcorum temporum, quibus curæ fuere in adminiſtratione rerumpublicarum leges, quo-cenſu veniunt Lycurgus, Solon, Pittacus & alii, utraque claruiſſe: Prudentia quidem, ut æquas inveniant leges, quas promulgent; Eloquentia autem, ut populis earum æquitatem perſuadeant.

Nemo infitias ibit, eloquentia in animis maximè fidem doctrinæ Chriſtianæ, quam Apoſtoli Salvatoris anuunciabant, generari, vel ipſo Evangelio teſte, quod refert, ſuavitate verborum & gratia, quæ de labiis Salvatoris manabant, homines in admirationem raptos. Quantum verum imperium ſermoni ſit datum in homines, vel inde patet, quod prima linguarum arma Apoſtolis, in orbem terrarum abeuntibus contulerit, ut regnum cælorum in cæteris mundi regnis conſtabilirent, neque enim utilius ſummo Miniſtro adjeceris ornamentum, neque ſolidiora circumdederis arma prudentiæ, cùm ſingulis

Digitized by Google

gulis momentis neceſſum habeant cum Magnatibus agere, quorum genii rationibus paſcuntur, inde prægnantioribus, ſi appoſitè explicentur; illorum animi, quocunque motu agitati, ſcite tractantur ad tranquillitatem, mitigantur aut inflammantur ſermonis dexteritate, è re nata.

Certiſſimum profecto, rationem nudam ſæpiſſimè infirmari ſed ornamentis eloquentiæ veſtitam, etiam obſtinatiſſimos rebellium animos flectere, apud impertinentiſſimos inſinuare, exacerbatiſſimos lenire corda obſtinatiſſima mollire, actiones exorbitantiſſimas moderari, & ut verbo dicam, in voluntates mortalium ſummum obtinere imperium: Id quod Athenienſes haud ignorare patiebatur prudentia, qui ab Alexandri armis preſſi, ut duces & oratores expellerent, maluêre ducibus indicere exilium, quam Oratoribus, eloquentiam præ armis reputantes.

Eloquentiæ autem potentia tum demum in ſummo Miniſtro plurimum efficit, ubi affabilitate & ſtudio benevolentiæ fulcitur: cum iſtæ vitutes non minus perſonam illius, quàm rationes negotiorum comprobent, quas ea faſcini vehementia propinat, ut nemo repugnare queat.

CAPUT X.

Sabaudus regem fruſtrà differt promiſſis.

PEdemontii princeps, poſtridie neque redit, neque parentis aſſenſum adfert, quod ſpoſponderat, quod eâ verborum facultate apud parentem non polleret, quam Cardinalis apud ipſum præſtiterat: mittit tamem Verruæ Comitem, qui civilitatis officiis defungeretur, & pro conſilio promiſſa reponeret, quibus regi nihil ſatisfiebat Cardinalis igitur, cui nihil æque curæ, ac regis gloria, iſtanc Sabaudi vecordiam aliquanto impatientius cum ferret, prudentiam expedit, nullum benè agendi tempus perden-

dendum cenſet, ad virtutis impetum regem facit certiorem, anguſtiarum clauſtra poſtridie patefactum iri.

Rex facinoris egregii avidus, mandat, ſibi partem negotii deberi, adeoque jam equum conſcendere: prius tamen exercitus medium agmen, quod ducebat, neceſſariis mandatis inſtruit, copias legit, & media fere nocte progreditur, emetitur quatuor leucas per tenebras adeo denſas, ut maximam viæ partem conficeret pedes, quod cogebant præter obſcuritatem nives profundæ, adeo ut tandem, maturius quam credebatur, Chaumontium perveniret.

Ibi conventum agebant Crequius, Baſſompetrius, Shombergius & Cardinalis, qui pugnæ momenta expendebat, concluditur, rege nonnulla exigua immutante, ratio invadendi, ut primo diluculo ſepimentorum clauſtra perrumperent, ad tranſitum obtinendum, ubi rex defatigatum ex nocturno itinere corpus nihil curans, nec pericula pugnæ acerrimæ metueret; etſi Sabaudus florem exercitus ad anguſtiarum cuſtodiam diſpoſuiſſet, licet ea munimenta naturæ arctiſsima vel centeni firmarent adverſus aliam quamcunque vim.

Politica reminiſcentia.

ÆQue utile, ac decorum Principi, ut curam inſtituendi conflictus ſumat, & præſens executionem mandatis exemploque promoveat. Decorum id dico, quod regibus enſis non vanè ſit cælitus collatus ut omnem exercitus curam in duces rejiciant; neque diademata ad ornatum indulgeantur, quod in brutis quibusdam animadvertere licet, ſed ut gloriam reipublicæ prudentia conſiliorum, & robore armorum conſervandam, adeoque augendam neceſſario ſciant: Solis utique ſimiles, qui non ſatis habet cæteris aſtris lumen & virtutem diſpertiri, ut & ipſa ad generationem & conſervationem inferiorum contribuant, ſed ſingulis diebus univerſam machinam tranſcurrit, ut ad omnes cauſas particulares concurrat, fereque omnia in omnibus præſtet.

Ita Princeps oculum intendet ad omnia, quæ per exercitum eveniunt, ſtationes viſitabit, mandata ſumma partietur,

fietur, nunquam ducum curæ omnia committet, quibus minuta relinquit, ſemper memor præclariſsimi illius conſilii, quod Saluſtius Cæſari ſuggerebat, hiſce verbis, Quicunque in republica ad ſummos honorum gradus pervaſêre, ad majores præ cæteris curas obligantur. Nemo unquam verbis planum fecerit, quanti referat, regem rerum arduarum curam ſuſcipere, & exemplo potius, quam mandatis urgere, cum illius exemplum vix opus habeat verbis & ſponte animos penetret ad tantum robur, ut miles quidvis audeat; alias intentatum: regis enim virtus inſtar fomitis, militum animos ſuccendit, ubi minimum actionis ſpecimen, impetuoſius ad pugnam impellit, quàm quælibet mandata, ab ipſo delata.

Ex ea cauſa Germanicus apud Tacitum ſolebat caſside aperta confligere, ut à milite agnoſceretur: Perſarum reges nudum inferebant caput, & Cyrus, quod Xenophon retulit, accuratè duces, adeoque milites nominatim inclamabat, ut ad inſtitutum depugnarent: hac egregia allata ratione, ratione: turpe fore Medico, ſi medicaminum, quibus uteretur, nomenclaturam ignoraret; turpe opifici, inſtrumentorum diverſa nomina ad opus conficiendum neſcire: majus tamen in Principem redundare vituperium, niſi ducum militumve, qui vicem inſtrumentorum ad militiæ decus aſſequendum gerunt, nomina diſtinctè norit.

CAPUT XI.

Rex anguſtias perrumpit, & Suſam occupat.

SAbaudus ad eam pugnam magnis commodis fulciebatur, cum viæ per naturam adeo ſint anguſtæ & rudes, ut ad difficultatem augendum vix opus ſit copiis: pauculi ſanè viri eas clauſerint, non tamen regi, cujus potentia circumfert jugum. Impoſuerat nihil ominus lectiſsi-

ctisſimum, quemque ex militia, à quiete integrum, nullo labore fractum, cum regius miles ab obſidione ærumnoſisſima, quam vix annus terminarat, poſtiter ducentarum fere leucarum, quem injuriæ pluviarum, nivium, & hyemis ſæxisſimæ de fatigarant, procesſiſſet.

Cùm autem rex ſciret, quantum momentum præſens ad omnia adferret, ubi ſub oculis ſuis nemo non felicitatis ſummam in audendo & perrumpendo eſſet collocaturus, quod ad novarum palmarum poſſesſionem adjiceret auctarium: memor tamen, providentiam divinam amplius ad proſperiora conferre quam arma præſtent, voluit ante impetum Miſſæ ſacro intereſſe, ut Deo inſtitutum recommendaret: inde ad horam fere ſeptimam cum Cardinale abit in locum pugnæ ſumptum mandatis per copias ad confligendum diſtributis.

Sabaudus anguſtiarum clauſtra triplici ſepimento præmuniverat; primo, ad quadrantem leucæ, verſus Chaumontium, proximè limites, qui Sabaudum à Gallia dirimunt; promoto: altero, ad quadrantem leucæ ſecundum deſcenſum remoto: tertio, ad pedem munimenti Gelaſſæ, quod rupi impoſitum in prætereuntes tormentorum fulmina, & ſclopetorum nimbum confundebat. Erant autem ad eandem eam formam, duodecim pedes in altitudinem complexa quæ foſsis profundiſsimis, ad latitudinem octo pedum cingebantur: acceſſum undiquaque viginti quinque aut triginta arcebant fortalitia, bis mille, ſeptingentis fortisſimis viris in iſtas operas diſpoſitis.

Ea Rerum facies victoriam exhibebat difficillimam, niſi regis virtus, & Cardinalis prudentia ardua quæque calcarent. Producuntur copiæ ad creperum diei principium jubetur Commingius ad primum ſepimentum Pedemontanorum expetere tranſitum regiis præfectis, qui Suſam irent, ad hoſpitia militi ſignanda interpoſita fide, de amico ingreſſu, & damno cavendo. Accedit Verruanus; moram petit, ut ad Sabaudum in proximo id referret: adjiciens eam rationem hoſpitandi non ad pacem quæri, anguſtias tamen ita cuſtoditum iri, ut ſciretur, quantum inter ſuos & Anglos intereſſet virtutis.

Reſpon-

Reſpondet Commingius, ſibi per mandatorum rationem non eſſe morandum, propediem viſurum Gallos, qui pari opera & Anglos & Pedemontanos conficerent. Ad idem momentum, ubi dilationi non ulterior locus, Crequius & Baſſompetrius, Auriaco, Valancæo, & Thoraſio Campiductoribus ſuccenturiati, movent. Sautii Comes juxta præſcriptum inſtitutum procedit, anteſignani centeni, duce Droveto provolant, eos ſequuntur ſclopetarii regii cum legione excubiarum. Longavillanus ante turmam ſpontaneorum apparebat: Trimulianus & Haluinus Liancurtius, Breſæus & Sanſimonius ordines ducebant: ſubſequebantur ad lævam legiones Helvetiorum, Eſtiſſaci, & Navarræ.

Sautius cohortem rectà deducit ad ſepimentum, quod Marcus Antonius Belonus Pedemontanus ſumpſerat tutandum, invadit, recludit, pervadit, imbrem ſclopetariorum nihil moratus. Primum tamen impetum hoſtis magno fervore & animo ſuſtinuerat, rabie in utrasque partes diffuſâ, ut illi non minus acriter propugnarent, quàm vehementer iſti irruebant, donec aliqua pars copiarum Gallicarum perrumperet, inſtar fulminis graſſata in Sabaudi militem & ſepimenta, quæ eodem modo impetuque ſuperata, & anguſtias viarum, & Suſæ portas aperuêre, trucidatis, ſauciatis, fugatisque obnitentibus.

Sauciorum numero cenſetur Verruanus, in malam vulnere ſuſcepto, Villanus magiſter equitum, ſcapulâ per ſclopeti ictum perforatâ. Novem ſigna capta, exiguum laborem requirebant ad regem, rebus gerendis immixtum, à cujus latere Cardinalis vix recedebat, deferenda. Inter gregem captivorum numerati duodecim præfecti, tum Centuriones, tum legati & ſigniferi.

Politica reminiſcentia.

Generoſus animus in mediis periculis nullo metu corripitur; qui ſi aliquid audeat, ad curam rerum neceſſariarum, ne detrimentum inferatur, tantum inducit. Satis habet mandatorum, in victoriæ ſcopo, ubi neceſſitas in virtutem abit: hinc majori metu urgetur amittendæ ad

gloriam occaſionis, quam damni ſuſcipiendi; potiori ſemper cura in honorem, quam vitæ terminum proferendum collatâ, animum extimulat, per media, quæ prudentia ſuppeditat, firmatum.

Temeritatem cavet, nec oculis clauſis, Andebatarum more confligit, nec in pericula præcipitat incautus, quin diſpiciat modum evadendi; ſed virtutem rationi ſubjicit, è re nata diſponit omnia, & tandem metu vacuus graſſatur. Neque enim laudem meretur, niſi prudentiâ firmatus animus, ne fervor excandeſcentiæ ad ſuperanda obſtacula extimulet, inſtituto ad rationis ſtateram nihil expenſo, prudentia, ad delectum mediorum, quæ felicem ſucceſſum promoveant, nihil occupata; ira, ad promptitudinem nulla.

Non tamen eouſque differet conflictum, donec prudentia omne removeat periculum; ſed certus, fortunam virtuti amicam, audentiæ multum favere, in hoſtem fertur, quamprimum prudentiæ pugnandi rationem diſpoſuit: in præcordiorum penetralibus iſta Salluſtii verba inſcripta geſtat. Pericula in meticuloſos ingruere, cum confidentia firmiſſimum vallum præſtet, & omnia cedant virtuti, quemadmodum metui omnia obſtant. Id demum victoriæ partem proſtituit, ubi obſtaculorum metu procellitur, quæ eâdem ferè opera & contemnuntur, & ſuperantur.

Audendum eſt in omni negotio, ad proſperum ſucceſſum; unde nihil unquam efficit, quicunque multum formidat. Elementorum nobiliſſimum ignis cenſetur, ob promptitudinem agendi, adeò ut nihil ei reſiſtat; ſic vir fortis eò magis æſtimatur, quòd animo promptiore, pericula perrumpat. Hinc compertum, audaciam ſæpiſſimè viciſſe, ubi conſilium & Prudentia videbantur deficere; adeò ut in negotiis bellicis non ſemper opus ſit longa deliberatione, quæ non rarò inſtitutum affligunt, & honorem authoris obfuſcant. Aliquid ſanè caſui dandum, & cum judicio inſtitutum firmandum, tametſi ſingula minus dilucidè ad votum pateant: ſed ubi conſulueris, facto opus eſt, ut promptè manus operi admoveatur.

CA-

CAPUT XII.

Princeps Pedemontii Suſam venit, ut ex authoritate parentis cum rege agat.

HAc victoria parta, Rex deditionem Ialionicis munimenti, quod Sabaudo in vicinia ſuſæ parebat, à gubernatore urget. Id verò ille primum recuſabat, dilapſus tamen poſt pauculas horas cum trecentis præſidiariis per montana, provincialibus munimenti cuſtodiam reliquerat, qui itidem regi nihil obnoxi, diſcedunt, adeò ut rex Centurionem imponeret. Eodem tempore jubet mille pedites, & bis mille equites in Pedemontium, uſque ad Ruſſilionem, ſeſquileuca ad Suſam, ducibus Crequio & Baſſompetrio, excurrere, in quos Citadella Suſæ plus mille ſclopeta, & ducenta tormenta exploſit tranſeuntes, duodecim ferè militibus occiſis, ſauciatiſve.

Ea protervia continuo regem permovit ad Citadellam invadendam: jubet igitur Eſtiſſaci legionem in apicem Brunellæ, montis viciniſſimi, eniti; cùm jam certior eſſet de Sabaudi pœnitentia, qui Hiſpanis adhæreret, Gallis tranſitum negaret, & juſtum temeritatis ſupplicium, ad imperii perditionem metueret; pactis etiam fæderis, cum Galliæ coronâ millibus ſtetiſſet. Mittit igitur Seneterranum, qui mentem ſcrutaretur, moneretque, ſi tranſigere cuperet, regem ex facillitate inſita, ſororis etiam habitâ ratione, præteritorum libenter memoriam abolere, uſum victoriarum ſuſque habere, modo ad inſtitutum Caſalæ liberandæ, anguſtiarum fiduciam præſtaret, ad neceſſaria exercitui ſubvehenda, ipſus etiam, pro facultatibus annonam pretio addiceret.

Sabaudus non parum felicitatis ſibi videbatur adeptus, ſi tantilla defungeretur mulcta: mittit igitur promptiſſimè Pedemontanum ad Cardinalem, qui tranſigeret, & pro authoritate collata regi omnibus ſatisfaceret. Accedit Princeps, & eodē die agit cum Cardinale, ubi de iſtis

legibus conventum, Sabaudus exercitum regium per provinciam dimitteret, annonarium forum præſtaret, ad expeditionem Caſalanam, & ad regreſſum, etiam ad annonam Caſalæ inferendam conferret, neceſſaria ad victum & militiam, æquo pretio numerato. Cæterum quaſcunque anguſtias regi aperiret, eum numerum militum ſubminiſtraret, quem rex Monferratenſi provinciæ neceſſarium, ad quosvis caſus æſtimaret: In fidem promiſſorum jam nunc Suſæ Citadellam, & Gelaſſæ munimentum regi traderet, ad quantumcumque præſidium. Quibus peractis Sabaudus aliquot dierum moram interpoſuit, antequam regem ſalutaret, & ſubmiſſionis ſigna præſtaret.

Politica reminiſcentia.

NUllum Principi majus ad res arduas momentum, quàm judicium, & virium notitia: ſine quibus inanem confuſionem vitare nequit, ignominia ad menſuram gloriæ optatæ ingruente. Imprudentiæ ſcaturiginem ſiniſtri ſucceſſus rectè tranſcripſeris; temeritati Princeps compendium confuſionis debet, quæ illis eſt familiaris, quibus natura naſcentibus plus ignis quam judicii addidit, ut imagine gloriæ inanis deludat, in majora infortunia præcipitandos.

Vera virtus in eo furibundo non conſiſtit impetu, ad quælibet audenda, nulla habita virium ratione, & prudentia, quæ inſtitutum ad normam referat; ſed viam mediam inſiſtit, ne quid nimis. Qui altius volat, ſæpiſſimè præcipitat; cùm prudentiæ inopia adeò ſit noxia, ut plerumque cogat penuriam & virium, & virtutis prodere. Hinc grande vituperium feret Princeps, qui in regem impingit, longe maximis ſubnixum facultatibus, & tranſitum negat inſtituto alicui neceſſarium, fretus exili ſua ſi accomparetur potentia.

Turpitudine vacat neceſſitas, quæ legem à potentiore accipit: eam cum fænore rapit, qui in obnitendo ſuccumbit. Anguſtias etiam arctiſſimas adeoque difficillimas nulla præſidia ſervarint, niſi numeroſiſſima; cum hoſtis exercitum producat, & tandem impendio aliquarum copiarum

per-

Digitized by Google

perrumpat. Sunt enim plerunq; duæ tres veſtationes ſuperandæ, quas exercitus fortiſſimorum militum omnino dejiciet, unde tantus propugnatorum præcordiis inſinuat terror, ut ingruente exercitu pedem cogantur retrahere, niſi ad internecionem perire malint.

Ex ea ratione Romani nunquam anguſtias inſidebant, niſi prudentia obfirmati hoſtem expectandum putarent, dum primarii propugnatores ſuſtentantur. Diverſa tamen ratio, ubi præſidium aliquod à tergo nullos videt, qui ſuſtentent, aut in locum eorum, quos primus hoſtis impetus proſtraverit, ſuccedant.

CAPUT XIII.

Mantuanus ab Hiſpanorum oppreſſione per regia arma penitus liberatur.

GOnſala Corduanus Mediolani gubernator, qui curam obſidionis Caſalanæ ſuſceperat, ad primum iſtius transactionis nuncium, ſtatuit diſcedere. Convenerat enim ex tenore alicujus articuli, quorum nonnulli ſecretius habebantur, ne undiquaque impingeretur, ut Sabaudus poſſet eum facere certiorem, quomodo ex notitia, quam de Hiſpanorum iſtituto regi ſuggeſſerat, qui Mantuanum nollent univerſo Imperio exuere, & obſidionem non gravatè ſolverent; regem aſſenſiſſe, ut Helvetii in Niceam Palianam imponerentur, qui nomine Imperatoris eam ſervarent, exacto nihilominus jurejurando, quo tenerentur eandem Mantuano, aut cuivis fiduciario, reddere poſt menſem elapſum, inveſtitura vel negata, vel indulta. Cum etiam fidem dederit, de non turbandis Hiſpani, affinis ſui, provinciis, quod pacem, amicitiam, & benevolentiam ſemper colere inſtituiſſet.

Iſtoc fuco pingebantur conſilia, quorum tamen ſenſum Gonſala clariorem non expectans, obſidionem ſolvit, antequam regius appropinquaret exercitus, ne longior mora gloriæ daret incrementum, ad Suſam acquiſitæ. Diſcedit

Digitized by Google

igitur ea nocte, quæ intercurrit quintum & ſextum decimum, ubi oppidum libertate recepta à miſeriis extremis, reſpirabat, quas à duobus menſibus patiebatur, abſumptis in victum equis, canibus & muribus ferè omnibus, quos murorum ambitus præbebat.

Sabaudus extemplo annonam & belli apparatum, uti promiſerat, ſubvehit, adeò ut rex omni honore & commodo, ſecundum ſpem inſtituti, cumularetur, dum fortuna & virtus conſpirant per æmulationem, ad omne decus gloriæ quam juſtitia & potentia armorum eò æquius exigebant, quòd ſatis habuerit Mantuanum ab oppreſſione Hiſpanorum exemiſſe, cùm Italiæ potiſſimam partem, eo rerum fervore, occupare licuiſſet.

Politica Reminiſcentia.

PRudentiæ quidem cauſa principalis felicium ſucceſſuum meritò tranſcribitur; fatentur tamen famoſiſſimi duces, fortunam ſibi nonnullam eorum partem vendicare. Faciet prudentia progreſſum aliquem ſola; ſed fortuna ſæpius illi jungitur ad finem deſtinatum: unde Octavianus pro nepote ea ſuſcepit vota, ut authoritatem Pompeii, fortitudinem Cæſaris, & ſuam nanciſceretur fortunam. Sic Syravenaës, ex equeſtri Perſarum ordine, quod Plutarchus in Moralibus refert, reſpondit, cùm nonnulli multum admirarentur, conſilia ejus parùm proſpera cujus ſermones tantam ſapientiam ſpirabant: ſe quidem ſermonum eſſe magiſtrum, in rebus autem militaribus maximè dominari fortunam.

In eam ſententiam dicitur, ſapientem non ad rerum eventum, qui æquè à caſu, quàm à prudentia pendeat, ſed ad conſiliorum fidelitatem, quam aliunde non mutuetur, præſtandam obligari. Sic fortuna aliquando obſidionem abſque pugna ſolvit: illa per certas occaſiones eum terrorem copiis hoſtilibus immittit, ut vix animos ad defenſionem ſumant: illa ſæpiſſimè munitiſſimarum urbium portas ad primi fecialis poſtulatum recluſit: illa ad aſpectum exercitus non rarò provinciam univerſam ad obſequium celeberrimorum ducum traduxit.

Non

Non tamen de fortuna loquentibus ex paganiſmo formabitur Dea cæca, præſes armorum, quæ victoriam in alterutram partem pro lubitu inclinet; ſed intelligetur providentia divina, cui nomen illud vulgò inditur, ubi aliquid felicitatis præter ſpem obtigit. Deus enim ultima cauſa eſt bonorum ſucceſſuum, à cujus dextrâ liberali dependent principaliter: ipſe conſiliis auſpicia confert, adeo ut ex favore influentiarum cœleſtium fructus prudentioris inſtituti naſcantur

Cogitare etiam convenit, quantum prudentia virorum probatorum ad eventus illos non ſperatos contribuat, cùm ipſi ſint inſtrumenta potentiæ divinæ, quæ tamen vita minimè careant, aut omni motus principio in ſeſe deſtituantur, ut aliquid ad actionem primæ cauſæ conferant. Sic rectè dicimus, Alexandro adfuiſſe fortunam in omnibus conſiliis; verum tamen interim eandem prudentia cultam, vigiliis conſervatam, laboribus obſtrictam & virtute adjutam.

Certiſſimum enim, maximam eventuum bonorum partem, quos vulgus caſui imputat, ex prudentia naſci, adeoque inſtituto virorum egregiorum, quorum eſt agere per cuniculos non minus potentes, nec cujusvis oculis expoſitos, ut apud eos, quorum eſt rectum de rebus judicium, non minus gloriæ ferant, eò quod ſub leges geniorum vulgarium non abeant.

CAPUT XIV.

Pedemontanus cum conjuge ſalutat regem.

CUm rex per iſtam tranſactionem à Sabaudo quævis commoda retuliſſet, gaudebat ſanè planum fieri, & ipſi & nunciis rerum, quanta potentia polleret, ut eum vel invitum ad obſequium reduceret. Occaſionem Rex nullam negligit, quam ſors obtulerat per adventum Pedemontanæ, ad ſalutandum Regem Suſam delatæ, cui quosvis honores, ſecundum amicitiam ſingularem,

qua eam ſemper erat complexus, deferebat, nihil minus Pedemontano, qui eam deducebat, culto, ut ipſus diſceret, non temerè cum Galliæ hoſtibus colludendum.

Rex obviam procedit, partem exercitus trahens, reliquis copiis in aciem hinc inde per vias, ubi maximè oculis Pedemontani uſurpari poſſent, diſpoſitis, ut ſibi ipſi crederet, cur tantum Nobilitatis numerum, militisque robur ad ſecundam expeditionem laceſſere non deberet, ne parentis imperium ſortem cum uſura dependere cogeretur.

Politica reminiſcentia.

Æqua prudentia, ad metum apud Exteros quam ad obſequium apud ſubditos valet. Fruſtra ab illis amicitiam ſanctam ſperes, quod in proprium commodum ſancita, favorem ad eam menſuram ſpargat, adeo ut ſummus benevolentiæ apex conſiſtat in non offendendo, ne vicinis noceant: cùm etiam à pauciſſimis iſtanc moderationem expectare poſſis. Prudentiſſimè igitur fecerit, quicunque potentiam, tanquam frenum proterviæ, jactat.

Equidem nullus laudavero, abuſum potentiæ ad metum, ut injuria inferatur, quod à longo tempotum decurſu Auſtriacis collibuit; ſed ut media caſtigandi, ſi ab officio recedant, expediantur. Duo enim tantum inveniuntur ad moderationem colendam media, amor videlicet & metus, ubi per impotentiam illius, ad hoc neceſſario recurras. Non temerè laceſſitur Princeps expeditæ vindictæ; nihil naturæ convenientius, quàm revereri potentiam. Metuendos igitur ſeſe præbeant ad modum Numini, cujus omnipotentiam nemo non timet, non ob conſuetudinem nocendi, ſed ob rigida offenſarum ſupplicia.

CA-

CAPUT XV.

Tricæ Pariſienſes matronarum de matrimonio Aurelianenſis cum Maria Mantuana.

DUm Rex ad Suſam moratur, pernicioſas apud reginam matrem ordiuntur tricas, quæ conſtituerat Aurelianenſi conjugm Florentinam, & impatientius inde ferebat propenſionem ipſius in Mariam Mantuanam, filiam Mantuani, quæ natalibus dotes eximias addiderat, digna tantò matrimonio. Neque rex multum abhorrebat, cùm principem illam ſemper maximi feciſſet, nullo tamen deliberato, per exiguum ab exequiis tempus.

Matronæ tamen aliquot illuſtriores, quibus reginæ matris animus captivabatur, quasvis adhibent technas, ne Mantuana ad eos honores eveheretur; dum hæ in eo matrimonio minus commodi invenirent, affinitatem illam ſuæ potius familiæ conciliaturæ; illæ minus ambitioſæ, reginæ matri abblandirentur, magno ſpei pretio, ſi odium Cardinalis inſtillarent, quaſi is Mantuanam Florentinæ prælatam vellet. Regina mater igitur, omnem violentiam à quovis inſtituto removere ſolita, adeò urgebatur à factioſis, ut tandèm Cuſacum, nobilem aſſeclam, juberet aſſumptis ex ſatellitio copiis Columeriam contendere, ubi Mantuanæ cum Longavillana vidua cuſtodiam adhiberet, & eas in ſaltum Vincennarum deduceret; quod ille præſtitit, adeo ut illic alquamdiu cuſtodirentur.

Aurelianenſis ad Fontem delitiarum ex iſthoc nuncio tantam ægritudinem animi concepit, cùm chariſſimam Virginem detineri, & ibi locorum peſſimè haberi intelligeret, ut continuo Aureliam diſcederet, Lutetiam, præter Reginæ matris deſiderium, declinaret, adeoq; tandem in Lotharingiam abiret, ubi fabricam pernicioſorum, uti executio deinceps teſtabitur, conſiliorum conſtituêre.

Mittit tamen regina mater eodem momento curſorem, qui Regem Suſæ etiam hærentem, de cuſtodiæ iſtius cau-

 ſis

ſis edoceres: perſuaſerat enim factio illa, induceret Regem ad culpam totius negotii in fratrem Mantuanamque conjiciendam, quod impenſiſſimè quærebatur, tametſi innocentiæ inſtitutum eos præſtaret liberos ſuſpicionum, & Mantuani fortunæ, Galliæ emolumento connexæ, benigniorem filiæ ſortem expoſcerent.

Reginæ matri iſtæc conſilia nullo negotio ſuppeditabantur, cùm de authoritate illius ageretur à rege comprobari, omni vituperio in male habitos rejecto Machinas tamen induſtriè producebant, ad firmandum ejus animum, cum præviderent, Cardinalem aut cum regina matre aut cum Aurelianenſi committendum, quo momento rerum vires inſtituto credebantur acceſſuræ. Artes abominandæ, quibus nullum ſatis grave ſupplicium: quæ tamen reginam matrem eatenus vituperio eximebant, quod nullius ferè mortalis prudentiam effugiſſent, à doctiſſimis tricarum conſarcinatæ; adeò ut jure factioni iſtarum fœminarum maximum illum errorem acceptum feramus.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum fœminæ per natalium ſplendorem dotes ſortiuntur regno adminiſtrando contrarias, ita cum ſummo periculo notus tricarum ſequentur gubernatores. Rectiſſimè eas contulerim cum Sole verno, qui vapores in aërem attrahit non diſſolvit. Videas enim; quantis tricis Rempublicam onerent, genio ad remedia deficiente, cui omnes turbæ debeantur. Novit univerſum Mortalium genus, quantas violentia trahat turbas; ſic ruit torrens, ſaxis revulſis, arboribus ex tirpatis, ruptis repagulis. Fœminarum libido mediocritatem ignorat, omne deſiderium fervet: inſtituto ad neceſſariam conſideratioem non ſemper exacto, quævis obſtacula aggrediuntur ſubmovenda.

Imprudentia nihil minus turbat, quæ à natura ipſis inſita, per occaſiones oſtendit: majorem induſtriam, quàm prudentiam. Una Pallas, inquit Lucanus, Dea prudentiæ, è creebro Jovis enata eſt, ut intelligeremus, eam virtutem difficillimè ad vulgatam naſcendi rationem convenire.

Vin-

Digitized by Google

Vindictæ æſtus Rempublicam incendio corripere nihil differt, qui rigorem potentioribus intentat, ad injuriarum repulſam expeditis. Fœminas vindictæ æſtrum vehementiſſimè exagitat; quarum inſita formido eò facilius præcipitat, quòd maximam errorum partem contemptui tribuant. Non ſatis illis roboris ad diſſimulanda potentiora vitia, quod vel inde maximè conveniat, ubi ea plerumque magis ex infirmitate, quàm ex malitia procedant: hinc genius à quavis offenſiuncula ſternitur, cum Principum familiares potius ſuadere debeant, ex venia potiorem, quàm ex ſupplicio acquiri gloriam.

Et ut compendium faciam verborum, ancipitia conſiliorum, quæ cavere nequeunt, certiſſimam mille turbis præbent cauſam, quotieſcunque pabulum factioni ſubminiſtratur: modò hoc allubeſcit, modo illud perplacet, ut quid inceptent, dubitent; etiam optimi inſtituti, ad quamvis difficultatem, nunquam tenaces.

Non quòd Natura naſcentibus animam ratione præditam negârit, cum illuſtrisſimis regnorum adminiſtratoribus, ſed quod morem florum, quos Ægypti fluvius perpetuis vaporibus admodum craſsis, ne eandem quam alibi fragantiam ſpargant, enervat, animi illarum continuis exagitentur motibus, quorum ſcaturiginem in infirmitate & violentia ingenii invenias, adeo ut generoſa conſilia producere nequeant, quæ ex temperie fortiori, quam in viris notare licet, conſurgunt.

Aliis rationibus ſuperſedeo, unum tamen adjecero, etiam ipſius Numinis judicio, quod Iſaias vates docet, adminiſtrationem fœminarum maledictionis ſpeciem trahere, cum cœlum populos ſtatuit affligere: Sibyllinis carminibus etiam imperium fœminæ indicium ſubverſi Orbis univerſi facientibus.

* * *

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Rex non poteſt placare matrem Reginam.

REx, cujus inſtitutæ ratio vitæ non minus æquitatem, quàm juſtitiam ſectatur, Aurelianenſi errorem immerito impingere nolebat, reginæ tamen matri aliquatenus ſatisfacturus, ne authoritatem, quam ad Reipublicæ curam ſe abſente contulerat, circumcidi per tractationem actorum queri poſſet, mediam viam inſtituit, miſſo ſcilicet Nojentio Comite, qui Aurelianenſi à ſe nunciaret, omnia fore pacata, ſi reginam matrem rogatam vellet, ut Mantuanam ex ſaltu Vincennarum dimitteret: datis eodem tempore ad reginam matrem literis, quæ indicarent, prudenter matrimonium Aurelianenſis impeditum, gratias agere de eo ſtudio, nunquam ipſa repugnante aſſenturum ſeſe; Nuncio tantum in mandatis addiderat, ut ad pacandum Aurelianenſem cuſtoditas fœminas rogata dimitteret.

In tam ſubmiſſo & prudenti reſponſo reginà mater nihil erat deſideratura, cùm rex inſtitutum illius non damnaret, & videretur fidem adhibere, quæ ipſa, de matrimonio illo vel invito rege, contrahendo mandarat, authoritate illius eouſque firmata, ut libertatem cuſtoditarum non juberet ſed integram diſpoſitionem relinqueret, ut precibus Aurelianenſis indulgere poſſet.

Qui tamen animum illius moderabantur, ad motus libidinis induſtrii, reſponſum fucatum perſuadebant, quod ad laudandum inſtitutum minus faceret, & aliquatenus actorum reſciſſionem ferret. Moderatiores à Cardinale vituperando abſtinebant, qui defuiſſet integro reginæ matris deſiderio, ne pateſcerent, & ad eaſdem cautes, quibus ille collideretur, naufragium facerent. Quemadmodum igitur reginæ matri perſuaſerant, eum apud regem quidvis poſſe, ſatis habebant, admonuiſſe, optandum, ut illi regi conſilium, Mantuanæ extra limites regni amandandæ

dandæ ſuggeſſiſſet, ſine dilationes temporis quæ Aurelianenſi matrimonii conſumandi occaſionem præberetes, cùm ſponte ſciret, Dialecticam non tam promptè rationes conſequentiarum ſtruere, quam fœminarum iram & ambitionem; adeò ut ipſa quicquid vellet, exinde inferret.

Nullo profectò explicabitur ſermone, quantum invidiæ Miniſtro incomparabili conflatum fuerit, qui tamen nihil omiſerat prudentiæ & juſtitiæ, ad errorem violentiæ corrigendum.

Politica Reminiſcentia.

QUemadmodum Miniſtris ſæpe uſu venit, ut ad corrigendos Magnatum, quorum genii ſumma dexteritate tractari amant, errores violentos neceſſariò accingantur; ita tenentur naucleri ſapientiam induere, qui adverſo vento non opponit, ſed obliquat, & ſtructo pede iter pergit. Referunt enim naturam metallorum, ubi nobiliſſimum flexui aptiſſimum, Niſi enim per occaſiones cedant, potentiorum inimicitiis nunquam caruerint. Ubi ulcus aliquod animum lancinat, nunquam ferrum, niſi goſſypio tectum expedient: extrema tamen & ferrum & ignem poſtulant.

Magna illa libertas veri dicundi ad aulam nihil pertinet, cùm verum illud mille artibus amictum, ſit propinandum, ſemper dubio ad ſagacitatem labore. Ea tamen reverentia non ſimplex complacendi ſtudium feret, ſed judicium ſolidum oſtendet, ad incendia, quæ ex ægritudine illorum non raro ſuſcitantur, coërcenda, ne inflammas evadant, & in nervum erumpat ira.

Ubi etiam cum fœminis in rerum adminiſtratione ob natales obſervandis, ſit agendum, memores ſint, nullam aliam pacandi rationem, præter deſideriorum copiam, ſupereſſe, cùm illarum genii repulſæ quantumvis æquiſſimæ non ſint capaces, ubi animus turbatur. Caveant igitur, ne temerè inſtitutum illarum damnent; niſi exacerbatas ſibi optent. Prudentia denique modum agendi præſcribet optimum; adeo ut quietis eſſe liceat, poſtquam rationi obnixè ſtuduêre per omnem induſtriam,

am, cæteris providentiæ divinæ, regnorum præſidi, permiſsis.

CAPUT XVII.

Rex Caſala & aliis Monferratenſibus communitis, Suſam linquit, Languedociam luſtraturus.

POſtquam Rex neceſſariam Suſæ extraxiſſet moram, ut emolumenta firmaret, & Caſalæ, & Monferratenſi provinciæ annonam, & quæ ad tuitionem neceſſaria videbantur, ſi forte alia vis ingrueret, inferret, Languedociam petere cæpit, ut hæreticos rebelles ad obſequium reducerет, quod nimium oſtendiſſent malevolentiæ, & inſtituti ad rebellionem proferendam, nihil moti favore per Declarationem Pariſienſem oblato. Nemanſii enim conventum egerant, ex quo ſeditioſum emiſerant Manifeſtum, ut oblata regia decipularum artibus traducerent, obnixè demonſtrantes, exitium quæſitum.

Sciverant, arma non ponenda, niſi cum Angli conſenſu, exacto in eundem finem etiam jurejurando ac omnibus oppidorum gubernatoribus, id quod belli incendium continuabat, cum rex Angliæ ex dedecore ad obſidionem Rupellæ, & Reæ inſulæ tuitionem ſuſcepto, nihil magis in votis habebat, quam Galliam turbis involvi, ut diviſis copiis minueretur potentia. Rohanius, caput rebellionis, conventui interfuerat, cum ſciſcerent, ad Angliæ regem mittendos, qui protectionem rogarent, edocentque partium ſpes omnes in auxiliis ſitas; nec ea ulterius differret.

Indicia ſanè certiſsima ſæviſsimi belli, quo poſſeſſionem oppidorum, in quibus potiores eſſent, firmarent, certa fiducia, regem mole aulicorum negotiorum diſtentum neque otium, neque facultatem ad iſthoc inſtitutum diſturbandum nanciſci. Minimè igitur rebellioni radices profundiores permittendæ cenſebantur, ne & virtutis & prudentiæ detrimentum fieret. Suaſit itaque Cardinalis, ut rex omni abrupta mora iret, & proterviæ limites figeret.

Poli-

Politica Reminiſcentia.

REbelliones præſentiſſimum rerum publicarum malum, ad modum morborum, qui certa prognoſtica ad eventum metuendum protrudunt, Imperiis etiam ſua ſunt ſigna, & circumſtantiæ, ex quib⁹ cauſa metuendi colligitur, ne in exitium regni, niſi prompto remedio præveniantur, tandem prolabantur. Nauclerus tempeſtatem ex occultis quibusdam ventis, & neſcio quibus tuberculis in maris æquore, intelligit ingruere, inde ad colluctandum expeditus; Sagax imperii miniſter nihil minus ſigna per rebellionem notat, quæ futuri metum inferant; unde arma nihil differt, ad divertenda ingruentia mala.

Inter ſigna evidentiſſimum fuerit Manifeſtum, Declaratio, Conventus privatim actus, copiarum auctoramentum, cuſtodia oppidorum adverſus Principis voluntatem. Iſtis enim inſtitutis pónitur perſona, apparent partes, excutitur jugum obedientiæ, dirimitur regnum. Iſta demum fuerint ſigna morbi lethalis, quo respublica affligatur. Quemadmodum igitur ſagax Medicus remedia nihil differt, ad ſigna morbi lethalis; ita prudens Miniſter arma Principis prompte expediet, ut populos laborantes ſeditione, ad prima rebelliones indicia coërceat.

Hic ante omnia ſummam exercet diligentiam; quæ quidem ad extrema inſtituta eſt neceſſaria, maximè verò, ubi de conſervatione reipublicæ agitur, ad reſtinguendum rebellionis ignem. Eo modo Alexander Magnus ſeditionem Græcorum compeſcuit, cùm exercitum ea promptitudine induceret, ut videretur, quem venturum nondum audierant. Per antiquitatem impenſe celebratur diligentia Rhodoginæ, quæ Perſarum regina, in ornatu capillorum occupata aliquando, de rebellione populi nuncio ſuſcepto, non ſuſtinuit moram capillitii exiccandi, ſed in nodum ubi illud collegit, equum conſcendit, ut principiis obſtaret; gnara utique rebelliones viperarum naturam referre: quæ ab ortu facillimè ſuffocantur, cum temporis curſu difficulter vincendæ.

CAPUT

CAPUT XVIII.

Hiſpania cum Rohanio agit ad nova per Galliam diſſidia excitanda.

QUicunque animum rebellioni ſemel proſtituunt, ad quævis extrema facile elabuntur; ita Rohanius ſui ipſius immemor ab Hiſpano auxilia petit, qui ea occaſione turbandæ Galliæ lætus, Oratorem illius Clauſetum cum amplis honoris teſtimoniis ſuſcipit, & ſpe de auxiliis ad votum ſubmittendis implet, per pacta maximè, ineunte Majo inita.

Rohanius teneretur, bellum per Galliam fovere quamdiu Hiſpano luberet; & in omnibus conſilia Hiſpani promoveret, nec ſine illius ſcitu & conſenſu pacem faceret: Hiſpanus viciſſim promittebat omnia auxilia, ſexcenta millia ducatorum duabus vicibus numeraret, ad bellum alendum per Provinciam, Languedociam, Delphinatum aliaque loca, conſiliis Hiſpani opportuna; addito ſtipendio annuo quadragies mille Ducatorum, octies mille Subiſio fratri promiſſis, & decies mille annuis in duces, uti videretur, diſtribuendis.

Cæcitatem enormem, ad ſinum hoſtis jurati, rebellionis fovendæ gratia confugere! Nulla ſane juſtitia Hiſpanus ſubditis rebellibus auxilia præſtabat, manifeſto in hæreſim favore. Euanuerat tum pallium religionis ſpecioſiſſimum, qud adeo magnificè infert per occaſiones, ad ambitionem contegendam. Hic ſane manifeſtum fecit, Zelum ſuum fucatum & ſpeciem conſiliorum injuſtorum eſſe larvam, cùm hæreſi non deſit, ubi aliquid commodi ad inſtitutum elucet.

Neque vero vi deliberatum, ad ea auxilia Rohanio decernenda, quod ſatis videret, regem poſt factionem Religionariorum oppreſſam, ut ad bella civilia excitanda nihil facultatis habere poſſet, ambitioni limites fixurum, adeo ut vim metueret, quæ conſilia opprimendis Galliæ fæ-

deratis

deratis dudum concepta perdi neceſſe foret. Si enim Gallia vires colligeret, fœderatos ſecurè acturos & conſilia de eis invadendis expiratura; quod compendium eſſet ægritudinis, adeo ut nihil non eſſet auſurus, ad declinandum iſtud infortunium.

Politica reminiſcentia.

NOn decet Principem alienos in rebellionem firmare ſubditos, cùm non minus teneatur juſtitiam erga alienos, quam ſuos colere. Niſi æquitas potentiæ ejus faciat modum, Deus, judex omnium Principum, eodem ipſum malo mulctaverit. Quemadmodum nullum crimen enormius ſubdito poteſt impingi, quàm rebellio; ita Princeps Principem gravius non læſerit, quam eandem fovere, cum centrum Reipublicæ maximè invadat, & nervum potiſſimum imperii in populos plerunque ſuccidat.

Juſtitia extra omne dubium, fuerit firmiſſimum dignitatis regiæ fulcrum; hinc diutiſſimè regnant, ab invaſione exterorum ſecuri; hinc robuſtiſſimum munimentorum propugnaculum, quod ſapientiſſimus ille rex proverbii vice ſolebat uſurpare, adeò ut aſſeveranter credi poſſit, eandem ſolam à temporis & fortunæ injuriis vindicare imperium. Quicunque alium offendit, ad parem provocat injuriam; ut rebellionem fovens, offenſum invitet ad vim furioſam, donec vindictam injuriarum exerceat, & ex lege talionis rependat, ad exitium propinquum.

Deus quidem ſuis temporibus ambitioni Principum habenas permittit; ut aliquandiu proſperè agant, cum abuſum potentiæ punire conſtituit; quo permiſſu non comprobat injurias; Nec poteſt credi, ipſorum potentiam ſponte amplius duraturam, niſi injuſtè quæſita conſervationem à juſtitia mutuentur. Ferunt, imperia teſtudini eſſe ſimilia, quæ tum demum ſecurè agit extra periculum capturæ, ubi ſub tectum colligitur, adeo ut Principes ſuum poſſideant ambitum, nec aliena turbent.

Monarchiæ Gallicanæ diuturnam ſeriem præ cæterorum imperiorum duratione vel inde ſumpſero, quod arma nunquam extra limites protulerit, niſi ad tuitionem fœde-

ratorum, aut ſaltem ad recuperanda, quæ perierant; in eo conditionem Nili benignam imitata, qui nunquam alveum egreditur, niſi ut terras viciniores beet. Vident autem vice verſa omnes, apud Auſtriacos, quod cæteros omnes Principes vellicarent, injuriam plurimorum vindicari, adeo ut potentia eorum valdè atteratur, tametſi imperium à pauciſſimis ſeculis arceſſant: ſententiam illius Priſci comprobantes: Violentiam, cui terra aliquamdiu impunitatem permittit, à cœlo diuturnam non poſſe obtinere protectionem.

CAPUT XIX.

Rex Privaſium petit, Cardinale Suſæ relicto.

Cum Rex de omnibus iſtis conſpirationibus ſecundum Cardinalem eſſet certior, facilè judicabat, hæreticorum proterviam ulterius non ferendam, neque tempus perdendum, donec Exterorum auxiliis fulcirentur. Diſcedit igitur Suſa cum potiore exercitus parte, & rectà petit Privaſium, caput Vivaretii, ubi conſtituerat exordium caſtigationis ſumere, quam rebellio Religionariorum per Languedociam extorquebat, ut fabricam turbarum à ſexaginta annis exercitam deſtrueret.

Cum autem interea multum de verbis Sabaudi ambigeretur, quod ipſius fides ad commodi menſuram plerumque valeret, viſum regi, partem reliquam exercitus Cardinali permittere, qui Suſæ potentiam armorum amplius firmaret; & mandare Crequio imperium univerſæ militiæ per Italiam, ubi ille cis Alpes rediiſſet.

In eundem finem abeunt tres Villaregii, Riberaci & Craugæi, legiones in agrum Monferratenſem, quæ hactenus Nicæam Palianam, Aquium, Puſonum & alia quædam loca præſidiis erant complexa, duce Thomaſio, Campiductore, ut Sabaudo & Hiſpanis turbantibus, vim repulſarent.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

NUllium arctius fuerit vinculum uniendis Principibus, quàm mutua pacta ad pacem. Sæpius quidem apud multas parum ſuperat fidei, quibus acumen ingenii ad palliandam rupturam; unde ſapientiſſimè fecerit quicunque fiduciam ſuſpendet, ad expeditam defenſionem: Quæ cura erga Principem aliquoties in ea via lapſum, cujus genius ægerrimè ad quietem componitur, geminatur, ſuſpicione ad ſubleſtam fidem ſemper proclivi.

Meminerit Reipublicæ miniſter; pleraque imperia ad ſcopulos nimiæ confidentiæ naufragium paſſa; turbarum torrentes per eam irrupiſſe feneſtram; minus diffiſum, facillimè obrui, ad exitium pronum, Leonem igitur imitetur, qui cernuis oculis ſomnum capit, adeò ut poſt pacta pacis diffidentiam ad evitandos ſubitos caſus colat. Diffidentiam dixeris matrem bonorum ſucceſſuum, & nimiam de aliorum fidelitate fiduciam, inſidiarum præcipitium.

Nimia illa benignitas, quæ de nemine malè ſentit, nimium trahit incommodum. Offenſæ ſanè notam non ſuſcipit, cùm in æſtimio alieno conſiſtat; erroris autem magni aufert nomen, ubi negligentiam inducit: Neque facilè ex diffidentia ſurrexerit damnum. Principes autem vel inde videntur obligari, ne unquam verbis alienis fidem habeant, quod plerique privatum commodum ſibi conſtituant ſcopum agendi, palam profeſſi, majori impenſâ ſuæ authoritati, quàm fœderatorum ſaluti litari. Vera igitur aliorũ quantumlibet verba habuerint, ſi ab iſta diffidentia à abhorrent genii; conſuluerim tamen ego, ut caveant tanquam ſi verba nunquam fuiſſent data.

CAPUT XX.

Rex Privaſium obſidet, & capit.

UBi prope Privaſium perventum, Rex hoſpitium ſumit, ex quo univerſum oppidum, adeoque exercitus ferè omnes poterat uſurpare oculis partes. Poſt pauculas horas Uſſellanum jubet, nihil differens, obire oppidum, & munimentorum notitiam referre. Abit ille, ſed fortè nimis amplo comitatu ad rem ſecurè conficiendam: oppidani tormentorum frequentem exploſionem inſtituunt, adeo ut ipſe ſclopeti glande ictus, quintò poſt die humanitatem exueret.

Notitia oppidi relata, ſumuntur ſtationes, incolæ poſt acerrimum conflictum, qui ex legione Picardiæ quinquaginta gregarios abſtulit, exteriora munimenta pertinaces licet deſerunt, ſub ambitum & tutelam propugnaculorum collecti. Pax etiam Suſæ cum Rege Angliæ conſtituta & conſignata, firmamentum adhuc jurisjurandi utrinque flagitabat; Rex igitur, ut omnem auxiliorum præcideret illorum ſpem, ad eam intercapedinem locorum pacem promulgari jubet, quo oppidani omnia & oculis & auribus percipere poſſent: id quod non parum ſtuporis apud pleroſque inſinuavit.

Graviſſimè tamen angebantur, cùm duos ſuggeſtus exiguo temporis momento viderent paratos, ex quibus tanta tormentorum contonabant fulmina, ut triduo poſt vallum lacerum videretur ad impetum ſatis patere. Advolat Suſa Cardinalis, nullo non tempore, regiæ gloriæ intentus; ſuum de vallo & impetu calculum addit; expediuntur arma, copiis ad caſtigandam rebellium proterviam properantibus. Impetus ab octava veſpertina ad decimam producitur, tam proſpero ſucceſſu, ut legio Falſeburgica propugnaculi adverſi cornu pervicerit, Champaniæ & Pedemontii legiones propugnaculum Andreanum, cum ſtatiòne percommoda, quam Turlonem vocitant, corripuerint.

Digitized by Google

rint,quantumcunq; incolæ,quibus ſanè plus rabiei, quam virtutis aderat,obniterentur.

Oppidum ſpatioſum eo impetu non poterat capi, quo tamen præſidiarii & incolæ tantam concepêre formidinem,ut ex conſcientia fractarum virium, poſtero mane,nihil expectato Morgrunio,dilaberentur ad ſua, ſalutis avidi quærendæ, cum ipſis SantAndreanus veniam rogaret. Cardinalis autem ſtatuerat, ſupplicio extremo quorundam expiandam rebellionem, adeo ut ad ſolam regis gratiam ſupplices remitteret. Hinc terror per oppidum duplicatur, compluribus ſalutem per montana fruſtra ſperantibus,cùm palantes à milite conficerentur.

Hæc ubi rex intelligit, immittit Gordæum & Effiatum in oppidum, quaſi cum Sant Andreano,familiari ſuo, de gratia illius particulari acturi; ſed revera ut inſpicerent deſolationem. Ad portam progreſſi, nullam vim adverſam reperiunt, copias aliquot trahunt, & oppidum nullo negotio capiunt, quod prædæ exponitur. Gradum tamen ad Caſtellum promovent, gregarium internuncium vident, SantAndreano loquuntur, qui Caſtellum, niſi vitam ſibi & ſuis pactus, ut redderet, nullis poterat induci rationibus, quod fortis animus illam ſalutis viam in arbitrio Regis,juſtiſſimè irritati ad caſtigandam ſine legibus rebellionem,admittere non poſſet.

Tandem verò ubi oppidum prædæ expoſitum, & Caſtellum undiquaque peti videret, ſponte ad veſtibulum regii hoſpitii progreditur, ab excubitoribus apprehenditur,ex mandato regis Baſſompetrio & Mariliaco concreditur, ut in fronte legionis, quæ excubias erat ſortita, ad Caſtellum deduceretur, ad deditionem ultima vice in arbitrium Regis, ſine ullis legibus perurgendam: traditur Caſtellum, egreditur præſidium, & igni in capſas nitrati pulveris in aliquibus ſparſo, pereunt aliquot regii, unde tantus furor, ut obvii vindictæ immolarentur: Cæteri manipulatim egreſſuri, quod promiſerant, ut ad regis pedes pervolverentur, hinc inde ſalutem quærunt, etiam per propugnacula dilapſi,adeò ut juſta illorum ira ad conſervationem vitæ difficulter declinaretur.

Cœlum denique juſto hoc ſupplicio nondum ſatiatum videri poterat, cùm per omnes oppidi vicos, poſtquam regiæ copiæ introiiſſent, flammæ collucerent, incerto authore, fruſtraneo conatu ad reſtinguendum, ob nimium ſplendorem: Concidit ergò in cineres univerſum oppidum, quantumvis Rex juberet, vel ſaltem templum, & alias ad cultum divinum fabricas conſervari.

Politica reminiſcentia.

IUſtitia nihil minus, quàm prudentia rigorem ad exemplum ſtatuendum in caſtigando aliquo rebellionis capite poſtulat. Protervia cuſtodum regem ad objectum vindictæ perurget, ut contemptum, abſque hoc ſi foret, evitet, & cæteros metu ejusdem ſupplicii ad obſequium retrahat. Ubi clementiæ vincula, populos ad agnoſcendum errorem pertrahere nequeunt, juſtitia neceſſario dextram fulmine, ad caſtigandam nimiam temeritatem, inſtruit: metus igitur arma extorqueat, ubi benignitas deficit.

Rex autem cum ſumma ſapientia in eos exonerat iram, qui rebelles clementiam dedignantur. Vindictam rarius quidem exercebit, ſed hic nihil parcet, ne authoritatis faciat diſpendium. Cujuscunque inſtitutum violentiam plerunque trahit, odium Vatinianum nunquam effugiet, quo tandem in exitium prolabetur: quemadmodum per rebellionem negligentior, in contemptum incidet, ad idem exitium via adverſa digreſſus.

Princeps, metui cupiens, non debet vituperari, niſi ignoret veram rei methodum. Homo quidem cum libertate natus, ante omnia per manſuetudinem eſt gubernandus, ſed qui aliquo animi vitio libertate abutitur, per ſeveritatem à juſtitia ad obſequium fuerit deducendus. Equus paſſui aſſuetus, nunquam concitatior, funiculo ſerico regi amat, ſed obſtinatus & cerebroſus expetit præter calcaria antilenam & naſale.

Principum lenitas ad eundem modum ſola poterit in obſequio populos tranquillitatis ſtudioſos gubernare, ſed

Digitized by Google

ſed jugi pertæſos, metu coercet, admodum opportuno ad continentiam freno; non tam, ut Principis potentiam formident, quàm ut à negotiis, quæ caſtiganda veniunt, abſtineantur. Id enim eſt inſtituti divini, quo mortalibus metus, ad evitanda mala incutitur: neque vero metus nimium intenditur, niſi ad feloniam ex injuſto rigore.

CAPUT XXI.

Mariliacus, à regina matre miſſus, adit regem ad Privaſium.

REge ad Privaſium progreſſo, adeſt Mariliacus à regina matre, ut nova capita probaret de cuſtodia Mantuanæ exhibitis etiam literis, quibus regina mater munus Mareſchalci Gallicani ipſi poſtulabat tam operosè, ut rex, qui hominem tantis honoribus ſemper indignum judicaſſet, prorſus hæſitaret: notandum tamen, literas eas à factione Cardinalis gloriæ adverſante fuiſſe concinnatas.

Ea factio conſtabat aulicis tricarum peritiſſimis, qui longè ante judicaverant, id unicum, ad Reginæ matris animum à benevolentia, qua diutiſſimè ſummum iſtum Miniſtrum erat complexa, dirimendum fore medium, ſi eandem in Mariliacum derivarent, quem in oculis ferebant, ut, ſi fieri poſſet, rerum ſummam ipſi, fratrique ſigillorum cuſtodi conciliarent, quos conſiliorum fautores haberent certiſſimos.

Nemo non ſumma quævis ad æmulationem laudatæ virtutis, reginæ matri de tanto viro ſuggerebat, donec in eum alioqui pronioris gratiæ artibus circumventa, integrè aſſentiretur. Factioſi igitur animadvertentes, ad quantum viri æſtimium ipſa eſſet provecta, nihil morantur, ubi maximè percepiſſent aliquam erga Cardinalem offenſam, ex Mantuanæ cauſa contractam: inſtant igitur acerrimè, ut iſtum ad honorem Mare-

ſchalci Gallicani eveheret, & apud regis animum inſinuaret, qui ab ipſa penitiſſimè dependeret, emolumentum quodvis repenſurus, quorumcunque inſuper habita gratia; id quod ipſus propalare jam ad demerendam gratiam nihil dubitabat: iſtiusmodi viro opus illi eſſe, ſi unquam, dum Cardinalis ſæpius abeſſet, & negotiis publicis maxime diſtineretur.

Iſtæ rationes potiſſimum militabant apud reginæ matris animum, ut conſtitueret ipſi dignitatem Mareſchalci Gallicani à rege impetrare, literis nervoſiſſime ſcriptis. Satis habebat factio, ipſam ad petitionem illius muneris adactam, cum ad quamcumque repulſæ ſpeciem perſuadere poſſent, ob authoritatis diſpendium, nihil remittendum. Ubi preces forent inanes, univerſæ Galliæ manifeſtum facerent, quantillæ apud regem eſſet authoritatis; quo ordine etiam articulatim proceſſum.

Rex enim primò ſignum Mareſchalci negabat, unde reginæ matri diſpendium authoritatis objectum, quo ſtimulo illi natales ad vivum compunguntur, ut urgente turba illa regem perurgeret. Eâdem occaſione oleum camino infuſum, ut Cardinalis gravius vapularet: nondum tamen locus erat, inſolentiæ, quam adverſus eundem poſterius exeruêre, gnari tamen, æmulationem, quam reginæ matri inſtillabant aliquando veneni mortalis vim ſumpturam, ad ſuffocandum omnes benevolentiæ ſcintillas; conſultum ſuo inſtituto credebant, ſi ad tot difficultates impetrandi illius muneris apud aures reginæ matris ſummam Cardinalis in regis animum poteſtatem traducerent, cujus conſiliis maximè ſtaret, cui nullam repulſam objiceret, quem denique coleret, cauſa tantæ benevolentiæ exæquitate petitorum nunquam producta.

Id verò clariſſimè ſuggillabant, exiguam illius præ Cardinale potentiam, ut animo ægrè facerent; ut deinde ipſa omnem remorarum culpam Cardinali impingeret, regi faſtidium teſtaretur, & voluntatem ſimpliciter mandaret, eumque tandem invitum perpelleret. Cardinalis eo rerum momento eximiam oſtendebat prudentiam, regi conatus perſuadere aſſenſum, cum ſæpiſſimè munera ex aliis cauſis, quam ex merito conferri neceſſum eſſet, regi-

Digitized by Google

reginæque matris benevolentia non exiguum traheret pondus. Sic Mariliacus Mareſchalci titulum & ſignum auſert.

Cardinalis autem genius, quem nihil latet, ſatis tum in faciem indicabat, tricarum involucris rem agi, quod ex vehementiſſimo petitionis fervore pateſceret. Idem tamen & mali remedii ſagax, proprium emolumentum, licet ægrius, maluit exponere caſui, & vigilantiam ad novi hominis conſilia intendere, quàm reginæ matri repulſam offerre, ad normam prudentiæ ſolitæ regreſſus, quæ ſuadet tolerantiam in turbis, quas neceſſitas aliquando objicit, ne remedia minus efficacia adhibeantur.

Politica reminiſcentia.

AMbitionis mancipium ad ſummos honores cum ſummo evehitur periculo. Id demum eſt furioſi dextram armare telo: quicunque Miniſter confert operam, hoſtem ſibi ipſi excitat, cum quo poſtmodum acrius dimicet. Dum quidvis honoris ambitioſo exhibueris, majoribus turbis occaſionem dederis, quod ſibi omnia deberi credat, ſpreto inde quocunquo ad favorem conciliandum beneficio. Æſtus autem animi ad altiora, memoria procurati honoris obliterata, inſtituet adverſus benefactorem conſilia, quotiescunque compendium fuerit commodi. Dicam amplius, honores iſtiusmodi ingeniorum in Reipublicæ perniciem vergere.

Ambitio quidem laudem & favorem meretur, quæ generoſos animos ad gloriæ bravium excitat: quæ verò ad ſummos honores tantum connititur, quacunque via, vel inde vituperium meretur, quòd Reipublicæ noceat. Hac quicunque ſemel corripiuntur, nihil præteritorum memorant, ad fortunæ incrementum intenti: nulla ipſis cura Reipublicæ, dum privato inhiant commodo: nullum penſum Reipublicæ turbandæ, præ authoritate intendenda. Quicunque Miniſter ad adminiſtrationem Reipublicæ quantamcuque conferat utilitatem, odium aufert, ad fortunæ auctarium facere creditus.

Quos etiam tanto majori cum periculo frequentes, quanto plus poteſtatis ſortiuntur, authoritate æſtum libidinis incendente; per ruinas univerſorum ad ſcopum graſſantur ſuum. Obſtacula ſi quæ objiciantur, vertuntur in furorem adverſus authorem creditum. Ad ruinam ſuam ineluctabilem nihil penſi habent ſummam rerum addere. Princeps igitur ordine congruo aget, qui nulla urgente neceſſitate ad diverſam rationem, honores in Reipublicæ ſtudioſiſſimos, non privati compendii pertinaces, confert, ubi plus operæ impenditur in gloriam, cui virtus indivulſa comes adhæreat, quam in fortunarum auctarium.

CAPUT XXII.

Rex capto Privaſio per Languedociam facit ampliſſimos progreſſus.

POſt Privaſii obſidionem Rex inſtitutum proſequitur, ut omnes Religionariorum per Languedociam urbes adiret, & armorum in contumacem rebellionem ad obedientiæ leges redigeret. Immiſerat jam populatores ad potentiſſimas, quæ fuerint Montalbanum, Caſtra, Nemauſium & Millautum, quæ incommodis frangerentur, poſt meſſem corruptam. Eſtræus diverſi exercitus dux, complures profligaverat Nemauſienſium copias, populationem impedire auſas.

Quamprimum autem Rex ſeſe viæ dabat, Gorſa, Vallonum, Vaguaſium, fanum Ambroſii, & plura alia Sevennarum, obſequium reſumpſere, adeo ut Aleſium contenderet, obſidioni incipiendæ. Oppidanos Rohanius quibuscunque potuerat artibus firmarat, ad contumaciam extrahendæ obſidionis, quibus etiam ſupplementum ſubmittebat, cum mille ducenti tam ſpacioſa operi non ſufficere viderentur Noctis ſpeculatus adjumentum, ſuppetias promovet extremo excubitore proſtrato, proximior ſignum dat expediendis armis.

Ibi Cardinalis, cui nulla ſomni quies, niſi per otium pacis & belli, ducentos equites aggregat, procurrit primus, cum

ſum conflictum inſtituit, ut pedum velocitas, & noctis tenebræ refugientibus ſaltem conferrent, captis nonnullis ſuſpendium militiæ vitæque finem imponeret. Iſtarum igitur ſuppetiarum conciſa ſpes juxta exemplum *Privaſii* caſtigati, tantum apud incolarum animos potuit, ut ex metu regiorum armorum, ad petendam gratiam deſcenderent quam rex, cum libertate etiam præſidio quoquo verſum diſcedendi indulſit.

Succeſſus iſte multum trahebat, ut Rohanii animis, quod ſpeculatores à rege ſubmiſſi facile animadvertebant, perplexari inciperet de ſumma rerũ. Cardinalis igitur, cui nulla occaſio temerè elabitur, rationem ejus reducendi invenit, dum demonſtrat, quantâ imprudentia rebellionem foveret, ex qua præter ignominiam eſſet relaturus nihil, rege obfirmatiſſimo ad factionem hæreticam tollendam: ſatis haberet ea libertate, quæ ipſi & Religionariis obtingeret: quod ſi obſequiũ reverteretur, & officium coleret, ſpem aliquando honores natalibus convenientes aſſecuturam.

Exinde clam de fidelitate ille, & obſequio in regem proteſtatur, facile præteritorum venia, ſi aliquod annos extra regni limites abiret. Caput tamen factionis nihil adeo tectum agebat quin aliquid ad propinquiores emanaret: inſtitutum ejus ſequuntur Deputati primariorum oppidorum, quæ ad ſucceſſum regiorum armorum conſternatæ, metu extremorum ſuppliciorum, pacem expetere incipiebant, diverſis propoſitionibus ad tranſactionem univerſalem prolatis.

Primæ videbantur impingere in regis gloriam: ubi autem Rohanius regem perſuaſiſſet, poſt tranſactionem, quæ nihilominus tum nondum erat promulgata, ut Conventum generalem rebellium, qui Nemauſii agebatur, Anduſam cogeret, faciliores ad auſcultandum fecit. Cardinalis etiam, commodum ſortitus tempus, ſolus contumaciam animorum efferatorum tanta induſtria prudentiaque oppugnabat, an demulcebat, ut ſatis facultatis ad eos cicurandos inveniret, donec verbis fidem haberent de integro ſacrorum ſuorum exercitio, & uſu fortunarum.

Hinc tandem conſtituêre, gratiam regis illimitatã ſubire, & demolitionem omnium munimentorum, quibus factio ſtare

ſtare poſſet, ferre, datis etiam ad ampliorem fiduciam obſequii obſidibus. Rex gratiam delictorum facit, promulgatque ad ſummum ſubditorum omnium gaudium, hæreticorum etiam tranquillitatem.

Politica reminiſcentia.

UTi bellis civilibus cavendis nullum expeditius remedium, quàm ut factioſi ad impotentiam deducantur, aut ad ſecuritatem fidei præſtandam; ita in rebellione ſummum remedium, ſi duces ſubducantur. Ibi impensè caveas ne iſtiusmodi homines in Republica magnam nanciſcantur authoritatem, aut ubi eam adepti ſunt, vinculis veris ſolidisque ad Principis emolumentum compingantur. Sic enim nihil metuas, cùm populis quidem rebellio ſine capite uſu veniat, nullum tamen inſtitutum firmetur, aut ſeries trahatur; hederam imitantur, arctius complexi, quæ humi ſerpunt; ramos à trunco ſeparatos, qui nullum fructum ferunt; navem malo, rudentibus & velis vanè inſtructam, dum nauclero deſtituta, fortuito fertur, ſcopulis propediem collidenda. Equidem procellis conferam eos, quæ cælo minitari videntur, fervente tempeſtate, ſponte ad cautes franguntur; aut nubibus in aëre libratis, ad ventorum ludibrium, quas debiliores ſolis radii per æſtatem uno momento diſſipent.

Dux inſtar capitis eſt populo ſeditioſo, quo remoto, & vitam & motum amittunt. Primum iſtud mobile pertrahit turbam, veluti ſtellas minimas, ſine vi reluctante. Dux enim dicitur, quod gregem ducat, qui ſine illius induſtria vel dilaberetur, vel ſiniſtre vires explicaret; ad perniciem; adeò ut ipſe, tanquam anima in ſingulis membris cunctorum lacertos animosque regat.

CA-

CAPUT XXIII.

Rex introit Vſeſum Nemauſium, aliaque rebellium oppida, cum Edicto pacificationis.

SEcundum illam tranſactionem Rex Uſeſum & Nemauſium, cum ſummo incolarum applauſu introit, & Nemauſii moratus, edictum conficit, quo ſtabiliretur ordo, quem hæreticis maximè in oppidis & alibi locorum, ubi exercitium veræ religionis eouſq; impediverant, præſcripſerat: gratia indulta Rohanio, Subiſio & omnibus illorum ſtipendiariis, religione Catholica, Apoſtolica, Romana ubique reſtituta. Juſſerat etiam, ut bona Eccleſiaſtica quæ illi uſurpaverant, Clero cum templis, domiciliis & monaſteriis reſtituerentur, Parochiæ ſingulæ bonos & doctos haberent ſacerdotes, cæterum exercitium religionis reformatæ quam vocant hæreticis liberum foret: ſed ad cavendam in futuram rebellionis facultatem, omnia munimenta oppidorum & cæterorum locorum, ubi numero ipſi vincerent ſolo æquarentur, ſalvo ambitu murorum: illi tamen, ad fiduciam promiſſi obſequii demolitiones munimentorum tolerarent, obſidibus ad tutiora translatis.

Edictum iſtud tranſactioni conforme, omnibus hæreticis ſatisfaciebat, ut deinceps mentem ad boni fideliſq; ſubditi officium componerent, præter Montelbanenſes, ex propugnaculorum robore ſuperbos, eouſque progreſſos proterviæ ut leges à cæteris non ſine gratutudine comprobatas repudiarent. Somniabant enim, ſibi ſatis virium ad alteram regiorum armorum vim, ignari utiq;, rerum ſummam diverſo nunc verti cardine, poſteaquam rex per prudentiam Galliæ perpetuo proſperam Cardinalem clavo reipublicæ adhibuiſſet, qui media ſubjugandæ Rupellæ, catenus invictæ, ſuggeſſerit, omnes artes prudentiæ Hiſpanicæ eluſerit, Anglorum potentiam per ſua conſilia enervarit, ſpatio unius horæ Pedemontii animum ab Hiſpanis ad Gallos traduxerit, Sabaudo ad ſubeunda regis deſideria autho-

author fuerit, fide interpoſita Hæreticis perſuaſerit omnia munimenta dejicienda.

Contumacia unius oppidi tanta erat, ut rex iter illuc ſumendum ſtatueret, donec ad cæterorum obſequium vi armorum deduceret. Cardinalis autem certior, contagium per viciniam exercitus, & Languedociam graſſari, regem adeo inſtanter rogabat, ne perſonam ſuam exponeret periculo, cùm in ea ſors univerſæ Galliæ verſaretur, ſed potius ſibi rebellionis reliquias impugnandas permitteret: hinc Rex Pariſios redire animum inducit, poſtquam ceperat Suſam, liberaverat Caſalam, ſuperaverat Privaſium, & potiorem oppidorum per Languedociam partem intra ſex menſes ad obſequium reduxerat.

Politica reminiſcentia.

HÆreſis, niſi omni potentia exuatur, obſequii expers. Id Poëtæ egregio figmento planum fecêre, quibus Juno ira commovetur, quod Juppiter Palladem ſolus generaſſet; idem igitur conata, Typhonem, ſerpentis monſtrum & horrendum parit filium, qui in ipſum Jovem arma ſumpſerit, rebellionis ſpeciem exhibens. Ita hæreſis à Deo revulſa, qui in Eccleſia liberos obſequentes generat, in illa ſeparatione ſua genimina producit, rebellionis capacem, omnis obſequii expertem ſobolem; adeo ut nunquam hæreticus obſtinatus Principi ſuo bene cupiat.

Nemo admodum miratur, eos imperia temporalia deſtruere, quod ſpiritualia neutiquam ferant. Rationibus ſolidis, ad doctrinam erroneam ſtatuminandam, cum careant, ab armis ſemper patrocinium petunt; gnari etiam, reges in ipſorum perniciem armari, quemadmodum omnis Orbis Chriſtiani Accademiæ docent, ideo ab authoritate illa abhorrent, ut nullum non moveant lapidem, ad excutiendum jugum.

Immania ſanè ubique locorum bella ſuſcitavêre, ut ſeſe in libertatem aſſererent. Nemo ignorat, Orientem ab Arianis fuiſſe turbatum; Macedonianos majorem Græciæ partem concitaſſe; Donaſtitas omnia per Africã commiſcuiſſe

Pe-

Per occidentem legimus Iconomachos, Albingenſes Lutharanos & Calviniſtas, in Galliâ, Angliâ, Germaniâ & Hollandia theatrum rebellionum conſtituiſſe.

Somniant, Dei ipſius cauſam ſuæ opinioni conſervandæ conjunctam, unde facilius ardua quæque ſuſcipiunt, favoris cæleſtis fiducia freti: cum conſiderare deberent, leges veræ religionis, à filio Dei promulgatas, tantummodo fugam, aut mortem permittere, nunquam vincula obſequii ſolvere, aut arma in Principem ſumere. Religionis conformitas, firmiſſimum reipublicæ vinculum: diverſitas exordium rebellionis; de quo ne dubitare quidem licet, poſtquam filius Dei in Evangelio dixit, regnum in ſe diviſum deſolationem non evadere.

CAPUT XXIV.

Conſpiratio adverſus Cardinalem.

QUo momento rex Pariſios repetebat, Cardinalis equo conſcenſo, ad Montalbanum ſubigendum abibat, equidem vix ſuſtineo ejus diſceſſum, ut Galliæ bono tam perditè ſuum impendat ſanguinem, dum in ipſius exitium conſpiratio fit: calumnias enim calami injurioſi reſponſo non digner, qui nulla vera ad gloriam ipſius obfuſcandum inventa cauſa malitiæ permittit habenas, quæ imprudentię & infidelitatis arguat actiones judicii & non fucati ſtudii ad regiæ majeſtatis gloriam pleniſſimas.

Calumniatur ille prætextuum ſedulus indagator, unde regina mater in Cardinalem commoveretur, apud regem querula, omnem moverit lapidem in illius perniciem; refert: Non potuiſſe ipſam ferre, perſonam regis tam liberè trans Alpes menſe februario duci, & contagio per Languedociam, cum imperio exercitus, diebus Canicularibus exponi. Quo ipſo ineptias prodit, imo rabiem, omni rationi adverſam, furibundi calami ducem, cum ſibi ipſi fortunæ ſuæ everſionem, non vero Cardinali debeat.

Nuſpiam genius, ad illum modum acutus, finxerit à Cardinali conſervationem vitæ regiæ, valetudiniſque, ex quibus ſuas ſcit pendere fortunas univerſas, curæ cordique minus fuiſſe: didicerat, quantum odium regina mater immerito concepiſſet; Aurelianenſi parum de ipſius commodis ſollicito, unde caſum, rege humanis exempto, nunquam averruncare poſſet. Neque regina mater eundem ſermonem comprobarit, quæ nimii illum ſtudii accuſat, ex quo uno argumento valetudinem regis non temere periculis eſſet objecturus, ſi fidelitas tantum nefas permitteret:

Regi utique erepti eſſent gloriæ apices illuſtriſſimi, quos contueri licet, à momento cælitus ſuſceptæ Coronæ, ſi iter Suſanum impediiſſet, cum de tranſitu Alpium adverſus Sabaudum, armis Hiſpani adjutum, de Suſæ occupatione, de Caſalæ liberatione, & Languedociæ obſequio, cujus oppida per hæreſin adverſus regem armata conſurrexerant, ageretur. Generoſus regis animus iſtanc gloriam, neq; è Cardinale rogatus, aliis permittere non voluit.

Omne profecto ſtudium, quod ſummum Miniſterium requirit, poſuiſſet: notum enim trivio, regem à teneris, injuriis aëris aſſuetum, ex laboribus illius itineris, qui ſolitos venatus rariſſimè excedebant, nihil incommodi ſuſceptutum fuiſſe. Addam tandem, præſentiam illius maximè neceſſariam fuiſſe, ad copias per obſidionem Rupellæ admodum fatigatas, cui etiam expeditionis longinquitas acceſſaret, firmandas.

Eſt enim Principis præſentia fere anima exercitus; cum ſine hoc miles nunquam virtutem intendat. Superanda enim erat Sabaudi, Hiſpani & Religionariorum arma adverſa: ubi præſentiæ regiæ omnis ſucceſſus debetur, alioqui valde dubius, nihil denique ad rem tam arduam videbatur prætermittendum, quæ laborem aliquem poſtulabat, quem nullos heros, ad honorem victoriarum conniſus unquam ſubterfugit.

Politica reminiſcentia.

VIA, qua ad victorias itur, ſpinis horret, ubi fruſtra ſine labore proceſſurum te ſperes. Princeps hic facti animi,

Digitized by Google

animi, ad honorum colophonem nunquam evadet. Coronæ tantum certantibus debentur. Nullam famam Alexander, Cæſar, & ipſorum aſſeclæ, meruiſſent, niſi omnia genera laborum ſuſtinuiſſent. Generoſo animo nullus laborum metus; quo perculſus, ad omnia ineptus languet. Id compendium militiæ Romani tyronibus dabant, cujus memoriam ratione nunquam ſatis laudata, æternam eſſe volebant, cùm templa Honoris & Victoriæ tranſiretur.

Ibi omnes parietes gladiis, amentis, clypeis, & quovis genere armorum, ingerebant oculis animisque, gloriam ſolo labore acquiri. Equidem Severi ingenium ſemper maximi feci, qui tribuno, militiæ ſymbolum dederat id vocabuli, Laboremus: quod Pertinax ferè imitatus, quamprimum imperare cœpit, illud ſuum Pugnemus retinuit. Uterque ſane quoscunque præfectos docent, paci bellove convenientiſſimum eſſe laborem.

Adrianus Imperator idem ſuggerit, cui Florus aliquando tres verſiculos ſcripſerat, malle ſeſe imperatoria dignitate carere, quam in Angliam trajicere, ad vapores Scythiæ hauriendos: cùm reſponderet quatuor aliis verſiculis. Nolle ſeſe Florum eſſe, qui maximam temporis partem cauponis impenderet; nihil principi præ labore magis decorum eſſe innuens.

CAPUT XXV.

Guronus Montalbanum legatur.

CArdinalis ex Regis voluntate exercitum antequam in Montalbanenſes duceret, Guronum aliquot dies præmittendum cenſuit, qui incolis regis voluntatem exponeret, animis pro virili ad pacem traducendis. Ille per regia mandata ſingularia plenam exercendæ religionis libertatem, cum ampliſſimo fortunarum uſu, ſine tumultu, promittebat, quibuscunque aliis poſtulatis, ratione

munimentorum & ſecuritatis repudiatis; cum nefas ſit, ſubditos præter Principis clementiam aliquid pignoris ad ſecuritatem flagitare; & nimia lenitas eos audiendi proterviam augeat.

Procurrit igitur, à turmâ Velitum deductus, & Villemuræ Arpajovium adit, qui ad primum Montalbani Conſulem æneatorem mittit, ut Guroni, ex quo regis voluntatem intelligerent, adventum nunciaret: adderet etiam, è re fore, ut deliberarent, antequam in oppidum ingrederentur, an Corbariovum vellet exire, ubi Guronus in ſepimento, quod cis Taræ flumen è regione objectum erat, ipſus præſto eſſet futurus.

Prudentiſſimè factum, ne authoritas regia proſtitueretur, ad tantillam ſecuritatem, quam rebelles exerebant: detinuerant enim æneatorem à Condæo paulo ante ſubmiſſum, proteſtati de omnibus detinendis, quicunque tandem mitterentur, ad talionem, uti credi volebat eorum, quos Eſpernonius detinuiſſet. Poſtero mane primus Conſul Montalbanenſium cum ducentis oppidi primoribus, Corbariovum veniunt, Taram tranſire tergiverſantur, ut Guronum adirent, in ſepimento, juxta Arpajovii indicium, præſtolantem.

Iſthæc ratio in contemptum regiæ authoritatis vergebat, cùm illius mandatarius parum reverenter haberetur. Neque contemptum tulit Guronus, quin mandaret, ſuperbia etiamnum apud animos eorum dominante, cùm error eſſet agnoſcendus, & humilitas erga mandatarium colenda; non admiſſurum, non verba facturum: reverſurum brevi, ſed cum numeroſo comitatu. Eodem momento æneator dat ſignum juſſus, & Guronus Villemuram regreditur.

Deputatorum tamen prudentiſſimi penſitabant, hanc offenſam in regis perſonam redundare, ad gravius ſupplicium ſuorum, mittebant, qui aſſeverarent, poſtridie affuturos, ut errore excuſato, rogarent ipſius ad Montalbanenſes adventum. Sic poſtero mane ſex Deputati Villemuram adventant, ut quasvis excuſationes adferrent, admodum ſubmiſsè rogarent, ne error gratiam

ro-

Digitized by Google

regiam, quam per ipſius interceſſionem ſperarent, interverteret.

Certus igitur Guronus, populum deſiderio ejus videndi differri, quod ſignum ſubmiſſionis deliberate interpretabatur, excuſationes benevolè ſuſcepit, eodem etiam die illuc conceſſurus. Adventanti Montalbanenſes jam humiliorès, omnem militiam, nobilitatemque ultra ſemileucam obviam mittunt, & ad hoſpitium deducunt, ubi eum omnes oppidi ſocietates ibant ſalutatum.

Politica reminiſcentia.

IMprudenter rebellium animi exaggerantur, per libertatis deſideratæ repulſam, & fortunarum uſum ſublatum, quæ gemina gratia non operosè fuerit indulgenda: ſapientiæ tamen ratio exigit ſecundum iſta, ut frænum injiciatur, primitusque vel millena poſtulata, quæ leves homines, populi potior pars, ſuggeſſerint, rejiciantur. Id verò ſapientiſſimum ad obſequium reducendum. Experientia enim quovis tempore hoc judicium prudentiſſimis Politicis dedit, cùm ingenium ipſi ſit rude, & male aſciatum, adeo ut ad ſolam ſeveritatem flectatur; eâdem maximè per ſeditionem ferventem utendum.

Equus refractarius virga & calcaribus domatur: & populus fruſtra blandimentis tentatur, ad indulgentiam deſideriorum, ubi ingenium nimis avidum omnia indulta ad libidinem inflammandam vertit. Prima ſanè poſtulata adeo nihil demulcent, ut ad nova prolabatur, hydropico non abſimilis, cui potus ſitim intendit. Id Ludovicus XII. uſu didicit, Mediolano in poteſtatem redacto, quod Guicciardinus docet. Is enim ex inſita manſuetudine populo quæcunq; poſſet, conceſſit, credens ex prudentiæ regulis, etiam gratia ſingulari ad hunc & illum deviciendũ opus eſſe, ut novæ provinciæ conſtitutio duraret; recluſa gratiæ ſcaturigine ad quævis deſideria.

Inſtitutum autem illud peſſimè ceciderit, cùm Mediolanenſes primis favoribus ineſcati nihil ſatiarentur, ſed tributorum immunitatem audacter efflagitarent: qua etiam impetrata, ne quid in novo imperio deſiderari poſ-

ſet, ad eam urgendi proterviam proceſſere, ut immunitatem omnium prorſus onerum poſtularent, tanta iniquitate, ut ultima repulſa beneficiorum omnium memoriam obliteraret, ac ſi nunquam ſeſe liberalem præſtitiſſet ab initio, dum tandem tempus ad deliberandum, quod primò factum oportebat, ſumeret, ſpe ad partem poſtulatorum obtinendam facta.

CAPUT XXVI.

Montalbanenſes perſuadentur.

GUrõnus, ſalutationibus defunctus, cum Conſulibus inſtituit agere, conventumque, ut poſtridie in curiam veniret, literiſque regis fiduciariis, adeoque Cardinalis productis, conventui ſummam mandatorum exponeret. Cardinalis per ſingularem prudentiam ipſi adjunxerat duos Deputatos Nemauſienſes, valde ſolertes, & apud Religionariorum partes magni nominis, qui teſtarentur ferocienti populo, quanta clementia & manſuetudine rex ipſorum errores aboleviſſet, quanta etiam ſeveritate Privaſiorum rebellionem caſtigaſſet: quibus tandem integram exercitii religioſi libertatem indulſiſſet Cardinale ad obſervationem exactiſſimam tranſactorum advigilante; cùm vana auxiliorum ſpes tum demum apparet, & rebellionis authores, illa neglecta, regi fuerint reconliati.

Deputati iſti ubi inſtitutum, cujus gratia venerant, proſequebantur, jam primores oppidi ad ſubmiſſionem traduxerant, cùm Guronus Curiam petit, & flumen eloquentiæ, vigorem animi, prudentiæque induſtriam explicat, ut primâ vice animos vehementer percelleret. Depingebat victorias regis, potentiamque invictam, cui nihil non cederet: non præteribat Rupellanorum ærumnas, & Privaſiorum calamitatem, quam per rebellionis exemplum nunquam vitare quirent: inſtitutum autem Regis, de quocunque populo, oppidove per regni latitudinem

dinem neutiquam ferendo, niſi obſequium præſtaret, exaggerabat.

Poſtea regio nomine interponebat fidem integræ ſecuritatis, quæ perſonas & ſacra complecteretur, quouſque obſequium colerent: addebat etiam fidem inviolatam Cardinalis verbis habendam, multis adjurationibus proteſtatus, confidentiam ſummam in eo collocarent, qui certo certius promiſſa eſſet adimpleturus. Iſti ſermones adeo vivide penetrabant, ut mentes ad pacem jam propenderent, quantum ad bellum ante fuerant proclives.

Nemauſienſes Deputati ſermonem excipiunt, ſeriem malorum, in quæ per inobedientiam oppida ſuæ factionis præcipitaſſent, exponunt; ſuaviſſimum otium à pace per Regis manſuetudinem memorant; fallaces artes, quas turbarum authores nexuerint ad ſpem auxiliorum, explicant, quibus adeò fluxum fundamentum, ut ipſi duces ſpem poſuerint, refugio ad Regis arbitrium ſumpto: grandes victorias abundè teſtari, nihil ipſi reſiſtere poſſe, id quod maximè provinciales permoviſſet ad ſupplicem humilitatem: exinde Cardinalis colloquio honoratos, admirari virtutes eximias, ex ejus perſona radiantes ad gloriam, expertos manſuetudinem, & fidem promiſſorum: adeoque nihil diſtuliſſe ad deliberandum, à cujus benignitate tantum favoris ſperarent, quantum calamitatis ex ambitione ducum tuliſſent.

Vix dici poteſt, quantum æquiſſimæ hæ rationes apud populum pondus habuerint. Quoniam autem rebellio altiſſimas egerat radices, biduo in deliberationibus inſumpto, Deputatos ad Cardinalem mittunt, qui tranſigerent, nulla alia ad Guronum fide, quàm ut rogarent, Deputatos in ipſius comitatum conferri: ſubmiſſio enim illorum cœlitus deſtinabatur Cardinalis prudentiæ, quæ ſola tantam molem produceret.

Politica reminiſcentia.

MEtus ærumnarum, quæ rebellionem plerumque comitantur, præ cæteris rationibus efficax ad obſequium populis rebellibus perſuadendum. Ad ingenia enim

deat, quidvis obtinuerit: tanti ponderis eſt metus in animo ipſius.

CAPUT XXVII.

Montalbanum ad obſequium regis redit.

MOntalbanenſium cum Gurono Peſenatem, ſtationem Cardinalis, perveniunt deputati: promptè audiuntur, proteſtari de fidelitate ad regem, obſtinati tamen ad petendam munimentorum per Neapolim, & Burbonopolim conſervationem, opinati magnum quid præſtitiſſe, ſi exteriora complanari permitterent Cardinalis autem virtutem juxta imperatoriam, ſub regis auſpiciis ingerit; Mirari ſeſe, quod regis mente per Guronum intellecta, adeſſent pari jure acturi, aut ſeſe cenſu cæterorum oppidorum eximerent; mora conditionem deteriorem effici; regis voluntatem immutabilem; certiſſimum ſcirent, ſi exercitus oppido admoveretur, eandem cum Rupellanis & Privaſiis ſortem ſubituros.

Illi adhæc ſtupere, tempus ad edocendum Montalbanenſes petere, ſupplicare Guroni ſocietatem, ad populum rationi ſubjiciendum. Reſponſum, Guroni nihil ſupereſſe quod cum ipſis ageret, poſtquam regis voluntatem expoſuiſſet, quam ullo modo mutari eſſet religio. Permitti tamen in eorum gratiam, ut in viciniam procedat. Dehinc inſtituit ſermonis diverſitatem, quam prudentia ipſius, cui nihil par, ad devinciendos judicabat commodam; ipſi autem quaſi faſcino capti, jam nihil aliud meditabantur, quàm ut Montalbanenſes ad illius arbitrium deducerent.

Cum Gurono regrediuntur, dum Cardinalis duce Baſſompetrio exercitum tribus leucis ad oppidum admovet. Veri enim vero biduo poſtquam Guronus in domicilium oppido admodum propinquũ conceſſiſſet primus Conſul, cum ducentis primæ notæ ad eum inviſit, ut docerent, quanto

in periculo vitæ eſſent verſati, populo de proditione & nimia facilitate ſuſpecti: rogabant, ut ſpem aliquam moderandæ ſententiæ oſtentaret. Cum autem Guronus reſpondiſſet, fruſtra ſperari munimentorum conſervationem, iniquè hic hærere, Cardinalis fide millenis propugnaculis ſecuriore, manſuetudine illius diutius non abutendum; nunquam ſibi perſuaſum iri, populum ex illorum poteſtate exiiſſe, poſtquam deferbuerit, & jacturam fortunarum ægrè ferat, mille ærumnas moleſtiſſimè exantlaret; nulla Cardinalis mentione, qui prudenter omnia jam diſpoſuerat.

Biduum igitur alterum rogitant; quo omnem impenſuri eſſent operam, ad populum flectendum: id quod præſtitêre, tanta formidine exercitus ſparſa, qui veſtibulum portarum calcaret, victoriis aſſuetus, & quævis obſtacula ludos faceret: Subjungebant ſpem, quam non ſine cauſa in verbis manſuetis & probatis Cardinalis collocarent, quod omnia omnino factionis oppida laudarent; ut poſtridie ſtatuerent, ad arbitrium Cardinalis imperata facere; quadraginta Deputatis, Guronum Albium uſque, quò progreſſum fuerat, comitantibus, qui populi ſcitum referrent.

Politica reminiſcentia.

HOc demum feliciori ſucceſſu patuit omnibus, ſummum Miniſtrum ſæpiſſimè per prudentiam inſtituti majora præſtare, quàm alii copioſo exercitu, ærumnoſa obſidione & acerrimo prælio efficiant. Hinc T. Livius ait, eum, qui imperare norit, primas ferre inter mortales, cùm duces executionis miniſtrorum vicem gerant. Tempus opportune ſumptum, Magiſtratus appoſite converſus, confidentia induſtriè inſinuata, virorum præclarorum captatio, formido per populi animos ſeminata; ubi ſpes de auxiliis decollavit quæcunque tandem alia prudentia operi admovet, effeceriut, quod copioſiſſimis exercitibus negatur.

Vis inutilis, niſi prudentiam habeat comitem. Prudentia tamen ſæpiculè agit ſine vi: quæ cæca à prudentia oculos mutuatur, ne ſine illo adminiculo potius in confuſionem dila-

dilabatur, quam commodè inſiſtat rationi. Hinc Poëtarum figmentum, quo recenſetur, Jovem deprehendiſſe cæterorum Deorum ad rebellionem proclives animos, adeo ut ipſius perſonæ vincula crederentur injecturi: hinc Palladem conſuluiſſe, antequam Briareum Centimanum ad defenſionem accerſeret: ut docerent, ſapientiam continere clavem eorum nervorum, quibus vis movetur, cùm ſine illa eadem vis in perniciem propriam convertatur.

Magnis geniis nervi ſunt occultiſſimi, ad opera eò magis miranda, quòd ordo inſtituti vulgaria ingenia clam eſt. Potior eorum lobor in papyro, quam cæterorum in prælio. Ex ea ratione ait Plutarchus, Ageſilaum Lacedæmoniis in procinctu pugnæ, qua cum Thebanis ad Mantiream erat decernendum, id conſilii ſuggeſiſſe, quod ego ſemper maximi feci, ut unum Epaminondam peterent, quo capto victoriam eſſent reportaturi certiſſimam, cum ea potiſſimum dependeat ab iis, quorum ſapientia aciem ſtruit, & virtutem militum animat.

CAPUT XXVIII.

Cardinalis introit Montalbanum victor.

CUm Deputati Montalbanenſium promiſſa integræ ſubmiſſionis, quam oppidani ſpondebant, ad Cardinalem detuliſſent, gaudebat ille de tam matura inſtituti meſſe, memor autem, uti ſemper, gloriæ regiæ, ægrè precibus aſſentiebatur, quibus ad occupandum oppidum invitabatur, ut ipſus recognoſceret, quantum perſona ipſius apud populum valuiſſet, qui nunquam ad ea, quæ referebant, fuiſſet deſcenſurus, niſi fiducia in ipſius animo manſuetiſſimo collocata, unde plus opis, quàm à quopiam alio auderet ſibi promittere. Perurgere non deſinebant, quod ſolus aſpectus efferatum populum ad placidam mentem converſurus eſſet, uti eventus docuit, poſtquam id inſtituti complacuit.

Baſſompetrius cum parte exercitus introit prior, t. oppidum

pidum aſſereret; poſtridiè ingreditur Cardinalis, tanto totius populi gaudio, ut aër perſonaret acclamationibus, quas animus jam tranquillior protrudebat: Conſules, oppidanorum ſocietates, Juſtitia leucam unam proceſſerant obviam; ubi primus Conſul, & legatus Criminalis perorabant in ſignum lætitiæ, qua perfundebantur ex illius aſpectu, & integra confidentia, quam manſuetudo ejus ampliſſimè comprobatam voluiſſet.

Nemo mente conceperit honores quibus eum cumulabant oblato etiam portali cœlo, quod recuſabat, quantumvis inſtarent, ut ſaltem ante ipſum deferretur, cùm ſolenne eſſet Gubernatoribus, & legatis regiis, Provinciam ſuſcipientibus. Neque Conſules ſuſtinebat pedites ad equum prodeambulare, quos rogabat, ut ſeſe in diverſorio præſtolarentur, dum ad templum diverteret, quod illis ſolennibus nulli gauderent. Illud ab Hæreticis ſubverſum, lateribus contegebatur; cantatulhymn' TeDeum, aſſiſtunt quotquot locum inveniebant, utriuſque religionis, ut eum oculis uſurparent, dum gratia, civilitas, manſuetudo, & benignitas, quæ virtutes per geſtus, & verba in omnes ſpargebantur, animos cunctorum potentiſſimè devinciebant.

Ad diverſorium paratum exinde provehitur, cùm denuò ſocietates oppidi confluunt, ubi ille tanta familiaritate & ſtudio quosvis accedentes excipiebat, ut fortunæ benignitatem non ſatis æſtimare ſibi viderentur; adeo ut gaudium illorum rectiſſimè explicuerimus, ſi faſcinatos dicamus dotibus illis eximiis, quæ in ipſius perſona reſplendent, ut eum aſpexiſſe, ſit amaſſe. Mandata militi dabat, ut ea nemo non collaudaret. Exercitum in oppido omnes videbant, pedite per vicos ſparſo, donec incolæ ad ſubmiſſionem integram onere eo levarentur; nullum autē incommodum ſentiebatur, ac ſi milite oppidum caruiſſet.

Conſtituerat etiam ſupplicia, ſine ulla ſpe veniæ, in minimos proterviæ actus, id quod non parum faciebat, ad populum efferatum in rationis orbitas reducendum, & ad augendam benevolentiam, qua erga ipſum jam movebatur. Optabant enim diuturniorem ipſius in oppido moram cùm autem nihil eſſet, quod præſentiam ulterius requi-

Digitized by Google

quireret, victoriis regiis ad ſummum gloriæ gradum prometis, ad regem revertitur, ipſius videndi cupidiſsimum, ut rebus Italiæ conſuleretur, quæ denuo turbabant.

Politica reminiſcentia.

NOn tantùm armorum vis obtinet victorias, cùm prudentia ſuas ſibi vindicet. Vincit enim, qui finem ſuſcepti belli aſſequitur Pugnæ & prudentiæ actus ad victoriam tantùm deducunt, nec refert, utra via procedas ad optata, cùm finis cuivis rei veriſsimam impertiatur nomenclaturam. Hinc enim, ait Q. Curtius, non tantum victor laudatur, qui urbem evertit, aut qui collatis ſignis hoſtiles copias mactat; ſed & is, qui prudentiæ uſu ipſis perſuadet ſpontanea pacta, ut fateantur, non minus potentiæ in caſtigandis rebellib', quã clementiæ in erigẽdis ſupplicib' exeri.

Vulgo notum, bellis per Italiam ferventibus, inter Italos & Gallos longam conteſtationem, fuiſſe ortam, de prœlii ad Taram eventu, dum utrique victoriam ſibi attribuerent: eam Itali ſuam cenſebant, quod hoſpitia & impedimenta intacta ſervaſſent, raptis Gallorum manubiis, etiam regio tentorio: Galli vero ſibi eam deberi aſſeverabant, quod ad amiſſos ducentos milites Itali deſiderarent ter mille, prælii campo deſerto, fluvio trajecto: ſumma autem rei æſtimatur ex fine, propter quem prælium partes inierant, qui liberum tranſitum concernebant, ut Gallis ad ſua redire liceret.

Gallis igitur victoria meritò adjudicatur, cùm ipſa veritas honorem victoriæ non in eum, qui plurimos mactaret, aut pauciores deſideraret, ſed in eum, qui conflictu deſideratũ obtinet finem, juſtè conferat. Econtra equidem victorias prudentia partas, celebriores reputem, quam quæ magno conatu acquiruntur: minus ubi damnum ad victorẽ redit, copiis ſine detrimento integris, ut jam de operatione virtutis excellentioris nihil repetam. Nam armorum effectum vim & violentiam habet cauſam principem; illud autẽ prudentiæ quæ cæteris virtutibus modum præſcribit, ſine pugna obtingit. Vel eò ſicas victorias cruentis præferri decet quod ſanguini humano parcatur. Tigres eo gaudentes, terram cruore tinctam, rubentem, madidam ament, honor

honor autem ab homine denominatus, manſuetudinis aliquid inferens, abhorreat eo oblectamento, ab honore illinc legitimè trahendo etiam alieniſſimus.

CAPUT XXIX.

Malevoli non agnoſcunt Cardinalis operam.

VErè beata tum Gallia dici poterat, quæ tandem aliquando monſtro hæreſios confecto, vires recolligebat, ante diſtractas, quas exinde foris oſtentaret ad fœderatorum tuitionem; & vim intentare, à quibus toties intra ambitum ſuum fuerat irritata, adeo ut Auſtriacos deſineret metuere, & factioſos inciperet contemnere, qui pretio quinquagiès mille aureorum Rempublicam ad offerentis libidinem turbabant.

Sumptus immanes, qui ad continendos in officio Religianorios profundebantur, ærarium ſublevabant, cùm jam munimenta illorum, ſtipendia, collegia & miniſteria Eccleſiaſtica ex ærario nihil ulterius ſuſtentarentur Jam non amplius adigebatur illorum occaſione tot oppida munire, tanta ferre præſidia. Jam rex imperio ſupremo complectebatur Pictaviam, Aquitaniam, Languedociam & Delphinatum, ubi prius vix media parte authoritatis valebat.

Populi illi miniſterium Cardinalis nunquam ſatis celebrare poterunt, cujus prudentia & virtute Rex ad iſtud emolumentum procurandum uti voluit, uti regiæ literæ amplius teſtantur in publicum, & ſermones per occaſionem quamcumque collaudant. Nullum invenietur ingenium æquitate licet leviſſimè imbutum, quod tantis meritis æterna gloriæ & honoris monumenta, aut ſupplicii adverſus quoſvis per ingratitudinem nocituros, ſpecimen ſingulare neget.

Factio tamen illa, quæ ex compendio proprio uſum oculorum, nubecula obrepente, perdidit, dum reginam matrem obſeſſam premit, cæca eſt ad iſtud officium: ex diutur-

tur-

Digitized by Google

turna abſentia occaſionem ducit novarum artium, quibus reginæ matris animum amplius concitaret. Quotiescunque rex minimum quid ejus ſententiæ non per omnia congruum conſtitueret, aliquis ex corte illa prodibat, qui Cardinalis id conſiliis attribueret.

Ubi rex ſuggeſtiones illius magni utique momenti & ſolidi comprobaret, œſtrum æmulationis irritabatur, adeo ut nullus dies præteriret, quin iſtarum rerum nuncium aures feriret, ut animus æger inde quidvis conficeret. Ubi inſtitutum aliquod minus optate procedebat, ab excubitoribus iſtis arguebatur authoritatis proſtibulum, ad querimoniarum irritamenta, quæ linguâ non ſemper liberrimâ, oculorum & geſtuum vim ſentiebant, ſine periculo, ad ſcopum directam.

Temporis jacturam fecero in enumerandis etiam per compendium venenatis technis. Id verò moleſtiſſimum, ea temporis momenta iſtis tricis ſumpta, quibus ille gloriam regis & Galliæ emolumentum impenſiſſimè procurabat; cum præſentia ipſius etiam mentes ab iſtiuſmodi auſis diſtinuiſſet: Quòd verò ſæpius abeſſet, rationem inceprabant, quo odii incendium apud reginæ matris animum benevolentia ſolita paulatim extincta, ſuſcitarent, ubi alimenta, ipſa ferè nihil advertente, tam arida ſuppeditabant, ut illud, poſtquam à Montalbanenſibus ad Fontem delitiarum reverſus eſſet ipſe, comprimere regina mater neque poſſet, neque vellet, malevolentiæ jaculis per oculorum aciem, prius favores ſpargentem, emiſſis: quæ, niſi rex per ſummam authoritatem ad tanti Miniſtri patrocinium cohibuiſſet, fulmina id temporis perniciosiſſima evaderent.

Politica reminiſcentia.

ABſentia nunquam non damnoſa viſa, ad miniſtratoribus Reipublicæ, & aulicos favores poſſidentibus. Non facile diutius ab aula ſeceſſerint quin tricæ aliquæ in illorum detrimentum fabricentur, à fœminis maximè, quarum cupido ſenſui non rationi adhæret; & inde minimo momento mutatur, ex objectorum deſueto uſu. Memori-

moriam ſovent, ancillæ minus fideli ſimilem, adeo ut ex benevolentiæ cenſu facillimè patiantur ſubmoveri, quos præſentia parum ingerit: aſsiduitas plerumque præ meritis habetur: in oculis igitur verſetur frequens qui teſtimonia benevolentiæ auferre cupit.

Hiſpanus egregio proverbio ait fæminas ex albo amicorum & mortuos & abſentes facillimè delere. Quod ut etiam non attendas, invidia tamen, quæ ab omnibus Principum familiaribus parata eſt cuivis intimo, nunquam prætermitit occaſionem abſentiæ ſine ſtudio nocendi exercito. Excellentia genii aut virtutum ſplendidarum nihil patrocinatur, cùm invidia motus ſit animi adeo malignus, ut plerumque invadat, quorum merita & authoritas amplisſimam ſortiuntur gloriam.

Unde famoſisſimorum per antiquitatem ducum non nemo dicebat, cùm ſibi diem illam tranſiiſſe inanem putaret, nullo laudis eximiæ pretio, quod invidia, gloriæ alumna, impetum tantiſper cohibuiſſet. Fatemur, merita & facinora virtutis laude digna, quæ ad gloriam reipublicæ contulerint, aliquando ad eum honoris & authoritatis gradum contendere, ut cæteri æmulationis dejecti ſpe, etiam invidia careant: non tamen inde liberantur odio, quod per inevitabilem conſequitur necesſitatem, omnes ſummæ rerum admotos; tum quod mortales, ex jure naſcendi liberi, ſponte propendeant ad odium ſuperiorum, tum quod aula ſemper ſcateat turba, quæ ſibi potiora deberi credunt, ab illis forte interverſa, unde odium concipitur.

Iſti Solis ſplendorem culpant, quod oculorum aciem perſtringat, nulla habita ratione, vel illius naturæ eximiæ, vel ſuæ debilitatis, virtus excellentisſima, uti lumen ſplendidisſimum, offendit: ad noctis tenebras amandandi, donec diei ſplendorm agnoſcant Lunam & cætera aſtra luminis, debilioris contueantur, antequam radios ex uſu & dignitate dimetiantur. Malignis iſtiusmodi ingeniis ea laus convenit, quod cæterorum ſint ſeveri cenſores, induſtriè noceant, ad exitium aliorum operoſi, dum domi non inveniant, unde emergant.

Bea-

Digitized by

Beatus tamen Miniſter, qui benevolentiæ ſubſtravit ultimum fundamentum apud principem meritorum notitiam, ad Principis gloriam augendam, unde abſens idem valet, quod præſens, & Principem experitur Solis imitatorem, qui eodem lumine & emolumento propinquior ac remotior radiat.

CAPUT XXX.

Merodius Imperatoris Cubicularius, invadit Rhætos inopinantes.

HIſtoriæ ſeries, poſt Religionariorum ſubmiſſionem coactam, nos Italiæ negotia reciprocare jubet, ubi meminimus, pacta Suſana in ipſa Hiſpania ſancita, ut Galli Italia excederent, non multum tamen valuiſſe: dum Merodius Imperatoris Cubicularius, quem Hiſpanum credere poſſumus, tum ob arctiſſimam Hiſpaniæ cum Imperio conjunctionem, tum ob Imperatoris motum, ab Hiſpania penitisſimè directum; Rhætos invadit, anguſtias, Italiæ & Germaniæ cardines occupat, Meyenfeldiam, & gentis caput Curiam corripit, excitatis etiam munimentis, ad traducendas copias neceſſariis.

Id Sabaudus erat machinatus, ex ingenio quietis impatientisſimo, & nimio injuriæ ſenſu, quam ſuſæ videbatur ſuſcepiſſe: adeo ut pace conſtituta, cum rex Privaſium obſideret, cum Imperatore & rege Hiſpaniæ de bello redintegrando ageret, ad priorem ſcopum. Imperatori expoſuerat, violentiam Suſæ illatam non tam Sabaudiam, quam Imperatoriam lædere dignitatem, quod anguſtias ad imperii jura conſervanda tantum clauſiſſet; Caſalæ liberationem in illius impingere authoritatem, cum Mantuanus, vaſallus utique ad obſequium Imperatori præſtandum, adigeretur.

Sic & Hiſpaniam edocebat, contumeliam Caſalæ ſuſceptam contemptũ potentiæ per universãItaliã trahere, ex quo periculoſisſima emanare poſſent negotia; Cardinalem in ipſius

ſius ruinam illic locorum conſpiraſſe; Genuenſes ad corripienda arma excitatos: inſtitutum Mediolani ſuperandi firmari, cui immiſcendum ſeſe quæſierint permutatione propoſita de Breſſeâ reddenda, & Saluſſarum marchionatu ad præſens æs vendendo, ut Galli facilius in Italiam effundi poſſent: qui ſi geminas, maris terræque portas corriperent, ad exuvias regni Neapolitani forent progreſſuri.

Iſtæc momenta non parum faciebant, ad utramque potentiam concitandam, cùm ipſius honoris centrum contingerent. Sed honoris & veritatis vix quicquam in iſtoc ſermone repertum, injuſtitiam in Merodii inſtituto pellucente, qui non indicto bello, injuria nulla laceſſitus, Rhætos occuparet. Propinquior quidem Curiam miſerat imperatorias literas, tranſitum per omnia provinciæ loca petentes; ſed ille non expectato illorum conſenſu, copias in diſtrictum Majenfeldenſem producit, magna ubique graſſatus calamitate; Curiam obruit, & præſidio firmat; nullo penſo fidei publicæ, aut gentis ab illius negotiis alieniſſimæ.

Politica reminiſcentia.

ID demum eſt injuſtitiæ inſervire, ubi Princeps tranſitus in provinciis fœderatorum vi occupat: damnum enim, quod inde redundat, hoſtilia ſentit. Injuſtitiæ crimen ipſi impingo ex judicio Theſſaliorum, qui Braſidæ, cum per provinciam Athenienſibus bellum facturus tranſitum moliretur, obſtitêre, quod Thucydides his verbis memorat: Eum injuſte agere, qui conaretur invitis poſſeſſoribus tranſitum uſurpare. Licet viribus ſit validis, eas tamen ad injuriam cæterorum non exercebit, quod cælitus ad juſtitiæ patrocinium tantum conferatur.

Romani priſci magnam merentur laudem; quod inimicorum etiam terras contentioſas, temerè non peterent, niſi bello denunciato; plurimo minus invaſiſſent amicorum provincias. Quotieſcunque aliquid juris apud vicinos quærerent, legatos mittebant res repetitum: ubi petita non impetrarent intra triduum, bellum indicebatur; neque ſic arma expediebant, niſi poſt ceremonias operoſas, quas

T. Li-

Digitized by Google

T. Livius deſcribit. Ne tamen eo usque ingrediamur, cùm meminerimus, Florentinorum feciales ab annis trecentis ferè iisdem ceremoniis uti.

Rationes illæ priſcorum, quæ bello indicendo circum ponebantur, nullo quidem uſu nunc vigent; princeps tamen uſurpatoris auferet nomen, quicunque fœderatorum oppida & tranſitus ſine conſenſu invadit. Ambitio autem hic non ſtat, cùm ſatis habeat, quævis media ad inſtitutum accommodare, nunquam memor, juſtitia divina deſtrui, quicquid injuſtitia hominum fundatur. Leges civitatis furta particularia vindicant, & Deus, judex regum, uſurpationes flagellat, adeo ut violentia aucti, ruinam in potiore inveniant, & imperium injuria partum, brevi deficiat, potentia licet aliquamdiu ſtatuminatum.

CAPUT XXXI.

Merodius Galliæ legatum violat.

VIolentiam ſanè inauditam ambitio imperabat Merodio, poſt Curiam oppreſſam. Sciebat enim Meſminum legatum regis ad Rhætos, omnẽ induſtriæ & prudentiæ adhibuiſſe operam, quam ratio muneris poſcebat, ut populos in fidelitate, quam Galliæ promiſerant, conſervaret, & anguſtiarum cuſtodiam adverſus quoscunque, qui Galliæ aut fœderatis illius, nocere cuperent, perſuaderet; nihilominus hoſpitium excubitoribus cingit, & grammateum rapit nullo jure Gentium, quod legatos ſacros habet & ab omni damno aut injuria ſalvos præſtat.

Politica reminiſcentia.

CUm legati majeſtatem Principis repræſentent, offendi nunquam poterunt ſine grandi injuſtitia, à Principe belli exorte. Quicunque aliter agit, legem per omnia imperia ubique receptam violat, Principe legati læſo. Inju-

riam atrocem contrahit, cum ab omni ævo iſti invio labiles credantur: ubi etiam inter hoſtes, quod Tacitus monet, rarò legati violantur. Indecorum maximum, homines & defenſionis, & vindictæ inanes, quibus omnis potentia in rationibus explicandis ponitur, vim pati.

Extremum hoc in legatum, etiam ad offenſionem graſſatum, fuerit, ut admodum civiliter dimittatur, ab omni injuria protectus. Id Romanis erga Perſei legatos uſu venit, quos juſſerant intra undecimum diem Italia excedere, regique nunciare, Conſulem P. Licinium brevi cum exercitu in Macedoniam iturum, cui legatos deſtinaret, ſi quid occurreret proponendum, nec Romam mitteret qui nulli deinceps ibi reciperentur: adjuncto Sp. Carilio, qui per Italiam deduceret, uſque ad naves; quemadmodum T. Livius memorat.

Henricus autem Magnus, cujus actiones cæteris principibus exemplar præbere poſſunt, moderationem erga legatos imitandam exeruit, cum comperiſſet, Taſſium & Balthaſarem Cuniganum ſucceſſorem, legatos Hiſpaniæ, colludere cum Hoſtio, & Merarguæo, ibi jure Gentium ſervato, tricas ſeditioſas, ab hoſtilitate non multum diſtantes, neglexit. Omni æquitate caruerit oportet, qui tempore pacis, ex ſola ambitionis ſatiandæ ratione legatum violat & detinet.

CAPUT XXXII.

Sabranus ad Imperatorem legatur.

PRiusquam Merodius proceſſiſſet, rex qui nunquam cogitaverat Mantuanum pertinaciter fulcire, ſed tantum juſtitiæ, quæ fœderatorum res ipſi recommendabat, ſatisfacere, ex tenore pactorum Suſanorum cenſuit Sabranum legare ad Imperatorem, qui ſincerum inſtitutum & animum exponeret, adeoque inveſtituram, ſi fieri poſſet, per ſuum favorem Mantuano impetraret, cum rex, ut

pacem Italiæ conſervaret, maximum armorum emolumentum, quod ad Suſam obtinuerat, & occaſionem, quam complures Italiæ principes obvii præbebant, ſponte dimitteret; id quod præter civilitatis pompam, ampliſſimè teſtatum volebat.

Mantuanus, officii memor, Epiſcopum Mantuanum miſerat, qui inveſtituram rogaret; quam rex illi ſubmiſſioni etiam ſuas preces jungens, nunquam recuſatum iri credebat, cum eædem Imperii leges, quæ Principem Vaſallum ad eam petendam obligant, Imperatorem ad eam indulgendam ducant, vel ſaltem ne jus tertii gravetur, ſi quod exigatur, ubi poſtea viis ſolitis & legibus juſtitiæ omnia trutinantur. Hæc ſumma erat mandatorum, quam diſcedens ſuſceperat à rege ad Imperatorem.

Per viam autem nova mandata conſequuntur, ut querelam inſtitueret de exiguâ ſibi à Merodio habita reverentia in perſona Meſmini legati; tum etiam de violentia in Rhætos exercita, & tranſitu Steigæ, Pontis rhenani, & oppidis Curiæ ac Meyenfeldiæ occupatis, nullo bello, niſi ad momentum invaſionis, declarato: urgeret etiam, ut Merodius copias ex Italia & Rhætiâ deduceret, regique de neglecta reverentia reus ſatisfaceret.

Sabranus digniſſimè obit munus, omnem, prudentiam expromit, ut Imperatori clarum faceret, regis inſtitutum, donec intelligeret, nihil ad detrimentum imperatoriæ dignitatis actum. Edocebat, regem ad vim non prolapſum, antequam Hiſpani copias, nullo jure Caſalæ obſidionem cepiſſe vidiſſet; cùm rex ad patrocinium Mantuani obligaretur per pacta Gambriviana & Veruiniana, ubi nihil prætermittebat, quod ad ſatisfactionem à Merodio exigendam pertinuiſſet.

Cum autem Imperator ab omnibus Senatoribus eſſet præpeditus, nihil actum, niſi quod Imperator reſpondit, ſibi curæ fore juſtitiam, Mantuano ſatisfactum iri, ſi rex copias ex Italia retraheret; mirari, qui rex fortunas Principum, qui ſibi deberent obedientiam, curaret, immemor pactorum diverſorum, quæ regem ad auxilia obligabant, nullo penſo honoris, an Mantuanus

periculis, quæ vehementius quam unquam ingruebant, ſuccumberet, cum Imperatoris & Hiſpani copiæ in Italiam tranſiiſſent, ad exitium illius intenti.

Politica Reminiſcentia.

QUicunque rebus agendis adhibetur, ut arbitrium pacis inter diſſidentes Principes interponat, magno honore cumulatur; dignior tamen, cui omnes condoleant, quam ullus invideat, ubi ad fervorem animorum incidit primum. Negotiatorum enim eadem ratio, quæ medicorum, qui ad declinantem morbum vocati, feliciores æſtimantur, adeo ut plurimum lucrentur, qui pacis negotia ſuſcipiunt, conſidente ebullitione ſanguinis, poſt immanes belli ſumptus, & tædium indefeſſi laboris ad exercitum alendum & ducendum.

Primi favores iracundiæ, inſtar nubium, obfuſcant rationis lumen, ne animadvertantur pacis immenſa bona, aut tempeſtivus ad eam amplexandam ferantur. Iracundia igitur moleſtiis ſuis ſtimulet oportet, donec odium ejus concipiant, ad faciliorem tranquillitatem. Id tædium ærumnarum, quod bellum utrinque trahit, Franciſcum I. & Carolum V. ad pacem deduxit: nec Philippus II. compendium, quod infidelitas quorundã Gallorum in republica ſua præbuerat, unquam prenſaſſet, niſi pertæſus expenſarum, quæ ærarium cum pulviſculo devorabant, & quæ animum arrodebat curarum, periculorum etiam, quæ vel oculis dimetiri licebat in bello externo.

Principes tamen non adeo acerbè diſſideant, quin ex pacis ſtudio conentur tranſigere, & per legatos ſenſa animorum invicem aperiant. Quicunque enim omnia per libidinem vult auferre, cæteris neceſſitatem extremorum imponit, ad calamitatum procellas. Cum principes diſſitas incolant provincias, plerumque ſiniſtrè de inſtituto mutuo ſentiunt, legati vero juſtitiam demonſtrantes, non parum conferunt ad animos moderandos, & manſuetudini mancipandos. Sapientiſſimus enim quisque præter juſtum & æquum nihil exigit: hinc nullo licet obſequii jure adſtrictus, rationi ſemper paret.

Gna-

Digitized by Google

Gnarus utique veram majeſtatem non voluntate, ſed officio æſtimandam, eâdem non ad libidinem extenſa, ſed ad poteſtatem juſtitiæ colendæ exacta. Id ſibi gloriæ ducunt, ut cum omnia poſſint, non tamen, niſi laudabilia velint. Hinc ſponte ad rationis orbitas progreſſi, nihil tergiverſantur, alios legatis miſſis ad idem inſtitutum provocare, neque enim abjecti id animi ſignum ſed eximiæ prudentiæ, civilitatisq;, quam Principes ſibi invicem debent, teſtimonium.

CAPUT XXXIII.

Crequius ad Sabaudum legatur.

REdeo ad Merodium, Rhætos obruentem, ut moneam, regi id inſtitutum non admodum inopinatum accidiſſe, qui Europæ univerſæ motus animo voluebat, & cæterorum principum conſilia nihil ignorabat: Uunum tamen agit, ut Crequium ad Sabaudum mitteret, qui contra pacta id fieri argueret Suſana, quorum executionem & verbis & ſcriptis deberet, conjunctione etiam armorum inſerta: partibus igitur accederet.

Sabaudus, qui copias illas invitaverat, nihil opus habebat de illarum inſtituto quærere: eum tamen prætextum ſumit, ut ſubleſtam fidem actionum velaret: ſic miſſurum ſeſe affirmat, ut ex reſponſo regi ſatisfaciat. Crequius, iniquitatis eliciendæ ſagax, aliquot dierum moram permittit, & reſponſum continuò urget, auditque; Rhætorum anguſtias nihil pertinere ad Mantuani imperium, Hiſpanum tamen, ſi Galli italia & Suſa ſubmoverentur, placari poſſe, oblata opera, ut tum & Imperator copias retraheret, offenſus licet, de Gallorum importunitate in diſſidio Mantuano, quod vaſallus excitaſſet: inſtituti ſui nullo unquam indicio, cum expactis tantum Suſanis agere poſſet.

Rex eo reſponſo probato, jubet Crequium reponere, Quæcunque mandaſſet, non attingere officium illius, quod juxta illa pacta ſubiiſſet, ut nempe arma conjunge-

ret: aperiret ſeſe, & aſſeveranter crederet, ſi inveſtituram Mantuanus adipiſceretur, regem ex Italia & Suſa copias reducturum, qui id unum agat, ut Mantuanum, fœderatum ſuum, ab invaſione tutaretur, ex pactis Veruinianis: neque enim æquum videri, ab Imperatore ipſi Mantuæ & Monferrati eripi imperium, quod legitimus hæres occupaſſet; Nunquam regem ſibi diſſidii, inter Mantuanum & Sabaudum, judicium ſumpſiſſe, ſed propoſitis mediis convenientiſſimis utrumque ad tranſactionem invitaſſe.

Ad æquiſſimas iſtas rationes nihil regerebat, niſi ut Crequio reſponderet Sabaudus, conſtituere ſeſe, neutras fovere partes, nulla mentione officii, quod ex pactis Suſanis debebatur, nullo penſo damnorum, quæ in ipſum, belli excitati authorem, redundare poſſent.

Politica reminiſcentia.

QUicunque princeps incendium belli inter potentiores ſuſcitat, pernicioſiſſimo inſtituto neutri ſeſe adjungit, cum expers licet tricarum, prudentia duce, diſcedere debeat ad partes: maxime verò ubi ipſe bellum perſuaſit, ut faveat ex deliberato. Alter jam excitato bello abunde offenditur, cum nulla injuria accedente, hoſtis feratur; vindictam promeritus; alter verò ad bellum ſumendum inductus, & in ipſo periculo deſertus, non minus injuriæ patitur. Quod ſi nec ad bellum quidem excitandum quicquam contribuerit, periculi plenum arbitrer, neutrarum eſſe partium.

Præſtat aleam apertè tentari ad victoriam, aut cum ſocio ſuccumbere, qui reſtitutionem poſtea adjuvet, quàm neceſſitate extrema premi, quæ ipſum victoriæ auctarium faciat, aut utriusque prædam. Ex conſilio firmando exhibent Senenſes exemplum, qui belli Italici expertes, tandem partium militi patuere excutiēdi: adeo ut Alphonſus rex illos compararet, intermediis habitatoribus, qui à fumo inferiorum exercentur moleſte, & à ſuperiorum ſtrepitu turbantur.

Ariſtenus, Achaiæ Prætor, & L. Quintus Conſul & imperator Romanus conſilium Cleomedontis Macedonis peſſi-

peſſimum judicabant, cùm is Achæis, neutras inter Romanos & regem Philippum belligerantes ſuaderet partes. Ille enim ferre non poterat, inſtitutum illud viam mediam nuncupari, adeo ut ſubjiceret, Viam ſi maximè dicere amarent, viam tamen minus utilem dicerent; cum ſucceſſus proſperior, qui evenire poſſet, nihil commodi adferret, niſi ut victoris præda tandem fierent.

Fortè evitaverit quis illam tempeſtatem, ſi in verbis & actionibus eam ſervet cautelam, ut partibus juſtiſſimum perſuadeat æquilibrium: illud vero impoſſibile autumo, cum & actiones indeterminatæ ſuſpicionibus onerentur, judicio utriusque expoſitæ. Non certè evitabit vicinorum deſertionẽ periculo oppreſſus, quòd auxilia neglexerit, ad benevolentiæ imminutionem. Medius enim has & illas partes offendit; ubi potentior credit, cæteros ad conjunctionem armorum ſponte obligari, & infirmior dolet, ſeſe deſeri, adeoque injuriâ affici. Sic neutræ partium neque adverſus hoſtem protegunt neque amicos conſervant. Creditur quidem ærarium exhauriri, ſi aliquæ copiæ in exercitu fœderati ſuſtententur, ſed majores ſibi ipſi imperabit, ut provinciales ab utriusque incurſionibus tuetur.

CAPUT XXXIV.

Leonius in Helvetiam legatur.

POſteaquam Merodius Rhætos occupaſſet, monebatur rex, quid Hiſpanus per Helvetiam machinaretur, ut diſſidio ſuſcitato, pagos Catholicos faceret ſuos. Mittitur igitur Leonus Brulartus, qui eos certiores redderet, de regis benevolentia, quam ipſorum commodis augendis ſervaret inviolatam: exhortatus etiam, ut fœdus, à multa annorum ſerie cum Gallia continuatum conſtanter ſervarent, pagorum denique Unionem porrò colerent, & Rhætos vicinos adeoque fœderatos ab Auſtriacorum oppreſsione vindicarent.

Ab exordio artes explicabat quas ad eos à Rætis ſeparãdos Madriti etiam adhibuerint, ubi pactis illis famoſis, appen-

dicem fecerint, Ut tredecim pagi, aut major illorum pars, pacta illa ſervanda curarent, dum eodem tempore mitterentur, qui Catholicos pagos cuniculis admotis ab eo inſtituto diſtraherent, Rhætisque ſimul perſuaderent, eosdem pagos curam illorum abjeciſſe: quo diſſidio per animos ſparſo enervati munimenta & anguſtias facilius occupari paterentur. Addebat etiam rationes graviſſimas, idem Hiſpanum apud pagos conſtituiſſe, ut ipſorum anguſtias quas per literas jam petiverit, corriperet, conſilio ſatis manifeſto.

Periculum illud nunquam rectius evadi, quam concordia pagorum, & fæderatorum: caverent diſcordiam, ad quæcunque propoſita; ſumerent arma potius, ad aſſerendos Rhætos, qui & partem Helveticæ Reipublicæ facerent, cum ipſi idem infortunium à cervicibus ſuis depellere deberent.

Leonus rem tanta induſtria peragebat, demonſtrato illorum commodo per rationes adeo ſolidas, ut in Conventu Soloduri Auguſti die quinto conſtituerint pagi, unionem arctam colere, ad Imperatorem perſcribere, niſi Rhætos reſtitueret in priſtina, ſeſe ad regem Chriſtianiſſimum tranſituros ad vindicandam injuriam ſuſceptam, & invaſionem avertendam. Conſtitutio iſtæc Hiſpanum nimis turbabat, ut extemplo Caſſatam mitteret, qui eam deſtrueret, & Catholicos à Proteſtantibus, præcipuarum anguſtiarum poſſeſſores, divelleret. Quemadmodum verò curam indefeſsâ allaborabat, ut provinciæ proceres ſibi adjungeret, qui vel ob commercia & viciniam Mediolani magnam ferunt authoritatem, ita pervicit, ut conſtitutio mutaretur, adeo ut præter copias, ad patriam tutandam, & imperatorium militem arcendum, ſi quid auderet, nihil fieret.

Politica reminiſcentia.

CUm leges prudentiæ moneant, æquè ex hoſtium, ac amicorum inſtitutis emolumentum ſumendum, nemo vitio vertet, ſi Auſtriacorum animadvertam inſtitutum, quomodo Rhætos primũ ab Helvetiis ſepararint, deinde inter ipſos Helvetios diſſidium conciliarint, efficaciſſi-

ciſsimum quo uti poſsis, medium enervandi vicini, adhiberent, ad provinciam ſubjugandam, aut tranſitum procurandum, quem nemo impedire queat. Concordia ſanè populorum ſumma reipublicæ fortitudo, uti diſcordia certiſſima exitii cauſa.

Hinc Lycurgus Lacedæmoniis aſſeverabat, nihil æquè ad ipſorum incrementum, adeoque reipublicæ conſervationem facere, ac virtutem adverſus hoſtes invictam, & concordiam domi inviolabilem. Artificium etiam, quo Philippus Macedo ad ſuperandos Græcos utebatur, fovebat diſsidia inter eos, dum aliis adverſus alios opitularetur, provincia cuivis expoſita per diviſiones, quam concordem ille nunquam ſubjugaſſet. Meminimus etiam, partem Galliæ in Anglorum poteſtatem per diſsidia, quæ Burgundus hinc & illinc ſeminaverat, conceſsiſſe.

Aſtra in ſiniſtros aſpectus diſpoſita non poſſunt non peſsima quæque hic inferius producere: & populi ſemel in factiones dilapſi, & inimicitias, & calamitates reciprocare ſolent. Superba ædificia ruinam contrahunt ex fiſſuris murorum; & nihil æquè imperium in exitium præcipitat, ac diviſio populorum. Dicam ipſam Divinitatem majeſtati fundamentum ſummum in unitate collocaſſe, adeo ut diviſa, deſineret eſſe infinita. Hinc certum, rempublicam ex unione populorum evadere inviæam: nulla enim ruinam inſtantem vitabit, quæ diſcordiæ locum dedit, ubi factio factionem trudit.

CAPUT XXXV.

Auſtriaci cum exercitu in Mantuanum imperium irruunt.

CUriæ & Mexenfeldiæ invaſio principium belli, quod per illam portam in Italiam illababetur, dedit. Auſtriaci enim, ut Mantuanum promptius conficerent, geminos exercitus, duce Spinola, trajiciebant, ut poſt Suſam à Gallo captam continuò in agrum Monferratenſem deſcende-

rent. Marchionem illum Hiſpanus ex Flandria, neglectis Belgii rebus, in Italiam ſubmittebat, ut primum benevolentiam priorem inter ipſum & Genuenſes, ne à partibus diſcederent, reſtauraret. Genuam igitur accedit menſe Julio, Genuenſium animis recuperandis ſtrenuam adhibet operam, adeo ut magno ſucceſſu pergeret, majori, quam unquam in Hiſpaniam merito.

Dehinc annonam grandem contrahit, quæ terra marique bellum gerentibus, ob provinciæ exiguam meſſem, ſummè eſt neceſſaria. Palam ferebat, Hiſpanum deſiderare pacem: ut interea copias cæteras contraheret, ad bellum validè ſumendum. Exercitu enim juſto inſtructus, in agrum Monferratenſem deſcendit, loca exiliora ſubigit, & Ponteſturâ captâ Caſalæ appropinquat, ut noceret, & occaſionem invadendi ſpecularetur, ad alteram obſidionem cautior, donec ipſam extra ſpem auxiliorum Gallicanorum animadverteret.

Religionariorum everſio, ut arma regia occupare deſinerent, quin ultra limites regni ducerentur, ipſum non parum coërcebat; credebat tamen Gallos adeò fractos, & à factioſis, quos Hiſpanus ſubmiſiſſet, qui in aula nimis frequentes, familiam regiam diviſerant. Cardinale etiam graviter impedito, adeo turbatos, ut rex alpes trajicere, hyberno maximè tempore, non vellet, donec inſtitutum confeciſſet ipſe & Caſala atq; Mantua ſimul abſeſſis, animos viresque diſtraheret.

Exercitus enim Germanis, iiſque Lutheranis conſtans, duce Colalto in Mantuanum diſceſſerat agrum, Spinola in Monferratenſem abeunte. Sic loco juſtitiæ, quam Imperator Sabrano promiſſam, etiam declaratione firmarat promulgata, de jure reddendo, patrantur in humana, incendia ſpolia, etiam templorum, majori violentia & impietate, quam unquam ab Iconoclaſtis; Crucifixis diffractis, imaginibus B. Virginis & quorumvis Sanctorum temeratis, quas miles funiculis, tanquam devotos per ſtationes trahebat, aut in profluentem præcipitabat: Ciboriorum ibi nulla veneratio omnia ſtupris matronarum & virginum plena, quibus malis accedebat provincialium cædes & ſanguis; adeo ut velum pietatis, quod per Germaniam tam alte expanditur, ambitionem ſatis male contegeret.

Violen-

Digitized by Google

Violentia iſtæc imanis per armorum potentiam valida, ampliſſimis per agrum Mantuanum progreſſibus occaſionem dabat, populis pleriſque, tanquam ingruerent Alaricus aut Attilia, fuga dilapſis, ut ad Mantuam uſq; vix quicquã obſtaret, quin obſidione eam cingerent. Durando autem cum mille egregiis bellatoribus, ducibusque ſamoſis ingreſſo, & præcipuis Mantuani copiis aucto, obſidionem producunt; exercitu æquè per contagium ac famem afflicto, adeo ut hoc anno tandem recederere haberẽt neceſſum impoſtura tamen famoſiſſima nulli mortalium unquam audita, prius uſi.

Diverſas pacis rationes proponunt, adeo ut Mantuanus ad diſpoſitionem, quam teſtabantur, conventum iri, armiſtitium trium horarum permitteret, quo conſtãte ac fidem ipſorum etiam ſuburbii portam tranſpontem reſerat: illi igitur magis ad emolumentum, quam ad fidem, inter Principes inviolatam, intenti, in ſuburbium plures ter mille ingrediuntur. & illud occupant: cum autem proſperior ſucceſſus actionibus adeo turpibus negetur, ita eo commodo non diu ipſis licuit uti. Durandus enim eruptionem auſus, per ſpatium trium horarum, favente ſclopetorum imbre, erexerat vallum, tormenti patiens, ut ſuburbium illud undiquaq; impeteret, adeoque imperatoriis redderet inutile.

Politica reminiſcentia.

FIdes eorum, qui exercitui præficiuntur, quovis tempore tantæ venerationi fuit apud militem, ut res ſacra crederetur. Opprobrio involuitur, quicunque eam violat, adeò ut honore armorum penitus exuatur. Nullo enim loco ſtarent res mortalium, niſi ea coleretur ex neceſſitate mutua. Nulla ſecuritas pactis adhæret; nullus Princeps confideret principi; nec induciæ, pacis negotiandæ cauſa factæ, ſecuritatem adferrent, ſi qiusque prolibitu ageret, traheret, raperet, duceret.

Imperator militiæ honorem æſtimet ſummum bonum, cum nulla macula præ infidelitate deturpet, quod ea juſtitiã ex arte militandi exterminet, libertatem quidvis præter rationẽ audendi præſtet, bellum deniq; in latrocinium commutet.

mutet. Debet is militi juſtitiam, & hoſti fidem, adeo ut nec verbulum ex promiſſis decerpere queat. Quin potius eo exactius eam expleat, quanto majoris apud illum fuerit momenti.

Strategematum uſus permittitur, quæ tamen prudentiæ militaris non infidelitatis ſint effecta. Romani ſanè fidei tantum honorem habuere, ut imaginem illius in Capitolio juxta Jovem collocarent, at omnes diſcerent, eundem cum Numine cultum exhibendum: gnari utique, Cælum cum rigore injurias ipſi illatas vindicare, quæ infamia patratores tantum mactent, reipublicæ etiam pernicioſæ, cum veriſſimum ſit, regum thronos fide ſolidè firmari.

CAPUT XXXVI.

Mantuanum juvant Veneti.

SIlentio præterire non poſſum, quantas Mantuanus à Venatorum republica ſuppetias tulerit, antequam exercitus regius ſatis prompte ad Mantuam pergere poſſet, tametſi aliquid copiarum penetrarit. Rex enim conſultum putabat, ut Orator apud Venetos auxilia exoraret, poſtquam Auſtriacorum patuit inſtitutum.

Illa eo facilius ſequebantur, qud plurimum intereſſet, Auſtriacorum per Italiam potentiam, & maximè per viciniam nihil augeri, ob conſilia ab antiqua metuenda: non immemores, oppida & loca non contemnenda ex imperio Mediolanenſi decerpta ſibi adcreviſſe, per Ducum ſuperiorum fortunam, quæ Hiſpanorum aviditas facile eſſet repetitura. Sic Mantuano non ſemel pecunias, annonam, & copias contribuêre; adeo non exiguum pondus ad illius conſervationem contulêre.

Politica Reminiſcentia.

NIhil perículoſius reipublicæ, quam regem potentia am-

ambitioneque inflatum, ex pura violentia, principis vicini invadere provincias, cum inde pontem ad ulteriora ſtruere poſſit. Ambitioſus enim fluvios magnos refert, qui propinquiora corripiunt, adeo ut neque juſtitiam, neque injuſtitiam advertat, modo inſtitutum perſequi detur. Id unum agit, ut factioſos in imperio vicini nanſciſcatur, ad ſtruendam diviſionem, pedemque ibi figendum.

Nulla parſimonia pecuniarum, erga miniſtros corrumpendos: Africæ quendam populum refert, qui oculis apertis ſomnum capit. Sicuti perſuaſum habet, ſummam gloriam in poſſeſſione latisſimi imperii inveniri, ita credit, imperandi conſilia ſatis juſtam trahere cauſam, ad bellum ſumendum. Ubi virium non ſatis ſibi videt, ſeditiones apud vicinos ad rebellionem ſuſcitat, credulitate ſimpliciorum abuſus ad cæteros imperio coërcendos.

Oculos ad juſtitiam velat, non ut ex æquitate judicet, ſed ne injuſtitiam conſiliorum, quantum poteſt, advertat. Denique nihil unquam evenerit, ubi ipſe novas conquerendi non ſcrutetur vias, Manifeſtum igitur omnibus, quãtum fæderati Principis opprefsi, jamjamque expoliandi, promptitudinis debeant ad illius conſervationem. Auxilia enim ipſi ſubmiſſa, propriam rempublicam aſſerunt, adeo ut expediant arma, tam in illius, quam ſuam ipſorum ſalutum, dum progreſſum inhibent ambitionis, quæ diverſo conatu extra omne dubium ſit graſſatura.

Ante omnia vero vicinorum proximi tenentur vires præſtare; cum periculo ſint vicinores: ab iis etiam principaliter opem impetrabit, ne hoſte ad portas turbante, longinqua auxilia fruſtra expetamus, neque enim exercitus alis feruntur, ſed lento gradu procedunt, adeo ut vim patiantur obvia, antequam defenſio juſta paretur. Quicunque igitur domi non ſatis invenit virium adtuitionem, ægrotum refert, qui in pago aliquo morbum ſuffert periculoſum juxta & acutum, & medicum famoſum à decem leucis acceſſit, per cujus moram morbus ſanandi curam excedit, ad fruſtraneum medici illius tradiuſculi adventum.

Priſca hiſtoria illuſtre rei præbet exemplum de Sagunto; quod Charthaginenſes ſubegere, antequam auxilia ſperata Romana adventarent: poſterius tamen ſeculum aliud nihil minus conſiderabile exhibet, in oppido Senarum, quod ab exercitu imperatorio obſeſſum, auxilia ex Gallia fruſtra expectabat, ob longinquitatem locorum. In iſtis itaque occaſionibus confugiendum ad imperia vicinorum, qui obligantur ad prompta auxlia: unde fædera cum illis inita præ cæteris ſunt utilia.

CAPUT XXXVII.

Fædus inter Galliam & Angliam renovatur.

QUamvis pacta, & renovatio fæderis inter Galliam & Angliam jam menſe Aprili, rege Suſæ commorante, conſtituerentur, non tamen ſolennia juris jurandi, quibus pacta firmantur, præſentibus legatis extra ordinem hinc inde miſſis ſolita, peracta fuere, donec rex ad Pariſios perveniſſet & res arduas quibus diſtinebatur, confeciſſet. Ea ſolennia Fons delitiarum vidit menſe Septembri, ubi Eſmundus aderat, qui nomine regis Britannici intereſſet.

Rex ipſi ampliſſimos haberi honores voluit, quod in iſtis occaſionibus ſolet; adeo ut etiam eo die menſæ illum adhiberet. Horâ igitur deſtinata, deducitur in ædem oppiduli, ad eum finem magnificè ornatam, ubi rex cum Principibus & proceribus aulæ Veſperas audierat. Regem ex officio ingredientem veneratur, & reginas, tum in pegmate locum capit. Rex eo præſente juſjurandum renovati fæderis præſtat, ſuper ſancta Evangelia juratus, de pactorum capitibus obſervandis.

Idem jurandum eodem die Londini non minus ſolenniter præſtabat rex Magnæ Britaniæ, in præſentia Caſtellonovani, quem rex extra ordinem in eum prorſus finem legaverat.

Poli-

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum Sacramenta actiones reddunt venerabiliores, ita omnes omnino populi ea pactis fæderum adhibenda cenſuere, ad ſanctiorem obſervationem: ab omni tamen tempore ad u... ...itatem Nationum differentia. Regibus frequentiſſimum erat, eodem vitro bibere. Thraciæ populi & Ægyptii ex eodem calice non bibebant, cùm cornu bovino uterentur. Judæi olim quædam animalia mactabant, quorum viſcera dividerent. Chaldæi per medias flammas tranſibant, armata dextera, ut jusjurandum ſancirent.

Videntur tamen Arabes eximia præ cæteris feciſſe ſolennia: Spectatior quidam ex paciſcentibus, in medium procedebat, manum lapide acuto feriebat, ad ſanguinem eliciendum; quem pannis veſtimentorum exceptum, ſeptenis affricabant lapidibus, circa quos adſtabant, invocatis Dionyſio & Urania. Scythæ ſanguinem vino miſcebant, quo ſagittas, ſecures & jacula tingebant, cum vehementiſſima proteſtatione, de fide mutuum colenda: cum inde hauriebant ſimul, propinabantque & teſtibus.

Romanis in uſu erat, ſummum Pontificem appellare, qui altari ex ceſpitibus conſtructo, imponebat porcum, quem in illorum præſentia feriret lapide, dum Jovem invocat, ut eodem rigore feriret primum pactorum transgreſſorem. Legimus etiam in hiſtoria Jovillani, S. Ludovicum regem ab equite ex familia Concyorum, Cæſareæ fuiſſe conventum, qui ad majorem fidei ſecuritatem præſtandam, petebat, ut milies regius cum ſuo in ſignum fæderis arctioris, ſanguinem vino miſcerent, & invicem potarent, quod rex collaudarit; ubi hiſtoria & iſtud adjungit, canem per medios actum, cui quilibet ictum gladio inferebat, comprecatus, ut eodem modo vapularet, quicunque verborum fidem frangere cogitaret.

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

Aurelianenſis ſecedit in Lotharingiam.

QUamprimum rex ex Languedocia redierat, regina mater, quæ impenſisſimo deſiderio flagrabat, ut Aurelianenſis Florentinam aliquam duceret uxorem, quam tamen ut amaret ab animo non poterat ille impetrare ſuo, quod Gratiis adverſis videretur nata, nullis niſi natalium dotibus conſpicua; adeoque impatientisſimè ferret, propenſiorem Aurelianenſis in Mariam Principem animum. Hinc apud regem inſtabat, ne illud matrimonium ſine ipſius permiſſu conficeret.

Rex autem per omnes occaſiones oſtendebat, quanti faceret illam Virginem, ſed ex lege, quam ſibi ab omni tempore impoſuit ipſe, ut ad reginæ matris deſideria quidvis conferret, cogitur illud prohibere, Aurelianenſi ob reverentiam & obſequium aſſenſo, cum tanta tamen animi ægritudine, aut aulæ pertæſus propter hanc moleſtiam, in Lotharingiam ſecederet, ubi à Duce amplisſimis excipitur honoribus, tum ex officio & reſpectu natalium, tum ex animo in Galliam irritato, dum Auſtriacorum vaſallus ſpontaneus ſperaret in iſtac occaſione odio concepto ſatisfacere.

Fidisſimi quidem familiarium Aurelianenſi ſucceſſum diſſuadebant, ſed ſuperſedebant animi ſenſa penitisſimè expromere, quod Magnates pleriq; ſuſpicione laborent, metuque quotieſcunque conſilia ab extremis abſtinent, & ad moderatiora collimant. Unde prudentiores in ſortem Romanorum incidebant, qui urbem tempore Neronis incendio conflagrare videntes, reſtinguere nihil audebant, ne offenſam contraherent, dum domeſticorum ipſius non pauci flammis adderent incrementum, ad majorem jucunditatem.

Neque enim deerant Aurelianenſi, qui ſolo complacendi ſtudio, majori ut potirentur gratia, quam ad privata

Digitized by Google

vata compendia derivarunt, conſilia conſectabantur per conſcientiam propriam damnata. Dicam equidem, eos ab illo tempore allaboraſſe, ut diffidentiam erga regem & Cardinalem, ad concipiendum metum, animo inſinuarent, tanto majoris æſtimii quod ſecuritatis ſeſe inconcuſſos exhiberent axes. Cùm ſic ad ſeceſſum plurimi momenti contulerint maximum præ ipſo vituperium ferunt, qui majori labore ipſorum machinationes effugere poterat, quod fidem omnem ipſis haberet.

Regina mater opprobrio ſanè non eximitur, quæ ad hæc extrema rem deduxit, quæ nullibi utilis, Galliæ poterat inferre malorum ſegetem, id quod experientia omnibus Principibus exteris planum fecit: nam iſtæc factio in aula concepta & excluſa in ſeceſſum Aurelianenſis fundamentum omnium, quæ conſecutæ ſunt, turbarum conjecit. Cardinalis malorum ſeriem præceperat animo, niſi promptum adhiberetur remedium, nihil igitur omittit, quod regem inducere poſſet, ad eum citius revocandum.

Quemadmodum vero Magnatùm tædia eos morbos plerumque referunt, quibus curſus neceſſario debetur, quem declinare non liceat, donec calor congenitus humorem peccantem decoquat & conſumat, temporis aliquod ſpacium videbatur indulgendum, ad reditum conſtituendum.

Politica Reminiſcentia.

PRincipes ſanguine regio orti, peſſima ſequuntur conſilia, ubi natale ſolum egrediuntur. Ibi enim gloriæ centrum, ibi veſtis ſplendidiſſima, omni ſpe potior: ibi uno rege inferiores, à quo dependeant; cum apud exteros compluribus ſubjiciantur. Aſtra tantummodo ex Solis aſpectu fulgent, & principes ex Regis præſentia gloriam trahunt, cum honorum ſit colophon, eundem ſanguine contingere. Verè comparantur ſpeculis ardentibus, quibus negatur ignis, niſi ad reflexionem radiorum Solarium, otioſa & mortua glacie compreſſa, quotieſcunque removentur.

Reges ipſis animam præſtant, adeo ut à Majeſtate omnem gloriam, quacunque excellunt, mutuentur. Is enim

ſplendor tantam confert authoritatem, ut ferè pro lubitu agant, cum mandata in preces commutent, quamprimum limites patriæ egrediuntur. Domi tantum licet ipſis volupe & abundanter eſſe, adeo ut videas penuriam ſecedentium inhærere calcaneo, ad toletantiam magnorum incommodorum. Sic à prodigalitate abſtinentur, non ut minus ferant, ubi neceſſaria non omnia ſuppeditantur.

Apud Exteros verò neceſſum habent præſentibus frui, & quidem ex ſubmiſſione, quæ poſtremos præfectorum ſuorum domi vix ſatiâſſent. Unde minus cauſæ reſtat ad ſecedendum, ſi libertatis liberiorem uſum ſpectemus: domi enim nunquam tot excubitoribus circumdantur, uti apud Exteros, quibus minima actio ſuſpicionem movet; & ſcrupulum injicit. Quæcunque illic indulgetur libertas, ad patriæ pertinebit invaſionem, & ſemina diviſionum. Quin potius conſiderent, eo pacto ſeipſos lædi, ſuam marceſcere gloriam, quam non aliunde, ſed ex regno patrio ducunt.

CAPUT XXXIX.

Cauſæ, cur Aurelianenſis ex regno ſeceſſerit.

NAtura id vitii trahit, ut prætextus errori occultando, & confuſioni tegendæ quæratur, ita Aurelianenſis diverſas rationes ſui ſeceſſus propalabat, ut aliquem juſtitiæ colorem induceret conſiliis, Magnates in rempublicam patriam queruli; rectiſſimè comparantur in aquas collapſis, qui fundo non invento, obvia quæque corripiunt, ut ex periculo manifeſto eluctentur.

Solent adminiſtrationis perverſum ordinem traducere, ad exemplum ſeditioſorum; dum vera tædii cauſa latet & privatum commodum ab officio obſequii recedit. Erat autem intimorum, Aurelianenſi exponere, quantum præſens Galliæ conditio differret, ab eo momento, quo Cardinalis rebus

Digitized by Google

rebus agendis eſſet adhibitus: quam ſanè deploratiſſimam invenerat, ex perverſo quorundam Miniſtrorum inſtituto, qui inepti ad regis prudentem juxta & generoſam mentem adjuvandam, omnia confuſioni tradiderant.

Tantæ erant vires apud factionem Religionariorum, ut jugum obedientiæ quandocunque excuterent. Principes regni aſſueverant tumultibus, & bellis Civilibus, ad quācunque animi ægritudinem. Provinciarum præfecti regulos agebant, qui redditus duorum triumve annorum præceptos ærario ſubducebant, nullo alio emolumento, quam ut factio intimorum lautiſſimè haberetur, quicquid regis gloria poſtularet. Fœderati Coronæ hoſtibus proſtituebantur, adeo metuendis, ut ad minimam noſtram offenſam trepidaremus.

Quæ omnia diverſo nunc volvebantur cardine: nam hæreticorum factio jacebat proſtrata; Principes videbant obſequium erga regem eſſe colendum, ut qui authoritatis habenas arripuerat, quas miniſtrorum ſocordia projecerat; Præfecti nihil ſiniſtri jam audebant; ærarii expenſæ erant ſobriæ, ad ſolam regis gloriam, reique publicæ ſplendorem uſurpandæ. Et ut omnia in compendium conferantur, Corpus illud Galliæ, nuper graviſſimis morbis debilitatum, jam ad valetudinem ſecundam redit, certiſſima ſpe vegetæ ſanitatis recuperandæ, modo hôſtes domeſtici & exteri media Cardinali ne ſurripiant.

Adeo manifeſta hæc erant, ut ne Cimmeriæ quidem tenebræ ea oculis ſubducerent: novimus autem, etiam fortiſſimas rationes animis exulceratis fruſtra adhiberi, quod de intimis Aurelianenſis aſſeverare licet, cum admodum cæcutientes, eum in viam deduxerint, quæ reipublicæ reſtaurandæ adeoque Cardinalis inſtituto, per diametrum occurrit. Didiciſſent, aſtrorum principalia nihil malignitatis in hæc inferiora effundere, niſi ad Univerſi vægrandem mutationem: nec Principes regii ſanguinis à rege ſeparari, aut minimos rebellionum motus concitare, quin extrema confuſio, conſequatur.

Quod ſi cuicunque in republica confuſioni ſic cogitent obviare, jam remedium pejoris mali applicuerint, contra prudentiæ leges: ſed illi nulla boni publici cura

 tan-

tanguntur, cum id unicè quærant, ut Aurelianenſis poſſideant animum, quem poſtmodum ad ſua circumagant deſideria.

Politica reminiſcentia.

SI providentia divina nullibi clarius emicat, quam in univerſi gubernatione; verum etiam, ſapientiam humanam nullibi plus admirationis mereri, quam in adminiſtratione reipublicæ, maximè verò, ubi ea à primo ſplendore delapſa, neceſſum habet ſtabiliri denuò. Fateamur oportet, eas eſſe partes Miniſtri, qui ſummam rerum, auſpiciis Principis curat: is enim eſt reipublicæ, quod Sol mundo, oculus corpori & primum mobile cæleſtibus orbibus, in manu Dei, cujus reges imaginem gerunt vivam.

Duo tamen hic agnoſcenda veniunt axiomata; alterum, cum reſpublica conſtet hominibus liberis, qui nutum Miniſtri non adamuſſim ſequuntur, non poſſe illum tumultu omni, niſi & plurimi alii manum ſimul admoveant operi carere. Summis quidem cauſis id datum, ut principaliter ad effectum producendum faciant, non tamen ut ſolæ operentur; quemadmodum ipſum ſolem videmus, ad terræ ſuperficiem floribus diſtinguendam, per vernum tempus, non ſatis valere, niſi cauſæ inferiores concurrant. Sic nullum agricolam, quantumvis ſolertem, invenias, qui lolium & cætera Zizania ex agro averruncare queat; ita in Miniſtri licet prudentiſſimi poteſtate non fuerit, rempublicam in ea conſtitutione ſervare, quam nulla confuſio turbet: populis enim æquè à natura inſitus amor turbarum, uti terræ noxiarum plantarum genimina.

Alterum, non exiguum requiri tempus, ut reſpublica imminuta, adeoque turbata reſtituatur. Natura in operibus tardè progreditur, dum germen ex grano; ex germine virgam; ex virga arborem, & ex arbore florem, qui fructum tandem præbet, producit. Eodem modo Miniſter reipublicæ, negotia à confuſione ad genuinum traducere ordinem nequit, niſi paulatim, cauſis ſubordinatis, ſi quæ ad ſcopum conducant. Antequam exordiatur, nonnullo tempore opus habet, ut diſpiciat veras malorum obviorum

rum cauſas, ut prudentiam Medicorum maximè imitetur, qui ad ægrotum vocati, ante omnia ad cauſam concuſſæ valetudinis penetrare ſtudent, cum fieri nequeat, ut remediaconvenientia applicentur, ubi origo morbi latet.

Oportet igitur, ut prudentia per ſcientiam & experientiam adjuta, ipſi ſuggerat rationem, quâ reſpublica prius floruerit, ſi eandem reſtaurare meditetur; quid in confuſionem præcipitârit; & quomodo reliqua imperia ad gloriam maximè proceſſerint. Præterea ſciat, cauſas internas reſecare, quas confuſionum inſtrumenta intelligat, ut inſerat boni ordinis tenaces: & hîc Medicorum exemplum ſecutus, qui notatos vitioſos humores, ex quibus morbi exurgunt, educunt, ut temperiem ægroto commodam reddant, ad juſtum humorum æquilibrium, quantum poteſt.

Cauſæ ſummæ imperii evertendi ſunt bella Civilia, & authoritatis ſupremæ intertrimentum: deinde nimia Principum regiorum, & Exterorum, etiam Præfectorum potentia; partes & factiones Magnatum; ſocordia judicum in caſtigandis boni publici turbatoribus, diſciplina militaris conculcata; & nimia populi onera; ad quæ ſingula reſecanda non parum requiritur temporis, ut de novo ſubinducendo ordine nihil addatur, ubi longo & indefeſſo labore opus fuerit.

Omnem tamen induſtriam ſuperabunt bella civilia & externa, ſi eis reſpublica exerceatur. Neque minus requiritur temporis, donec Miniſter ſummus vicina imperia ad eam conditionem redigat, ut reipublicæ ſuæ nocere nequeant, quod maximè fuerit curandum, Medici ut ægrotum ad integram reſtituant valetudinem, aëris & quarumcunque circumſtantiarum ineunt rationem, ne noceant: ita Miniſter identidem advigilabit, ne quid ex viciniâ mali exoriatur, quin ut inde per occaſiones emolumentum ducat.

Fœderatorum confidentia nitatur, quam abſtinens incommoda, & conferens auxilia neceſſaria firmabit: quod Romani ſolebant, miſſis hinc inde legatis, qui oppida fœderibus annecterent, à Carthaginenſibus ſejuncta. Omnem etiam inſumat operam, ut principum Exterorum ſolvat

Uniones, ne collectis viribus terrorem inferant: unde non multum laborabit, ut bella inter ipſos exorta extinguat; cum nonnulli ſuadeant, ea eſſe fovenda: id quod Ludovicus XI. ſapienter inſtituebat, donec conſilia in Galliam exaſciata diſturbaret.

Iſtæc ſumma ſunt capita, ad reſtituendam rempublicam neceſſaria: cum autem millenæ intercurrant cauſæ, ad ſcopum non niſi poſt longum temporis tractum, & extremas curas pertingere licebit.

CAPUT XL.

Mareſchalcus Mariliacus à rege ad Aurelianenſem mittitur.

QUi factionem reginæ matris ſectabantur, occaſionem iſtius ſeceſſus aucupati, ſuo inſtituto eum aptabant. Deciderant ſpe, poſtquam regis animum in collaudanda fide miniſterioque Cardinalis, quod ad Fontem deliciarum planiſſimè animadverterant, viderant ob firmatū. Cogitant igitur, Reginam matrem nullo fortiori tibicine adverſus ipſum fulciri poſſe, quàm Aurelianenſis authoritate, quam omnibus modis Reginæ matri reconciliare laborabant. Cum etiam Rex ſubinde mitteret, qui Aurelianenſem inviſerint, id egêre per interceſſionem Reginæ matris, donec Mareſchalcus Mariliacus, quem ſuo inſtituto percommodum ſciebant, ire juberetur.

Cardinalis mandata regia ad Aurelianenſem explicabat, ut is ex compluribus rationum monumentis intelligeret, propenſiſſimum Regis animum in illius emolumentum; eandem benevolentiam conſiſtere integram, nec ullam accepiſſe mutationem; regem ſeceſſus culpam non ipſi imputare, ſed miniſtris tantum, qui ea ſuggeſſerint conſilia. Tantò igitur promptius in Galliam rediret, ne per univerſam Europam vituperaretur, quod Rege apud Pariſios per ſpem reditus optati commorante, arma Impera-

peratoris & Hiſpani apud Italos facerent progreſſus illuſtres.

Cum autem nefas duceret, quicquam ſiniſtri de eo ſuſpicari, quem nuper ſigno Mareſchalci, quod per merita ſperare non audebat, ornari laboraſſet, ne ullam impoſturam apud Aurelianenſem exordiretur; ſingulariter ipſi recommendabat ſtudium ſuum in illius commodum, cum in ſummis habeat votis, poſt regis benevolentiam conſervandam, ut in album humillimorum clientum adſcriberetur. Ubi autem alteram mandatorum partem, non minus Galliæ, quam Cardinali optandam, fideliter exequi debuerat, Aurelianenſis aures aſſiduè de ſumma iſtius Miniſtri apud regem authoritate pertundit; de munimentorum præfecturis, ipſius fidei commiſſis; de ſumptibus quotidianis; de ſummis, quæ à rege obtineret, beneficiis.

Sciebat enim diverſa hæc calcaria æmulationem ſuſcitatura, ad augendam ſuſpicionem, quam Aurelianenſis de eo conceperat, ut oleum camino affuſum intenderet odium, quod intimi motuum arbitri conabantur. Non tamen ſuperſedit Cardinalis ſtudium, quod juſſus erat aſſeverare ſummum, ſed ubi Aurelianenſis ipſum vadem poſceret, ſine hæſitatione id negabat: quo reſponſo & aliis ſermonibus tantum diffidentiæ in animum Aurelianenſis conjecit, ut nullo modo ille ad regem redire voluerit, donec Cardinalis Alpes trajeciſſet.

Politica reminiſcentia.

PRudentia & fides, virtutum gemellæ, ad res agendas ſummè ſunt neceſſariæ: hæc, ut officium facias; illa, ut ne in authoritatem mittentis offendas. Quicunque enim ſine dono prudentiæ negotiatur, operarium artis expertem agit, qui inſtrumentorum uſum ignorat; adeo ut materiam corrumpat, cui debitam neſcit dare formam. Sic imprudens negotiator & reipublicæ, & particularium res evertit, ſi curam earum ſuſcipiat, nihil promovet: nam prudentia & cogitata & verba ducit, motus ad normam exigit, & modum rebus agendis præſcribit; adeo ut ſine illa nullum unquam proſperum ſperare liceat ſucceſſum.

Ut ut vero ſit neceſſaria, fides tamen aliquo modo vehementiùs urget: fidem nuncupo, firmam conſtantiam, & inconcuſſum inſtitutum, ubi ſummus ſcopus negotiationum conſtituitur emolumentum eorum, qui mandata impoſuêre. Hinc ſanè peritiſſimorum dependet ſors utraque: nam ubi Prudentia animum edocet, & fides deſideria moderatur: illa media ad finem mandatorum obtinendum oſtendit, hæc cavet, ne in particularem aliquem ſcopum dilabantur: illa impoſturas detegit, hæc à privati commodi conſideratione abſtrahit; diſcit negotiator, non quid poſſit, ſed quid ex fide debeat, conſiderare, ut emolumentum ſui authoris, tanquam ſacrum depoſitum, cum ea reverentia conſervet, ne ambitio ad uſus privatos quicquam intervertere queat: cum nulla oriatur neceſſitas, quæ perfidiam in Principem, aut promiſſorum negationem imperare poſſit.

Is error ex perſonâ negotiatoris, cujus integritati pars reipublicæ credita eſt, amplius vituperii & odii pondus trahit. Ut autem perſonarum fidiſſimarum delectus fiat, arbitrer equidem mediocria ingenia potiſſimum legenda, quorum fides ſit comprobata, præ illis muſteis & acutulis; cum veri ſtudii magis ſint capacia. Id ſaltem præſtiterint, ut ex præſcripto agant, rerum geſtarum, atque intellectarum non dubii nuncii: nam iſti, omnium rerum ſagaces, parum credent actum, niſi alios, præter principem, conſtituant ſcopos, adeo ut millenis involvantur tricis, quarum rationem quidem reddent, per fucos privatis commodis utiles, ſed mandata ſimpliciter non obſervârint.

CA-

CAPUT XLI.

Aurelianenſi augetur Appanagium.

QUid Aurelianenſis miniſtri machinarentur, ad notitiam Cardinalis emanârat, ut ille apud Aurelianenſem benevolentiam, hactenus erga perſonam & ob merita ſibi conſtantem, amitteret: non tamen deſiit ipſum induſtriâ demereri, etiam in poſterum, prudens inſtituti, quod Exteri ex noſtris turbis ſuo commodo aptarent. Cum autem non poſſet ipſius votum explere, ut nempe Mariam Mantuanam ducere liceret, ob inſignem reginæ matris conatum; in aliis tamen ſatisfactum laborabat: regi perſuadens, ut ad redditus & territoria priora adjiceret Valeſiæ & Carnuti Ducatus, cum auctario centies mille librarum ex ærario, adeo ut Beſſe ſortem quorumcunque liberorum regiorum excederet appanagium.

Promitti etiam curabat imperium in exercitum Champaniæ, cum præfectura provinciarum vicinarum circa Pariſios, ſi Rex abeſſet, & Regina mater, quod cupere videbatur, regem ſequeretur. Rex auctarium Appanagii gravate conceſſit, cum intelligeret animum malis conſiliis apertum, ex augmento novarum virium in turbandi libidinem prolapsurum: Cardinalis tamen, cujus genius admirandus cuivis malo remedium invenit, hanc rationem tranſigendi proponebat, regi ſummè probatam, cum redditus nullo negotio poſſent corripi, quotiescunque illis ad turbas abuti conaretur.

Aurelianenſi igitur mandatur, iſtis commodis acquieſceret, ſi nullo alio, quam ut in regis obſequio viveret, inſtituto duceretur, cum eas adipiſceretur facultates, quibus magni principis ſplendorem, & recreationum profuſiones poſſit ſuſtinere. Cum autem nihil impenſius optaret quam ut in ſubmiſſione regi debita viveret, oblata habuit grata, unde pacatis omnibus, & reditum in Galliam promiſit.

Politica reminiſcentia.

De Appanagiis regiorum principum.

SUmmo periculo ſcatet, principibus regiis ex media re-publica primarias provincias in Appanagium tradi. Natales ſatis ſplendoris ipſis conferunt, & authoritatis, ut auctario vix egeant, cum illud plerumque rebellioni præbeat alimentum, ad proprium ſæpè exitium, ubi regia conſtat gubernatio; aut ad reipublicæ ruinam, ubi regibus exiguæ ſunt vires. Quod ſi ſecuritatis ergo ea petant, reſpondeti poteſt, nullam ipſis quærendam, niſi in proprio obſequio & regis benevolentia.

Ipſorum debilitas firmat regem, adeo ut neuter ſine alterius detrimento creſcere poſſit. Quicunque potentiam ipſis tradit, periculoſum ſuſcitat ſibi hoſtem. Oportet enim ut omnia ſuo conſtent ordine, quemadmodum unus in cælis Sol cæteris aſtris lumen diſpertitur, ea lege ut per eandem facilitatem, qua contulit, privet, ſic Principes omnem ſplendorem & authoritatem à volũtate regis optare, etiam ea lege, ut iiſdem uno momento privari queant, quotiescunque ab obſequii via exorbitent.

Opes, quæ ipſis cedunt, ad ſumptus natalibus convenientes, non ad turbas fovendas, conferri decet. Carolus Galliæ princeps, fratri Ludovico XI. ex Normanniæ facultatibus, quam Appanagii nomine poſſidebat, acerrimum fecit bellum. Unde Ordines regni, Turonum Auguſtæ congregati, eam improbabant regis facultatem, ſuppliciter rogantes, ut annuum cenſum cum ſtipendio, ad redditus pares, loco Appanagii concederet.

Nunquam ſane Gallia exitio fuit vicinior, quam ubi Bituriges & Burgundos appanagiis ſubjecit, quo locorum omnes factioſi confugerent. Illorum Ducum aulæ fabricas præbebant, unde fulmina conflata contra regnum Galliæ prorumpebant. Illic ſcatebant diſſidiorum, & bellorum Civilium exordia. Ita vidimmus, ambitionem nullos ferre limites, ut inſtitutum promoveat; adeo.

Digitized by Google

adeo ut reges Angliæ, & Britanniæ Armoriacæ in Galliam concitarit.

CAPUT XLII.

Cardinali mandatur ſummum imperium in exercitus regios per Italiam.

SPiritus diffidii, qui hactenus Aurelianenſem à Rege ſemoverat, hoſtes Galliæ tanta implebat ſpe, ut nihil formidarent, arma per Italiam promovere. Face diſcordiarum ipſius ſperabant armare dextram, ad incendium belli quo arma regia adeo occuparentur, ut otium non foret, altera vice in Italiam ducendi.

Lotharingo utebantur arbitro, qui copias & pecunias ad nutum expromeret cum Sabaudo, cui nullæ præteribant tricæ, quin partem earum caperet. Miſerat enim iterum qui quereretur, cum ejus ſtudioſiſſimus eo gradu notus eſſet, cur aliud refugium ſumpſiſſet; offerens provincias ſuas, proteſtatus etiam de ſuprema authoritate cedenda; adeo ut vel patria excedere vellet, ipſi ſimpliciter tradenda cum omni ſubmiſſione, etiam liberorum ſuorum, modo ſic commodis ipſius prodeſſet: offerebat etiam copias, quas ille pro lubitu & neceſſitate duceret.

Oblata iſtæc animum pervertere poterant, ſi diffidentia, quas poſtea egit, radices tum defixiſſet: maluit tamen æquiſsimas Regis rationes admittere, & illius voluntati parere. Liga vero illa Exterorum admodum ſtupebat, ad primum de tranſlactione nuntium. Et Cardinalis, qui nihil aliud morabatur, ad promovendas verſus Italiam copias, regi perſuadebat, ne inſtitutum diutius differretur, ad ampliores Auſtriacorum progreſſus.

Rex, cujus animus intra familiæ non continetur parietes, dum arma peregrinantur, expeditionem avebat ſuſcipere; Cardinalis tamen, ex conſideratione hyemis admodum incommodæ, cum ſors etiam exercitum maturius quam nuper

nuper, trans ſtipes rapere poſſet, aliquam temporis moram perſuaſit, dum ipſius labores eos ſubiret. Ad mentionem etiam transactionis crebram, promittebat ſpem negotii conficiundi, adeo utRex eo itinere ſuperſedere poſſet.

Rex eum ſermonem, in teſtimonium certiſſimæ fidei interpretatus, ægerrimè ſuſtinebat illius abſentiam; adeo tenerâ benevolentiâ eum amplexabatur, ut tantundem doloris animo affunderet diſcedens, quantum gaudii reverſus inundaret, quod univerſa Aula ad Rupellam, ad Privaſium, & ad Fontem delitiarum vidit.

Cum tandem Rex auxiliorum, quæ Mantuanus expetebat, neceſſitatem perpenderet, quantumque gloriæ regiorum armorum & authoritatis intereſſet, nemini ſummam rerum, niſi primo conſiliorum miniſtro adeoque primo regni duci, committere voluit. Noverat, qua fama eſſet apud Exteros, & quantū virium authoritas ſufficeret copiis.

Prudentiæ tot documenta meminerat, ut certum haberet, nullas hoſtium machinas, etiam ante uſum, clam futuras ipſum, quin remedium opponeret; adeo ut ſucceſſum proſperum de nullius mortalis ductu potius, quam de iſtius imperatoris virtute ſibi promittere poſſet.

Sciebat denique, vim armorum virtute illius animari, quemadmodum millena per occaſiones experimenta patuiſſent, ut jam de victoria ambigi vix poſſet. Iſtis rationibus Rex permotus, ſummum armorum imperium ipſi commiſit: expeditis literis igitur Pariſios ille deſerit poſtremis anni expirantis diebus, quem Rex generoſo inſtituto claudere avebat, uti eundem inchoaſſe meminimus.

Quemadmodum facinora egregia multum æmulationis trahunt, ita inveniebantur, qui ſuggillabant, tantum munus Cardinali, & viro Eccleſiaſtico conferri; ignorantiam tamen illi ſuam prodebant, qui neſcirent, hiſtoriam diverſos Cardinales hinc inde per ſeculorum curſus exhibere, cum ſummo imperio exercitum ducentes. Hiſpania olim Alphonſo Regi magnum Cardinalem Albornoſium adjungebat, indiviſum etiam in acerrimis præliis comitem.

Ferdinandus & Iſabella habuêre magnum Cardinalem Ximeneſium exercitus Africani Imperatorem, Sic Italia diver-

diverſos tulit Cardinales, ex Columnarum, Vitelleſcotum, Caraffarum, & Fregoſorum familiis, qui generoſos animos in armis exeruêre, ut ſciremus, Romanos togatos olim potiorem Orbis partem ſubjugâſſe, & iſtanc veſtem victoriis convenire.

Cæcutienti etiam apparebat, Cenſores iſtos non ſatis induſtriæ adhibuiſſe, ad hiſtoriæ nucleos excutiendos, ubi priſcæ leges iſtius regni complures Epiſcopos obligabant, ad obeundas cum rege expeditiones, adeo ut ratione redituum corripiendorum adigerentur. Id quod ex Hugone & Chronico S. Dionyſii, ad annum 1209. patet, ubi Philippus Auguſtus, bello contra Anglos implicitus, omnes Epiſcopos ad expeditionem invitabat, quos etiam obſequentes habuit.

Sic ubi Aurelianenſis & Antiſſiodorenſis regem videbant abſentem, domum rediêre, quod crederent ſeſe ad bellum minimè obligari, niſi rex ipſus præſens eſſet, unde Rex redditus illorum corripuit. Sed ille Romam profecti accuſatione intentata, audiêre, obſequendum eſſe, cum Pontifex ſtatutis regni nihil derogatum vellet: ita ſanè ad fructus redditüum temporalium non fuêre admiſſi, niſi prius culpam pecunia emaculaſſent.

Vidi etiam ſcriptum Epiſcopi Antiſſiodorenſis, ætatem ex anno 1225. trahens, in quo fatetur, debere ſeſe ad bellum Albigenſe mittere, cum propter valetudinem ipſus venire non poſſet. Aliud etiam mandatum accepêre Balivi anno 1304. ut Prælatis & cæteris Eccleſiaſticis quorum erat regem in caſtra ſequi, expeditionem perſonalem imperarent.

Quæ exempla manifeſto docent, quomodo Prælati poſterioribus ſeculis reges fuerint ad Miniſterium armorum ſecuti: adeo nihil culpantur, ubi exercitum ad regia emolumenta ſectantur.

Polit

Politica reminiſcentia.

SIcuti imperator exercitus ſecunda eſt reipublicæ perſona ita fere opus habet iiſdem dotibus, quæ in primâ laudantur; quæ vero maximè ad gloriam faciunt, & proſperum armorum ſucceſſum, ad quem contenditur, promovent, prudentiam, virtutem, & authoritatem dixerim. Prudentia vicem oculi explet, ut diſpiciat quid facto ſit opus, & quæ mandata maximè conveniant. Virtus recte conſulta & expenſa exequitur. Authoritas denique inſtar animæ, fortiſsimos conflictus miſcet, ut copiæ virtute eximia ad oculum procedant, adeo ut facilè intelligas, qua authoritate ſit imperator.

Prudentia maximè fuerit neceſſaria, ut deliberet ſagaciter, quid primum, quid ultimum, quid medium fuerit ſumendum, ut è re nata diſponat mandata. Prudentia docet modum, exercitum per diſciplinam militarem continendi: eadem monſtrat propenſiones & inſtituta non tantum ducum, quos imperio complectitur, ſed etiam ipſarum copiarum, ut deſtinato induſtriam ſuam & virtutem illarum adhibeat. Hæc leges militiæ præſcribit, quibus exercitum adſtringat; hæc ſtrategematum notitiam ſubjicit, pericula depingit, quæ declinare poſsit, modum pugnandi præbet, & aciem inſtruendi.

Hæc judicium de articulis tranſigendis acuit occaſionum emolumenta capienda exhibet, conſtantiam ad perurgendum inſtitutum ſufficit, animi vigorem in adverſis firmat, & in ſecundis moderationem imperat. Aliqua hæc ſunt effecta prudentiæ, imperatori admodum neceſſaria, eaque illuſtriora, cum ad millenas alias occaſiones eandem adhiberi conveniat. Mihi ſatis fuerit, hic compendium feciſſe, per iſtanc admonitionem, quod Prudentia ſit regula exequendorum. Unde Ægyptii eam imperii individuam comitem cegnoſcebant, cum oculum, quo ipſa ſignabatur, ſceptro inponerent.

Virtus, ſecundum prudentiam, imperatori æque eſt neceſſaria ut difficultates, quæ magno numero ingruunt, ſupe-

ſuperet, hoſtes fervide aggrediatur, pericula ſine metu capeſſat, & copias majori cum audacia ducat. Non ut præceps ruat in pericula, ſed ut ea accedat, & cæteris ſine trepidatione inſinuet. Juvenilis hunc errorem fert ætas, quæ Imperatori virtutem adimit, niſi cæco impetu in quævis pericula proruat; quo errore ipſius poſſet temeritatis opprobrium auferre, & generoſæ virtutis laudem perdere.

Fruſtra virtutem intendet, niſi prudentiam adhibeat, unde prudentiæ primas merito deferimus. Quemadmodum ipſius animam pugnæ refert, & cæterorum ſalutem pleruumqe ſuæ uſura vitæ complectitur, ita ſibi ipſi conſervando quantamcunque impendet operam ut cæteri procedere & animari poſſint.

Præſens vero ſit, ut momenta diſponat rerum, & militi metum adimat, per conflictum tamen non dimicabit, niſi ad victoriæ ancipitia, ubi exemplo opus eſt militi laboranti, ut novis auctus viribus eximio niſu obtineat. In illis duntaxat caſibus prælio immiſcebitur, extra quos armatur bacillo, ut cæteris modum agendi innuat quemadmodum miles enſe ad executionem mandatorum accingitur.

Authoritas deniq; imperatori vel inde fuerit admodum neceſſaria, quod miles omnem ipſi fidem habet, adeo ut opinio de eo concepta potentius animos verſet, quam quivis ſermones. Nihil intentatum relinquetur, poſtquam diverſis ſeſe celebrem fecit victoriis, cum miles ſalutem ex illius fortuna facilimè ducat. Sol plurimum vigoris cæleſtibus influentiis confert, ampliorem ubertatem; & authoritas imperatoris, quæ ſummum in mediis copiis ipſi circumdat ſplendorem, mandatis nimium quantum vigorem addit.

Trepidè movet miles, ſub imperio Ducis illaudati: ibi nulla audacia ad eximia facinora, adeo ut miles tantum ad tuitionem corporis arma ferre videatur; cum longè diverſa ratio comitetur Ducem, authoritate præditum. In eorum equidem ſententiam pedibus ierò, qui Opinioni tantum attribuêre imperium, ut univerſum terrarum Orbem gubernet: verum ſaltem id fuerit, neque ipſam virtutem authoritate pollere in imperio, niſi

cam

eam inde mutuetur. Neque ineptè Priſcus ille, quiſquis fuerit, aſſeveravit, felicitatem ſucceſſuum eſſe ſobolem authoritatis, apud viros ſummos.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER VII.

M.DC. XXX.

CAPUT I.

Annus, Europæ, atque adeo Galliæ, & inprimis Cardinali laborioſus.

SI Antiquitas Africam credi voluit provinciam monſtrorum feraciſſimam, quod ſingulis diebus aliquid novi produceret, crediderim ego hiſtoriam iſtius anni quem exordimur, attentum lectorem eo admirationis perducturam, ut ei Europam conferre non dubitaverit. Diverſitas enim nimia, quæ occurrit, juſtam paralleli cauſam præbebit, cùm fere quotidie haud vulgaria emergant, quæ reipublicæ novam videri poſſent inducere faciem.

Bellona incendia undiquaque ſuſcitat: Pax illa per Italiam extinguère conatur: Favor & Malevolentia admirandos dant eventus: Ingratitudo producit monſtra, quorum malitiam ſecula ventura vix crediderint: Amor & odium potentiam reciprocant: omnia cæli flagella videntur conſpirare in perniciem populorum & exercituum, quaſi certatim: & ut compendio dicam, nihil adeo inſolitum fingi poteſt, quod non tantum in Europa, ſed etiam in ipſa Gallia, invenire liceat.

Ipſum cælum videri poſſet, quod ob varietatem coruſcan-

ſantium aſtrorum maximè admiramur, aliquando delectari negotiorum ſumma diverſitate, in aliquod imperium coacervata, adeo ut permiſerit partem diſcriminum illorum, ad exercendam prudentiam eorum quibus ſumma rerum eſt commiſſa: Sapientia enim divina perfert, ut ſerenitas aliquamdiu denſis nubibus, quas poſtea diſſipet & reſolvat, ad uberiorem gloriæ meſſem, obfuſcetur.

Ea eſt conditio regnorum, & privatorum, ut æqualiter fortunæ tempeſtatibus ſubjiciantur. Quemadmodum autem Nauclerus ſapiens navem adverſus vim ſæviſſimarum procellarum, quas ingruere videt, tutatur, nec permittit, ut fulguris acutiſſimum lumen, & crepitacula horrenda tonitru, quod aërem circumcirca findit, & diſſecat, mentem de ſede excutiant, ita ſummus Miniſter inter vehementiſſimas colliſiones fortunæ nihil commovetur, ejus animus virtutem triumphari nunquam ſinit, aut à legibus prudentiæ diſcedere, cum easdem conſiliorum & inſtituti ſumpſerit regulam. Id enim per univerſum iſtunc annum Cardinali uſuvenire intelligemus.

Politica reminiſcentia.

Scrutantur alii Naturæ ſecreta, & aliis obſervata, aut prætermiſſa indagant, nihil ferè mutationis, niſi ex ingenii acumine, & manuum induſtria illatæ animadvertentes. Alii in altum ſubvolant, & aſtrorum concurſus, amicitias, inſidias, odia, & quicquid humanorum motuum illis affingitur, propalant, ut admirationem apud vulgus imperitum mereantur. Sed qui curſum vitæ humanæ, adeoque imperiorum viciſſitudines adnotant, ipſi ſtupent, dum lectores in ſtuporem conjiciunt, per tragica exempla, fortunæ veſanæ ludibria, & rerum humanarum inconſtantia.

Timoleon vel dormiens oppida munitiſſima capit, fortuna pleraque ſub rete compellente, dum Nicias Athenienſium celeberrimus cum univerſo exercitu perit. Sed diverſi genii mortalium diverſam ſortiuntur fortu-

nam: & omnibus rebus videntur ſtatuti termini, quousque conſurgere poſſint, & unde deſcendere debeant; quemadmodum quercum ajunt centenis annis creſcere, totidem ſtare vegetam, & eodem numero interire.

Id vero & Imperiis uſuvenit, quæ incrementorum ſummam implent, & paulatim in partes dilabuntur, tanquam navis ſcopulis illiſa. Seculorum etiam ſeriem licet obſervare, proventu admodum diverſo: nam aliud ſeculum ſibi poſcunt Heroes, ad expeditiones famoſas, & coloniarum diverticula; aliud artes, ad excolenda mortalium ingenia. Sic Numa Pompilius diverſam inſtituit rationem imperandi, quam Romulus: adeo ut Natura videatur tædium rerum per crebriores mutationes vitare, ut mortales commoda pacis ex bellorum ærumnis æſtiment.

Par ratio annorum ſingulorum per ſecula, qui longè diverſiſſimi illuceſcunt mortalibus: nam hic videtur Cornu copias effundere; ille penuriam exercere: hic robur lacertorum contendere, ille nervorum vincula ſolvere, ut valetudinis diverſitas annorum diſcrimina diſtinguat. Tum autem ægritudines animorum incurſant aliquando turmatim, nonnunquam lætitiæ panduntur campi Elyſii: adeo nihil certum, fixumve Luna deſpicit.

CAPUT II.

Archiepiſcopus Lugdunenſis & Bannius purpuratis adſcribuntur.

EXordium anni lubet ſumere ab honoribus, quos Rex habuit Archiepiſcopo Lugdunenſi & Bannio, Nuncio Pontificis perpetuo, dum Cardinalatus tiaras, à Pontifice indultas, utrique confert. Illius merita honorem Cardinalatus longiſſime ſuperabant, ut virtus ab

ab univerſo populo laudata, in Eccleſiæ inſigne diſpendium, ad Monaſterium delituiſſe crederetur. De laudibus ejus nihil addidero, niſi id unum, fratrem eum eſſe noſtri Cardinalis, quæ ſola ratio eminentiſſimam hanc dignitatem auferre poſſet.

Rex, qui occaſionem, quæ merita ſumma in ſuam perſonam & regnum benevolè excipiat, nullam tranſmittit, non ſuſtinebat, fratrem ipſius Eccleſiæ vacare, ſine auctario honorum, quos fas eſt Gallis capere. Ipſe Pontifex longè certior erat, de ſummis, quæ Eccleſiæ procurabat emolumentis quotidie, quin fratri operæ pretium adderet Cardinalatus inſignia, quem ipſus amplius evehere nequibat, Curia quidem Romana ex veteri inſtituto Cardinalatus inſignia eodem tempore duobus fratribus non permittit; cum autem illæ leges gratitudini meritiſſimè cedant, ſummus Pontifex nihil penſi habuit.

Hic vero Bannius, quamvis ex conſuetudine, quæ Nunciis aliquamdiu apud Aulam Galliæ hærentibus eum honorem plerumque impetrat, aliquid juris videretur ad Cardinalatum adipiſcendum habere; meruit tamen judicium apud omnes regni Magnates, adeo benevolum ut non tantum Cardinalatus inſignibus, ſed etiam tiarâ Pontificali, quam omnes uno ore ei ominabantur, dignum exiſtimarent: quod animum regis aliquatenus ei ſingulariter devinxit.

Genii dotes facilè perſuadebant omnibus, in Curia Romana eum aliquando magnam adepturum authoritatem; tametſi ſummus honorum apex non obtingeret: rebus igitur Galliæ valde profuturus credebatur, cum in Conſiſtorio ſummo ſæpè patrociniis laboretur, ut vel inde eminentiſſimam dignitatem auferret.

Politica Reminiſcentia.

QUamvis Cardinales in Gallia, veluti principes Exteri cenſeantur, eorum tamen honores multum conferunt reipublicæ emolumenti. Majori etiam pollent authoritate inter illos, ob creberrima, quæ cum

Pontifice quotidie obveniunt negotia tranſigenda. Suſpiciendi inſuper fuerint, ut primarii tutores libertatis & immunitatis Gallicanæ Eccleſiæ, ſub Regis auſpiciis. Cumque primarii ſint Regis miniſtri apud Pontificem, nunquam non viſum, aliquot Gallos, aut ſaltem Galliæ impensè faventes illic degere, qui regis adeoque Eccleſiæ compendium apud Pontificem ſummumprocurarent.

Inde etiam evenerit, ut ubi degenerent illi à ſanguine aut benevolentia erga regnum aut perſonam regis, ad Hiſpaniæ partes delapſi, ſæviſſimæ turbæ oriantur, quod aliquando factum meminimus. Equidem crediderim, Galliam rectius carere iſtiusmodi Cardinalibus, quam eos porro fovere. Non tamen in id temporis incidimus, ut hoc malo laboremus, cum Gallia receptum decus Cardinali debeat, proximè à rege agenti cauſæ: Regi enim ſummus vindicatur honor, qui eam poteſtatem in Pontificis animum ſit nactus, ut Itali ipſi non ſine causâ dixerint; ipſum Pontificem jam factum Cardinalem.

CAPUT III.

Eſtraus ad Venetos legatur, bono Mantuani.

DImiſſis, quæ ſuper novorum Cardinalium honoribus ad rempublicam ſpectantia in medium proferri poſſent, dicam, adulto anno ſuperiore, fortunam deſtituiſſe arma Auſtriacorum, quibus raro favorem diuturnum mutuat; ut jam miles imperatorius morbis & penuria conficeretur, ad neceſſitatem ſolvendæ obſidionis. Cum autem in præſidia tantum, omiſsâ Mantua receſſiſſet, Mantuanus de ſervando imperio obnixè ſollicitus erat.

Sponte intelligebat, ambitionem Hiſpaniæ, quæ à quinquaginta annis occaſiones aſſiduo aucupatur, Italiæ occupandæ, primum inſtitutum reſumpturam, ſupplemen-

mentis ex Germania accitis, ut meliori ordine neceſſaria ad ſubſiſtendum ſubveherentur, poſt ſiniſtrum experimentum. Regem igitur plurimum rogat, authoritatem ſuam apud Venetos interponeret, ad exercitum ſcribendum, qui camporum latitudines complexus, imperatoriis animos frangeret, ne Mantuam denuo impetere auderent.

Aſſenſum, adeo ut Eſtræus ineunte Januario itineri ſeſe committeret, auxilia illa apud Venetos procuraturus, cum ſingulari mandato, ut exinde Mantuam ſeſe conferret, prout Cardinalis antequam diſcederet, id Regi ſuaſerat. Sicuti autem non parum intererat Venetorum, Hiſpanum à Mantuano Imperio abſtineri, ne ibi nidularetur, quod potentia ejus aquilinas referat pennas, quæ viciniores arrodunt, ita non magno negotio patrocinium ipſius ſuſceperunt.

Ducem Candalæ dicunt Imperatorem, cui tardius licet, & poſt Eſtræi vehementem efflagitationem, duodecies mille pedites, & ter mille equites ſubdidére, quibus Candalæ & Valettani legiones, ad ſexies mille expeditorum, quos Rex ſubmiſerat, jungebantur.

Politica reminiſcentia.

OMnino neceſſarium fit, hoſtium inſtituta prævidere, antequam eorum executionem ſumant: quæ providentia ex utilitate, cum in publicum inde redundet, magnum acquirit pondus. Ille princeps grandi vituperio vapulabit, qui tum demum apparatum ceptat, ubi hoſtis portas molitur, admoto exercitu: ſæpiſſimè hinc negligentiæ dat graviſſimas pænas. Nam apparatus belli, qui ex metu invaſionis fit, indicium facit virtutis, & teſtimonium inſtituti; unde hoſtis animus eo magis deferbeat, quod intelligat, vim vi repulſandam. Sic ſanè non raro etiam extra provinciam diſtinetur.

Neque minus periculi trahit, ubi hoſtis poſt partam victoriam contemnitur; quod inde longè minus decuerit ante prælium commiſſum. Quamvis metus dedecus & ignominiam inferat, cum pedem in conflictu retrahit; qui tamen in principis animo nullum aſſum producit effe-

 ctum,

ctum, præter apparatum belli, ubi invaſio intentatur, laudem omnino feret ampliſſimam.

Quin imo contemptus ille de hoſte conceptus, magno poteſt eſſe diſpendio, ſi negligentia ſequatur, quæ copias palantes ad vim ſuſtinendam non colligat, hoſte interea in compendia temporis & muniendi rationem intento, donec executionem deſtinato ſumat: unde non minor difficultas eum repulſandi & clientelas ſolvendi, quam facultas præmuniendi, ut à veſtibulo arceretur. A Cæſare hanc mutuor regulam, qui hoſte nunquam contempto, plerumque militi perſuadebat, majorem vero ejus numerum, ut audentius accingerentur, vel intenſa virtute, vel exacto ordine ad mandata militaris diſciplinæ.

CAPUT IV.

Rex iter in Italiam ſuſcipit.

HÆc eadem ratio Cardinalem Lugdunum verſus majori diligentia trahebat: ibi primum didicit, Sabaudum perfidiæ reum, quam ille ſuſpicione erat aſſecutus; dum videlicet in eo totus eſſet, ut prætexeret vela & machinas, ne promiſſa regi facta adimpleret, ad quæ per pacta Suſ[illegible]a ſponte ſeſe obligarat.

Hinc enim ângustias Sabaudiæ & Pedemontii aperire, forum rerum neceſſariarum ſtruere tenebatur, certis rationibus pecuniarum & frugum, uti convenerat, cum jam major pars eſſet exhibita. Hæc ubi renunciantur, regis animum adeo acriter pungebant, ut ire ipſus conſtitueret, nulla habita ratione itineris longinqui, adeo ut glacies, nives, & violentiſſimæ intemperiæ hyemis ſævientis eum divertere non potuerint.

Poli-

Politica reminiſcentia.

PRinceps generoſus iſtiusmodi offenſarum impos, ægritudinem animi non premit: uritur intus ad vindictam, donec in authores proterviæ refundat malum promeritum; adeo ut per injuriam illatam minimè flectatur, cum inde novas vires colligat, ut potentius perrumpat.

Novit utique firmum & conſtans inſtitutum optimi conſilii vicem ferre, quod in iſtiusmodi caſu capere poſſit; nihil terretur, in conſilio obfirmatur, ut hoſtibus per armorum vim coram faciat planum, quantâ injuſtitiâ laborent, quicunque adverſus reverentiam majeſtatis, & fidem officii quicquam audeant.

CAPUT V.

Rex præſentia ſua vult animare militem.

REx igitur certior de Hiſpanorum inſtituto, & Caſala denuo obſidenda, ut periculum facerent in gloria nuper omiſsâ, quam hoc anno recuperarent. Neque ignorabat, Spinolam eo conſilio in agro Mediolanenſi cum exercitu numeroſo hærere, donec primum ver ad obſidionem commodè ſumendam omnia redderet mitiora.

Eâdem prudentiâ aſſequebatur, præſentiam ſuam magno uſui apud exercitus futuram, qui vinci inde neſciunt, honoris ſemel acquiſiti pertinaces: igitur eo animo, qui omnes difficultates tranſcendit, ubi de prælio agitur, iter ſuſcipit, ut militem præſens firmaret, & tantundem gloriæ expeditione ſumptâ acquireret, quantum dedecoris Auſtriacis adcreſcit, qui intra parietes cum delitiis conflictantur, dum miles periculo præliorum exponitur, aut obſidionis flagellatur ærumnis.

Politica reminiſcentia.

CErtiſſimum eſt. Regum præſentiam in exercitu immane quantum præſtare. Spiritus enim neſcio qui ex Majeſtate illorum effunduntur, qui animos militis adeo incendunt, ut nihil ipſis obſiſtere poſſit. Generoſiſſimus utique quisquis ægrè efferveſcit, niſi teſtes facinorum ſciat Principis oculos, à quo aut gloriam, aut operæ pretium ſperet: adeo ut etiam ignaviſſimi ſub oculis illorum aliquos ſtimulos adhiberi animæ ſentiant, aut nullus caſus metum aut periculum incutiat, quin pergant virtutis ſpecimina edere.

Henricus IV qui Magni nomen meruit, vel ſexies oſtendit, quantum momentum præſens ipſe adferret armis, cum pauciſſimis copiis illuſtres victorias potentiſſimis exercitibus hoſtium extorqueret, præcipuè ad Arquas & Fontem gallicum, ubi manifeſtum fecit, vel ſuam ſolius perſonam, tantillis copiis ſuffultam, vincere.

Iniquus eſſet in Regis virtutem, quicunque minus animi ipſi daret, quam author vitæ & coronæ unquam exeruiſſet, cum in plurimis occaſionibus teſtatus ſit potiora. Nihil interea cogitari poterat, niſi maturatum ipſius iter, ut ad exercitum præſto eſſet, quamprimum de negatis anguſtiis certior fieret.

CAPUT VI.

Regina mater comitatur regem.

REgina mater, quæ conſtituerat à Rege nunquam diſcedere peregrè abeunte, tum ut partem rerum agendarum ſumeret, tum ut ab auxiliis Mantuano ferendis, quantum poſſet, eum diſtraheret, etiam impediret; quærebat occaſionem, ut Cardinalem regia benevolentia excuteret, adeo ut nullo rigore hyemis, nullis via-

viarum difficultatibus, à conſequendo Rege Prohiberi ſeſe pateretur.

Pariſios igitur continuo deſerit, ex perſuaſione & vafro conſilio Mariliaci, quem Cuſtodem ſigillorum meminimus. Is enim in animo impensè deſiderabat fortunæ ſuæ authorem ſternere ut per illius ruinam in ſummum locum ſubiret.

Politica reminiſcentia.

IRa, animi motus vehementiſſimus, quidvis audet: torrens iſte omnia obſtacula perrumpit, eloquentia tantum valet, ut audientes dicto per quasvis difficultates raptet, modo vindictæ aliquantillam videat rationem exercendæ. Satis ipſi induſtriæ, ad occaſiones nocendi captandas, ſi quem ſibi ſcopum propoſuit, adeo ut nihil penſi habeat labores, ubi votis potitur.

Quoniam autem nullum ipſi cum prudentia commercium, cum unam audaciam legat comitem, quæ montes in planitiem deducere ſpondet; ſæpiſſimè præcipitat clientes ſuos in laqueos aliis paratos. Oculos enim in ſcopum ſemper defixos & finem propoſitum habet, nec otium ſumit difficultatibus expendendis, periculis exigendis & diſpendiis ponderandis, quæ media ad illum finem obtinendum neceſſario comitantur.

Hinc videas, animos iræ ſemel mancipatos, nihil meditari, quam ut fervidos animi motus reſtinguant, cui rei nullas Oceani aquas ſufficere credunt, niſi exitium inimicorum, quos odio premunt, conſequatur, dum nihil advertunt, eodem remedio novas excitari flammas, quibus ipſi uſtulentur, adeo ut ad priorem animi morbum nova ingratitudinis monumenta addere nihil dubitent.

Tandem etiam graviora in animis Magnatum pariet pericula, quod inſtituta, ad quæ illos impellit, non ſemper normam boni publici affectantur, dum ipſi præ cæteris poteſtate exercendæ vindictæ valeant. Hinc Priſcorum aliquis ajebat, Eos tanto parcius iræ indulgere, ſi ſuimet meminerint, quanto majori polleant authoritate:

 illum

illum enim animorum motum apud privatos jaculi, apud Magnates fulminis vim inducere, ad totius molis commotionem, cum nullæ reverentiæ leges, præter illas violentiæ iſtic vigeant.

Aſtra ſanè ſuprema tardiſſimo voluuntur motu Magnates igitur iræ impetum ad Eminentiæ temperantiam redigant.

CAPUT VII.

Sabaudus non vult ſtare pactis, cum rege initis.

Filum hiſtoriæ retrahit calamum ad Cardinalis iter, de quo ſub finem anni ſuperioris fiebat mentio. Is igitur Lugdunum delatus, nihil temporis amittere cupiens, ad Regem perſcribit, nihil opus præcipitato per anni tempus rigidiſſimum, ad incommoda quævis ingruentia itinere. Simul mittit Servientum, Juſtitiarum militiæ, ad Sabaudum, & nunciaret, adventaſſe cum exercitu quadraginta millium opitulatum Mantuano, ne is ab Hiſpanis opprimeretur.

Debebat autem Dux ex pactis Suſanis arma cum regiis conjungere, ad tutandum Mantuanum, & aſſerendam Italiæ libertatem, promiſſis regi per Præſidentem Monfalconium iteratis nuperrimè: is enim Regi aſſeverabat, juſſu Ducis, decies mille pugnatorum præſto futuros, ad exoluendam fidem, foro annonario ad exercituum neceſſitatem parato. Cum autem rerum præſentium conſtitutio poſtularet, ut ſe aperiret, & promiſſis vim conferret, injunxerat Serviento Cardinalis, ut ex parte regis ſolidum reſponſum exprimeret.

Illud, ſi Sabaudus juxta ſinceram pactorum fidem, quæ fœderatorum Principum promiſſa debet amplexari, expromeret, hanc ſummam tuliſſet. Promiſſorum memorem, ad amuſſim ſatisfacturum. Hâc tamen fidelitate neglecta,

Digitized by Google

glecta, primum reſpondet, Præſidentis Monfalconii ſermones apud ſeſe eſſe irritos, nullo indicio, de promiſſis præſtandis. Suſpicioni ſic apertam præbebat anſam, ut nemo non colluſionem cum Hiſpano intelligeret, de qua jam alicunde conſtabat penitiſſimè.

Politica Reminiſcentia.

PRincipum verba, æque inviolata, ac aræ. Quanticunque ſucceſſus rerum geſtarum nunquam ſatis materiæ exaggerarint ad fidem frangendam, unum prætextum ex improvidentiæ vituperio mutuati. Æque turpe, dicere, hunc, & illum caſum ſibi non præviſum, ut glorioſum, promiſſa ſervare, & exequi. Neque enim fidelis laudem feret Princeps, qui occaſione quacunque fidelis eſſe deſiit. Sibi ipſi imponit, ſi promiſſa projiciat, cum fides Magnatum potiorem conferat potentiam, quam gladius præſtare queat.

Fides enim à ſapientiſſimis armamentarium inſtructiſſimum juxta & potentisſimum habetur, quod opem cæterorum Principum, quouſque fidem coluerit, fiducia complectitur: cum ab omnibus deſerantur, quamprimum promiſſorum fidem vacillare patiuntur, ex lege talionis, quæ fidem ſubleſtam in minus fideles permittit. Is etiam vecordiæ maculam ſuſcipit, cum ſola promiſſorum negatio animi trepidi præbeat indicium, unde ad fæderatos deſerendos inducuntur.

Princeps generoſus etiam hoſti exoluit fidem, cum nulla vis metuenda, nulla neceſsitas exuperanda mutationem animo inferre queat: credit enim, proſperitate quidem ſe eouſque progreſſum, ſed adverſarum rerum eventu potiſsimum adſtringi. Virtus Attilii Reguli, qui ſponte ad ſupplicium deſtinatum rediit, ne fidem hoſti datam violaret, per univerſam ſummè celebratur antiquitatem.

Iſtud axioma apud mentem Sabaudi nullum inveniebat locum, quod cum Hiſpanis fædere implicitus, credere poterat, ſibi morem illorum convenire, qui adeo parum fidem

fidem colunt, ut ipſi proverbio ferant, Et verba & pennas ventis differri. In hoc tamen ceſpitavit, in proprium diſpendium, quod etiam per inane inſtitutum diverſarum decipularum, quas Cardinalis ſagacitati tendebat, didicit.

CAPUT VIII.

Quid Sabaudus Cardinali propoſuerit.

COnſtituit igitur, ut Servientus ad Cardinalem referret, an cum Principe Pedemontii in ponte Beauvoſinivelıet colloqui, de ſumma rerum, cum ſibiipſi perſuaderet, eo pacto ampliſſimam ſpem productum iri, ne in nervum erumperet bellum, aut anguſtiæ vim paterentur. Cardinalis autem ſciebat, deliberandi tempus effluxiſſe, agendi momenta inſtare, ut nempe ille anguſtias recluderet, & forum annonarium præberet, quemadmodum conventum erat dudum: cum etiam averet tantum Principem, regis ſororium ſui, impensê colere.

Intelligebat tamen, quantum ſplendori regis, qui imperium in exercitus contuliſſet, decedere poſſet, ſi ad colloquium cum Principe, promiſſorum negligente, & ad impoſturam parato, deſcenderet. Recuſat igitur ire, jam certior, cum ſolum finem in animo Sabaudi verſari, ut exercitus retentetur, nullo progreſſu facto; & retentus paulatum dilaberetur. Progreditur ergo Embrunum. Suſâ ad primum introitum declinata, ne per neceſſariam moram illic affligeretur exercitus, annonâ imminutâ.

Politica reminiſcentia.

NEmo ibit infitias, abjectiſſimum Magnatis animum prodi, qui ad hominem ancipitem, fractæ fidei, & in perniciem exercitus colloquium verſantem deſcendit. Quod ſi abeat, armatâ dexterâ, ad caſtigandam injuriam, quam alter intulerit, procedat. Equidem cum Coſmo

Me-

Digitized by Google

Mediceo, qui magni nomine celebratur, fecero: is enim promptum habebat dicere, Inimicis offenſas eſſe remittendas; Eos vero, qui ſub amicitiæ nos velo produnt, puniendos.

Licet vero regi, aut ejus legato non libeat ſuſceptas injurias vindicare, ignominia tamen non vacârit, Principem, qui ſuis tantum compendiis incumbit, inviſere: Prudentia ibi erroris, & virtus temeritatis arguentur. Sæpius etiam innotuerat, colloquia Principum, offenſas utrinque urgentium, potius odium, quam benevolentiam conciliare, quod acutiſſimè animadvertit Plutarchus de colloquio Pompeii & Luculli: cui aſſentitur Tacitus de colloquio Germanici cum Piſone.

Locus quidem à Sabaudo ad colloquium deſtinatus, ſatis commodus videbatur ad uſum, à ſummis ducibus aut Principibus inſtitutum; quibus ſolitum erat, pontes ad colloquia legere, in quorum medio defigerentur ſepimenta, ad cavendas invaſiones. Suggerebat etiam hiſtoria, Philippi Comminæi, eo modo Ludovicum XI. ad Eduardum Angliæ regem in pontem Pequinium proceſſiſſe: ſed nec memoriam effugerat, Authorem eundem grande vituperium intentare iis Principibus, qui iſtiuſmodi colloquia inſtituunt, offenſionibus nondum abolitis; eo addito conſilio, ut tranſactiones Miniſtris, nihil privatim læſis, committantur.

CAPUT IX.

Cardinalis artes Sabaudi intelligit.

SAbaudus ex iſtâ repulsâ colligebat, artes ſuas Cardinali patere: ut igitur caſtigationem declinaret, aliud vaframentum capit, dum anguſtias aperit, & forum annonarium præbet, ſed quorſum Urſi tantum commearent. Quod ſi loca minus commoda viderentur promittebat diverſa, præter annonam adeo parcè prælatam & adeo tardè ſubvectam, ne exercitus prodire poſſet Cardinalis

nalis igitur, cujus genius effecta in cauſis deprehendit, artes iſtas jam ante præceperat animo provido; adeo ut regi omnia jam conſtarent.

Poſtquam igitur mandata regia perlata eſſent, de via militari, quam vulgo vocant ſumenda, cum nulla facultas eſſet hoſpitiorum per cæteras, ubi exercitus coërceri, adeoque extingui potuiſſent, ſi hoſtibus æquæ vires ad malevolentiam adfuiſſent; Cardinalis eam cæteris omnibus recuſatis, tenuit: ut jam de foro annonario diſceptaretur tantum.

Vix dici poteſt, quantas ad id remorandum Sabaudus excogitarit technas, donec Imperatoris & Hiſpani Miniſtri ſatis temporis nanciſcerentur ad loca & clauſtra per Mantuanum & Monferratenſem agrum firmanda; & exercitus regius per impatientiam animorum, & annonæ penuriam periret. Nunciabat, nihil granorum per Sabaudiam ſuperare, cum tamen ingens eorum vis ex Breſſâ, Delphinatu & Burgundiâ comportaretur & à rege Niceam ſubmiſſa jam extaret.

Pretium etiam annonæ majus, quam convenerat, conſtituit, quod tamen Cardinalis habuit ratum, ut omne genus excuſationum anteverteret, pecunia etiam, quam exigebat, ante tempus numerata. Sic dies quintus decimus elabitur, antequam militi panem præſtaret, quotidie novis difficultatibus per induſtriam enaſcentib⁹. Tandem Condoni anguſtias quantumcunque de commodioribus rogaretur, aperit.

Ex ſatis conveniebant æſtivis temporibus, cum eo momento rerum diſtrictus ille paluſtris difficillimum tranſitum exhiberet. Adeo ut univerſum Sabaudi inſtitutum aliquo tempore impoſturas nexuerit contiguas, ut promiſſa de anguſtiis aperiendis, & annona præſtanda eluderet.

Politica reminiſcentia.

Satis fam[illegible] [illegible]rincipibus, qui fœderatis hoc aut illud [illegible]gunt, ut excuſationem involvant imp[illegible] [illegible]mmis in executione ſuſcitent difficul-

ficultates, ne ſimpliciter negaſſe videantur. Fatendum quidem, nonnihil illi prudentiæ concurrere, cum excuſationes in promiſſorum fidem non impingunt: ubi vero Principis fidem lædunt, cauſam præbent incuſandæ injuſtitiæ.

Sic hoſtium numero habebitur, ad quemvis ſiniſtrum caſum, qui vel exercitum conficiat, unde occaſio ipſum debellandi, ſalvis etiam pactis, naſcatur. Is enim exiſtimatur fidem primus frangere, non qui ad arma prior convolat, ſed qui eorum corripiendorum occaſionem dedit, diſpendio alieno per injuſtas artes quæſito. Idquod Procopius Armeniæ legatus ajebat, Coſroen, Perſarum regem, ad ſocietatem belli adverſus Juſtinianum adhortatus.

Quicunque autem iſtis excuſationibus uti voluerit, videat ut viribus præpolleat, ne inferior perfidiæ pænam ferre cogatur: nihil enim difficilius, quam debilitatis viribus alios circumvenire, cui conatui illorum prudentia, retectis artibus occurrit, quemadmodum potentia ad vindictam properat.

CAPUT X.

Panzirolus Nuntius pacis media inter Sabaudum & Cardinalem proponit.

PRimarium artificium, quo Sabaudus credebat prudentiam Cardinalis circumvenire, ut negligentius copias, tormenta & victui adeoq; militiæ neceſſaria promoveret, conſtituerat in frequentiſſimis miſſionibus, quæ paci conciliandæ diverſa proponebant. Jam Panzirolus Nuntius, ſine facultate agendi, jam Mazarinus, aut alius quiſpiam ex aula adventabat, nullo ad principale regis inſtitutum aſſenſu, quo uno cætera explanari poterant; cum id unum rex quæreret, ut tranſitum præberet, ad aſſerendum Mantuano imperium, quotiescunque ille peteretur.

Sabaudus autem ad hoc petitum ſurdas adhibebat aures,

res, quemadmodum ab Imperatore nunquam impetrari potuit, ut Principibus Italiæ permitteret fidem ejus adverſus quoslibet defendendi; cum nec Hiſpani ferrent, aliquas Gallorum copias, quibus ſumme egebat ad imperii conſervationem, ipſius ſtipendiis addictos in Italia ſubſiſtere, cum ipſus ex ſubditis exercitum juſtum conſcribere nullus poſſet.

Cardinalis ſatis perſpiciebat vanitatem propoſitionum illarum: auſcultabat tamen, ne à pace recederet ſemper nihil deſiderari paſſus in ſua diligentia ad perurgendas conditiones, ſine quibus Rex nec ſecurè, nec decorè armorum inſtitutum omittere poſſet. *Pax* enim quæcunque illarum conditionum expers exiguo tempore conſtitiſſet, cum ſic Hiſpano & Sabaudo otium, ad clauſtra firmanda, & ad viam ſternendam, qua commodius in imperium Mantuanum graſſarentur, quæreretur. Id quod Gallia nunquam toleraſſet, tametſi cæterum occupatiſſima, & non ſine inſigni vituperio, ubi obſtare nequiſſet, permittere neceſſum habuiſſet.

Politica Reminiſcentia.

FAtebimur facilè, ſi ſummatim omnia conſideremus, pacem eo magis reipublicæ optandam, quod bellum deploratiſſimas inferat conditiones. Pax enim eſt jucundiſsimum ſocietatis humanæ vinculum, delitium naturæ, nutrix legum, ordinis & adminiſtrationis: pax deſerta cultu aggreditur, terras reddit fertiles, & omnibus eo gratior eſt, quod ſecuritatem cum libertate ferat.

Bellum vero eſt ſcaturigio fatalis malorum, deſolatio provinciarum, oppidorum demolitio, populorum expoliatio, & cauſa omnium miſeriarum. Duobus tamen locis bellum fuerit paci præferendum: Cum pax non poteſt diu conſtare: nemo enim dubitat, magnæ fore imprudentiæ, rem exigui temporis firmare. Id Archidamus conſulebat, cum Lacedæmoniis pacem cum Thebanis diſſuaderet.

Apud Iſocratem Principes ſapientiâ clari bellum ſumunt,

munt, ut pacem ſecuriorem ſuis concilient: tumultus bellicos libenter tolerant, ut diuturniore fruantur tranquillitate. Certum enim, arma in manu viri ſapientis plurimũ ad eam firmandam facere. Æquiores etiam Politici bellum paci prætulêre in omnibus occaſionibus, ubi nulla ſatisfactio ſine Principis & reipublicæ diſpendio ſperatur.

Pax non niſi honeſtiſſimis conditionibus conſtituetur, non tantum, quod Principis gloria omnibus rebus præferenda videatur, ſed etiam, quod alias parum ſecura credi poſſit; cum experientia demonſtret plurimis documentis, pacem tumultuariè factam, ad recuperandum honoris compendium, quod perierat facilè ſolvi: id quod Carthaginenſes fecêre, poſt pacem cum Romanis juratam, exacto primo bello, quod T. Livius annotavit.

CAPUT XI.

Caſala accipit annonam.

POſt tot impoſturas nihil videbatur reliquum facturus Cardinalis, ad bellum Sabaudo declarandum. Cum autem animus prudentia duceretur, quamvis nullam fidem haberet, hoſtes regis pacem cujus tam crebram faciebant mentionem, accepturos; tranſactionis tamen exordium tam cito abrumpere noluit: Sic enim iniquitatem ſuam manifeſtabant, ad majorem juſtitiam regiorum armorum celebrandam, quæ nullam honeſtatis capacem rejeciſſent oblationem.

Sic etiam tempus indulgebatur ad conſilia in apricum producenda, & Caſalam annonâ inſtruendam. Quo utroque ſanè caruiſſet, ad bellum apertum prolapſus, cauſa hoſtilitatis præbita. Quamvis enim Sabaudus non ſatis haberet virium ad regia ſuperanda arma, poterat tamen annonam Caſalæ inferendam avertere, ſine qua extrema fames nunquam militi permiſiſſet diuturniorem obſidionem, quam Spinola meditabatur.

Dimicando etiam per Pedemontii terras potuiſſet re-

gios diſtinere, donec hoſtes obſidionem iniiſſent, & foſſis valloque muniiſſent ad vim facilè arcendam. Poſteaquam vero Caſala annonam ſuſcepiſſet, ut jam è neceſſitate honeſtè paciſcendi eſſet eluctatus Cardinalis; neque virtutem, neque fidem ulterius ſuſtinebat, quin proterviam hoſtium caſtigaret, diſſimulatione, quam prudentia eousque imperaverat, poſita.

Politica reminiſcentia.

NOn expedit quovis tempore abrumpi pacis negotia, tametſi de ea concludenda parum reſtet ſpei. Quemadmodum vero diverſa inde compendia duci poſſunt, ita arbitrer, ſæpiſſimè multum utilitatis in prolongatione, quantum honor ferat, inveniri: modo ibi temperes, à deſiderio ejus adipiſcendæ nimio, quod exiguarum virium certiſſimum argumentum, hoſti compendium auget, uti ſapientiſſimè animadvertit Salluſtius in oratione Philippica adverſus Lepidum.

Licet Princeps nullum aliud ex negotiatione pacis ferat commodum, quam ut liberè diverſos emiſſarios ad hoſtem deſtinet, qui ſub umbra negotiorum, conſiliorum momenta perſentiſcant, & quid agatur, referant, jam ſatis lucrabitur. Id enim lucri Cardinalis in ea occaſione quærebat, dum vix ullum tranſire ſineret diem quin ad Sabaudum viros natalibus, & uſu rerum celebres mitteret; gnarus utiq;, iſtarum virtutum tenaces, per ipſa negocia ſummam rerum gerendarum facilè expendere, etiam ad ſecretiora hoſtium conſilia penetrare. Id quod Plutarchus in vita Hannibalis animadvertit, quem ait iſtanc partem prudentiæ in bello, quod cum Scipione gerèbat, probè exercuiſſe.

Digitized by Google

CAPUT XII.

Diverſa colloquia Pedemontii cum Cardinale.

NOn poſſum calamo temperare, quin diverſa Cardinalis cum Principe Pedemontii colloquia referam, quibus ſuperſedere non poterat, à quo tempore Sabaudus anguſtiarum uſum promiſerat cum annonario foro. Vehementer etiam inſtabat Cardinalis apud Sabaudum, qui videbatur cauſam diſſidii ſuſtuliſſe, quod colloquio penitus negato fovere potuiſſet. Id vero libentius annoto, quod iſtæ viſitationes cæteris Principibus uſui eſſe queant per ſimiles occaſiones.

Pedemontius nihil aliud quærebat in iſtis colloquiis, niſi ut Cardinalis conſilia expiſcaretur, per elicitos ſermones, & ad ſenſa animi pertingeret, ſi forte de conditionibus pacis univerſalis aliquid decerpi poſſet, quam fiduciam ex incommodis exercitus hoſpitiis primis ducebat, quæ animum aliquantum inflectere potuiſſent.

Cardinalis autem, cui ſapientia abundabat, præter uſum rerum, familiares iſtis viſitationibus ſcopos non ignorabat, ubi maximè cum iis agitur, è quorum inſtituto jam patuit, impoſturas quæri: ſic eam cautelam adhibebat, ut Pedemontius nihil omnino compendii auferre poſſet. Prima igitur viſitatio in reciproca benevolentiæ ſigna & teſtimonia, per ſolita civilitatis aulicæ verba, impendebatur, nulla negotiorum facta mentione, cum Cardinalis honeſtam ſumeret excuſationem, ne quid prior in medium proferret, qui id honoris Principi exhiberet, ut deſideriorum ſummam exponeret. Princeps vero aperiri metuens, Cardinali exordium remittebat.

In cæteris rectius collocatum tempus, multo de pace univerſali ſermone, cujus articuli utrinque penſitabantur. Cardinalis tamen ſemper inſiſtebat conditionibus, quas nomine regis protulerat, interpoſita fide, Sabaudo, ſi eas iniret, apud regem ſatisfactionem integram deſide-

Digitized by Google

riorum paratam; nulla planiore mentione rerum ſingularium; ſatis aperte teſtatus Pedemontio, cum ipſius conſilia nihil curioſe exquireret, nihil miraretur, ſi de regis inſtituto nihil propalaret.

Politica reminiſcentia.

MAgnatum temperantia in agendo, res eſt tanti commodi, ut non per omnia hebetes rationem inveniant ad ſenſa animi abſtruſiſſima aſſequenda, quo rectius obnitantur, & repagula firment. Norunt aures tam dextre obſidere, quæſtionum varietate, ad titillandos animos compoſita & animum tam cate verſare, ut, niſi in ſilentio totus torpere malit, quod incivilem argueret mentem, & majori ſuſpicione flagellaret, vix evitarit, quin propenſionem animi declaret.

Maximæ mortalium parti negatum, perſonam alienam diu ſuſtinere in ſermone alicujus momenti, quin aliquatenus ſeſe aperiant; ubi corporis compoſitio, & membrorum geſtus plura loquantur, quam verba ſonent. Hinc in viro, rebus agendis admoto ſummè requiritur, ut panopliam induat, antequam in illam arenam deſcendit, ſeque præparet, non tantum ad ſua conſilia occultanda, ſed etiam ut per illam ſimulationem propoſitionum, quas fecerit, nihil pateat cum medijs inſtituti ſumi commune, trahat tamen aliquid ex inſtituti parte manifeſta.

Hæc eſto ſermonum prima & ultima materia, quos omni civilitatis obſequio, & verbis ſpeciem apertæ mentis referentibus ornet, novis quibuscunque ad diſceptandum prolatis, ex tempore nunquam ad reſpondendum adactus. Mora enim illa certiſſimum eſt refugium viro ſapienti, qui negotiatur; vix vero cavebit ceſpitationem, quin ſeſe aperiat, ubi progredi cupit, & reſponſum extemplo reponere properat. Illi enim quibuscum ipſi eſt agendum, plerumque ſatis habent ſimulationis, ut ſeſe præparent ad impoſturam, unde ſagaciter mentem dignoſcas, tametſi alieniſſimè perverſam: Hinc fieri nequit, ut omnia caveas, niſi mora interpoſita.

Pau-

Digitized by Google

Paucis omnem rem abſolvero verbis, ut feliciter in iſtiusmodi occaſionibus procedatur, oportere virum rebus agendis admotum, ingenuitatis famam, & ſermonis veritatem auferre, cum alioqui nulla prorſus fides verbis ipſius habeatur, adeo ut vel hinc inſtitutum, quo hoſtibus quidvis conatur perſuadere fruſtretur, cum jam omnes intelligant, mentem à ſermone longiſſimè diſcedere. Eſt etiam, cur ſit taciturnus, ne per ullam rimam pateat ipſius inſtitutum. Denique induſtriam habeat ex longo uſu diſſimulandi, ut fingere poſſit, ſeſe aliorſum collineare, quam quo contendit, adeo ut ex ſermonibus ipſius contrarium liceat animadvertere.

CAPUT XIII.

Sabaudus ſit perplexus.

NEmo ſatis æſtimaverit, prudentiam admirandam, quam Cardinalis exeruit per univerſas illas ſermocinationes. Intricabat enim Ducem Sabaudiæ, Principem Pedemontii, Marchionem Spinolæ, & quicunque cum ipſo negotiari inſtituerant. Principalis illa dos, quæ Gallorum rationi plerunq; acquirit æſtimium, virtus eſt armorum nunquam non celebratiſſima; ubi tamen non pauci rerum æſtimatores iniquiores aliquid prudentiæ in negotiationibus eidem deeſſe arguêre.

Iſti vero periculum prudentiæ Gallicanæ fecêre in eo cardine rerum ad ſuam ipſorum ignominiam, jam certi, Cardinali nihil minus eſſe prudentiæ, quam fortitudinis, cum nihil poſſet illis de inſtituto innoteſcere, etiam ſumma & imarimantibus; & tandem per quævis genera dilationum ac detrimentorum fruſtra conati ipſum defatigare, conſpicabantur primum agmen circa Suſam moveri, & Caſelettam petere, ignari etiam, quo conſilio id fieret, cum à Caſalâ non ulterius recedendum, ſed ad eam accedendum potius videretur.

Cardinalis autem id agebat principaliter, ut Sabaudum

fidem colunt, ut ipſi proverbio ferant, Et verba & pennas ventis differri. In hoc tamen ceſpitavit, in proprium diſpendium, quod etiam per inane inſtitutum diverſarum decipularum, quas Cardinalis ſagacitati tendebat, didicit.

CAPUT VIII.

Quid Sabaudus Cardinali propoſuerit.

CONſtituit igitur, ut Servientus ad Cardinalem referret, an cum Principe Pedemontii in ponte Beauvoſinivellet colloqui, de ſummâ rerum, cum ſibiipſi perſuaderet, eo pacto ampliſſimam ſpem productum iri, ne in nervum erumperet bellum, aut anguſtiæ vim paterentur. Cardinalis autem ſciebat, deliberandi tempus effluxiſſe, agendi momenta inſtare, ut nempe ille anguſtias recluderet, & forum annonarium præberet, quemadmodum conventum erat dudum: cum etiam averet tantum Principem, regis ſororium ſui, impensè colere.

Intelligebat tamen, quantum ſplendori regis, qui imperium in exercitus contuliſſet, decedere poſſet, ſi ad colloquium cum Principe, promiſſorum negligente, & ad impoſturam parato, deſcenderet. Recuſat igitur ire, jam certior, eum ſolum finem in animo Sabaudi verſari, ut exercitus retentetur, nullo progreſſu facto; & retentus paulatum dilaberetur. Progreditur ergo Embrunum. Suſâ ad primum introitum declinata, ne per neceſſariam moram illic affligeretur exercitus, annonâ imminutâ.

Politica reminiſcentia.

NEmo ibit infitias, abjectiſſimum Magnatis animum prodi, qui ad hominem ancipitem, fractæ fidei, & in perniciem exercitus colloquium verſantem deſcendit. Quod ſi abeat, armatâ dexterâ, ad caſtigandam injuriam, quam alter intulerit, procedat. Equidem cum Coſmo Me-

Mediceo, qui magni nomine celebratur, fecero: is enim promptum habebat dicere, Inimicis offenſas eſſe remittendas; Eos vero, qui ſub amicitiæ nos velo produnt, puniendos.

Licet vero regi, aut ejus legato non libeat ſuſceptas injurias vindicare, ignominia tamen non vacârit, Principem, qui ſuis tantum compendiis incumbit, inviſere: Prudentia ibi erroris, & virtus temeritatis arguentur. Sæpius etiam innotuerat, colloquia Principum, offenſas utrinque urgentium, potius odium, quam benevolentiam conciliare, quod acutiſſimè animadvertit Plutarchus de colloquio Pompeii & Luculli: cui aſſentitur Tacitus de colloquio Germanici cum Piſone.

Locus quidem à Sabaudo ad colloquium deſtinatus, ſatis commodus videbatur ad uſum, à ſummis ducibus aut Principibus inſtitutum; quibus ſolitum erat, pontes ad colloquia legere, in quorum medio defigerentur ſepimenta, ad cavendas invaſiones. Suggerebat etiam hiſtoria, Philippi Comminæi, eo modo Ludovicum XI. ad Eduardum Angliæ regem in pontem Pequinium proceſſiſſe: ſed nec memoriam effugerat, Authorem eundem grande vituperium intentare iis Principibus, qui iſtiuſmodi colloquia inſtituunt, offenſionibus nondum abolitis; eo addito conſilio, ut tranſactiones Miniſtris, nihil privatim læſis, committantur.

CAPUT IX.

Cardinalis artes Sabaudi intelligit.

SAbaudus ex iſtâ repulsâ colligebat, artes ſuas Cardinali patere: ut igitur caſtigationem declinaret, aliud vaframentum capit, dum anguſtias aperit, & forum annonarium præbet, ſed quorſum Urſi tantum commearent. Quod ſi loca minus commoda viderentur, promittebat diverſa, præter annonam adeo parcè præbitam & adeo tardè ſubvectam, ne exercitus prodire poſſet Cardinalis

nalis igitur, cujus genius effecta in cauſis deprehendit, artes iſtas jam ante præceperat animo provido; adeo ut regi omnia jam conſtarent.

Poſtquam igitur mandata regia perlata eſſent, de via militari, quam vulgo vocant ſumenda, cum nulla facultas eſſet hoſpitiorum per cæteras, ubi exercitus coërceri, adeoque extingui potuiſſent, ſi hoſtibus æquæ vires ad malevolentiam adfuiſſent; Cardinalis eam cæteris omnibus recuſatis, tenuit: ut jam de foro annonario diſceptaretur tantum.

Vix dici poteſt, quantas ad id remorandum Sabaudus excogitarit technas, donec Imperatoris & Hiſpani Miniſtri ſatis temporis nanciſcerentur ad loca & clauſtra per Mantuanum & Monferratenſem agrum firmanda; & exercitus regius per impatientiam animorum, & annonæ penuriam periret. Nunciabat, nihil granorum per Sabaudiam ſuperare, cum tamen ingens eorum vis ex Breſſæâ, Delphinatu & Burgundiâ comportaretur & à rege Niceam ſubmiſſa jam extaret.

Pretium etiam annonæ majus, quam convenerat, conſtituit, quod tamen Cardinalis habuit ratum, ut omne genus excuſationum anteverteret, pecunia etiam, quam exigebat, ante tempus numerata. Sic dies quintus decimus elabitur, antequam militi panem præſtaret, quotidie novis difficultatibus per induſtriam enaſcentib⁹. Tandem Condoni anguſtias quantumcunque de commodioribus rogaretur, aperit.

Ex ſatis conveniebant æſtivis temporibus, cum eo momento rerum diſtrictus ille paluſtris difficillimum tranſitum exhiberet. Adeo ut univerſum Sabaudi inſtitutum aliquo tempore impoſturas nexuerit contiguas, ut promiſſa de anguſtiis aperiendis, & annona præſtanda eluderet.

Politica reminiſcentia.

SAtis familiare eſt Principibus, qui fœderatis hoc aut illud denegare ſatagunt, ut excuſationem involvant impoſſibilitate, aut ſummas in executione ſuſcitent difficul-

ficultates, ne ſimpliciter negaſſe videantur. Fatendum quidem, nonnihil illi prudentiæ concurrere, cum excuſationes in promiſſorum fidem non impingunt: ubi vero Principis fidem lædunt, cauſam præbent incuſandæ injuſtitiæ.

Sic hoſtium numero habebitur, ad quemvis ſiniſtrum caſum, qui vel exercitum conficiat, unde occaſio ipſum debellandi, ſalvis etiam pactis, naſcatur. Is enim exiſtimatur fidem primus frangere, non qui ad arma prior convolat, ſed qui eorum corripiendorum occaſionem dedit, diſpendio alieno per injuſtas artes quæſito. Idquod Procopius Armeniæ legatus ajebat, Coſroen, Perſarum regem, ad ſocietatem belli adverſus Juſtinianum adhortatus.

Quicunque autem iſtis excuſationibus uti voluerit, videat ut viribus præpolleat, ne inferior perfidiæ pœnam ferre cogatur: nihil enim difficilius, quam debilitatis viribus alios circumvenire, cui conatui illorum prudentia, retectis artibus occurrit, quemadmodum potentia ad vindictam properat.

CAPUT X.

Panzirolus Nuntius pacis media inter Sabaudum & Cardinalem proponit.

PRimarium artificium, quo Sabaudus credebat prudentiam Cardinalis circumvenire, ut negligentius copias, tormenta & victui adeoq; militiæ neceſſaria promoveret, conſtituerat in frequentiſſimis miſſionibus, quæ paci conciliandæ diverſa proponebant. Jam Panzirolus Nuntius, ſine facultate agendi, jam Mazarinus, aut alius quiſpiam ex aula adventabat, nullo ad principale regis inſtitutum aſſenſu, quo uno cætera explanari poterant; cum id unum rex quæreret, ut tranſitum præberet, ad aſſerendum Mantuano imperium, quotieſcunque ille peteretur.

Sabaudus autem ad hoc petitum ſurdas adhibebat aures,

res, quemadmodum ab Imperatore nunquam impetrari potuit, ut Principibus Italiæ permitteret fidem ejus adverſus quoslibet defendendi; cum nec Hiſpani ferrent, aliquas Gallorum copias, quibus ſumme egebat ad imperii conſervationem, ipſius ſtipendiis addictos in Italia ſubſiſtere, cum ipſius ex ſubditis exercitum juſtum conſcribere nullus poſſet.

Cardinalis ſatis perſpiciebat vanitatem propoſitionum illarum: auſcultabat tamen, ne à pace recederet ſemper nihil deſiderari paſſus in ſua diligentia ad perurgendas conditiones, ſine quibus Rex nec ſecurè, nec decorè armorum inſtitutum omittere poſſet. **Pax** enim quæcunque illarum conditionum expers exiguo tempore conſtitiſſet, cum ſic Hiſpano & Sabaudo otium, ad clauſtra firmanda, & ad viam ſternendam, qua commodius in imperium Mantuanum graſſarentur, quæreretur. Id quod Gallia nunquam toleraſſet, tametſi cæterum occupatiſſima, & non ſine inſigni vituperio, ubi obſtare nequiſſet, permittere neceſſum habuiſſet.

Politica Reminiſcentia.

FAtebimur facilè, ſi ſummatim omnia conſideremus, pacem eo magis reipublicæ optandam, quod bellum deploratiſſimas inferat conditiones. Pax enim eſt jucundiſſimum ſocietatis humanæ vinculum, delitium naturæ, nutrix legum, ordinis & adminiſtrationis: pax deſerta cultu aggreditur, terras reddit fertiles, & omnibus eo gratior eſt, quod ſecuritatem cum libertate ferat.

Bellum vero eſt ſcaturigio fatalis malorum, deſolatio provinciarum, oppidorum demolitio, populorum expoliatio, & cauſa omnium miſeriarum. Duobus tamen locis bellum fuerit paci præferendum: Cum pax non poteſt diu conſtare: nemo enim dubitat, magnæ fore imprudentiæ, rem exigui temporis firmare. Id Archidamus conſulebat, cum Lacedæmoniis pacem cum Thebanis diſſuaderet.

Apud Iſocratem Principes ſapientiâ clari bellum ſumunt,

munt, ut pacem ſecuriorem ſuis concilient: tumultus bellicos libenter tolerant, ut diuturniore fruantur tranquillitate. Certum enim, arma in manu viri ſapientis plurimũ ad eam firmandam facere. Æquiores etiam Politici bellum paci prætulêre in omnibus occaſionibus, ubi nulla ſatisfactio ſine Principis & reipublicæ diſpendio ſperatur.

Pax non niſi honeſtiſſimis conditionibus conſtituetur, non tantum, quod Principis gloria omnibus rebus præferenda videatur, ſed etiam, quod alias parum ſecura credi poſſit; cum experientia demonſtret plurimis documentis, pacem tumultuariè factam, ad recuperandum honoris compendium, quod perierat facilè ſolvi: id quod Carthaginenſes fecêre, poſt pacem cum Romanis juratam, exacto primo bello, quod T. Livius annotavit.

CAPUT XI.

Caſala accipit annonam.

POſt tot impoſturas nihil videbatur reliquum facturus Cardinalis, ad bellum Sabaudo declarandum. Cum autem animus prudentia duceretur, quamvis nullam fidem haberet, hoſtes regis pacem cujus tam crebram faciebant mentionem, accepturos; tranſactionis tamen exordium tam cito abrumpere noluit: Sic enim iniquitatem ſuam manifeſtabant, ad majorem juſtitiam regiorum armorum celebrandam, quæ nullam honeſtatis capacem rejeciſſent oblationem.

Sic etiam tempus indulgebatur ad conſilia in apricum producenda, & Caſalam annonâ inſtruendam. Quo utroque ſanè caruiſſet, ad bellum apertum prolapſus, cauſa hoſtilitatis præbita. Quamvis enim Sabaudus non ſatis haberet virium ad regia ſuperanda arma, poterat tamen annonam Caſalæ inferendam avertere, ſine qua extrema fames nunquam militi permiſiſſet diuturniorem obſidionem, quam Spinola meditabatur.

Dimicando etiam per Pedemontii terras potuiſſet regios

gios diſtinere, donec hoſtes obſidionem iniiſſent, & foſſis valloque muniiſſent ad vim facilè arcendam. Poſteaquam vero Caſala annonam ſuſcepiſſet, ut jam è neceſſitate honeſtè paciſcendi eſſet eluctatus Cardinalis; neque virtutem, neque fidem ulterius ſuſtinebat, quin proterviam hoſtium caſtigaret, diſſimulatione, quam prudentia eousque imperaverat, poſita.

Politica reminiſcentia.

NOn expedit quovis tempore abrumpi pacis negotia, tametſi de ea concludenda parum reſtet ſpei. Quemadmodum vero diverſa inde compendia duci poſſunt, ita arbitrer, ſæpiſſimè multum utilitatis in prolongatione, quantum honor ferat, inveniri: modo ibi temperes, à deſiderio ejus adipiſcendæ nimio, quod exiguarum virium certiſſimum argumentum, hoſti compendium auget, uti ſapientiſſimè animadvertit Salluſtius in oratione Philippica adverſus Lepidum.

Licet Princeps nullum aliud ex negotiatione pacis ferat commodum, quam ut liberè diverſos emiſſarios ad hoſtem deſtinet, qui ſub umbra negotiorum, conſiliorum momenta perſentiſcant, & quid agatur, referant, jam ſatis lucrabitur. Id enim lucri Cardinalis in ea occaſione quærebat, dum vix ullum tranſire ſineret diem quin ad Sabaudum viros natalibus, & uſu rerum celebres mitteret; gnarus utiq;, iſtarum virtutum tenaces, per ipſa negocia ſummam rerum gerendarum facilè expendere, etiam ad ſecretiora hoſtium conſilia penetrare. Id quod Plutarchus in vita Hannibalis animadvertit, quem ait iſtanc partem prudentiæ in bello, quod cum Scipione gerèbat, probè exercuiſſe.

CA-

CAPUT XII.

Diverſa colloquia Pedemontii cum Cardinale.

NOn poſſum calamo temperare, quin diverſa Cardinalis cum Principe Pedemontii colloquia referam, quibus ſuperſedere non poterat, à quo tempore Sabaudus anguſtiarum uſum promiſerat cum annonario foro. Vehementer etiam inſtabat Cardinalis apud Sabaudum, qui videbatur cauſam diſſidii ſuſtuliſſe, quod colloquio penitus negato fovere potuiſſet. Id vero libentius annoto, quod iſtæ viſitationes cæteris Principibus uſui eſſe queant per ſimiles occaſiones.

Pedemontius nihil aliud quærebat in iſtis colloquiis, niſi ut Cardinalis conſilia expiſcaretur, per elicitos ſermones, & ad ſenſa animi pertingeret, ſi forte de conditionibus pacis univerſalis aliquid decerpi poſſet, quam fiduciam ex incommodis exercitus hoſpitiis primis ducebat, quæ animum aliquantum inflectere potuiſſent.

Cardinalis autem, cui ſapientia abundabat, præter uſum rerum, familiares iſtis viſitationibus ſcopos non ignorabat, ubi maximè cum iis agitur, è quorum inſtituto jam patuit, impoſturas quæri: ſic eam cautelam adhibebat, ut Pedemontius nihil omnino compendii auferre poſſet. Prima igitur viſitatio in reciproca benevolentiæ ſigna & teſtimonia, per ſolita civilitatis aulicæ verba, impendebatur, nulla negotiorum facta mentione, cum Cardinalis honeſtam ſumeret excuſationem, ne quid prior in medium proferret, qui id honoris Principi exhiberet, ut deſideriorum ſummam exponeret. Princeps vero aperiri metuens, Cardinali exordium remittebat.

In cæteris rectius collocatum tempus, multo de pace univerſali ſermone, cujus articuli utrinque penſitabantur. Cardinalis tamen ſemper inſiſtebat conditionibus, quas nomine regis protulerat, interpoſita fide, Sabaudo, ſi eas iniret, apud regem ſatisfactionem integram deſide-

 rio-

riorum paratam; nulla planiore mentione rerum ſingularium; ſatis aperte teſtatus Pedemontio, cum ipſius conſilia nihil curioſe exquireret, nihil miraretur, ſi de regis inſtituto nihil propalaret.

Politica reminiſcentia.

MAgnatum temperantia in agendo, res eſt tanti commodi, ut non per omnia hebetes rationem inveniant ad ſenſa animi abſtruſiſſima aſſequenda, quo rectius obnitantur, & repagula firment. Norunt aures tam dextre obſidere, quæſtionum varietate, ad titillandos animos compoſita & animum tam cate verſare, ut, niſi in ſilentio totus torpere malit, quod incivilem argueret mentem, & majori ſuſpicione flagellaret, vix evitarit, quin propenſionem animi declaret.

Maximæ mortalium parti negatum, perſonam alienam diu ſuſtinere in ſermone alicujus momenti, quin aliquatenus ſeſe aperiant; ubi corporis compoſitio, & membrorum geſtus plura loquantur, quam verba ſonent. Hinc in viro, rebus agendis admoto ſummè requiritur, ut panopliam induat, antequam in illam arenam deſcendit, ſeque præparet, non tantum ad ſua conſilia occultanda, ſed etiam ut per illam ſimulationem propoſitionum, quas fecerit, nihil pateat cum mediis inſtituti ſumi commune, trahat tamen aliquid ex inſtituti parte manifeſta.

Hæc eſto ſermonum prima & ultima materia, quos omni civilitatis obſequio, & verbis ſpeciem apertæ mentis referentibus ornet, novis quibuſcunque ad diſceptandum prolatis, ex tempore nunquam ad reſpondendum adactus. Mora enim illa certiſſimum eſt refugium viro ſapienti, qui negotiatur; vix vero cavebit ceſpitationem, quin ſeſe aperiat, ubi progredi cupit, & reſponſum extemplo reponere properat. Illi enim quibuſcum ipſi eſt agendum, plerumque ſatis habent ſimulationis, ut ſeſe præparent ad impoſturam, unde ſagaciter mentem dignoſcas, tametſi alieniſſimè perverſam: Hinc fieri nequit, ut omnia caveas, niſi mora interpoſita.

Pau-

Digitized by Google

Paucis omnem rem abſolvero verbis, ut feliciter in iſtiusmodi occaſionibus procedatur, oportere virum rebus agendis admotum, ingenuitatis famam, & ſermonis veritatem auferre, cum alioqui nulla prorſus fides verbis ipſius habeatur, adeo ut vel hinc inſtitutum, quo hoſtibus quidvis conatur perſuadere fruſtretur, cum jam omnes intelligant, mentem à ſermone longiſſimè diſcedere. Eſt etiam, cur ſit taciturnus, ne per ullam rimam pateat ipſius inſtitutum. Denique induſtriam habeat ex longo uſu diſſimulandi, ut fingere poſſit, ſeſe aliorſum collineare, quam quo contendit, adeo ut ex ſermonibus ipſius contrarium liceat animadvertere.

CAPUT XIII.

Sabaudus ſit perplexus.

NEmo ſatis æſtimaverit, prudentiam admirandam, quam Cardinalis exeruit per univerſas illas ſermocinationes. Intricabat enim Ducem Sabaudiæ, Principem Pedemontii, Marchionem Spinolæ, & quicunque cum ipſo negotiari inſtituerant. Principalis illa dos, quæ Gallorum rationi plerunq; acquirit æſtimium, virtus eſt armorum nunquam non celebratiſſima; ubi tamen non pauci rerum æſtimatores iniquiores aliquid prudentiæ in negotiationibus eidem deeſſe arguêre.

Iſti vero periculum prudentiæ Gallicanæ fecêre in eo cardine rerum ad ſuam ipſorum ignominiam, jam certi, Cardinali nihil minus eſſe prudentiæ, quam fortitudinis, cum nihil poſſet illis de inſtituto innoteſcere, etiam ſumma & ima rimantibus; & tandem per quævis genera dilationum ac detrimentorum fruſtra conati ipſum defatigare, conſpicabantur primum agmen circa Suſam moveri, & Caſelettam petere, ignari etiam, quo conſilio id fieret, cum à Caſalâ non ulterius recedendum, ſed ad eam accedendum potius videretur.

Cardinalis autem id agebat principaliter, ut Sabaudum

Digitized by Google

induceret ad conjunctionem armorum, ſi tantus exercitus ipſi incumberet, & neſcio quid æmulationis aut ſcrupuli pareret. Debebat vero id bona fide, maximè ubi Cardinalis miſerat, qui nunciaret, juſtè id peti, quòd Rex ipſi vallem Siſeriam, ubi pons Gieſinus, petenti permiſiſſet ad iſtas leges; de regis autem voluntate ſibi penitus conſtare, qui nihil omiſſurus ad deſideria ipſius explenda.

Politica Reminiſcentia.

SPiritus noſtri, quibus plus eſt ignis, quam phlegmatis, magno molimine plerumque teguntur & coërcentur in negotiationibus: efferuntur fere ardoribus, & curſitant cum præcipitantiâ verſus concluſum alicujus negotii, nihil conſiderata via & ratione, ut inde cum gloria eluctemur. Potior plerumque prompta expeditio, licet cum aliquo diſpendio juncta.

Exteri, quibus innotuit genius noſter, ſolent nobis impatientiam in illo fervore indulgere, ut per quæſitas remoras & dilationes fatigati, genios noſtros, tanquam in carcere detineant, tricis plurimarum propoſitionum impeditos. Gaudent enim, nobis tædium ſufflare, ut deſiderium eluctandi intendant. Hinc ad primam quamcunque propoſitionem, quæ plauſibilis aliquantulum videri poſſit, complures ſeſe irritiri patiuntur; & iidem nihil quicquam meditati, quam ut aliquâ ratione ex illa captivitate liberentur, quacunque feneſtrâ, ubi ubi aperiatur, elabuntur, nullo penſo præcipitii lethalis, cum eam patientiam à ſeſe impetrare nequeant, ut expectent quieti, donec porta reſeratur ad exitum honoratiorem & ſecuriorem. Ex hoc vitio maxima ut naſcantur incommoda oportet.

Neque enim convenit, ut genius vegetus illius, qui rebus agendis adhibetur, eundem extra oleas & limites prudentiæ propellat, ne motus animi concitet legibus ſapientis actionis contrarios. Vigeat igitur fide inconcuſsâ, quâ ſuſtineat inſultus larvatæ prudentiæ, ad eludenda quævis artificia; etiam patientiam poſſideat, ut illorum

rum

Digitized by Google

rum phlegma ſuperet, ſpemque alicujus compendii per leporem illum adipiſcendi ipſis præcidat.

CAPUT XIV.

Quare Sabaudo ſit bellum inferendum.

TAndem tamen aliquando edocetur Cardinalis per experientiam, artificia illa Pedemontani ſolummodo progignere remoram armis regiis, quem tamen eatenus patienter toleraverat, ut ſic & Sabaudo & Hiſpanis grandiorem impingeret dicam, ſi univerſus Orbis Chriſtianus ad oculum perſpiceret, illorum duntaxat obſtinationem obſtare paci, & Caſalæ annonam intercludere; id quod ſine vituperio ulterius ferri nequeat, cum exercitus regius diſſipationem ſpectaret, & finis negotio eſſet conciliandus.

Sic igitur advocat Crequium, Schombergium, Auriacum, Thoiraſium, Feuquerium, Servientum & & Efinerium, longam & exactam ſeriem præteritorum pertexit, tum quæ pacem univerſalem, tum quæ particularem attinebant, ſententias ſingulorum exquirit, quid facto opus eſſet. Communis ibi opinio fert, cum id ageretur, quomodo Caſala à manibus violentis hoſtium vindicaretur, abſolutæ neceſſitatis eſſe, ut aliquas anguſtias obtinerent, non ſolum ad tranſeundum in Italiam, ſed etiam ad reducendas copias.

Non quidem ſummæ fore difficultatis, qua via effunderentur, cum ſatis virium adeſſet ad perrumpendum, invitis omnibus facili negotio ſternendis; ſed rationem eſſe ineundam de ſupplementis receptandis, & copiis reſtaurandis, de pecuniis, quas & ſtipendia exercitus exigerent, & annona ad ſuſtentationem ejus deſtinata flagitaret, tranſmittendis, de refugio certo, ſi qua ſors iniquior exercitum affligeret.

Jam neminem verbis Sabaudi fidem habere poſſe, poſt millenas artes & ſubterſugia, etiam promiſſa toties non exſoluta. Neceſſarium igitur videri, ut camporum latitudinem inundarent, neque locum, neque exercitum à tergo relinquerent, unde metuendum foret. Cumque fides referat animæ naturam, quæ ſemel egreſſa ex corpore humano, nunquam illuc revertatur, niſi per aliquod inſigne miraculum; nullam ulterius extare cauſam cur certi eſſe queant, fidem apud animum illius principis unquam locum inventuram.

Quod ſi exercitum ipſius integrum relinquant à tergo, facillimè omnes omnino anguſtias ad recipienda ſupplementa, pecunias & annonam, quotieſcunque ipſi viſum fuerit, claudi poſſe. Et jam occupatos pontes Alpiniani, Collinii, & omnium vadorum in flumine Doriæ: diffidentiæ cauſas creſcere merito ex nimio favore erga Hiſpanos demonſtrato. Nihil igitur differendum, quin bellum ex templo indicatur, cum & morbi jam attenuarent copias, & complures diſcederent à ſignis.

Inſuper & injuriam regi illatam impunè & ſine caſtigatione non tranſmittendam, poſtquam promiſſorum fides toties languerit, unde tanta incommoda exercitus regius pateretur, quæ ad integram perditionem ſpectarent. Declarare enim leges politicas, juſtè ſuſcipi bellum à principe, quotieſcunque ob illatam injuriam arma capeſſat, aut ubi juſtus metus periculi, quod ipſi, aut exercitui intentetur, adigat ad vindicias, tametſi aperto marte non ſit læſus.

Cum igitur univerſæ iſtæ rationes adeo eſſent fortes, ut exceptiones non ferrent, conſultum ſtetit, de aggrediendo Sabaudo. Omnia ergo ad bellum expediuntur: & tamen, ut majori ſemet involveret iniquitate, Cardinalis diverſis vicibus mittebat, qui promiſſorum fidem expoſcerent, ut copias cum regiis jungeret, quod omnino debebat ex pactis Suſanis, & omnes ſcrupulos diffidentiæ tolleret, qui juſtis de cauſis ſuſcepti eſſent.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

QUantacunque ſit ſummi Miniſtri ſapientia, nunquam tamen ſuperſedebit à conſilio ſuſcipiendo: nihil enim id derogat ſummæ ipſius prudentiæ, cum & Salomon, regum ſapientiſſimus per orbem terrarum, dicat firmitatem inniti conſilio, id eſt, nullum unquam certius inſtitutum, quam quod ex complurium ſententiis contrahatur. Fervor enim animo ſæpiculè ſummis geniis offucias objicit & glaucoma, ubi ſtimulatur gloria.

Neque verò pauciores victoriæ celebrantur conſiliis, quam armis obtentæ. Vix fieri poteſt, quin conſilia per executionem in fortunam impingant, niſi id jam per diverſa volumina in deliberationibus præſtiterint: hinc enim non raro indicia ſumuntur, ad fortunæ ludibria declinanda, ſi fortè occurſare voluerit.

Neque etiam ſatis fuerit, conſilia deliberato contuliſſe per exordium, cum ferè nullum ſit pejus, quam quod à ſuo ortu nullam admiſit mutationem. Sic profectò nunquam ſatis deliberari poterit, ubi nunquam bene agitur, modo occaſiones ne pereant, quæ executioni inſerviunt.

CAPUT XV.

Quibus de cauſis Sabaudus ad partes Imperatoris & Hiſpani tranſierit.

ANtequam progrediamur, mihi aurem vellicari ſentio, ut arbitros appellem, quibuscunque tantillum supereſt æquitatis, ad condemnandum calamum maledicum falſi, qui palam profitetur calumniam, qua Cardinalis, ſi queat gloriam conſpurcet, poſtquam à veritate nullum ipſi ſubſidium eſt expectandum.

Is ſcribere audet, Sabaudum nunquam à partibus regis diſceſſurum fuiſſe, niſi Cardinalis eum ad incitas redegiſſet, contemptim habuiſſet, impoſturis inauditis vexaſſet, ut pror-

ut prorſus neceſſum habuerit tranſire ad partes Imperatoris & Hiſpani. Nunquid vero id fuerit contemptim eum habuiſſe, ſi fere diebus ſingulis à viris non poſtremæ ſortis, ſed alicujus notæ inviſeretur, inſigniotibus etiam de exercitu ſubmiſſis, qui deferrent conditiones pacis, quas ſomniare poſſet?

Id vero fuerit contempſiſſe eum, ſi diverſis vicibus Cardinalis cum Principe Pedemontii egit, & ea civilitatis teſtimonia exhibuit, quæ ferociſſimos genios potuiſſent flectere. Quis vero contemptum arguat, ſi per tres ſeptimanas aut menſem Cardinalis mille fucos ſuſtinuit, quibus dux exercitum, ſalva pace, regium conficeret? Contemptumne olet, ſi Servientus miſſus fuit pridie quam bellum ex neceſſitate ſumeretur, qui invitaret inſtanter, ne adigeret exercitum regium ad illa extrema, cum jam prius aſpectum ejus recuſaſſet.

Quis vero eum contempſit & feſellit, ſi grandiſſima vis annonæ delata Niceam, in poteſtatem illius conceſſit, data ampliſſima poteſtate, cujuſcunque annonæ ex Breſſia, Burgundia & Delphinatu, pro lubitu contrahendæ: Id vero fraudem feret, ſi prænumeratam accepit pecuniam, ad annonam procurandam, & forum rerum venalium conſtituendum? Anne fallaciam dicet, ſi promiſſa regia fuêre delata, ad vallem Siſeriam, & pontem Greſinum ipſi tradendum, & unico deſiderio complacendi, & benevolentiæ conteſtandæ?

Fallax ne elucet animus, ſi offerantur copiæ quæcunq; ad jura ſua adverſus Genuenſes obtinenda? Anne imposturæ crimen merebitur, ſi per tres ſeptimanas omnis vis hoſtilis eſt repreſſa, ne in ipſius provinciam incumberet, tametſi ſatis cauſæ adeſſet ad pacem frangendam, à primo adventu Cardinalis, poſtquam is Lugdunum perveniſſet? Oculis tantummodo opus eſt, ut perſpicias tam pinguem calumniam, quam calamus ille maledicentiæ æſtro percitus ſine ullo argumento, prætereque vela perverſitati ſolita, evomuit.

Poli-

Politica reminiſcentia.

ODium ſerpentum refert naturam, qui Flores pulcherrimos veneno inficiunt; clareque oſtendit in hoc exemplo, priſcum illum veriſſimè ſenſiſſe & dixiſſe, Optimam famam eſſe calumniæ matrem. Nulla adeo juſta fuerit actio & illuſtris, cujus ſplendorem non conetur ſiniſtra aliqua interpretatione vitiare. Nulla unquam innocentia ab illius injuria tuta fuerit; optime igitur comparabitur, falſis illis ſpeculis, quæ nunquam genuinam vultus formam repræſentant.

Facies armatas ſibi fingit in quovis occurſu: contra ipſam veritatem indignatur, ubi rabiem ſuam videt oppugnari: quantumvis agnoſcat innocentiam illius in quem concitatum eſt, pertinaciam tamen majoris ducit honoris, quam pænitentiam. Philoſophi rationem reddunt valde congruam, cum docent ſimile eſſe atræ nubi, quâ impediat & obſcuret lumen rationis.

Hinc fit, ut actiones, quemadmodum corpora ſemper apparent prorſus alia, præter ſuam ſubſtantiam, trans vapores & nubes, etiam laudatiſſimæ alienū ſenſum ſortiantur, quotieſcunque conſiderantur per nubes odii: illud enim ſolet mendacia pro veris divendere. Hinc animi generoſi nihil torquentur calumniis, inde ortis: pergunt in bono & continuant egregia, nullo penſo maledicentiæ. Satis enim norunt, non ſolum odium, ſed & æmulationem ab omni tempore conniti, ut ſummos Miniſtros ſuſpicionibus involuant, qui inde bono publico reddantur inepti.

Viri tamen boni nullam unquam fidem plurimæ parti iſtiuſmodi rerum adhibent, adeo ut nullum inde damnum ad innocentiam redundet; cum utrinque notum ſit, id genus monſtrorum per contemptum expelli, innocentiam vero actæ vitæ ſatis amplum præbere fulgorem, qui inſtar ſolis, quasvis nubes ad offuſcationem & obſcurationem illius contendentes diſſipantis, tandem triumphandos præbet inimicos, inani malitiæ conatu.

CAPUT XVI.

Cardinalis traducit copias Doriam.

CUm id jam eſſet ſtatutum, Cardinalis univerſas copias contrahit in noctem, quæ inter ſextum & ſeptimum ſupra decimum Martis intercurrit, ad locum, gemino vado commodum, quorum altitudinem pridie didicerat, ubi ſatis ſpatii pateret, ,d partem exercitus regii in aciem explicandum: mandata ſimul neceſſaria diſtribuit, ut ad primum diluculum ſex tormenta collocarentur in ripa, ad loca illa vadoſa, quæ trajiciendis copiis apta cognoverat.

Sic potuiſſent Sabaudi copiæ, quæ tranſitus illos occupaverant, removeri ad eam diſtantiam, quæ equitum turmis tranſitum permitteret, & otium ad aciem ordinandam concederet, donec pedeſtres copiæ ſingulatim ferè pontes, in eum finem Doriæ impoſitos, tranſirent. Ordo ſanè ille excellentiſſimus clarum faciebat, Cardinalis prudentiam æquè in executione, ac in Senatu valere.

Politica reminiſcentia.

TRajectus fluminum præbent theatrum prudentiæ militari, ubi Imperatoris virtus maximè elucet: cum enim univerſus exercitus nequeat ſimul trajicere, ſed ſingulatim ferè, & paulatim, pronum eſt hoſti, eum concidere ſingulatim, ſecundum copias particulariter tranſeuntes niſi ordine rectiſsimo omnia inſtituantur ſicuti Timoleon ſuperavit Carthaginenſes in Sicilia, in tranſitu Crimeſi fluvii, quem trajiciebant in vado aliquo.

Optimus vero ordo, quem illic tenere poſsis, fuerit, ut vadoſa loca quæras, equeſtri militiæ, quò illa turmatim tranſeat, & locum faciat pedeſtribus copiis, quæ tantum-

Digitized by Google

tummodo per pontes incedunt, longiſſimo ordine, donec congregentur, & ordines ſumant, ubi equites primum hoſtis impetum frangunt, aut ſaltem ſuſtinent. Turma equitum lectiſſimorum valde conducit ad ſuſtinendum aſſultum per eas occaſiones, cum vix fieri poſsit, ut viri cordatiſsimi loco cedant, maximè verò ubi ordines ex diſciplina militari cepêre & condenſaverunt.

Nihil autem æque favebit trajiciendis copiis, quam tormentorumvis ex ſuggeſtu, quæ hoſtem rejicit & diſtinet, ut exercitus bona cum venia trajicere poſsit, & aciem explicare, antequam conflictus intentetur.

CAPUT XVII.

Obſidio Pinierolæ.

NIhil deſiderari poterat ad eum ordinem, quem Cardinalis per eam occaſionem inſtituerat, tametſi exercitus regius copia incurſandi Sabaudi fruſtraretur, qui Auguſtam Taurinorum cum copiis receſſerat, virtutis Gallicanæ metuens, cujus ſanè impetum nulla obſtacula fregerint. Trajicit igitur Doriam exercitus regius nullo negotio, & Rivolum petit delitium Ducis, atque inde per ſummam Cardinalis curam, adeoque ſatellitium integre conſervatum: quin etiam ruriculis id beneficii acceſſit, ut miles tantummodo hoſpitaretur, annona ex oppido Suſæ ſubvecta.

Hic demum Sabaudus ſeſe aperuit, & hoſtem ubique oſtendit adeo ut & monachos & mercatores Gallos, contra leges pietatis atque commercii attineret, quod univerſus mundus & mirabatur, & vituperabat. Eandem igitur neceſsitatem Cardinali impoſuit, poſtquam tempus benevolentiæ jam exoleviſſet; gloria autem regis, & Gallici nominis fama, authoritasque particularis ſuaſiſſent armorum uſum, donec Dux ad ſaniora conſilia ſeſe conver-

verteret. Hinc coſtituit recta Pinierolam petere, quod jam ante, ex conſilio intimo, cum Mareſchalcis communicato & ſcito, conſultiſſimum erat viſum.

Quemadmodum autem ſtrategemata aliquando maximo ſunt uſui, ita Cardinalis ſimulabat, ut Pinierolam ſecuriorem redderet, & ex improviſo opprimeret, Taurini obſidionem: quorſum etiam movebatur, tormentis & copiis in illam viam directis. Sic duci impoſuit, ut illo copias eodem die Pinierolam miſſas properanter retraheret: donec tandem aliquando Crequius ſeſe converteret ad Pinierolam, cum ſexies mille peditum, mille equitum, & tormentis, adeo ut viceſimo Martii circa ſextam veſpertinam hoſtilia molietur, dum reliquæ copiæ ſuppetias arcerent, & obſidio conſtaret.

Poſtridie adventabat Cardinalis cum Crequio, Forcæo & Schombergio, ad quartam matutinam, ubi per univerſam noctem operas urſit, ut altero mane ad horam decimam tria tormenta in foſſarum labro ſtarent ad ruinam inferendam.

Politica reminiſcentia.

STrategemata ab omni tempore magnam meruêre laudem, & prudentiam imperatorum oſtendêre. Prudentia enim in præliis ſæpius plura præſtat, quam robur; unde victoria tanto commodior oritur, quod non adeo multo ſanguine ematur. Iſta enim prudentia, quæ ſtrategemata docet, ſcientia eſt ſola. quæ regulis certis careat, nec præceptis comprehendatur ad doctrinam, cum ſponte ſit addiſcenda.

Natura quidem nos ad illam præparat, dum genium confert, eorum capacem; uſus tamen docet, & experientia confirmat. Sic fortiſſimus Scipio, poſtquam trajeciſſet in Africam, & laboraret in occupando aliquo loco munito, quem valido præſidio Carthaginenſes inſederant, aliud inſtitutum ſimulabat, promotis aliorſum copiis. Qua ratione impoſuit Hannibali, qui præſidiarios ad exercitum traxerat, loco illo ſecurius cuſtodito: ſed Scipio univerſum exercitum extemplo circumegit, & partem illius

Maſ-

Maſſiniſſæ ſubdidit, qui non adeo valida manu locum, milite nudatum, & ab incolis non aſſuetis bello defenſum, ſubegit.

CAPUT XVIII.

Pinierola redigitur ad obedientiam regis.

CIves Pinierolæ jam imaginem univerſæ præbebant Sabaudiæ, cum ſeſe viderent obſidione cingi, & Cardinalis deditionem urgeret, niſi malent rigorem armorum regiorum experiri, ad longe majorem ſeveritatem, quàm declinata vi poſtea ſunt paſſi. Tormenta jam minitabantur ruinam murorum, juxta prudentiſsimum Cardinalis inſtitutum: & exercitus virorum lectiſsimorum, quorum geſtus ſatis teſtabantur, de ſummo deſiderio per ruinas evadendi, & oppido per vim ſubigendo, metum incutiebat.

Præſentia Cardinalis geminabat formidinem, cum jam ſæpius compertum eſſet, arma regia aſſueviſſe victoriis jam ſextum annum, quibus Rex imperium militiæ permiſiſſet illius prudentiæ. Neque enim anno ſuperiore aliud fecerat, quam ut Hiſpanos ab obſidione Caſalæ diſpelleret, & intra Alpium juga arctaret.

Conſtituunt igitur Pinierolani viceſimo ſecundo Martii, cum diluculo, ſeptem fiduciarios mittere, ad æquas deditionis leges rogandas. Poſtquam illi obtinuerant honeſtiſsima quæque ad votum, ut nempe vita ſalva facultates, privilegia & immunitates ipſis linquerentur intactæ, eodem die, cum gaudio ſummo ad obſequium regis deſcenderunt; adeo ut eodem tempore copiæ Gallicanæ in opidum introirent.

Politica reminiſcentia.

SI quis exercitui præeſt, in primo felicitatis gradu collocet, ubi primum inſtitutum bono ſucceſſu procedit. Videtur enim, quemadmodum primum mobile omnes

omnes reliquos cælos trahit, ita primus armorum ſucceſſus neſcio quam imprimere opinionem in animos omnes partis adverſæ, ut jam ſibi victi videantur, aut ſaltem valde labefactati, per ſtuporem illum, quo ſeſe denuo præbent vincendos.

Fortuna enim plerumque ſeriem alicujus inſtituti ſecundum exordium deducit: ut fere credas, fontem nihil ulterius contribuere ad rivulos clare & transparentis aquæ, quam prima actio conducit ad ſucceſſum felicem in reliquam belli aleam. Prima enim eventa, inquit Tacitus aut fortitudinem, aut trepidationem in animis militis ſuſcitant. Hinc fit, ut Imperator, quemadmodum Orator argumenta firmiſsima in orationis partem priorem confert, gnarus utique tantam illa habitura vim in animis Auditorum, ut iiſdem perſuaſi, cætera omnia ſint plauſibilia; vires potiſsimas adhibeat ad obſidionem primi loci, quem aggredietur, aut ad primum conflictum, in quem deſcendere cogitur: certus utique, primam actionem trahere cæteras.

Sic Carolus VIII. in Hetruriâ fecit, in via Putremolanâ, & juxta Sarezanellam, quæ obſtabat, & in rupe ſita omnem vim deſpicere videbatur. Hanc igitur ſumit coërcendam, ut famam armis conciliaret, mundoque perſuaderet, nihil adeo potens & robuſtum inveniri, quod militum ſuorum virtus non exuperaret. Neque eum fefellit opinio: nam ubi locum illum exiguo temporis ſpatio ſubegiſſet, vix dici aut credi poteſt, quantum authoritatis eo actu acquiſiverit ſuis armis, adeo ut hoſtium animi ſtupeſcent.

CAPUT XIX.

Citadella Pinierolæ concedit in poteſtatem regiorum.

POſtquam oppidum eſſet captum, Comes Urbanus Eſcalanga, qui ei præfuerat, in Citadellam collegit octin-

Digitized by Google

ctingentos milites, Cardinalis autem continuò deſignabat foſſas, & alias operas : ubi omnia tanta diligentia procedebant, ut pridiè Paſchatis jam pertingeret ad propugnaculum aliquod Citadellæ. Circumvallatione facta, & caſtris adeo ſolidè clauſis per lineas communicationis, fortalitia, & munimina, ut univerſa potentia Imperatoris & Hiſpani, cum Sabaudo, nullas inferre ſuppetias potuiſſent, maluêre deditionem facere ad leges honeſtas quas impetrarunt quam rigorem armorum regiorum experiri, cujus evadendi nulla ſpes ſupererat. Ipſo igitur die Paſchatis tradunt Citadellam : cujus feſti ſolennia Gallis ſemper fuêre per Italiam ſatis proſpera, vel utroque prœlio, ad Ceriſolas & Ravennam feliciter obtento.

Politica reminiſcentia.

FAtendum profectò fuerit, authoritatem imperatoris plurimum præſtare in obſidionibus, æquè ac in cæteris omnibus militiæ negotiis. Nomen illius ſolum, inſtar fulminis conſternat univerſum mundum : Quemadmodum vincere eſt ſuetus, ita obſeſſi ſibi ipſis jam victi videntur, quam primum eum ſub mœnibus conſpicantur ; ut ad deditionem facile permoveantur : cùm vix quicquam ſperare poſſint, præter vim & infamiam.

Equidem Priſci illius ſententiam fovero, qui ajebat, magnos imperatores plerumque fortunam bonam circumferre : neque vituperavero Cæſarem, qui comitibus interdicebat metum, eò quod cum ipſis eſſet. Coriolanus id Romanos docuit per experientiam, qui in exilium ejectus, ad Volſcos abiit ; & dux exercitus recta ad urbem, portasque proceſſit, ut vindicaret injuriam, ſibi illatam. Sic ſanè Romanos vicit, qui ante vicerant Volſcos, ut T. Livius ſcribere voluerit ; Rempublicam Romanam acquiſiviſſe plus gloriæ per virtutem Ducum, quàm per numerum militum.

Authoritas profectò duci eſt, quod fides fuerit mercatori ; adeo ut ſæpe viſi ſint exigui exercitus per illius induſtriam ſuperiores, fugatis calcatiſque ingentibus copiis. Ipſa fœderatos in fide continet, militem facit audacem &

obſequentem, aperit anguſtias, explanat vias, perducit annonam, & ſæpiſſimè cum proſpero ſucceſſu aggreditur res arduas, quæ alioqui extra lineam noſtræ potentiæ videbantur.

CAPUT XX.

Tranſitus ex Gallia in Pedemontium fiunt liberi, poſt ſubacta aliquot oppida Sabaudiæ.

DUm obſidio Pinierolæ peragitur, mandârat Cardinalis, ut munimentum Peruſæ corriperetur, quod non plurimum laboris ſumpſit: deindè Schombergium mittit cum legione pedeſtri, & viginti duabus turmis equeſtribus, ut Briquera ſi munimentum occuparet, quód continuo deditionem fecit: ubi eodem die vaſtum munimentum delineavit, quod per diligentiam eximiam continuat, ut complures valles, quæ in montana Delphinatus penetrant, firmaret, tranſitúmque clauſtrorum ſervaret.

Hinc tantus pavor inceſſit incolas per valles Lucernæ, Angroaquæ & Sanmartini, ut nihil differrent ad obſequium regis properare, fidemque juratam in dextram Cardinalis deponere. Exiguum tamen fortalitium reſtabat in extrema Lucernæ valle, quod populares vocant Mireburgum, & poſtremo conatui debebatur. Sic tandem tranſitus in Pedemontium ex Gallia planè liberi & ſecuri fiebant, ut non tantum exercitus pergerent, ſed & ſupplementa, commeatus annonæ, & pecuniarum vecturæ, exercitui neceſſariæ, ſine offendiculo trajicerent.

Politica reminiſcentia.

NIhil ſanè accuratius attendet imperator, quàm ut nequem locum, qui inſtituto nocere queat, à tergo relinquat. Quamvis Carolus Magnus ad eximiam gloriam armorum evaſerit, inter reges in eo genere alioqui laudatiſſimos; non tamen caruit vituperio, quod in Hiſpaniam trans-

Digitized by Google

tranſivit, non occupatis munimentis montanorum à tergo. Neque enim quisquam negârit, juſtè ipſum erroris coargui, ſi effectum ſpectet, quo omnes ferè ipſius copiæ fuêre conciſæ in reditu impedimentis omnibus per montanos exſpoliatis.

Cæſar in commentario de bello Gallico ſummum ſcientiæ militaris axioma hoc ſtatuit, ut per provinciam alienam tranſiturus, anguſtias occupet omnes: addit etiam, præcipuam ſui gaudii fuiſſe cauſam, cùm ad bellum Gallicum properanti Teruanna ſponte deditionem faceret, poſt aliquantulum faſtidii, quod nullum à tergo hoſtem conſtituiſſet relinquere. Hinc maximum errorem inter cæteros commiſit Carolus VIII. in expeditione Italica, quod verbis Mediolanenſis fidem haberet, cum debuiſſet ſubigere illa loca, quæ ad tranſitum erant neceſſaria.

Ille enim dux cum cæteris Principibus fœdere implicitus, hoſtilem opponebat aciem ad trajectum Taræ, ne rex tranſiret, aut ex illa provincia excederet, Galliamque repeteret, niſi poſt prælium Fornovianum, periculis prægnantiſſimum. Verum enim verò, ubi ne de pugnandum quidem fuerit in regreſſu, profectò ducenti pyrobolares ex munimento, quod hoſtis à tergo inſederit, annonarios ita exercebunt, ut univerſus exercitus plurimum flagelletur.

CAPUT XXI.

Seditio oritur Divioduni.

DUm Cardinalis illuſtres faceret progreſſus, Rex Lugdunum proceſſit: in itinere ad Fontem delitiarum docetur de ſeditione ſatis acri, quam viceſimus octavus Februarii attulerat Divioduno, ex vinitorum præſentia, quibus audacia & libido permiſit diruere & expilare præfectorum quorundam domicilia.

Authores illius tumultus plebi ſuggerebant, conſtitutionem Electionum, Burgundiæ impoſitam, ad eum tantummodo finem tendere, ut ſubſidia & alia

tributa conſequerentur: tametſi regi alius non eſſet animus, quam ut contributiones ſolitæ minori cum provincialium onere, majori cum Reipublicæ emolumento, indicerentur, colligerentur.

Protervia ſeditioſorum eò uſque proceſſit, quod magiſtratus negligentius repreſſerat motus primos. Ut autem malo gliſcenti promptum adhiberetur remediũ, ſubmittitur à Rege Bellagardius, provinciæ gubernator, cui ſumma etiam tum authoritas apud plebem, non tantum propter muneris ſplendorem, ſed etiam propter fidem & benevolentiam particularem, à longo tempore contractam. Is igitur tempeſtatem brevi adjuravit, adeò ut rex illuc tranſire voluerit, Lugdunum petens, ut in regimine politiæ errores in poſterum metuendos corrigeret, juſſis vinitoribus, quorum immanis in urbe frequentia, demigrare; creatis novis magiſtratibus, qui operam darent plebi coercendæ, & ad obſequium revocandæ. Ubi non prætermiſit, ſummo Senatui injungere, ut principes ſeditionis pro merito punirentur, nec demolitionum & incendiorum ſtudioſis parceretur.

Politica reminiſcentia.

Nihil æquè irritat plebem, ac novorum tributorum rumor. Vitam ſibi ſic intercludi autumat, aut ſaltem amariſſimam reddi ad tædium, ſi tantillum facultates accidantur. Hinc egeni ad ſeditionem ſemper procliviores, quàm opulenti: Sunt etiam rerum novarum avidiores, quod Tacitus animadvertit in Annalibus, cum illis plus lucri appareat, quàm detrimenti in quibuscunque ſeditionibus. Sic inhiant alienis, domi pauperes.

Nemo non condolebit inopiæ illorum, ſed obſequium magiſtratui debitum, & officium ad ſuſtentanda ærarii onera & ſumptus publicos, omnem adimit excuſationis colorem. Sed & authores ſeditionis tanto majori cum rigore puniendi fuerint, quod univerſæ calamitatis ſint capita & ſcaturigines. Thucydides de populi Athenienſis ſcito, quo Mitylenæis, ad uſum armorum commodis internecio, cæteris ſervitus, ob ſeditionem apud ipſos exortam, deſtina-

Digitized by Google

ſtinabatur, non vult, juſtitiam per iſtiusmodi occaſiones ſtare in ſupplicio anteſignanorum: tum enim principem maximè decere exertam clementiam, regiæ dignitatis pulcherrimum ornamentum.

Condonet errores & offenſas ad eam rationem, ne licentiam, à plebe uſurpatam ſtatuminet, quæ abunde reprimetur, authoribus ſeditionis correptis ad piaculum. Facilitas nimia univerſis condonat, & prudens juſtitia ſcelus multorum in paucorum ſupplicio eluit. Impunitas enim licentiam conſtabiliret, quaſi ad eundem errorem poſtliminio invitaret; quemadmodum nimius rigor deſperationi pandit feneſtram, auſisque extremis. Summæ igitur fuerit prudentiæ, plebem ad officium faciendum reduxiſſe, uti annotat T. Livius, ſubmiſſo aliquo magnæ authoritatis viro, quem ſuſpiciat, cùm fiducia idem ferè ſit, quod anima in corpore.

Ob eam cauſam memorat idem hiſtoricus, à Romanis miſſum eſſe in Sardiniam, in fide vacillantem, & ad Carthaginenſium partes propenſam, Titum Manlium. Id quod aliquo modo majoris fuerit momenti, ſi promptiſſime ad componenda omnia, mittatur, quod ſeditiones flammarum, ſemper augeſcentium naturam ferant, niſi obnixè in exortu extinguantur.

CAPUT XXII.

Frater regis redit in Galliam.

TRecas tranſit Rex, aliqua mora ibi tracta, ob inſtitutum cum Cardinale ſumptũ, de recipiendo fratre germano, qui ad concordiam, de qua ſub finem anni ſuperioris mentionem fecimus Nanceiò relicto, accedebat, ut coram, & voce viva, præter quævis civilitatis teſtimonia, & ſigna dilectionis, regi ſatisfaceret: de cujus benevolentia nulla extabat cauſa dubitandi, poſtquam offenſam priorem aboleviſſet, & redditus annuos, cum ſtipendio honorario, augere conſtituiſſet, uti ſuo loco recenſuimus.

Acceſſit igitur Aurelianenſis decimo octavo Aprilis, comitatus præter domeſticos, à principibus & proceribus Aulæ, quos rex ad duas leucas obviam procedere juſſerat. Ex equo deſcendit ad hoſpitium reginæ matris, ubi rex eum præſtolabatur in atrio, tantis teſtimoniis gaudii & amicitiæ eum amplexus, ut nunquam ferret, Aurelianenſem ad primam ſalutem, altero genu in terram procumbere, quod agebat ille; nullo longiore ſermone, niſi quòd illum, tanquam ſemetipſum, amaret.

Amplexus illi valde arcti & ſatis diuturni abunde teſtabantur, regis animum nimio flagrare amore fratris, unicèque exoptare, ut cogitationibus, deſideriis, voluntatibus, inſtitutis etiam recreationibus, unirentur, quemadmodum vultus videbantur invicem conglutinari. Ingens hinc lætitia per aulam pervaſit, maximè ubi teſtimonia hæc blanditiarum ſingulis diebus exercerentur, quoad Rex Trecis morabatur.

Adeo ut non ſine cauſa ſperare licuerit, nihil unquam ad diſcordiam valiturum; modò familiares, qui conſiliorum ferebantur arbitri, artificia, ex imo penu cerebri turbulenti deprompta, abſtinuiſſent, ad vitandas alteras tricas; cùm ipſi ſibi perſuadeant altiorem dignitatis gradum ex Aurelianenſis ſeceſſione, & majora emolumenta ex utriusque diſſidio ſibi promittant.

Politica reminiſcentia.

NAtura inſevit quasdam radices amicitiæ in ſanguinem, quas protrudit & germinare facit, quamprimum propinqui ſeſe in oculos inferunt, poſt exiguum aliquod diſſidium, ubi odio non eſt permiſſus animus planiſſimè. Neque rami arborum tàm facile ſitum à Natura injunctum repetunt, antequam tempus eos firmârit, aut manus hortulani curvârit; uti præcordia excelſorum natalium ſponte ad benevolentiam, à natura inſitam, revertuntur, antequam annorum ſeries odium firmarit.

Atque in eo maximè animadvertere licet potentiam naturæ, & veritatem illius opinionis, quæ ſuſtinet, Naturam inſpirare cum natalibus motus benevolos, ad diligendum obje-

Digitized by Google

objecta neceſſitudinis. Veriſſimum enim eſt, authorem univerſi impreſſiſſe rebus levibus aliquam facultatem in altum evolandi; diverſam verò gravibus , unde per naturam verſus centrum terræ ferantur : ſic ſanè & homini propenſiones inſevit erga proximiores, æque ac erga objecta convenientia, ut nequeant in oculos incurrere, aut menti recordari, ſine aliquo ſenſu amoris, medullitus excitato.

Hinc videmus, propinquos ad primum aſpectum invicem exardeſcere mutuo amore, licet eouſque ſibi nunquam innotuerint. Quo ipſo manifeſtum faciunt, motum illum non inferri id temporis in animos, ſed ex præſentia objecti colligi, amore uſque ad aſpectum occultato.

CAPUT XXIII.

Rex Aurelianenſi confert imperium in exercitum Champaniæ, cum præfectura Pariſiorum.

REx, ut fratrem arctioribus amicitiæ, atque authoritatis auctioris vinculis in officio contineret, non ſatis habuit, iſtis benevolentiæ teſtimoniis coram univerſa aula defungi, quin imperium in exercitum Champaniæ, & inſuper præfecturam in Urbem, vicinaſque provincias committeret, cum ſeſe accingeret ad expeditionem peregrinam.

Politica reminiſcentia.

SUmmum ſapientiæ argumentum in rege, ſi conſervet & augeat, quantum poteſt amicitiam principum regiorum; cùm veriſſimè concordia illorum tantum utilitatis in Rempublicam conferat, quantum calamitatis diſcordia ipſorum trahere poteſt. Quemadmodum verò deſiderium imperandi, votorum non eſt poſtremum, ita nunquam arctius devincientur, quàm iſto negotio. Ante omnia tamen videat rex, ut de fide illorum ſic certior; & inſtitutum animi ipſis maneat inconcuſſum ad quaſvis ſuggeſtio-

nes familiarium, qui nunquam non ſolent, gratiæ iniqui aucupatores, plus nimium ambitionis inſpirare, & potentiam indultam ad tumultus excitandos convertere.

Iſocrates Nicocli ſapienter in eam rem ſuaſit, ut nunquam conſanguineos in rebus gerendis præferret, niſi fideliſſimi cenſerentur; eò quod libido imperandi, conſanguineos Principes vehementius ſtimularet, quin etiam faſcinaret, propter proximiorem gradum neceſſitudinis, ubi T. Livius monet. Neque enim ſanguis vinculo pollet adeo robuſto, ſicuti ambitio, quæ principes ad imperandum propellit, ut illud nullo conſcientiæ penſo rumpant, uti armatos ſeſe vident: Unde tantò minus veræ amicitiæ ibi collocandum; id quod Plutarchus in vita Demetrii diverſis exemplis planum facit.

Quòd ſi rex propter prægnantem aliquam cauſam tenetur arma alicui principi regiæ dignitatis permittere, conſuluerim ut Tiberii prudentiam & inſtitutum ſequatur, qui Germanicum in Syriam cum imperio miſſum fruſtrari voluit Cretico Syllano, provinciæ rectore, quem ſciebat Germanico amiciſſimum, ne concordia illorum viam ad ſummam rerum ſterneret; ſubſtituto Cneo Piſone, cujus ingenium ferox promptiſſime occurriſſet ſiniſtris auſis, ſi extra orbitas ille vagari inſtituiſſet. Verbo dicam, regis adeoque Reipublicæ bonum poſtulat, ut aliquis authoritate gravis adjungatur, de cujus genio & fide nullus ſit dubitandi locus, qui æquilibrio ſtudeat, & quæcunque conſilia moderetur.

CAPUT XXVI.

Rex pervenit Lugdunum, & Gratianopolim, ubi Cardinalis eum accedit.

DIviodunum rex tranſit, ut tumultuantem plebem, uti memoravimus, compeſceret, & Lugdunum petit: exigua ibidem facta mora, Gratianopolim abit; quo Cardinalem evocaverat, poſtquam Italiæ clauſtra aperta nunciaren-

Digitized by Google

rentur. Cardinalis æquo deſiderio viſendi regis,& colendi pro inſtituto, ad curas Reipublicæ exantlandas flagrabat, uti rex ejus conſiliis gaudebat: id quod lætitia & blanditiæ ſummæ ſatis loquebantur, ad primum acceſſum profuſæ; adeo ut benevolentia regia, tenerrimusque amor abundè paterent.

Politica reminiſcentia.

BEnevolentiæ motus eadem effecta apud regum animos, uti in privatorum ingeniis producunt. Iſta opinio, ubi altius reſedit, tantum valet per naturam in mentibus ſummis, ut gratiæ ſuæ objecta oculis ſemper aveant uſurpare, & familiariter habere. Sic Alexander Magnus converſatione Hephæſtionis gaudebat, ut eum à ſe ſe dimittere vix ſuſtineret.

Optatiſſimi profectò ſucceſſus,tum belli,tum togę,quibus principes gaudere poſſunt, inſipidi videntur, & fere voluptatis inanes, niſi coronentur intimis, ad liberrimos ac fidiſſimos ſermones. Nihil enim principi fuerit jucundius, præ prudentia cordati & fidelis miniſtri, cujus præcordia novit penitiſſimè, ſolo & uno gloriæ, qua principem ſuum adnititur cumulare, conflagrare.

Compendium honoris viro illi acceſſerit, cui princeps penetrale animi recludat ſui,in cujus ſinum deponat ſecretorum ſummam, nullo metu conſcientiæ vacillantis aut fidei ſubleſtæ. Compendium itidem gaudii is princeps fuerit adeptus, ſi eum genium ſibi adſciverit, qui curarum irritamenta ſermonibus demulceat, conſiliis difficultatum moles explanet, vigilantia periculorum momenta caveat, virtute ſucceſſum cuivis inſtituto conciliet.

CAPUT XXV.

Mazarinius Cardinalis feliciter, negotiatur pacem inter regem & Sabaudum.

QUamprimum rex Gratianopolim appulit, Mazarini-

um intelligit, pacis conditiones depromentem. Sabaudus enim, qui hactenus ad quaſvis æquiſſimas rationes tranſigendi ſummam præbuerat aurem, æquè ac Spinola, regi nunciat, ſi Pinierola redderetur, nihil non admiſſurum, ad juſtitiæ normam: ibi Rex, cui ſummum pacis ſtudium, modò pro dignitate ſua, & fœderatorum commodo, negotium inſtitueretur: benignè & lubenter auſcultat, nec repugnat, quin Crequius, Caſtronovanus, Bulionius & Butilerius cum Cardinale Banyo & Mazarinio convenirent, ad capita utrisque partibus non ingrata conſignanda, ſic tamen ut nihil teneretur ab inſtituto remittere, aut à gerendo bello deſiſtere, donec concordarent: Noverat enim rex, quanti momenti eſſet reſtitutio Pinierolæ, quæ nunquam non propoſitionibus tranſigendi immiſcebatur.

Politica reminiſcentia.

CUm pax certa ſperatæ victoriæ ſit præferenda, eò quod illa in poteſtate principis hæreat, iſta à fortunæ ludibrio dependeat, prudentiæ eſt, mentionem illius non repudiare, inquit Hannibal ad Scipionem, apud T. Livium. Thucydides tamen docet in ſua hiſtoria, principem quicum hoſte de pace agere conſtituerit, non debere minus bellum facere, ac ſi nulla unquam concordia coire poſſet, cum non exigua incommoda inde exurgere queant.

Addit etiam, id apud Lacedæmonios in uſu fuiſſe, quotieſcunque pacis aliquam negotiationem cum Athenienſibus inceptarent. Fit enim pax eo rerum momento minus operosè, cum uterque armata dextra loquitur, & æquas vires in caſtris oſtentat. Ubi vero alteruter aliquo compendio prævalet, rigidior fuerit, ad iniquiora petenda & extorquenda in illo negotio; id quod Cæſar in hiſtoria de bello Civili annotatum voluit.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

Chamberiacum Sabaudiæ capitur.

SEd Rex non ſuperſedit Senatum advocare, ut deliberaret, an conſultius perſequeretur victorias, Sabaudum aggrederetur, provinciam ſubigeret, & anguſtias quaſvis commodas corriperet. Complures diſpiciendum proponebant, nec Sabaudum, nec Spinolam ad pacem propendere, niſi ex neceſſitate, & Pinierolam recuperandam, cum hactenus æquiſſimas rationes ſemper reſpuerint. Nullam pene cauſam apparere, cur de Mantuani commodis fides illis haberetur, cùm ea ſit ſumma belli gerendi occaſio, adeò ut neque pax diuturna ſperari poſſit.

Viceversâ autem complures extare cauſas, cur illi pacem deſiderent, impotentiæ ſibi conſcii, ut tandem inſtitutum ſuum de Mantuano ſpoliando perficerent, cùm ſola Pinierola, regiis tranſitum liberum in Italiam præbens, obſtet, adeò ut conſilia de Monferratenſi ducatu invadendo in aliam occaſionem rejicere neceſſum haberent. Principibus nullum juſtiorem titulum oppidorum poſſeſſorum accidere, quàm victoriam ex juſto bello; ideoque hoc oppidum non tam facile amittendum, ex quo per Italiam authoritate polleret, jānuâ utrique ad tranſitum ſemper aperta, ut ambitioni Hiſpanicæ limites figeret, & ab ulterioribus auſis eandem vel ex hac ſola cauſa abſtineret.

Sic & Sabaudo frænum injectum, qui ſingulis ferè annis novos tumultus faceret aut foveret. Denique opus eſſe, ut promptius in Sbaudiam tranſirent, & potiora occuparent, cùm certo certius Sabaudus ad recuperanda occcupata accingeretur, niſi arma illius alioſum traherentur; quòd ſi neque vim intentaret, copias tamen illius per Sabaudiam vagari, & anguſtias impedire, commerciaq; fruſtrari, ſine quibus regiis exercitus ſubſiſtere nequiret. Jam Spinolam diſceſsiſſe ad obſidendam Caſalam, eo ipſo tempore, quo Cardinalis Giatianopolim excurriſſet.

En tibi rationes æquè graviſsimas ac juſtiſsimas, quæ meritò

ritò expenduntur, & in deliberatione valent. Nemo ſanè dixerit cum rationis fundamento, pacem in Cardinalis fuiſſe manu, cùm Sabaudus illam nunquam cogitarit, niſi redderetur Pinierola, cujus conſideratio inferius ampliſſimè diſpicietur. Id verò fœminis perſuadendum, quæ ad quamvis tormentorum exploſionem trepidant, ut oppidum tanti momenti ad fidem Hiſpanorum reddatur, adeoque Sabaudi, cum uterque ſatis in omni hoc negotio oſtendiſſet, quantum fidei ipſis deberetur: Miniſter vero, qui prudentiam ſine pari ubivis locorum exerit, metus omnis expers, omnibus metuendus, per juſtitiæ rationes, iſtis decipulis non capitur.

Negotiatio inſtituenda nihil ſecurior fuiſſet, quàm illa anni ſuperioris, cujus frangendæ nullam rationem omiſêre. Quis verò prudentiæ minor fidem habuerit, ubi in eadem cauſa verbis deeſſe fidem jam ſenſit? Calamus igitur ille maledicus, cui perinde eſt quidvis ſcribere, modo gloriæ Cardinalis deroget, præter omnem rationem ipſi culpam continuati belli impingit. Caſala profectò Mantuanúm agnoſcere dominum dudum deſiiſſet, ſi pax redditâ Pinierolâ coiiſſet.

Hinc rex, cujus ſagax mens Senatorum prudentiam longe ſuperat, calumniarum irritamentis nihil motus, conſtituit à biduo movere in Sabaudiam. Sic igitur ſine ulteriori cunctatione progreditur tertio Maij, comitibus Crequio Baſſompetrio & Caſtilionæo; Crequio, commendat primum agmen, ut Chamberiacum duceret. Proceditur per ſummam diligentiam, urgentur operæ, decimo quarto appropinquatur, corripiuntur ſuburbia nullo pene negotio, deditio flagitatur. Oppidani eaſdem leges rogant & obtinent, quib9 in poteſtatem regis defuncti, anno ſexcenteſimo ſupra milleſimum conceſſerant, adeo ut portæ ſponte patentes, regem admitterent octavo decimo Maij.

Politica reminiſcentia.

NOn parum utique refert, ubi imperator cum exercitu provinciam aliquam invadit, ſi primarium oppidum aggrediatur; cùm illud ſubactum, cætra omnia labefactet, for-

Digitized by Google

formidinem ſpargat, & portarum clauſtra non raro ubique ad victoris arbitrium verſet. Cænemon, Lacedæmoniorum dux, Carnaniam invaſurus, id ipſum agendum ſumpſit, obſeſſa Stratonis villâ, quæ caput gentis ferebatur Et Thucydides, qui rem altius expendit, in ſua hiſtoria, id inſtitutum ſummè laudat, tanquam diſciplinæ militaris egregium facinus.

Sic ubi Hannibal occupaſſet Carcyam, Olcadum metropolim; vidit omnia reliqua oppida in poteſtatem Carthaginenſium concedere, & tributa pendere. Jactura ducis aliquando exitiū confert exercitui, & metropolis, aut munimenti primarii perditio plerumq; trahit reliqua in perniciem. Videndum tamen, ne in inſtituto deficias, cum inde effectus contrarius omnino conſequatur: Ea igitur promptitudine opus fuerit, ut incolæ ex inopinato obruantur cùm maximè ſecuri agunt; adeo ut hoſtem occupes, antequam tete incurſet, aut tua invadat.

Apud Tacitum vituperatur Otho Imperator, quod conſtituiſſet Vitellium hoſtem in Gallia conficere, nimis longa tamen dilatione uteretur: cùm mora illa ſat temporis indulgeret Gallo & Spurmæ, ad trajiciendas Alpes, & Eridani tranſitus occupandos; qua ratione Othonis copiæ diſtinebantur, ut univerſum inſtitutum falleret.

Potuiſſet eadem ſors exercitum regium opprimere ſi pacis conditiones à Sabaudo & Spinola propoſitæ, quæ Pinierolam tantummodo reddendam concernebant, aut dilationem ſaltem aucupabantur, ad temporis commodiorem uſuram, regem Gratianopoli retinuiſſent. Nihil ſane levius in bello, quam exiguum temporis momentum, ad res ſummas immutandas: inſtituti effectus à momentis pendet: etiam minimæ remoræ ſæpe numero extrema intulêre damna.

CAPUT XXVII.

Regii capiunt Anneſyum & Romillyum.

REx viceſimo ſecund. Maij Chaberiaco egreſſus, Chaſtilio-

ſtilionæo mandat, ut per illam ſeptimanam primum agmen duceret, Anneſyum verſus. Id continuo facit deditionem, præſidium caſtelli, duce Epiſcopi Genuenſis fratre, conſpectis tormentis, formidinem concipientibus. Rex, ne quid temporis temerè periret, aſſumpto Baſſompetrio, exercitum rectà ducit verſus Romillyum, natura ſatis munitum, ubi ſcientia ceperat artem addere, maximè verò ad Caſtellum, quod octingenti præſidiarii tutabantur, ad vim ſuſtinendam parati.

Exardeſcit igitur juxta hoc obſtaculum regis animus; ad majorem gloriam adipiſcendam. Ipſus progreditur verſus oppidum cum exercitu; in planitie extra tormenti ictum copias explicat, inque ordines diſponit, unde tantus pavor incolas inceſsit adeoque gubernatorem ipſum, quòd regem iſtis exercitiis vacantem nunquam vidiſſent, perſuaſi inde, tantum laborem non alia occaſione inſumi, quàm ut poſterius rigorem armorum paterentur, ut ad regem extemplo fiduciarios mitterent, qui triduum conſultando expeterent. Cùm autem rex reſponderet, conſtitutum ſibi, eodem die intra oppidum hoſpitari, eodem momento imperata ſeſe facturos receperunt; temeritatis crimine evitato, niſi principi adeo generoſo, & in re militari exercitatò repugnarent.

Politica reminiſcentia.

QUicquid indulgetur dilationis hoſti, non raro tanti eſt ponderis, ut ex eo ſiniſter aut ſecundus inſtituti pendeat ſucceſſus. Diecula una obſeſsis præbet tempus valli excitandi, quod menſis univerſus non ſuperaverit. Cũ Henricus II. pauliſper diſtuliſſet inſtitutum, ab obſidione Perpiniani inglorius receſsit. *S*i *P*yrrhus *S*partã eadem nocte invaſiſſet, quâ acceſſerat, nullo negotio perfeciſſet, cujus poſtridie facultatem ſibi ademptam dolebat.

Conſultisſimum igitur fuerit Petri Medicæi exmplum, referente Guicciardino, qui ex unius horulæ atque alterius mora, dum pluvia deſineret, tardius cum exercitu Florentiam pervenit, cum jam intelligeret, hoſte ante horam de ſuo adventu certiores factos, arma ad repugnandam expedi-

pedi-

pediviſſe. Neque enim introire potuit, quod deſiderabat, nullo alio niſi remoræ illius errore. Æque imprudentiam redolet, hoſti tempus ad munitiones conceſſiſſe, ſed compendium trahit, improviſo ſupervenire, antequam ad defenſionem accingi poſſit.

CAPUT XXVIII.

Plurima caſtella ſubiguntur.

CAſtella Clermontii, Meyraci, Alingæ, & alia complura illius regionis, deditionem faciebant ad primos intentandæ violentiæ nuntios, adeo ut univerſa via à Châberiaco Genuam uſque & ad pontem Greſini libera pateret. Continuo exinde rex Taranteſiam petit, ubi Thomas princeps caſtra munierat, loco admodum commodo, ut pauciſſimi univerſum exercitum poſſent diſtinere, decem millibus pugnatorum ferox.

Verum enim vero, ubi rex ſeſe cum exercitu in conſpectum illius dedit, pedem retraxit, deſertis pedetentim ſtationibus, quas exercitus regius continuo occupabat vacuas. Inſtat rex, donec ille montem D. Bernardi tranſiiſſet, nihil unquam auſus repugnare, cum tamen tranſitus illi valde anguſti exigua opera ſervari potuiſſent.

Politica Reminiſcentia.

QUicunque otium ſumpſit conſiderandi, quomodo aliquando torrens ex montibus curſu impetuoſo ruat, in planitiem effundatur, in vallem coarctetur violentiſſime, meſſem extirpet, arbores cum radicibus convellat, agreſtium mapalia diſturbet, turiculas in arborum ramos compellat, armenta & greges aquarum undis conſepeliat, & ut verbo dicam, quævis obvia corripiat; vidit ſane imaginem Tarenteſiæ, exercitu regio ingruente. Ad regis enim præſentiam promptum ubique obſequium, legum

legum diligens obſervatio, ſtationum deſertio, pavoris ad diſſipationem manipularium incrementum, villarum vaſtitas vacua, adeo ut nemo vel confluentias tutaretur; ne unico quidem mortali comparente.

CAPUT XXIX.

Rex occupat univerſam Sabaudiam.

POſtquam rex iſtam vallem ſubegiſſet, munimentum quaternorum propugnaculorum ad radices montis delineat, cum aliquot fortalitiis, ut commeatus inter Pedemontium & Sabaudiam intercluderetur, ſecretis copiis militaribus, quæ incurſare potuiſſent, impoſito ſex millium præſidio: adeo ut jam nihil reſtaret occcupandum, præter Morianæ clauſtra, quæ per Carbonariæ occupationem itidem obtineri poterant.

Jubetur igitur Crequius obſidionem inceptare, & Viniolius Momelianum premere. Fervet opus utrumque, adeo ut rex ad fanum Petri Albiniani à Cardinale intra cubiculum oculis uſurpare juberetur, quod nullus unquam princeps uno eodemque aſpectu notare potuerat, ternam videlicet obſidionem, fumantibus ubique tormentis ad Momelianum, ad Carbonariam & ad Lævillam.

Carbonaria & Lævilla exiguo temporis ſpatio captæ fuêre, quas Momelianum ſequi habuit neceſſe, cùm rex eas circumvallationes ſtrueret, ut neque annona perferri, neque quiſquam penetrare poſſet. Sic igitur rex univerſam Sabaudiam ſubegit, ut ipſe dux cum exercitu ne ingrederetur quidem, ad recuperanda amiſſa, ob clauſtra & tranſitus omnes concluſos.

Politica Reminiſcentia.

VIctoriæ iſtæ nituntur virtute regis invicta, & fulciuntur per prudentiam incomparabilem Cardinalis, adeò ut dubites, utrum plus admireris: Unde neceſſum habeo,

Digitized by Google

beo, ſtylum hiſtoriæ genuinum deſerere, & encomium rerum geſtarum, adeoque prudentiſſimi inſtituti arripere. Quis neget; quicquam virtuti regiæ & felicitati par inveniri, cum utraque dos conſpirent ad coronandum Monarcham univerſi, per æmulationem, ut immani gloria illuſtris celebretur?

Ipſa veritas agnoſcendum præbet hunc ſapientiſſimum & maximum ducem, quem Sol unquam aſpexerit, adeo ut ſplendor virtutis iſtius offuſcet lumen quorumcunque per Antiquitatem laudatiſſimorum imperatorum. Victoriæ illius per ſecula deinceps proponentur in exemplar omnibus, ſceptra geſturis. Virtus in rebus gerendis ſpeculum dabit & ſcholam aperiet quibuscunque ſectariis. Armorum honos, gratiarum decus, virtutis mirandæ ſplendor, cœlitus collatus, facilè ſubjeciſſent univerſas illas provincias, quæ ipſi jure optimo debentur, niſi Reipublicæ noſtræ tumultus, & propinquorum obſtacula pervertiſſent ordinem rerum.

Nullus adverſarius illius aſpectum ſuſtinuit armati, quin caſtigatus pœniteret temeritatis. Iſti vero videbantur ex ſituatione locorum particulariter aliquid auſuri, cùm centeni facilè conficerent millenos: auxerant etiam potentiam copiis non contemnendis, quæ regios numero vincerent, virtute non æquarent, adeò ut materiam amplioris gloriæ rex colligendam ſumeret. Sed nunquam pedem conferre auſi, fugæ turpi ſeſe dedêre, in refugia abditi.

CAPUT XXX.

Rex ad petitionem iteratam reginæ matris redit Lugdunum.

QUamvis proſpera armorum regiorum ſors videretur omnem prohibere metum; nihilominus regina mater, ex ſexus timiditate ſolitâ, ægerrimè ferebat, regem bello ulteriori implicari, inprimis verò adverſus Hiſpanum, tum propter propenſum animum, quem Natales dederant, & ipſa in rebus agendis nunquam non oſtendit, ſumma rerum potita, tùm ex vano metu exterorum, qui ferro & igni ſibi

viam in Galliam aperire poſſent, ad popularium internecio-
nem, & Reipublicæ everſionem.

Terror iſte panicus augebat deſiderium regis videndi; cumque itinera magna difficultate laborarent, maximè a-pud ſexum & id genus delicatularum, curſorem miſit, im-penſiſſimè rogitans, ut ſui videndi copiam faceret. Ibi rex-cui præ rebus omnibus cordi, matri reginæ omnem hono-rem teſtari, & obſequium, ad demerendam gratiam, ex ca-ſtris ad ſanum Petri continuò abit, ut ſatisfaceret, tametſi rerum præſentium curſus, valetudiniſque ratio potuiſſent iter illud in tempus convenientius rejicere.

Vix dici poteſt, quibus artibus regina mater connixa fu-erit, ut eum Lugduni retineret, nullo penſo exercitus, qui nunciabatur vel ideò imminui & dilabi, quòd rex credere-tur nunquam reverſurus ad exercitum, cùm turmatim & manipulatim poſt regis diſceſſum à ſignis abirent, ſucceſſu rerum bonæ fortunæ permiſſo, qui ob copias jam evane-ſcentes proſperior ſperari non poterat.

Politica reminiſcentia.

Fœminæ profectò etiam graviſſima reipublicæ negotia corrumpere poſſunt, ubi potentiam libidini famulan-tem ſunt adeptæ. Plenus eſt hiſtoriarum campus iſta ſe-gete, unde patet, quantis calamitatibus graſſatæ fuerint, clavo Reipublicæ arrepto. Timiditas ſexui propria, ani-mum à bello, quantumvis juſto, & ad gloriam emolumen-tumq; Reipublicæ admodum neceſſario, abſterret. Quem-admodum autem inſtitutũ potius in libidine animi, quàm in judicio collocant, nullas omnino rationes expendunt, adeo ut unica cura deſideriorum explendorum teneantur, de futuris nihil ſollicitæ.

Nulla vis ventorum, aut flammarum fœminino œſtro comparabitur, maximè ubi ex odio exardeſcit; quod regi-næ matri hoc in loco imputari poteſt. Vnicè enim optabat Cardinalis exitium in hac occaſione; quod ex abſentia re-gis conſecuturum ſperabat. Obſtacula ipſa, quæ apud ani-mum regis inveniebat, ardorem intendebant, adeo ut quæ-cunque oppoſitio conſilia & deſideria ipſa converteret in furo-

Digitized by Google

furorem. Hinc priſcorum ſapientum non nemo dicere ſolebat, à conſilio fœminarum in negotiis publicis eſſe abſtinendum, tanquam à remediis, ad quæ tantummodo per extrema recurratur, poſtquam alia omnino defecêre.

CAPUT XXXI.

Regina mater iram adverſus Cardinalem exercere pergit.

NImium notitiæ, adeoque experientiæ regis animum occuparat, ut ad continuatos aſſultus moveretur. Tertio igitur die Lugdunum deſerit, ut ad fanum Johannis in vallem Morianam rediret. Tantam autem regina mater inde concepit ægritudinem, ut deperiret ferè, poſtquam ardentiſſimo regis ſecum retentandi deſiderio parum ſatisfactum vidit. Cuſtos autem ſigillorum, qui nullam occaſionem, concitandi jam ulceratum animum adverſus Cardinalem, perdebat, maxima inde compendia aucupatus, novos odii ſtimulos & iræ adhibebat.

Malevolentia ipſius particularis ex bello adverſus Hiſpani progreſſus directo, cui nunquam non apertè ſtuduerat, novas artes ingenio ſuppeditabat, ut iram tantæ principis foveret, ſermonibus omnibus ad nova incendia compoſitis. Plurimum ſanè ſuo fidebat judicio & ſenſui, ut oracula pronuntiare ſibi videretur, unde ſententias ſuas nunquam cogitabat prudenti Cardinalis regimini ſubjicere, tametſi modeſtia ipſa, & aliqua ſaltem reminiſcentia, quæ ad gratitudinem revocaret, ex tanto faſtigio honorũ, quod Cardinali debebat, perſuadere potuiſſent rationes illas prægnantiſſimas, per commodum & gloriam reipublicæ, ad ducendum bellum conceptas.

Politica reminiſcentia.

NIhil periculoſius viro ad clavum Reipublicæ ſedenti, poſtquam aliquam partem ex onere publico ſub ſummi Miniſtri cura ſuſcepit, ſi proprio ſenſui nimiũ adhæ-

reat. Univerſa aſtra ſeſe gubernanda permittunt primo Mobili: brevi enim mundum in primum chaos relapſum videremus, ſi quicquam reluctarentur. Sic in regnis ingruit confuſio, quamprimum miniſtri ſubalterni ineunt vias, à ſummi miniſtri tramite alienas.

Ingenio caret, quicunque genio principali, omnium rerum moderatori, minus conformatur: idem cum Fabio Maximo opprobrium meritus, qui Rempublicam penè perdidiſſet contentione, quâ Scipionem ab Africa abſtinere conabatur. Rectiſſimè acceditur ad eorum ſententiam, qui præſunt ſummæ rerum: quamvis enim liceat ſuo etiam genio indulgere, non tamen unquam decuerit euſque, ut illorum ſenſa ſequi nolimus, quin authoritatem noſtram & inſtitutum in ipſorum judicia conſignemus.

Viri quidem politici prudentia nimis flaccida fuerit, ad omnia indifferens; igitur Muſices artifices imitetur, qui modò hanc chordam intendit, modo illam remittit. Si enim ab alio dependet, rectius illius judicio ſteterit, quam ſuo; ſemper memor, in quo gradu, inferiori ſcilicet, conſiſtat, adeo ut per diverſitatem opinionum remiſſio & facilitas certiſſima ſint ingenii compoſiti indicia, animæque generoſiores univerſalitatem maximè ament, longè aptiſſimæ ad conſilia quævis ſuſcipienda, cùm illa converſio ſententiæ non debilitatem, ſed reverentiam arguat; ubi contumacia, & fervor ſuæ opinionis ſuſtentandæ periculoſum animi morbum referat, pulveri ſcholaſtico familiarem, rebus gerendis infeſtum.

CAPUT XXXII.

Conſtitutio juris annui.

CUram rerum exterarum non abſtrahebat Cardinalis mentem à ſollicitudine domeſtica. Cum Henricus IV. magnum quid ſibi propoſuiſſet, ad Galliæ gloriam reſtaurandam, pecuniam conatui deeſſe animadvertit. Conſtituit igitur jus Annuum, unde ærarium valdè augebatur, ſed non ſine præjudicio. Sic enim oſtendebatur omnibus præ-

fectis

Digitized by Google

fectis juſtitiæ & ærarii via, ad diſpoſitionem, de muniis ſuis liberam, modò ſingulis annis certum quid ſolverent in eventum certorum caſuum, cum libertate continuandi illius commercii, in vendendis muniis.

Ea ratio ærarii augendi ortum traxerat à temporibus Franciſci I. qui ex neceſſitate virtutem fecit, & per penuriam ſummam compluria munia creavit. Henricus II. erexit ſedes Præſidiales & magnum numerum miniſtrorum, qui mos hactenus viguit. Cardinalis autem, qui nullum alium ſcopum, præter honorem ſibi præfixit, ſi rex pergat rerum ſummam ipſi committere, ad reformationem & reſtaurationem Reipublicæ omnem confert operam.

Itaque ſub finem anni ſuperioris regi demonſtrat, non tantùm magnum, ſed & neceſſarium cenſendum, ut venundatio illa aboleretur; adeoque jus illud annuum ſupprimeretur, cùm alterum ab altero dependeret. Conſilium iſtud rex eò magis comprobavit, quod nihil unquam in ſententiis Cardinalis inveniſſet, non æquè admirandum, ac utile.

Politica Reminiſcentia.

VEnundatio honorum ſine ullo dubio maximum eſt Reipublicæ malum: eos ambitio ſemper maximo licitatur pretio, adeo ut in iſto regno opulentiæ, non virtutis fiant præmium. Hinc facultas legendi miniſtros regi adempta, quibus tamen veluti inſtrumentis utitur, ad juſtitiam popularibus diſtribuendam: hinc in deſperationem cordatiſſimi prolabuntur, cùm paupertatis mancipia à virtutis ſubſelliis, quæ aurei vituli occupant, vident abſtineri; & eximia facinora, quæ patrari poſſent, ex pulvere neminem in lucem protrahere.

Sic igitur immanis numerus miniſtrorum ſubſiſtit, qui non inſerviunt popularibus, ſed oneri nimio ſunt. Sed major pars non ſupprimitur, nec ad æquiorem calculum reducitur, cum vel centeſimus quiſque ſufficeret, ad compendium regis, & popularium emolumentum. Hinc tôt ſalaria ex ærario depromuntur: tam immenſæ diſſipantur pecuniæ: & ut verbo multa comprehendam, Venundatio

illa ſuffocat bonum publicum, particulares vexat, dum ſpes emendi alicujus juris annui exhaurit loculos, ut ſuam ſpontaneam mirentur penuriam plurimi.

Ubi iis muniis diutiſſimè perfruuntur, ſplendor eorum comes perpetuus, familiam ornatam conjicit in anguſtias; ut neque liberi aliquid commodi inde percipiant, vel inde in pauperiem, aut ſaltem in neceſſitatem præcipitati. Multi ſanè maturius, quàm mors ingruat, ad venundationem compelluntur, ut pretium familiæ ex æquo diſtribui poſſit: id vero unum minus opulentis licet, ut ex liberis aliquẽ in ſucceſſione honorum conſervent, dum cæteris oboritur tædium conditionis præ natalibus iniquiſſimæ.

CAPUT XXXIII.

Supprimitur jus annuum, in Iudicatura, quod rex poſtmodum reſtituit.

Cum rationes iſtæ æquiſſimæ demonſtrarentur regi, per prudentiam Cardinalis, ab exordio anni viſum fuit ſupprimere jus annum in Judicatura, cùm illius munia ſint majoris momenti, donec paulatim emortuis miniſtris munia expirarent, & commercii illius ratio tolleretur: ita tamen, ut nullum luculentum damnum poſſeſſoribus accederet, poſtquam placuit, honores ad poſteros transmittere, ſi qui cum laude ætatem tuliſſent, aut ſi morte prævenirentur, eoſdem liberorum optimo tranſcribere, aut ubi non extarent liberi, pares honoribus, pretium congruum numeraretur à licitatoribus, ut reſpublica tandem lineamenta ſumma perfectionis adipiſceretur poſtliminio.

Verum enim vero miniſtri illi, quorum intererat, adeo fatigabant Regis clementiam de ſervando jure annuo, ægrotis, morbum ſpernentibus, & periculum nihil facientibus pares, ut cogeretur illud ulterius prorogare, ad novem annos, ſed tamen cum oneroſo beneficio, quod fructum gratiæ exhauriebat, quem declaratio Junii menſis annectebat: ut vel alios novenos annos ſuperſederint expetere.

Neque

Neque enim rex ſuſtinebat, univerſum miniſtrorum conventum, maximam regni partem hodie complexum, plane offendere, unde prudenter conſtituit, ita conditionem illam onerare, ut plurimi repudiaturi eſſent beneficium, ad vitanda onera. Ut jam nihil addatur, de ſumptibus bellicis, qui conſultum illud exigebant, cùm neceſſitas ſæpenumero imperet voluntati ingratiſſima.

Politica Reminiſcentia.

EAdem ratio popularium, quæ ægrotorum: neque enim omnibus & ſingulis eadem conveniunt remedia, quæ morbo adverſari cogites, niſi & conſtitutionem humorum expendas: illi enim non raro ad eum motum exagitantur in ægritudine ſuſceptâ, ut malum augeſcat, nihil leniatur. Conſilia laudatiſſima, quæ rebus in genere applicantur, ſæpiculè pernicioſa redduntur, per aliquam circumſtantiam, cui negotium involvitur.

Quicquid igitur eo caſu rerum præſtiteris, optimè conſules, ut omnia in eum ſtatum redigantur, cui ſimplex tantum mora ad neceſſaria interponatur, reſervata libertate exequendi conſilia per tempus opportunius. Meminimus etiam Rempublicam aliquandò ad extrema, & in ſeditionem abiiſſe, ubi nimius ordo obtruderetur.

Neque verò exigui fuerit momenti, miniſtros illos demulſiſſe, cùm magna illorum eſt copia, uti per Galliam: Illi enim continent populares in obſequio, cum legum obſervantiam urgeant: illi adminiſtrationem oppidorum dirigunt: adeo ut motus in ipſorum geniis excitatus, poſſit neſcio quos tumultus gignere, tametſi præter omnem rationem ſic agerent: ſimile periculum imminet cordi, hepati, aut cuivis parti nobiliori, à nimio calore ubi exardeſcunt & inflammantur.

CAPUT XXXIV.

Rex à fano Iohannis Moriani redit in Galliam.

PAulò poſt, quàm rex ad fanum Johannis in Morianam redierat, tres aut quatuor inſultus febriles ſenſit, unde Cardinalis metuere cepit morborum aliquem lethalem. Quemadmodum verò perſona regis nunquam eſt periculis exponenda, cùm reipublicæ ſit anima, & cor, ſpirituum vitalium penu, quos per arterias omnibus & ſingulis corporis partibus diſpertiatur, jecur ad conferenda alimenta, adeoque principium bonæ fortunæ apud univerſos; nullas preces intermiſit, ut ex illo diverſorio eum transferret, quod ferè undiquaque peſte laborabat.

Repeteret Lugdunum, ad aërem ſalubrem, & ad otium properaret, poſt tantam curarum molem, quas belli gerendi ratio attraxerat. Rex iſtis rationibus motus, ineunte Auguſto Lugdunum pervenit: Cardinalis verò ab exercitu nondum recedere ſuſtinet, gnarus utique, hoſtes ex utriusque abſentia compendium grande ſumpturos; manipulares etiam, per contagium valde imminuti abjecturos virtutem, quaſi Monferratenſe imperium ſic deſtitueretur.

Neque verò ignorabat, Cuſtodem Sigillorum Mariliacum apud reginam matrem tantum potuiſſe, ut benevolentiam priſtinam in odium lethale converterit; veteranum illum turbarum ſarcinatorem ſuperioribus temporibus, cùm Liga dominaretur, addidiciſſe, qua ratione quintam eſſentiam ex ipſo Elixir extraheret; conſtituiſſe, omnem poteſtatem, quam rex matri in animi arbitrium concedere poſſet, ad diſpendium benevolentiæ regiæ conferre, ut Cardinalis excuſſus locum ipſi, ſi fieri queat, faceret in adminiſtranda Republica, de cujus ſumma agebatur.

Cùm autem teſtimonia certiſſima gratiæ regiæ poſſideret Cardinalis, adeo ut nullus diffidentiæ ſcrupulus relinqueretur, poſtquam rex fidem tanti miniſtri rectiſſimè exploràſſet, quam alii non per omnia noſſe poterant, eo rerū even-

Digitized by Google

eventu idem deſiderium, gloriæ regi augendæ, & reipublicæ beandæ patuit, quod illum ad Rupellam in obſidione perſquenda retinuit, rege ad Pariſios reverſo; quod illum ad Privaſium & in Occitaniam perpulit, ut cætera Religionariorum oppida in fidem & obſequium regis reduceret: tametſi ſciret, eundem hunc Sigillorum cuſtodem, cum ſectariis id temporis prima jacere fundamenta malevolentiæ, in animo reginæ matris.

Ex iſtis igitur rationibus in valle Moriana ſubſiſtit, licet contagio univerſa premeretur, ut conſervaret quocunque modo exercitum, in eo ſtatu, qui Caſalam uſque penetrare auderet, nec animum deſponderet.

Politica reminiſcentia.

TEſtimonium ſummum fidei, quod Miniſter principi ſuo præſtare queat, cum privato compendio, divortium facit, ad gloriam Principis. Nemo dubitat, quin teneatur omnia fortunæ beneficia aleæ permittere, cum eidem univerſa referat accepta, etiam non adeò ſanguinis & vitæ magno penſo. Quemadmodum vero nullæ ſunt fortiores, & naturæ convenientiorel propenſiones quàm quæ ad amorem ſui & ſuorum compellunt: nulla certiora experimenta veriſſimi deſiderii unquam dederit, ſi gloriam & potentiam Reipublicæ omnibus ſuis commodis præferat.

Verum enim vero Lydius hic lapis probatiſsimus, ad examen inclinationum, æſtimandus eſt majoris, poſtquam fidem comprobavit, id quod in Principum aulis rariſsimè reperias, vix invenias. Illic enim nemo non ſibi ipſi vota concipit, ſibi ipſi litat: ambitio tantum illic adipiſcitur honorum, ut ex faſtigio deſcendere non liceat, poſtquam omnia conculcavit, donec eniteretur.

Quæcunq; demum extent rationes, regis amandi, ſumma tamen ipſi amicorum inopia, adeò ut cultus, ad minimum aliquod diſpendium deſinat. Plerumque enim reges amantur, uti Solem vulgus veneratur, cujus ſplendore gaudet, quouſque calefacit aut benignè influit; cui eidem oſtia & feneſtras opponit, ad arcendos radios, quamprimum per æſtum nimiùs calor offendit.

CAPUT XXXV.

Mariliacus Mareſchalcus exercitum Champaniæ non ducit in Italiam juſſus.

AB iſta ſinceritate fidei, deſiderioque regis colendi longiſſimè aberat Mareſchalcus Mariliacus, cui rex diverſis mandatis impoſuerat neceſſitatem in Italiam ducendi ex Champania, continuis tergiverſationibus uſus. Ambitionis iſtud mancipium non ſuſtinebat, imperatorium nomen commune, quod per provinciam exors ferebat, cum lucro immani, ex hoſpitiis militum & de ſtipendio contracto.

Perſuaſum ibat univerſo terrarum orbi Cæſarem extemplo in Galliam irrupturum, quamprimum ipſe limitem illum deſtitueret: nunciârat tamen non unâ vice, quo die eſſet moturus, & curſorem calcaneo nuncii ſubmittebat, qui novas remoræ excuſationes perferret, ſed valde inſipidas. Privati commodi immane deſiderium mentem pervertebat, ut nihil conſideraret, quantum obſequium regi deberet, & quantum regis intereſſet. Caſalam aſſeri, de quo Duces deliberabant negotio, jam perſuaſi & certi de illius, exercitusque adventu, cùm renunciata eſſent, quæ receperat mandata.

Inſertum erat iiſdem mandatis, niſi pareret, omnia in confuſionem relapſura ex illius pertinacia. Hæc omnia ille ſuſque deque habebat, uſque ad nonum aut decimum Septembris diem, cùm potuiſſet, uti debebat juſſus, exercitum Suſam perduxiſſe ad exordium Julii; ſic enim extra ullum dubium Caſala liberata fuiſſet adoleſcente Auguſto, vitæ uſura fruerentur milleni Galli, quos per Pedemontium Autumni ſævitia abſtulit, inducias nunquam extorſiſſent Hiſpani ad Caſalam, quas eventus ſolus, nulla ratio ſcientiæ militaris excuſatum ivit.

Poli-

Politica reminiſcentia.

AMbitio tantopere faſcinat animos per emolumenta privata, ut ex uno deſiderio creſcendi ne tantillum quidem admittat detrimenti. Ingenium faſtuoſum, niſi omnia poſſideat, ſortem ſuam dolet: Sicuti vero id unicum eſt & oculorum & mentis objectum; ut authoritate ubiq; polleat, non tantum periculoſam init amicitiam, ſed etiam infidum præſtat fulcrum fidei in rebus agendis. Ambitio ſuggerit perfidiam, quæ quaſcunque leges calcat, etiam ſacrorum.

Centrum tranquillitatis in eminentiſſimo fortunæ apice collocat, eo quod inaudivit, omnia creata ad illud per naturam ferri, adeoque violenter; ſic igitur horſum obnixè contendit, nullo metu turbandæ Reipublicæ, per cujus naufragium graſſari lubet: cùm animus compoſitus gradum quidem aliquem fortunæ quærit, ſed non niſi per vias honoris & meriti.

CAPUT XXXVI.

Quas artes Cuſtos Sigillorum, & frater Mareſchalcus, Mariliaci conſuerint.

SEcundum iſta omnia virtus & fides Cardinalis deficiebant viribus neceſſariis, ad contagium, & cæteros morbos ſuperandos, qui beſſem exercitus rapuerant: adeo ut extrema neceſſitas efflagitaret ſupplementa, aut novum exercitum potius, cùm Caſala jam ab Hiſpanis infeſtaretur. Cardinalis autem, quòd intelligeret, quantopere in Gallia præſens urgere poſſet & novas copias, & pecunias, quæ Alpes traducerentur, neceſſum ſanè habuit, æs alienum hinc inde contrahere, & annonã ſuis ſumtibus ſuppeditare. Iſta enim omnia deficiebant, ex peſſimis artibus, quas Cuſtos ſigillorũ, cũ fratre & univerſa ſecta ordiebantur: ſic cogitur ad regẽ excurrere Lugdunũ, ubi lætitia ſumma perfũdeba-

debatur, ex regis valetudine ſecunda, poſtquam magna ipſe formidine laborarat, ne febris illa, quæ ad fanum Joannis Moriani inceſſerat, aliquid periculi traheret. Neque tamen dici poteſt, quanta ægritudine animi fuerit percuſſus, ubi reginæ matris animum exacerbatiſsimum per omnia offendit, tametſi rex in omnibus occaſionibus tutelam ipſius ſuſcepiſſet.

Credebat ſanè, Cuſtodem Sigillorum, qui ipſum benevolentia dominæ expoliaverat, remedium allaturum ad redintegrationem. Licet autem duriſsimum videretur, honorem & obſequiū deferre, quem rectiſsimè dixeris monſtrum ingratitudinis, inviſit ipſum tamen ſæpius, demeritus etiam per omnia genera civilitatis & officiorum, ut eum reduceret in reminiſcentiam officii & ſummorum beneficiorum, quæ ex intimo conſcientiæ ſenſu debebat.

Quamquam autem honores & beneficia ſaxa comminuant, & inter mortales cenſeantur potentiſsimi vectes ad permovendas voluntates, ambitio tamen, quæ animum turbulentum occupaverat, nihil aliud permiſit, præter diſsimulationem admodum coactam, quæ ſub ſpecie benevolentiæ fucatæ occultabat ignem, à temporibus Ligæ nondum penitus reſtinctum; cùm inde deſiderio adeò cæco ceperit flagrare, ut commoda Hiſpaniæ præferre auderet patriæ emolumentis, per innumeras actiones ab eo gradu honorum alieniſsimas.

Honor & officium à Cardinale ipſi delata non potuêre inquam, reſtinguere ignem illum ſeditioſum, qui nihil ſuffocatus, ſub cineribus vivebat occulte, vultu ad decipiendum compoſito, & prorſus perſonato coopertus. Neque enim deſiit genius iſte ſeditioſus partes fovere apud reginam matrem, cujus deſideriis non ſolum palpum apponebat, ne evaneſcerent, ſed etiam non rarò oleum affundebat per ſummam induſtriam, ut intimi duntaxat ad ſecretiora iſta molimina penetrarent.

Politica reminiſcentia.

POteſt homo propenſiones à natura inſitas tegere, adeo ut aliquando videas, illas imminui & coërceri: impoſsibile tamen fere fuerit, penitus extingui. Indicium poteſt op-

Digitized by Google

opponere vires violentæ Naturæ, ubi tamen in conflictu fatigatum, naturæ, quæ poſtmodum majorem impetum colligit. cedit. Beatus vero, inquit ille Priſcus, per naturam ad virtutem propenſus.

Majori ſanè violentia opus eſt, ut hominem in ſemitam virtutis reducas, qui mala ſuſcepit à Natura ſemina, quam ut arborem rectam facias, quæ in jam ſolidum truncum incurvata eſt & adolevit. Naturam expellas furca licet, ait ille cenſor morum, tamen uſque recurrit. Videas in medio torrente natantem, vel invitum ſeſe permittere filo aquarum; & non dubitabis, ingenium vitiis involutum, vix eluctari, ut ad frugem redeat.

Quicunq; ea ſuſceperit ſubigenda, onus imponit, quod hoc aut illo tempore niſi extrema vigilantia caveat, deprimat humeros etiam robuſtiſsimos; maxime autem, ubi exercitia ad ingenii propenſionem accedunt paria. Quamvis enim Natura tanquam ſepulta latuerit aliquamdiu, per occaſionem tamen reviviſcet: cogitationes eò feruntur ſponte, & vigorem inclinationibus præbent. Cumq; nihil pronius ſit, quàm ea amplexari objecta, ad quæ natura nos inclinat, voluntas eodem vergit nullo urgente.

CAPUT XXXVII.

Pugna cum Hiſpanis, ſed Gallis parum fauſta.

FOrtuna Soli ſimilis, nunquam meridiem attingit, quin in occidentem declinet: ſic non ſatis habuit, poſt tot illuſtres victorias, per Sabaudiam & Pedemontium acquiſitas, aliqua moleſtia affligere regem, qui peſte imminutas copias recenſebat, niſi addidiſſet perditionem Mantuæ. Apparatus bellicus tanta prudentia per exordium anni conſtitutus, optatum ſanè effectum non eſt aſſecutus.

Colalto enim, ab Hiſpanis inſtigatus, eodem tempore apud Imperatorem inſtabat, per Picolominæum, à Sabaudo adjutum, & Spinola, quorum ille familiarem quendam ſubmiſerat, hic vero per comitem Panigarollæ negotiabatur,

tur, ut ſupplementa deducerentur, certiſſima fiducia Mantuæ per æſtatem ſubigendę. Quod cum impetraſſet, numeroſo exercitu ſuperbus, quidvis per Italiam corripere poterat, niſi Venetorum exercitus obſtitiſſet, qui victoriæ quidem nullius gloriam reportavit, inſtituti tamen progreſſum ulteriorem coërcuit.

Gemini iſti exercitus non diu poterant divagari, ſine aliquo armorum periculo, donec ad Villam bonam confligerent. Quoniam vero Venetus miles uſu armorum deſtituebatur, pedem retraxit, adeò ut Galli, Corſi & Capeletii duntaxat dimicârint, qui per virtutem malebant perire in ea occaſione, quæ exiguo ſuo numero ſpem omnem victoriæ amputabat, quam famam opprobrio turpis fugæ commaculare.

Sic maxima pars illorum cæſi, vulnerati & capti, cùm fervidius irruerent. Proſperiore ſucceſſu pugnari poterat, ſi Veneti aliquas tantùm ſuppetias præſtitiſſent, qui dimicationibus nihil aſſueti, aciem oculorum ex fulgore armorum perſtringi ſibi paſſi, formidinem ex ſclopetorum crepitaculis conceperant & fugam.

Politica reminiſcentia.

NIhil periculoſius reipublicæ, quam inopia militis exercitati. Belli enim ſcientia, æquè ac cæterarum artium addiſcitur & præceptis & uſu, ubi animi per crebriora pericula nondum firmati, plerumque pavore percelluntur ad primum impetum. Romani ſtatim animadvertêre occaſum imperii, quod hoſtes in partes diſceptabant, ubi diuturna pax militi conſuetudinem pugnandi ademiſſet.

Politicorum ſapientiſſimi infelices eos judicârunt, poſtquam hoſtibus caruêre, qui perpetuum armorum exercitium exigerent; adeo ut Carthaginis, quæ prius ad bellum ſumendum ſæpius eos irritârat, exitium ipſis perniciosius fuerit, quàm illuſtris alicujus provinciæ perditio. Hinc Galliam formidabilem faciunt, poſtquam ſummo cum ſuo bono Cardinalem agnoſcit principalem arbitrum voluntatis regiæ, ſunt arma expedita, & copiæ perpetuo exercitio alacres;

Poſ-

Digitized by Google

Poſſet autem univerſæ Italiæ facile conciliare jugum præter æmulationes inter Galliam & Hiſpaniam, quæ ſalutem & libertatem tutantur, inopia militis exercitati, cum ille ad uſus Auſtriacorum conſcriptus, hinc inde per nationes exteras diſpereat ad internecionem. Neque ſatis admirari cum ſtupore poſſum, prudentiam Machiavelli hic ſibi defuiſſe, quæ aſſeverare audet, perniciosè populos armis aſſuefieri.

Quamvis enim fortitudo illorum in bellis civilibus non raro plurimum noceat, non tamen deſinit eſſe neceſſaria, ad retundendam Exterorum vim. Sapiens etiam Politicus, ut incommoda belli Civilis declinet, exemplum imitabitur, à Cardinale omnibus omnino Principibus oblatum, quo Gallia profunda fruitur pace, dum nunquam non paratas alit copias, ad ſupprimendos tumultus, qui quocunque caſu emergere poſſunt, & ad Exteros coërcendos, vicinos etiam aſſerendos, atque fæderatos juvandos.

CAPUT XXXVIII.

Mantua capitur ab imperialibus.

ALiquanto tempore poſt: ubi Imperiales camporum planitie eſſent potiti, Mantuam aggrediuntur, quam vel inopinantem obruerent, vel obſidione legitima expugnarent: ad quod conſilium tanto promptius deſcenderunt, quod reſciviſſent, præſidiariorum numerum valde imminutum, tum ex pluribus damnis per eruptiones & in hoſte propulſando ſuſceptis, tum ob contagionis ſævitiam, quæ ſpatio trimeſtri ſuffocaverat viginti quinque millia & amplius hominum.

Altringerus & Gallaſius obiverant loca obreptioni apta, ubi clientelæ intra oppidum illis inſignem præſtitêre operam, ex amore Guaſtalæ, quem ſuperiori anno diximus jus in imperium Mantuanum ſibi vendicare. Cum igitur cognoviſſent, aliquid ad Burgum & ad pontem D. Georgii feliciter audendum, in foſſis ad lacum pertinentibus, ubi rarius fiebant excubiæ, quod lotus inacceſſus videretur, cū & appropinquantes omnino paterent, ob gemina fortalitia ponti impoſita, & catenæ in portu & ad turrim albam tendeten-

derentur, ne qua cymba ex lacu inferiori in medioximum abiret.

Hunc igitur, neglectis omnibus obſtaculis, deligunt locum irruendi, ad rationes ab infidis civibus præſcriptas, ut ſcilicet milites quidam introirent, & urbs eodem momento per diverſa loca infeſtaretur. Inſtitutum hoc incidit in noctem octavi decimi Julii, & hora una ante diluculum, tanta violentia & molimine, ut virtus Mantuani & Eſtræi, qui ſane per hunc caſum nuſpiam defuêre, redderetur inutilis, adeo ut poſt omnem conatum, à fortiſſimo quoque expectandum, deditionem ad leges honeſtas facere cogerentur, cum jam ex omnibus locis, repulſando hoſti commodis extrema eſſent auſi.

Politica reminiſcentia.

NUllum ferè eſt oppidum à militari obreptione liberum. Breda fortiſſima corripitur à Mauritio, per operam navicularii, qui ſolebat inferre in caſtellum carbones, ex ceſpite ad uſum provinciæ excoctos.. Navem is referſerat milite armato, quem carbonibus illis undiquaque contexerat: pervadit miles uſque ad caſtellum, arcem occupat, oppidum ſubigit. poſtquam copiæ per viciniam excubantes acceleraſſent & introitum molirentur.

Wachtendoncum in ripa Nieræ capta fuit ex navicula, ſtraminibus referta, ubi Mathæus Dulchanus cum tredecim ſociis latitabat, duce milite, ſtramina advehere ſolito, qui vigili notus, dextram expoſcebat, ad excenſionem juvandam: ſed auxiliatorem attractum ille aquis conſepilivit, dum cæteri à nemine viſi in terram exilirent, præſidiarios nihil ſuſpicantes in ſtatione proxima contrucidarent, pontem demitterent, & Henricum Bergenſem, qui quadringentos viros lectiſſimos in viciniâ habebat præſto, abſolvendo negotio reciperent.

Poſſem longam ſeriem exemplorum ſimilium pertexere, cum nullum oppidum adeo peritè ſit munitum, adeo accuratè cuſtoditum, quin alicubi aditum rimatoribus præbeat.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

Quare Mantua fuerit capta.

MAntuæ perditio tribus potiſſimum cauſis tribuitur, quarum ſumma fuit Guaſtala, qui Imperialibus eas in oppido clientelas conciliaverat, ut facultatem adipiſcerentur non ſolùm aditum illum ſpeculandi, cùm cuivis alii eſſet inacceſſus, niſi ab incolis edocto, & propter ſitum, & propter ordinem eò perveniendi; ſed etiam ab ipſis incolis postquam penetraverant, auxilia aſſumendi.

Venetis accedit altera pars vituperii, tum propter nimias dilationes ad annonam inferendam, ubi poſtremus commeatus aditum invenit præcluſum, quem imperiales occupaverāt; tum propter tardiuſculum exercitum, qui maturè contractus vel ex præſidiis potuiſſet imperiales ex provincia exigere, aut conficere; modò ab exordio anniſcripſiſſent militem, & promoviſſent: neque enim prodierant, niſi poſt nova imperialium ſupplementa ex Germaniâ; cùmq; nullo armorum uſu valerent, ab imperialibus nullo penè negotio ſunt contuſi, ut & campeſtria, & loca per viciniam, exigua quidem, ſed tamen ad eum finem ſatis communita, hoſti relinquerent occupanda.

Neque Mantuanus omni caret culpâ, quod non ſatis advigilarit, quantumvis Eſtræus regio nomine urgeret, ad reſtaurandum præſidium, contagio imminutum. Ex iſta ſocordia hoſtes non ſatis virium invenêre in oppido, quæ vim ingruentem repulſarēt, id quod milleni profectò præſidiarii auſi fuiſſent.

Politica Reminiſcentia.

NImia hæc eſt bonitas & valde pernicioſa, ſi Princeps novi Imperii poſſeſſione gaudens, per aliquam viciſſitudinem caſuum, populis non per omnia gratam, libertatem permittat competitoribus, quibus nunquam defuerit voluntas aut facultas turbandi. Sic ignis in palea relin-

quitur, ad incendium ſubitum & immane: neque enim ſibi perſuadere poterit diuturnam provinciæ tranquillitatem.

Tyrannidis leges irrogant cuicunque æmulo mortem; crudelem pietatem declarantes, ubi princeps imperio exuitur vitæ uſurâ ſalvâ. Ut autem nemo illuc convertat oculos, Juſtitiæ ipſius leges ſufficiunt, cùm permittant libertatis diſpendium; & eò ſecurius ab opprobrio vindicent, quod poſſeſſio celebretur juſta, unde tenetur poſſeſſor omnem omnino exercere authoritatem, ut imperium mediis quibuſcunque commodis aſſerat & tuetur.

Deinde non minus ſollicitudinis adhibendum, ut hoſtem præveniat, ubi de conſcribendo exercitu agitur. Jam monuimus, quantum promptitudo ſit utilis & neceſſaria in rebus bellicis: & nemo dubitat, multum prudentiæ requiri, ut quis aggrediatur hoſtem, antequam ille ad impetum parem contraxerit copias. Nam vix fieri poterit, ut ſucceſſus proſperior fruſtretur, & victoria animos militum mirè firmarit: poſſeſſio enim, uſu vincendi parta, ſummum eſt compendium cæterarum rerum gerendarum.

Ante omnia tamen ſummam impendet operam, ut præſidia neceſſaria in oppidis, quæ hoſti fuerint viciniora, aut obvia, ſuſtentet, cùm penuria illa hoſti faveat, & victoriam offerat, adeo ut vix opus ſit multis ambagibus, cùm ad vim apertam exiguum quid objiciatur. Contemptus de hoſte ſumptus, ut ad munitiones tardius applicemus animum; nos exponit majori periculo, adeoque ignominiæ, poſt acceptam cladem.

CAPUT XL.

Marchio Spinola aggreditur Caſalam.

CArdinali abundabat & prudentia & virtus, ne Caſala eodem malo interiret, licet longè majori periculo proſtaret. Ut autem ſeriem inſtituti rectius percipiamus, obſidionem ab ipſo exordio repetendam cenſeo. Poſtquam Pinierola eſſet capta, eadem mens Cardinali & Spinolæ ſedebat, deſerendi videlicet Pedemontii. Ille, ut regem conveniret

Digitized by Google

hiret Gratianopoli, & ſeſe comitem ad ſubigendam Sabaudiam adderet; hic ut Caſalam obſideret, honoremque anno ſuperiori perditum recuperaret, ſi fortuna faveret, ad delendam illam maculam.

Reduxerat enim exercitum ad primum de regis adventu nuntium, ut ſex dierum intercapedo ſemper eum à regio exercitu dirimeret. Stimulabatur ad hoc inſtitutum honore, virtutem inflabat deſiderium, & ignominia tot victoriarum hoc uno opprobrio exoletarum extremum urgebat, ut errorem admiſſum corrigeret. Hinc ſtatuit, vel vitam impendere, vel ſuperare, cùm diſpendio famæ poſthaberet vitam. Nullum igitur ſtrategema omittit, omnem adhibet violentiam, ut animo ſatisfaceret.

Nullum unquam munimentum tanto robore & fervore fuit tentatum; nullum unquam fortius fuit defenſum. Pauci ſanè præteribant dies, quin impetus novi fierent, aut eruptiones. Tormentorum ibi uſus frequentiſſimus, cuniculi aguntur undiquaq; , globi incendiarii volitant eâ copia; ut ſæpius oppido immineret incendium, niſi ſumma cura effectum præveniſſet. Ægritudo tamen animi, nihil prorſus relinquebat intentatum, quicquid longiſſimæ militiæ uſus, & extremum deſiderium adinvenire poterant; ut votorum compos fieret.

Politica Reminiſcentia.

IGnominia radicem habet venenatam, quæ nihilominus aliquando gignit fructus eximios: adeo ut ipſam rectiſſimè conferas illis plantis, quas Natura voluit damnare radice lethali, & ſimul beare foliis, adverſus aliquod malum ſalutaribus. Nunquid ipſa ſæpenumero animos ſummorum ducum exſtimulavit, ut, ubi victoriam ad hoſtes inclinari videbant, in medium conflictum ſeſe præcipitarint, arma, dextrasq; & brachia ſanguine hoſtili tinxerint, & ſic militem fractum ad novos impetus excitârint; cùm applauſu fortunæ, quæ gloriam, ex ancipiti perditam reſtituerit? Sic meminimus, militem in aliquo prælio prorſus vecordem, extēplò leoninos cōcipere ſpiritus, ad perſequēdos hoſtes, ut opprobrium certiſſimum averruncaret. Sic Perſæ ex i-

gnominia, quod Juſtinus refert, quam occurſantes fœminæ, tunicis in altum ſublatis incutiebant, faciem obvertunt, & hoſtem tergo modò inhærentem cædunt. Sic T. Livius recenſet, Agrippam Conſulem plerumque ſolitum, ſignum aliquod convellere, & in medios hoſtes conjicere, ut miles ex ignominia amiſſi ſigni, geminaret virtutem, ad illud recipiendum.

Hiſtoria Græca & Romana ſcatet iſtiusmodi exemplis, quæ retuliſſe fuerit bono lectoris otio abuti. Non tamen ſilentio involvetur illa ignominia, quam Cæſar ex imagine conſpecta Alexandri Magni concepit, quod is tantis victoriis inclaruiſſet, ab ipſa ætate, armis ferendis apta; adeo ut exinde nunquam deſierit heroica meditari, ad nominis gloriam immortalem.

CAPUT XLI.

Redintegratio fœderis Hollandici agitur.

UT autem locus ille famoſiſſimus aſſereretur, duo omninò erant neceſſaria, quæ obluctarentur ſummo Spinolæ deſiderio: Unum, ut coerceretur Hiſpanorum militia, ne ad numerum copiarum optatum pervenire poſſet; alterum, ut nihil deeſſet exercitui regio, ſupplementis etiam tempeſtivè ſubmiſſis, donec lacunæ manipulorum, à peſte factæ explerentur. Cardinalis utrumque præviderat; illud quidem ita procurans, antequam Pariſiis abiret, ut Hiſpani ſatis operarum per Belgium invenirent, ad conſervandas copias illic neceſſarias, nullo penſo novorum conſiliorum: dum etiam Rex Sueciæ, de quo inferius erit locus dicendi, per Germaniam tumultuari inciperet, ad diſtrahendas vires.

Cardinalis enim odoratus, ſub finem anni ſuperioris, quanta compendia Hiſpanus iret oblatum Hollandis, ad inducias firmandas, ut ſic facultatem nanciſceretur, copias ex Belgio in Italiam traducendi; regi explanat, quanto damno induciæ illæ forent univerſæ Europæ; cum ſic tempus locusque præberetur Hiſpano, ad conſtabiliendas uſurpationes

ctiones per Germaniam, ubi aliquot Auſtriaci principes expoliarant, æquè ac Mantuano imminebant.

Id periculum rex animadvertit, mandatque Bannyo legato ad Hollandos, ut antiqua cum ipſis fœdera redintegraret, ea lege, ut per aliquot annos, neq; pacem, neque inducias cum hoſtibus facere vellent. Hanc poteſtatem ille ab ipſo Decembri ſuperioris anni acceperat; nihilominus tamen, uti negotiationes nunquam adeo promptè terminantur, pacta illa vix menſe Junio hujus anni ſignis firmari potuere. Qua ratione Cardinalis prudentiâ incomparabili, & Hiſpanorum machinationes prævidit, & prævertit.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum non parum gloriæ Miniſtro accedit, ſi vim hoſtilem vi contraria præveniat, uti diximus, ita æquè glorioſum prudentiam prudentia illudi. Imitetur in hoc caſu nauclerum, qui laudem maritimorum itinerum adeptus, novit tempeſtatem è longinquo ingruentem, antequam appareat, ut tempeſtivè præſtaret quævis neceſſaria, ad violentiam illius frangendam. Liceat eundem prudenti comparare medico, qui ſuæ curæ concreditos non tantum ab incurſu morborum reſtituit, ſed etiam periculo in futurum eximit.

Et ut verum fateamur, in hoc cardine ſummus ſteterit prudentiæ politicæ uſus; adeo ut ego ſemper exiſtimârim, ſummum officium, quod miniſter reipublicæ præſtare queat, in eo verſari, ut per prudentiam artes quæ hoſti aliquod compendium conciliare poſſint, eludat, cuniculos exinaniat, & omnem conatum induſtriæ hoſtilis retundat. Prudentia enim, quod nemo iverit inficias, ſummam meretur laudem, ubi robur exuperat.

Thucydides in Hiſtoria præfert iſtiusmodi victorias quibusvis aliis: ipſa etiam prudentia eò ampliorem poſtulat honorem, quod malum in radice reſecet, ſæpeque exercitum præſtet tutum ab alea præliorum, plerunque ancipitum; ubi hoſtium vires adeò debilitentur, ut neque impetum audeant: id quod Cardinalis per plurimas occaſiones compertum dedit.

CAPUT XLII.

Rex imperium militiæ committit Momorantio, Effiato & Forzao.

NEceſſitas etiam novas copias exigebat, ad exercitum regium ſupplendum. Mareſchalcus enim Mariliacus hactenus fuerat contumax ad mandata regis, ut exercitum Champaniæ in Italiam duceret, quem Cardinalis ipſius ſatagebat aſſumere, niſi factionum tantum fervorem in aulâ offendiſſet, ut non tantum ſuppetiæ ad Caſalam aſſerendam interirent, ſed & univerſa Reſpublica everteretur.

Neceſſum igitur habuit ad eas diſſipandas accingi, & Lugduni apud regem diutius commorari, qui conſultum duxit, ipſi ſurrogare Momorantium, Effiatum & Forzæum. Summi iſti duces exercitui præerant alternis ſeptimanis, licet Effiatus emineret, ita ut hic primum agmen, ille exercitum, alter poſtremum agmen duceret una ſeptimana; altera & tertia itidem reciprocarent ordinem; medius autem omnia mandata ſumma, ad univerſum exercitum, per ſuam illam imperii ſeptimanam diſtribueret.

Potiſſima ratio hujus inſtituti, quòd Cardinalis regi propoſuit & perſuaſit, ut plures ex ſummo imperio participarent apud exercitum, ducebatur ex neceſſitate conſilii, ubi complures, viri ſummæ prudentiæ, & experientiæ de rebus emergentibus in medium conſulerent. Eo autem mitti & induci non poterant, niſi cum imperio ſummo, quòd natalibus & meritis clari, nunquam ſuſtinuiſſent per abſentiam regis obedire, niſi quisque ſuo ordine imperaret.

Neque tamen ignorabant, multitudinem imperantium plerunque excitare æmulationem, ex qua confuſio in exercitu ſuboriatur: prudentia verò illius incomparabilis, quæ remedia morbis reipublicæ deploratiſſimis invenit, non defuit ſibi ad rationem adverſus illos caſus noxios ineundam, quæ ſanè ſingularis eſt, in imperio trium imperatorū, quorum ſinguli ſua vice, vel primum, vel medium, vel poſtre-

Digitized by Google

ſtremum agmen ducerent, nunquam ſine imperio, vel ſummo, vel illi proximo; adeò ut ex æquo gloriæ conſortes æmulatione carerent.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum nullus unquam mortalium in quacunque facultate ſummam adeptus eſt laudem, niſi tyrocinium & experimenta haud vulgaria præſtiterit; ita miniſter reipublicæ ſummus nunquam prudentiæ eximiæ auferet famam, niſi quid ſingulare in adminiſtrationis inſtituto exerat, novum ordinem belli, togæque explicet, reipublicæ evidenter utilem.

Leges militiæ vulgares jubent, ut uni capiti ſubjiciatur, univerſus exercitus, eò quod vulgò ignorentur rationes concordiæ inter plures ſervandæ, quibus ſummum imperium mandetur. Iſtæc igitur ratio eò utilior eſt viſa & comprobata, quòd virorum & judicii acumine, & experientiæ uſu celebrium conſilia natales & merita æquent, ad commune commodum. Scimus omnes, proſperiores ſucceſſus dependere ſæpius à bonis conſiliis potius, quàm à numero & virtute militum.

Qui verò expeditiora dederit, aut melioribus inhæſerit, quàm ſummi duces, quorum ſinguli exercitum cum laude ducerent; Unus vir iſtius fabricæ ſenis legionibus præſtat: Ubi commodiſſima ratio in iſtius cerebro non pullulavit, in alterius genio generabitur; ubi hic ſtrategema non animadvertit, ille improviſum non tranſmittet: ubi alter prævidet aliquod periculum, alteri ſuccurret promptum ejus remedium.

Vix unum invenire licet hominem, quicum omnes & ſingulæ ſummi ducis virtutes hoſpitentur: quicunque autem tres compingit, illi penuriæ medetur, modo pacem inter ipſos conſtabiliat. Hic audacia pollet, quæ ſua ſponte cæca, vel inde minus apta fuerit & ad deliberandum, & ad exequendum; ille prudentia excellit in conſiliis, & ad diſpicienda neceſſaria ad eluctandum, ſed frigidior fuerit idem ad promptam executionem; iſte denique præfert authoritatē admirandā ad militem diſciplina continendū, & ordini mancipandū. Quod ſi mixturā & temperiē ſummo-

rum virorum inſtituas, ut ex æquo imperium gerant in exercitum, nulla cauſa æmulationis, aut confuſionis, ſucceſſus omnino glorioſus conſequatur oportet.

CAPUT XLIII.

Triumvirorum victoriæ.

USus ſanè id comprobavit per tres iſtos duces ſummos, qui arma regia in eum gloriæ gradum per Italiam ſuſtulêre, ut Hiſpani & Germani non facilè audeant denuo novam ſegetem celebrioris famæ per illas regiones præbere. Primum conflictum iniêre cum hoſte ad pontem Velianæ, ubi dux Sabaudiæ, cum principe Pedemontii ſexies mille pedites, & mille ducentos equites tanto impetu in reliquas copias ad trajectum impulêre, ut omnem conatum effuderint; ſucceſſu tamen perquam fruſtraneo, licet virium longè diſpar eſſet ratio, ad confuſionem, fugam & cædem aggreſſorum.

Paſſi profectò ſunt duo illi duces, cum acerrimo tædio, quod poſtmodum innotuit, nunquam ſibi viſos tam egregios bellatores Secundum hanc victoriam, Saluſſas rectà petunt, ut alteram Pinierolam ibi conſtabilirent, ſi potirentur, quod contagii metus ab illa abſtinere juberet. Forcæus, ſummus tum imperator, injũgit filio, quingentis equitibus præfecto, ut oppidum verbis ad civilitatem compoſitis ad deditionem invitaret; deliberato captans benevolentiam populi, qui operam non contemnendam poſſet exhibere in omni reliquo negotio, quod annonam concernit.

Oppidani non poterant perſuaderi, exercitum regium tam propè acceſſiſſe; rogant tamen copiam mittendi ad duces, quibuscum tranſigerent. Permiſſum id, & factum: ſed ad regreſſum illorum, quingenti milites lectiſſimi ſubierant, qui & noſtros & ſuos impetebant adeo protervè, ut duces de hoc caſu certiores, cogerentur exercitum ocyus promovere, ad caſtigandam hanc inſolentiam. Ex foſſoribus complures oppetiêre, plurimis ſauciatis; virtus tamen cæterorum indignata, contumeliam regiis armis oblatam non tulit, quin promptum auxilium tribulibus, expeditam mulctam hoſtibus adferret.

Sic

Digitized by Google

Sic igitur accelerantur tormenta, erecto ſuggeſtu, producuntur ad diſtantiam vicenorum pedum, ut muris tertia vel quarta hora poſt adventum ruinam comminarentur. Id verò incolis ſtuporem incuſſit, ut deditionem nihil differrent, etiam præſidio caſtelli intra unius dieculæ ſpatium ad obſequium deducto, quod modo quingentis propugnatoribus erat auctum.

Nullæ igitur leges ipſis datæ, niſi ut captivorum ſorte gauderent, donec per illam formidinem ardor illius temeritatis deferbuiſſet. Major quidem pars continuò adepta fuit libertatem, eodem die ad Ducem ſine redemptionis pretio, ex civilitatis officio remiſſi; cum iſtis mandatis: ſcire nempe duces Gallos, quanta penuria militum laboraret dux quos benevolè ſic ſubmitterent. Retinuêre tamen Balbianum, quingentorum caput, cum aliquot primoribus, quos in Caſtellum Delphini ſepoſuêre.

Politica reminiſcentia.

TEmeritas æquè vituperatur in obſidione; uti fortitudo laudem meretur. Turpe eſt, obſeſſos locum defenſioni commodum, ad primam petitionem tradere, cùm licitatoribus ſanguis eſſet profundendus, & vitæ impenſis merx illa comparanda. Imprudentia tamen in eo uſu dominatur, ubi obſidentium vires infirmitatem loci longè ſuperant. Decet ſanè eos, antequam deditionem faciant, aliquo teſtimonio virtutis oſtentare, iniquitatem loci, non verò ignaviam ſuadere exceſſum.

Nihil autem laudis tulerint, ſi hoſtium iram irritent, quo protervize, niſi per nimium fervorem, nunquã proceſſerint, ad proprium damnum; uti & in cæteris omnibus facinoribus, ubi ardor ſubito per teporem ad glaciẽ deſcendit, poſt exploſum flammarum impetum. Conſequitur enim conſternatio animorum, & acrior vindicta. Nam leges prudentiæ militaris imperant iis, qui evidenti infirmitate laborãt, obſequium ad arma hoſtilia, ut ſaltem non offendant per contumeliam: eò quod leges juſtitiæ victori liberum faciant, ſecius agentes, propter inſolentiã, pro lubitu caſtigare.

Semper equidem magni feci illam T. Livii ſententiam, cum ait, temeritatem non tantum eſſe imprudentem, ſed

plerumque malo ſucceſſu mulctari. Vera audacia innititur potentiæ, quæ ſpei oſtendat facultatem vincendi: neque verò deſiderio ſolo ſtimulatur ad agendum, ſed etiam judicio, quod viribus contemptum conciliat, quæ noſtro inſtituto adverſantur. Cùmque cæterùm majorem veniam mereatur, præ ignominioſa væcordiâ; ſemper tamen apud animos ſapientûm, & peritorum errorem fert præcipitantiæ.

CAPUT XLIV.

Schombergius capit Velianam.

EOdem tempore Mareſchalcus Schombergius mandata recipit, quibus jubebatur trãs Alpes ducere decies mille bellatorum, ad exercitum reſtaurandum. Is juxta Velianam procedens, conſtituit locum illum aggredi, quem etiam cum caſtello intra octiduum ſuæ fecit poteſtatis. Tantam inde Sabaudus ſumpſit formidinem, ut deinceps diſpiceret, qua ratione per compoſitionem aliquam benigniorem ſeſe ex iſtis negotiis extricaret.

Ad oculum enim videbat, primas regis victorias, quas ipſius virtuti, & Cardinalis prudentiæ adſcribebat, ſi arma regia expenderet, tantum animi addidiſſe exercitui, ut jam nihil eſſet reliquum, quod viribus illius opponi poſſet.

Politica reminiſcentia.

PAr ratio victoriarum & torrentium. Poſtquam enim torrentes viam reclusêre, ut aquæ proruere queant, quævis obvia ſternunt, adeo ut nihil inveniatur, quod violentiam illorum frangat: eodem modo primæ victoriæ, quibus exercitus initiatur, tam vehementer concutiunt animos, ut poſtmodum facilè vincantur, quicunq; impingunt. Illi enim ſunt genuini virtutis effectus.

Secundæ itaque victoriæ potius fluent ex fama primarũ, cùm pavor hoſtibus inſinuari cæpit. Quicunque autem ſemel trepidat, non longè abeſt à victo, ex ſolita militis diſpoſitione, quæ metum facilius, quàm ſpem induit: adeo ut non

Digitized by Google

non raró videas prælii aream deſeri, quam perdere metuit, non quam jam perdiderit.

Sic ſanè exercitus hoſtem cædit & aggreditur quocunque impetu virtutis, & tanto certiorem victoriæ ſpem cōcipit, quod poſſeſſione ejusdem gaudeat: ubi viceverſa alter exercitus defenſioni ſeſe duntaxat accingit, ex metu ſecundæ cladis, per tenorem ſuperioris. Quod ſi tandem obveniat tantillum detrimentum, alicujus in mēti; oppida diſſociantur, & ad partes victoris concedunt.

Sic poſt cladem Antiochi univerſa oppida Aſiæ misêre claves, quo ſigno obſequium deferebant, Conſuli, qui exercitum Romanorum ducebat, ut imperata facerent, uti T. Livius commemorat. Sic poſt cladem Lacedæmoniorum, univerſa illorum oppida vix alterum aut tertium expectârunt diem, quin ſeſe Romanorum poteſtati permitterent.

Thebani porrò per unam ſolam victoriam, ſub imperio Epaminondæ à Lacedæmoniis relatam, univerſam Græciam ſubegêre, ſi Diodoro Siculo fidem habemus: tantum valent primi conatus bellorum, ad proſperiorem totius inſtituti ſucceſſum.

CAPUT XLV.

Sabaudus concedit fatis.

SAluſſarum perditio, cæteris victoriis, ad Velianam & alia minoris æſtimii per viciniam loca, juncta, tantum conſternationis hoſtibus ſubjecit, ut munimentum D. Petri defererent, cum univerſa valle, nihil ſibi ſervarent, præter caſtellum Breſoli, poſtridie captum. Quod verò maxime mireris, Sabaudus in eam incidit animi ægritudinem, ut vitæ uſuram poſt pauculos dies deponeret, poſtquam fortuna ipſum exuiſſet omni imperio.

Dolor animi in hoc principe oſtendit, quod experientia in plurimis aliis præſtitit, ſatis potens utriq; ad exhauriendum humorē radicalem, & extinguendum paulatim calorē natu-

naturalem, ut venenum ſuum rectius ad cor adigat, mortemque inferat. Neceſſitas moriendi eſt quidem ſine remedio, & lex iſtius neceſſitatis conciliatrix; nullam patitur exceptionem, cum mors æquè exerceat potentiam in principes, ac in ultima mundi mendicabula, ut animadvertas, qua libidine univerſos exæquet, poſt vitam per extrema utrinque diſcrimina actam.

Mors naturalis, uti nativitas: ita convenit humanæ conditioni, uti occaſus Soli. Sic naturalis nihil mali fuerit, cùm natura nihil mali condat. Cur verò malam exiſtimes? cùm certum ſit, diſceſſum ex hoc mundo ſæpiſſimè minori dolori, quàm introitum. Nihil ibi occurrit operoſum, præter inquietudines, animum exercentes, & dolores corpori, ante ſeparationem animæ, ſufferendos; Unde crediderim, promptiſſimam fore feliciſſimam, ſi per gratiam divinam obtingat, cum minimo labore & angore ad ſuperos tranſire.

Politica reminiſcentia.

QUod ego Magnatibus, ſecundum optimam animæ conſtitutionem, inprimis optandū cenſuerim, eſt, ut mori ipſis detur, antequam per ſenſum miſeriarum deſiderium mortis concipiant. Is demum princeps commiſeratione dignus videbitur, quem mors præteriiſſe videri poſſit, ad fortunæ ludibrium, & imperii perditionem relictū. Quod ſi ex ordine providentiæ divinæ teneatur tantam ſubire miſeriam, longè jucundiore fato defungeretur in acerrimo conflictu, honoris theatro, quàm in grabato, ignominiæ penu.

Quicunque enim occumbit in aliqua pugna, ſauciatur quidem ad aliquam commorionem, & in fervore dimicandi vix ſentit plagam, ut mortis beneficio egrediatur ex mundo per portam honoris, unde minus ægrè diſcedit. Fit tamen, ut morbus corporis, ex dolore animi coortus qui animam ex ſede & ſtatu deturbat in mediis fortunæ inſultibus plerumque eandem poſt ſævas convulſiones dimittat.

CA-

CAPUT XLVI.

Princeps Pedemontii imperium ſumit in exercitum, poſt mortem parentis, Sabaudiæ ducis.

SAbaudo vivis exempto, Princeps Pedemontii, qui hactenus partem exercitus erat imperio complexus, ſacramento adigit univerſas copias, jam bellum geſturus, pari utique fortuna. Regii enim proſecuti victoriam, ibant occupatum Villafrancam, & Pancallerium; exinde pontem Carinianum, adeo ut Eridano liberrime uterentur, Caſalam verſus. Invenêre quidem obſtacula, ſed quæ gloriam augerent.

Delectus enim exercitum hoſtilium, quos Hiſpanus, Germani, & Sabaudus ſubmiſerant, vallo adeo forti ſeſe tutabantur, ex ſemilunato opere, ut Agencurtius ad ſpeculandum miſſus, in Senatu militari referret, non niſi longo temporis tractu illic excutiendos. Exercitus tamen regius eâ violentia incurſavit, ut & ſemilunatum opus, & extremum pontem corriperet, quantumvis repugnaretur; captis pleriſq; Hiſpanorũ Ducibus, ſauciatis, aut cæſis in re præſenti.

Quamvis autem novus iſte Dux nihil magis, quàm parens, regi ſtuderet, ei tamen ægritudo ex tot caſibus adverſis, qui ob oculos verſabantur, ſuggeſſit, pacem potiorem ſibi præ bello futuram, tametſi illam mentem operosè tegeret. Magis ac magis ad illud inſtitutum ferebatur per rationes commode & induſtriè ipſi propoſitas, ex quibus iſtę agmen ducebant.

Exercitum regium viribus pollere, qui non videatur, poſt tot obſtacula exuperata à Caſala diſtineri poſſe, & à ſuppetiis inferendis: quibus ſi nullam opem Sabaudus perducendis præſtet, & potius hoſtili animo pergat, nunquã evitaturum victorem copias, quin in reliquum ipſius imperium effunderentur, ipſo ultra incitas redacto: pronum id Hiſpano, ipſum in bellum concitare, cùm Hiſpanus nihil quicquam aleæ exponat, per Italiam, & Caſala aſſerta victoriæ ſpe tantummodo excidat; Sabaudum autem expoliandum præbeat.

Nimis

Nimis ipſum credulum, qui ſibi perſuaderi patiatur, Hiſpanos capta Caſalâ Citadellam ſolo complanari conſtituiſſe, cujus conquirendæ gratia tanti ſanè conatus, tanti ſumptus nunquam fierent, niſi ut exinde univerſæ Italiæ jugum intentaretur. Mantuanum ipſi partem poſtulatorum & jurium conceſſurum ex Monferratenſi imperio; qua portione ſibi ſatisfactum credere poſſet amplius, quam quod ab Hiſpanorum faſtu expectaret, ſi ipſi Caſala potirentur.

Denique & vicinum Hiſpanum longè graviorem forè accolam, præ Mantuano, cum ille jam ad nimiam per Italiam potentiam perveniſſet, ſecundum inſtitutum in tot occaſionibus compertum, univerſæ Italiæ ſubjugandæ. Rationes iſtæ erant profectò prægnantiſſimæ, quæ animum Ducis plurimum labefactabant, tametſi nondum ſeſe penitus aperiret: minus enim fervidè agebat, ſentiens ſeſe impeditum ad perniciem extremam, ſi pergeret. Animadverſum etiam, remiſſius eum fovere Hiſpanos; fiducia paullatim langueſcente.

Politica reminiſcentia.

Nihil potentius unit, & facilius ſeparat Principes, uti commodum: ſolvitur unio, quamprimum ſpes de emolumento decollat. Ante complura ſecula monuit T. Livius, utilitatem publicam, nodum & vinculum eſſe pactorum quorumcunque. Quilibet ſuum ſibi quærit compendium, vicini rebus neglectis, niſi cum ſuis cohæreant. Quicunque illorum conatus communes hoc fundamento inædificantur, quod ſubrutum, aut vitium faciens, ruinam totalem univerſæ trahit fabricæ. Magnates neque amicum, neque inimicum agnoſcunt, niſi ex incommodi aut commodi, quod inde ducitur, ratione. Quis verò id adeo miretur, cùm per catenas inviſibiles omnia univerſi elementa commodis agitentur ſuis, adeò ut continuò ſeceſſionem faciant, ubi ullum eorum nimium ſibi ſumere & arrogare incipit.

C A

CAPUT XLVII.

Armiſtitium conciliatur inter regios & Hiſpanos, interceſſione Mazarinij.

PAcis negotium vix unquam fuerat ſublatum, quin Mazarinius ejus gratia hinc inde commeare pergeret. Sic quinto die Auguſti ducibus regiis proponit inducias iis legibus ineundas, quæ primitus neutiquam placebant. Volebat enim, oppidum & caſtellum Caſalæ ad aliquod tempus conſtitutum, in poteſtatem Spinolæ conſignari, Citadella ſemper ſibi ſervata : idque in eam rem, ut Hiſpanorum honori aliquatenus conſuleretur, qui euſque nullum per Italiam operæ prætium feciſſent, unde Spinolæ major pertinacia.

Regem Hiſpaniæ indignari, tam famoſum ducem armorum uſu illo nihil profeciſſe, quod in aliqua epiſtola ipſi legere licuerit : Videri; id indulgeri poſſe ad honorem & Spinolæ, & Hiſpanorum aſſerendum, cum nullus dubitet, per iſtas inducias ad pacem optatam tranſiri poſſe. Iſte tamen ſermo animus & virtutem Gallorum apprime offendebat, cum flagrarent deſiderio Caſalæ per vim aſſerendæ.

Sic in re adeo exorbitante deliberatio minus prompte deſcendebat ad ſcitum; in triduum tamen placuit hoſtilia omittere, quod aliud triduum contraxit. Ibi commode adferebantur literæ ab illo, cui ſumma apud duces fides, & deploratas Caſalæ res nuntiabat, unde Mazarinius ineunte Septembre reverſus, ut induciarum mentionem reciprocaret, benignius audiebatur.

Summi duces in conſilium advocant primores exercitus, ut deliberarent, de ſumma rerũ; ibi unus tantum ex novenis ſeſe opponit, ſed cæteri octo comprobatis iſtis legibus, inducias paciſcuntur, uſque ad quintum decimum Octobris, ut univerſo illo intercapedinis tempore utrinq; ab hoſtilibus abſtineretur; regii hoſpitarentur ubivis locorum trans Eridanum, & cum omni libertate annonam coëmerent; oppidum & Caſtellum Caſalæ in Spinolæ manus trade-

traderentur, quæ fide, interpoſita redderet, niſi intra triceſimum Octobris Citadella reciperet ſuppetias; exercitus tamen regius interea libera ad Citadellam uteretur communicatione.

Niſi intra eundem triceſimum diem Octobris Citadella juvaretur, Spinolæ cederet. Hiſpani tamen tenerentur per ſingulos dies neceſſariam annonam, uſque ad diem præfinitum, Caſalæ præſtare.

Politica reminiſcentia.

INduciæ plerunque exordiuntur pacem: quicunque enim incipit negotiari ad eam rationem, ut aliquamdiu arma ponat, aliqua diſpoſitione, ad concordiam optatam neceſſaria pollet. Ipſa negotiatio abunde teſtatur, ignem ex quo belli incendium prodiit, conſidere, ubi induciarum ſuavitas aliquid faſcini tradit ad tranſigendum: quod Plutarchus teſtatur in vita Niciæ, mentione facta induciarum, inter Athenienſes & Lacedæmonios inſtitutarum.

Hinc commodæ tranſactionis cupidus, ne per ancipitem belli aleam omni ſucceſſu fruſtretur, induciarum mentionem nunquam repudiare debet, modo honeſtis legibus illæ conſtent. Etiam addiderim ego, ubi cædem res geſtæ, unde victoria nobis promittitur, poſſunt ex clade turpi terminari, per inducias non ſemper conditionibus perquam commodis inſiſtendum, adeo ut utrinque rigor remittat. Sic Pericles, qui cum quovis reipublicæ miniſtro laudato per antiquitatem committi poteſt, nihil renuit inducias, quæ inter Athenienſes & Spartanos agitabantur, tametſi illi tenerentur ſingulis annis duo talenta pendere, quaſi tranquillitatem illam mercati, quemadmodum Plutarchus memorat in vita Periclis. Sic ſane Ludovicus XI. cujus prudentia in noſtris hiſtoriis ſumme celebratur, Eduardo regi Angliæ non gravate pactus eſt, ut induciæ in novem annos continuos fierent, quinquagies mille ducatorum aureorum quos ſingulis annis per inducias conſtitutis connumeraret.

Anglis volupe erat, tributum id nuncupare per faſtum, quod Galli penſionem dicere malebant. Fatebimur vero, parum honoris ibi Galliæ acceſſiſſe, laudandum tamen fuiſſe inſtitutum ex legibus prudentiæ politicæ: cum ſic

Digitized by Google

Angli ex Gallia ſubmoverentur, qui cum Carolo Burgundo conjuncti, extrema quæque minitabantur. Quicquid tandem ſit, ſecuritas in periculo grandi quovis pretio emitur; adeò ut ſatis commodi vel inde cooriatur, ubi hoſtis à victoria obtinenda diſtinetur, donec ex temporis opportunitate redintegrentur vires ad aleam belli & pugnæ denuo ſubeundam.

CAPUT XLVIII.

Cur Galli inducias pepigerint.

INducias tamen iſtas complures ſuggillabant, ipſus etiam Cardinalis, qui cogitabat regem inducere, ad declarationem promulgandam, quâ irrita haberentur illa pacta, & ſigni negotiatorum revellerentur, exercitu ad progrediendum juſſo. Celſus enim illius animus, flecti neſcius, ægertimè ferebat, oppidum & Caſtellum Caſalæ in manus Spinolæ concedere: nunquam enim eo uſque deſcendiſſet præſens ad exercitum, de quo nemo ambigebat.

Apponam tamen rationes, quæ pacta conciliarunt: quarum prima & ſumma erat, quod Sabaudus admodum vacillare crederetur, & aliquatenus promiſiſſet, regiis partibus accedere, niſi Hiſpani ratas haberent leges, prius cum Spinola diſputatas: ubi id accedebat, quod Mazarinius aſſeveraret, Sabaudum ſuper ea re ad matrem perſcripſiſſe, quarum literarum copiam eſſet facturus ducibus regiis, ad comprobandum negotium, & honorem illorum aſſerendũ.

Quod ſi cum Sabaudo ad eas leges conveniretur, ut ille Hiſpanos ad pacem firmandam adigeret, aut ipſe arma cum regiis, ad Caſalam liberandam conjungeret; nihil quicquam metuendum fore detrimenti, cum vice verſa liberatio Caſalæ integra inde aſſereretur. Neque enim duces ſine iſta conſideratione unquam aſſenſi fuiſſent. Accedebat tamen extrema neceſſitas, quacum Caſalam conflictari ſcripſerat Thoiraſius; quæ intra pauculos dies, antequam exercitus pervidere poſſet, incolas, omnium ærumnarum

à triennio ingruentium tædio, quorum non pauci Hiſpanis favebant, perpellere poſſet, ad vim inferendam præſidiariis & deditionem extorquendam, qui metus ſumme angebat, ne eo eventu arma regia turpem ſuſciperent maculam.

Brezæus præterea juſſus erat à Ducibus ſingulariter, Caſalam petere firmandorum pactorum, quod prætexebatur, gratia, à ratihabitione tamen tantiſper abſtinere, donec cum Thoiraſio eſſet collocutus, certiorq; fieret, an ſuppetias ſine periculo expectare poſſet: quâ fiduciâ exercitus eſſet producendus, induciis neglectis.

Sic pacta ſolennem fidem non habuêre, niſi poſt certam notitiam, de eventu dubio, cui nemo cavere poſſet. Deniq; conſultiſſimum viſum, quietem indulgere exercitui, contagione conflictato, & hoſpitia elargiri. Ibi tamen neceſſũ erat, ultra tringinta leucas in hoſtili provincia progredi, nullo munimento, nullo refugio, parciſſima annona.

Politica reminiſcentia.

POſſumus, in gratiam illorum, qui induciarum fuere authores, dicere, ad pacem ſtabilem & ſecuram ineundam non omne prorſus commodum hoſti recuſandum, ne coactus ſubire ignominiam & turpitudinem, paulo poſt, ubi occaſionem & vires vindictæ exercendæ fuerit adeptus, pacta diſturbet in gravius bellum. Hæc Archidami ſententia, cùm Lacedæmoniis iret perſuaſum, ut cum Thebanis pacem facerent, uti Iſocrates docet. Vix enim poteſt pax conſtitui ubi omnia commoda in unam partem vergunt, & adverſa deſperationi relinquitur.

Quemadmodum autem nihil æque ſauciat generoſum animum, ac jactura honoris; jam ad novos conatus extimulabitur, omni pacis ſtudio projecto. Niſi igitur vires extra omnem comparationem majores ſint præſtò, ut victoria fruſtrari nequeat, videas ex neceſſitate turpitudinis colluctantis, quaternis exæquari vel unum virum cordatũ. Neceſſitas enim, ſtimulante turpitudine, convertit fugientem, ut cum furore perſecutorem repulſet: eadem omnem pavorem eripit, & quidvis audere jubet.

Exitus denique bellorum valde ſunt ancipites, ubi prælia

Digitized by Google

lia cum cæteris rebus humanis cenſentur. Quemadmodum negotiator ſeſe videt in eum concurſum rerum redactum, ubi nimio emolumento intentus, in certiſſimum jacturæ penitiſſimæ periculum incidat; ita dux univerſæ gloriæ avidus per vim corripiendæ, ſegetem illius non raro permittere cogitur hoſtibus, quos nimis vehementer ad extrema quævis perurgebat.

CAPUT XLIX.

Rex graviter decumbit, & de republica diſponit.

TEmpore induciarum Deus, qui Principes ex eâdem, qua reliquum genus mortalium maſſa confecit, permiſit, regem in morbum acerrimum incidere, cujus anceps eventus rempublicam in ſummas anguſtias poſſet conjicere. Quemadmodum vero quævis mala mortalibus immiſſa, non in exitium illorum vergunt, eo quod Numen præſideat arbitrio caſuum humanorum, Gallia nondum privari debuit rege tam neceſſario, nec Eccleſia primogenito orbari, tanquam propugnatore libertatis.

Sic igitur rex ad priſtinam ſanitatem reſtituitur, jam gnarus, ſubeſſe legibus humanæ ſortis, ad modulum extremorum ſubditorum, ut exinde teſtimonia potiora & virtutis & pietatis, quibus animam gerebat ornatam, exereret. Tantus animus univerſo mundo oſtendit, mortem non eſſe metuendam; ſed inſtar januæ, & benigni tranſitus ex miſeriis hujus vitæ ad cæleſtem beatitudinem, habendam: hinc nullis aliis cogitationibus vacare voluit, niſi ut miſericordiam divinam mereretur, cujus potiundæ ſpem certiſſimam conceperat.

Si qua ægritudo interceſſit, non concernabet illa coronæ relinquendæ jacturam, ſed offenſas commiſſas, quas infirmitas humana non poteſt declinare, adeo ut gratiam illarum anxie expeteret, juſſis etiam omnibus præſentibus, ad fluidas lachrymas, ſuffragia addere.

Politica reminiſcentia.

REges per ſplendorem coronarum illuſtrem non eximuntur cenſu morborum aut mortis: ubi natales & ſceptrum faciunt ſuperiores, mors & morbi ad ſortem communem retrahunt, adeo ut major pars calamitatum per univerſum vitæ curſum æque incurſet. Quin potius dicas, ob natales ipſos ingruere graviores ærumnas; Sapientia divina ſic ſortem mortalium exprobrante.

Generoſiſſimus ille Alexander, tot victoriis delibutus, ab adulatoribus audiebat Deorum ſoboles, quam arrogantiam nunquam depoſuit, niſi ubi ſaucius, ſanguinem profundebat. Sic nihil æquè familiare Magnatibus ac oblivio ſui, ad nimiam venerationem, cui aſſuevêre. Non immerito igitur iiſdem ærumnis cum reliqua turba mortalium ſubjiciuntur.

Illæ enim identidem inclamant, fælicitatem mundanam eſſe alienam, regnum exilii vicem obtinere, ad verum & communem miſeriarum ſenſum: genuinam authoritatem non in eo verſari, ut rex faciat, quod lubet, ſed ut lubeat quod decet. Cæcutientium eſſe, potentiam ex licentia libidinis adimplendæ metiri: generoſiſſimos principes omnia ſibi ſubjicientes, ſeipſos ante omnia ſubjicere rectæ rationi.

Oſtendere in univerſo vitæ inſtituto, cùm omnia poſſint, nihil velle, niſi cum laude conjunctum, & Numinis legato dignum: Summum gradum nihil derogare laudatis actibus cum & ampliorem præbeat occaſionem: eos demum eſſe certiſſimos redditus, ſi populi domi gaudeant, & principis amore diſpereant: ſic denique non tam metuent dolorem quàm patrationem mali.

CAPUT L.

Benignitas Cardinalis adverſus inimicos.

MOrbus regis complures producebat occaſiones, in qui-

Digitized by Google

quibus Cardinalis cum angore, omnem mentis conceptum tranſcendente agnoſcebat, quanto æſtro odii Regina mater in ipſum ferretur: Omnes igitur nervos contendit, ut ſe illi acceptum faceret. Nulla autem unquam virtus aut actio adeo egregia fuit, quæ benevolentiam hominibus inſerere poſſet, quam non conatus ſit induere, ut honore tanti favoris dignus æſtimaretur.

Officia reddunt homines acceptos, unde ille operam enixiſſimam impendit in ejus commoda. Diliguntur etiam famulorum noſtrorum ſtudioſi, & Cardinalis extremo deſiderio deperibat complacendi, ut etiam injurias à Mariliaco Mareſchalco ſuſceptas apud animum ſuum aboleret, decies mille aureis conciliatis, & imperio cum Forzæo & Schombergio pari, ad aſſerendam Caſalam.

Non poſſumus non amare amantes, quin reſpondeamus mutuum: cum certum ſit, nullum potentius philtrum inveniri, ad demerendum amorem, quam noſtrum ipſorum amorem, erga demerendos. Nemo autem rectius teſtabitur, quam ipſa regina mater, & quicunque Lugduni ipſi aderant familiarius, aut comites, cum Pariſios repeteret, ſeſe dederant, quanto ardore & vero affectu Cardinalis ipſi voverit, proteſtatus fuerit, & revera in mille occaſionibus, ubi de illius ageretur commodis, præſtiterit obſequium.

Majores ſubmiſſiones ferociſſimos quosque expugnant; ad illas Cardinalis nihil addi poterat, neque Lugduni, neq; per totum illud iter, ubi deprecatus eſt, juſtiſſimarum intentionum reus, tanquam graviſſimarum offenſarum, ea inſuper forma, quæ furorem leoninum mitigare poſſet. Quid vero neceſſum erat tantas adhiberi ſollicitudines, tantam exercere induſtriam, ut diligeretur mortalium primus, & ſuaviſſimus, cujus dotes eminentiſſimæ, ab authore Univerſi collatæ, tanquam in exemplar ſuæ potentiæ, quod ſexto quoque ſæculo ſingulare producit præter res cum ſumma laude ad immortalitatem honoris, geſtas, abunde trahunt quosvis alios, ut idem ſit, & ipſum aſpexiſſe, & amaſſe.

Satis iſta omnia alios movebant, quorum animi in fermento odii à biennio non jacebant, quod de regina matre revera aſſeverari poterat. Ipſe tamen nihil prorſus omittere

voluit eorum, quæ vel divinare poterat benevolentiæ locum factura: ſermones quotidiani ferebant, ſibi ipſi ſemel nihil ſatisfacere, ad recuperandum illum gradum priſtinæ gratiæ, & deprædicandos favores, quos ipſi acceptos meminiſſet: tametſi illorum æſtimium etiam ad leges æquitatis rigidiſſimas, potius operæ pretium, & debiti rationem, quam beneficii procurati aut collati famam tuliſſet, cum etiam mutuum cum fænore ſummo repeteretur potius, quam liberalitatis quisquam fructus ſpargeretur.

Ipſe tamen ſecundum iſta omnia, ſive ſollicitudinem, ſive officium, ſive reverentiam, & ſubmiſsionem nuncupes, nihil potuit demulcere animum per omnia exacerbatum: id unum lucratus, ut aliquamdiu, & per viam ratio obtineret ab invita vultus ſerenitatem: Quamprimum autem Pariſios rediit, vindictæ denuò locum dedit, ubi Combaletam, & Medieræum ex familiâ expunxit, inaudita inceptavit, etiam aliquoties adverſus regis mentem, ut miniſtrum incomparabilem, ſine cujus prudentia Gallia dudum periiſſet, perderet.

Politica Reminiſcentia.

QUemadmodum fæminæ non incipiunt cum ratione viròs omni amore dignos, plerunque diligere, ita nulla ratio ipſas ab odio ſemel concepto liberat. Facillimè enim ex uno extremo ad alterum ruunt, alis inconſtantiæ, quas per natalium vitium ferunt, perlatæ. Adeo mutabilis ingenii comperiuntur, ut gloriæ tribuant odiſſe quoſcunque ſiniſtræ opinioni immolatos, quo morbi genere fruſtra eas liberari methodo legitimâ credas. Rationes enim veriſſimæ in technarum ipſis demigrant decipulas; humillimæ ſubmiſſiones tales animos nihil attingunt, & ſupplicationes ardentiores cenſentur perduellio; ad fortunæ ferè modulum, quæ plerunque gratias ſuas largitur, qui minus de iis ſunt ſolliciti.

CA-

gitized by Google

CAPUT LI.

Conſtantia Cardinalis adverſus benevolentiæ regiæ turbatores.

NEmo negarit, Cardinalem ſuſcepiſſe per illam occaſionem graviſſimos ſtimulos doloris, quos mens cogitare queat. Sicuti autem non generoſum, ſed abjectum arguit animum, omnem ſenſum abjeciſſe, ita pingebatur lineis clariſſimis moleſtia illa in facie. Non quod metu amittendæ fortunæ torqueretur, cum per nimis diuturnam experientiam de ea dubius, didicerit, ſummum vitæ bonum non amplius adhærere ſummis honoribus: Miniſtros etiam reipublicæ referre corpora cæleſtia, quæ plurima apud mortales reverentia coluntur, quiete autem carent.

Hinc etiam ſponte ſeſe abdicabat, niſi rex, cui compertum, quantam ille utilitatem reipublicæ præſtaret, repulſam expoſuiſſet. Neque etiam ullam diffidentiam in clementiam & conſtantiam regis conjiciebat, quod ſciret, fidem ſuam regi eſſe compertiſſimam, licet plurimis reipublicæ ſtudioſis non minus innotuiſſet; rex enim conferebat benevolentiæ quotidiana ipſi teſtimonia, cum religio eſſet, minimum dubitandi ſcrupulum gerere.

Veluti innocentia tamen vix culpam meretur, ita vituperium ingratitudinis, quo regina mater conabatur gloriam illius imminuere, eo æquius ferebat, quod nihil minus commeruiſſet; Non ignorabat, Magnatum authoritatem ſatis habere virium, ad ſua ſenſa in populoſum animos inſtillanda, tanquam oracula certiſſima; ut ſic per Galliam & apud poſteros crimen non agnitorum beneficiorum ferret. Id vero ipſum non poterat digerere, neque familiares regis, niſi prius Orbi terrarum adminiſtrationem ſuam propoſuiſſet admirandam, ne ſeditioſus aliquis genius æquilibrium exiſtimationis perverteret.

Ingratitudo non agnoſcit beneficia ſuſcepta, unde eo crimine eximitur, quicunque quid debeat fatetur: neque ingrati nomen feret, qui nullo majori deſiderio laborat, quam ut ſempiternum præſtet officium benefactoribus; neque acutiore dolore ſtimulatur, quam ubi hoſtes aſpicere cogitur, qui ab occaſionibus ſatisfaciendi ipſum rejiciunt.

Sed quomodo infamia iſta impingetur ei, qui hoſtes quovis officio colit, adeo ut eos ſibi oratores paret, ut reconciliatus reliquum vitæ illi impendat, quæ gratiam prius contulit? Ingratus ne vocabitur, qui ſummum gradum honoris in republica perdere amat, ut recuperet illum priſtinum in animo dominæ, cùm potiora memoris beneficii teſtimonia dari nequeant; Univerſam ibi aulam laudavero teſtem, nos tantummodo partem ſollicitudinis, quam Cardinalis, ut aliquem locum in benevolentia reginæ matris inveniret, ſuſcepit, recenſuiſſe.

Id ſanè ab ipſa conſtitutus accuſationis author & caput, ſcriptis nunquam eſt negare auſus; dum ipſa nondum ſatis diſpexit, quo fuco ſuam ingratitudinem pingat, iſtum interim pro ingrato differt, quod in rebus agendis ſenſum reginæ matris non ſemper ſequeretur; ac ſi miniſtro ſummo integrum eſſet, ſenſum cujuſcunque, etiam matris, commodis regis præferre: nec obſequium quod reginæ matri redderet, in perſona miniſtri ſummi vægrandi errore notaretur.

Jure naſcendi quidem poteſt debere obſequium eximium, nunquam tamen cum diſpendio ejus, quam principi debet fidei, quæ prohibet, ullam gloriæ conſervandæ aut augendæ occaſionem tranſmitti: Debet ſane ſcire, quantum ſibi ſumant ſuo jure fautores, quantum ſummum principis jus exigat per juſtitiam, adeo ut nunquam præferat particularium beneficia bono publico, cujus ſummam curam gerit,

Ingratus etiam traducetur ſcilicet, quod reginæ matri arcana quædam magni momenti non aperuerit; id quod plerunque accidebat, in negotii ſententiæ illius contrariis; quaſi taciturnitas deſiiſſet eſſe anima conſiliorum; & obſtaculum manifeſtum rebus gerendis objiceretur, rupto

pro ſilentio, aut Politicorum ſapientiſſimi non monuerint, Eum regem eſſe prudentiſſimum, qui cum pauciſſimis quid facto opus eſſet, deliberaret, poſtquam diverſas negotii expediendi rationes audierit.

Politica reminiſcentia.

ODium, nullo juſtitiæ fundamento innixum, adeo imprudens eſt, ut Chimæras ſibi fingat, quas tanquam rationes plauſibiles ſequatur, nec animadvertat, easdem à nemine, niſi à mancipiis ſuis comprobari. Quemadmodum veritatis nihil ſolidi ſuggerit, ita prætextus ſuos cauſis legitimis ſurrogat; nihil adeo perverſum, quin opituletur ad vitium iſtud in animo fæminino fovendum, maximè ubi negotium faceſſitur authoritatis uſurpatæ correctori, ne adminiſtratio reipublicæ pro lubitu verſetur.

Libido imperandi ardorem vindictæ intendit, ad cætera cæcutiens, prorſus memor, ſexui à Numine negatum imperium, ut vel ipſa experientia temeritatem illius malo eventu plerunq; mulctet. Si igitur ambitio exorbitat, in viam fuerit reducenda, certis limitibus circumſcripta potentia, ubi maxime vagari conſtituit. Subruenda fuerit robuſtiſſima fulcra, ſi anhelo curſu ad arbitrarium imperium abire videtur.

CAPUT LII.

Summæ dotes Cardinalis.

QUicquid regina mater regi ogganniret, eum ſortiebatur effectum, ut rex accuratius in memoriam regrederetur ſuperiorum annorum, ubi ſumma Cardinalis fides nuſpiam non occurrebat, cum extremo deſiderio per omnes occaſiones, quibus gloria regia intererat. Extabat proſperior adminiſtratio armorum, incomparabili prudentia comitata, qua futura præcipiebat, animadverſis effectis intra cauſarum remotiſsima latibula, ut jam remedia præpararet ante illorum uſum.

Vigilantia indefeſſa, in rempublicam dieſque noctesque intenta, ſumma ita curat, ut nunquã parva negligat. Promptitudo eximia ſæpiſſimè producit effecta conſiliorum intimorum, antequam de inſtituto quicquam innoteſcat: quæ virtutes ſummæ agmen reliquarum ducunt, regi ad animum revocabant bilancem, qua inimicorum artificia per eandem operam, ad æquilibrium expenderentur.

Vereque dici poteſt per hoc examen parallelorum regem adeo fuiſſe obfirmatum adverſus violentos illos impetus, ut cogitarit ſeſe tandem aliquando à tot reginæ matris importunis querimoniis liberare, & Verſaliam aliquamdiu ſecedere. Ex hoc inſtituto exit rex Lutetiâ, tametſi reginæ matri nihilum ſatisfeciſſet, niſi per reverentiæ & amoris ampliſſima teſtimonia, quibus ſub abitum defungi decuit.

Politica reminiſcentia.

PEnitiſſimè intelligebat rex, ſummi Miniſtri repudium redundare in reipublicæ detrimentum, quantum ante utilitatis præſtitiſſet; unde Principi in eum errorem delapſo plurimum vituperii accreſcat, cum jam prius magnæ gloriæ duxiſſet illius uti conſiliis intimis. Opifex laudatus nunquam eo dementiæ deſcendit, ut inſtrumenta operis abſolutiſſimi abjiciat: & rex in prudentiam gnaviter impinget, qui à rebus gerendis removerit miniſtrum, cujus genius principale fuerit gloriæ inſtrumentum.

Neque quiſquam rationis compos ambiget, viciſſitudinem illam authoritati Principis inopinatum inferre diſpendium. Noverit igitur, nihil pronius, quam adminiſtrationis rationem capere & ſuggillare; adeoque multis vitiis onerare; ſed etiam eandem à plurimis collaudari, cum locus non ſemper pateat privatis deſideriis explendis, quæ ipſa aliâ ſtatera expenduntur, quam reipublicæ ſumma negotia.

Experientiæ magiſtræ ſeſe tradant erudiendos, ut intelligant, quàm difficulter inveniantur genii eximii, in quorum prudentia ſecure requieſcant, cum vix alterum tertium

tertiumve ſeculum aliquem iſtius fabricæ producant, tanquam Phœnicem, avium rariſſimam. Quot vero reges per hiſtoriæ ſeriem occurrent, quibus & animus & inſtitutum heroicum defecit, quod reſpublica neminem rerum ſummarum capacem illis temporibus tuliſſet?

Quicunque igitur Princeps id felicitatis obtinuit, ut virum eximium nanciſcatur, eundem eâ cura ſibi conſervabit, ut ſciat, hoc demum fundamento proſpera quæque reipublicæ conniti. Sic ſæpe numerò meminimus cladem eſſe acceptam in prælio, poſt cædem egregii alicujus ducis; uti vægrandia conſequuntur mala, ſublato ſummo miniſtro; cujus ſalus majoris ſanè eſt momenti, quam provinciarum, ne dicam oppidorum aliquot aſſertio, cum rationem ipſus norit, & perdita recuperandi, & nova conquirendi, jactura vero illius non reparari queat per unum & alterum ſeculum.

CAPUT LIII.

Quare rex Pariſios deſeruerit, & custodem ſigillorum ac Mareſchalcum fratres Mariliacos cuſtodiæ mancipatit.

REx Lutetia non diſceſſerat, niſi ut plus libertatis ſumeret in graviſſimo inſtituto agendi, adeoque à frequentiſſimis precibus, ne dicam violentiis reginæ matris requieſceret, cujus præſentia verecundiam impingebat, ne quid ingratum patraretur. Dudum autem intelligebat, ſalutem reipublicæ expoſcere caſtigandos tricarum authores; ſic viceverſa animum inducbat inconcuſſum, qui vel inde ſummam merebatur gloriam, quod domi & per propriam prudentiam obfirmaſſet, Cardinalem nunquam dimittere.

Sæpius autem cum animadvertiſſet, univerſas tricas & factiones bigis Mariliacorum invehi, qui ex potentia & dignitate ferociebant, Cuſtodiam Sigillorum ab illo abſtulit, ut qui arma in manu lymphatici non ulterius

eſſet

Digitized by Google

eſſet relicturus, poſt non exigua damna; Lexovium ſequeſtrando: Hunc miſsis ad Forzæum & Schombergium mandatis, imperio exutum, itidem cuſtodia circumdari juſsit, ut in carcerem Caſtelli Menchutani compingeretur.

Quis enim inſolentiam ambitioſiſsimorum virorum ulterius tuliſſet, qui nihil penſi habuerant aut religionis regem cum regina matre committere, diviſione ſparſa, qua porrò graviſsimè laboratur? Poteratne tolerari effrenis libido, quæ clavum reipublicæ captabat, per exitium viri, ita ea ad illum gloriæ gradum evehenda, ut non tantum ſplendeat, ſed etiam exteros territet, hactenus occupatiſsimi?

Quomodo vero fieri potuit, ingratitudinem fratrum iſtorum juſtitiam regiam ví quaſi illata ſollicitaſſe, ad jaculandum fulmen, ut ſic machinationes apud reginam matrem inſtitutæ caſtigarentur? Ipſam enim propellebant ad exitium illi procurandum, per cujus benevola conſilia ſummos pro vitæ inſtituto gradus apud regem erant adepti, cum ſane clauſis oculis prætervehheretur indigniſsima quæque anteactæ vitæ; unde aditus ad honores patuit.

In animo regis non obliterabatur, per quot occaſiones Cardinalis ipſorum commodis faviſſet; quanta beneficia ex illius favore abſtuliſſent; quàm acriter illos protexerit, quotiescunque in rebus agendis vituperium meruiſſent. Ex altera parte occurrebat immanis illorum ingratitudo, adeo ut alter à ſummis negotiis prorſus eſſet removendus & alter ob complura crimina in jus tandem vocatus, pœnam ſubiret, per tot accuſationes eousque dilatas, extortam.

Æquiſsimum enim erat, ingratos iſtos perire, qui Galliæ genio inſidiati, impingebant ipſi ingratiſsimi mortalium, ingratitudinis vituperium, quo ipſum everterent. Satis frequens hic juſtitiæ divinæ proceſsus, ut mortales eadem perferant mala, quæ in alios cudebant, cum permittuntur ſuis erroribus, in illa crimina prolapſi, quorum reos peragere alios ſatagebant.

Poli-

Politica reminiſcentia.

INjuriarum nulla veniam minus mereatur, quàm ingratitudo, quæ mortalibus culpam auget ad numerum beneficiorum. Infamia tribus peragitur gradibus, quorum primus beneficia obliterat; alter nihil rependit, ultimus mala refundit. In primo licet animadvertere grandem negligentiam: alter poſſet ex facultatis inopia proficiſci: ultimus autem ex ſolo malitiæ principio deducitur.

Primus quidem excuſari nequit, tolerari tamen poteſt: alter autem apud Ægyptios in eum horrorem abierat, ut eà culpa aſperſos condemnarent per præconis vocem in omnibus compitis, ut nemo prorſus illis benefaceret; æquum judicantes, omni copia amicorum privari, quicunque neglexiſſet benefactorem reciprocè demereri: ultimus verò in ea ſemper jacuit abominatione apud quosvis ubique terrarum mortales, ut extremo duntaxat ſupplicio crimen expiari crederent, execrando iſtiusmodi monſtro in terram defoſſo, quæ abortum ſuum contumularet.

Ingratus longe pejor eſt proditore: hic enim nullius criminis fit reus, niſi fractæ fidei, quam fuerit ſtipulatus verbis; ille vero deeſt rebus & factis, non tantum verbis, cum beneficia, quibus nuper gaudebat, conculcet. Hinc & moderatiſſimi viri ingratos abigere, quod ſimiles aſpicerent vaporibus, lumen Solis magno conatu obfuſcantibus, quos tamen idem Sol in altum attraxerat.

Vel inde maximè merentur pœnam, quando perfidia reipublicæ nocet: id quod in hoc rerum ſtatu patebat, ubi agebatur de exitio illius, qui ſecundum regem firmiſſimo erat Galliæ fulcimento. Nunquid ſic ipſius regis perſona impetitur, ubi exitium miniſtri quæritur, ex quo, tanquam prima cauſa, cumulus adeptæ gloriæ regurgitat? Vitupe-rium profecto apud me tulerit ille miniſter, qui benevolentiæ compendium, aliis uſibus quæſitum, ad abolitionem tanti criminis converteret.

Aliæ injuriarum condonatæ gloriam trahunt; earum tamen certum eſt genus, cui iſtam ſpeciem attribuo, ubi bonum

bonum publicum vindictam efflagitat. Neque enim Clementia evertit Juſtitiam; ſed juſtitiam comitatur clementia, inſtar ducis. Nimiam licentiam adfert nimia facilitas, adeo ut tandem & principis authoritas, & legum reverentia in contemptum abeant. Plus gloriæ regi ex indulta gratia, quam ex rigore juſtitiæ obtingit; ſi tamen, quod oportet, venia complectatur eos, quorum imprudentia nihil augeat licentiam male agendi, ubi crimina non tam improbitatis, quam infirmitatis humanæ ſint effecta.

CAPUT LIV.

Pax agitatur inter Imperatorem & Mantuanum.

DUm rex decumberet, & tricæ iſtæ efferueſcerent, Caſalæ negotium definiebatur expirantibus induciis, quarum mentio ſuperius eſt facta. Sabaudus enim, Mazarinius & Colalto ex Germania ſuſceperant nuncium, Leonium, à rege ad Imperatorem pacis ſtabiliendæ ergo miſſum transactioni vacare; quod idem Sanſtephanius perlatis à Leonio ad triumviros literis referebat. Promiſſa articulata Imperatoris nunciabantur; Collaturum Mantuano inveſtituram ducatus Mantuani, & Marchionatus Monſferratenſis, ſi aſſentiretur, ut oppidum, caſtellum & Citadella Caſalæ in manus Imperatoris conſignarentur.

Id quidem pro ſumma rerum deſiderari poterat, niſi circumſtantiæ executionis ſummam præferrent difficultatẽ: cum ea pacta inveſtituram poſt ſextam ſeptimanam rejicerent, quibus ſuccederent aliæ geminæ, ad deducendas copias ex Mantuano agro, quo eodem tempore Hiſpanus ex Caſala & reliqua provincia Monſferratenſi diſcederet. Perplexos id habebat triumviros militiæ Gallicanæ, quibus ſic imponebatur neceſſitas etiam ultra alterum menſem, donec Hiſpani Caſalam deſererent, per Italiam cum exercitu reſtitandi.

Remora autem iſta videbatur graviſſima, ob peſtis ſævitiam

Digitized by Google

vitiam & annonæ, ad certos dies exactæ, penuriam: quæ geminæ cauſæ ſine ullo dubio ante medium terminum temporis induxiſſent diſſipationem copiarum: Quo eventu Hiſpani nullo pene negotio Caſala potiebantur, eo quod ex uſu ſolitarum artium pacta non firmaſſent, ut compendia id temporis inſciâ ſibi ſervarent libera.

Hæc juſtiſſima rerum momenta accurate à Triumviris trutinata, fidem faciebant, regem ea pacta nunquam habiturum rata; unde eadem ſuſque fecêre, adeo ut exercitum per ſummam diligentiam adhiberent Caſalæ. Ubi Hiſpanis iſta innotuere præter omnem opinionem, trepidare incipiunt ad primum Gallorum impetum, qui ipſis ſemper eſt Leoninus. Mazarinium, primum rerum perverſarum nuncium, remittunt, qui aſſeveraret, pacis tranſactionem ſibi placere, conſentire etiam ad ejus executionem promovendam, ut annona & ſupplementum in Citadellam ad neceſſitatem anni integri inferantur.

Cum autem triumviri trepidationem inde perſpicerent, cenſuere, & in primis Schombergius, progrediendum eſſe uſque ad ipſam Caſalam, perſuaſi utique Hiſpanos ob præſentem exercitum ab obſidione extemplo receſſuros, non exſpectato pactorum termino.

Politica reminiſcentia.

Difficulter tranſigitur de pace in locis ab exercituum utrinq; hoſtilium exercitio remotioribus, ad effectum certum. Diſtantia nimia ſubducit notitiam circumſtantiarum particularium; & præſens conditio militiæ plerumque impedit executionem quorumcunque pactorum. Eadem ratio eorum, qui longiſſimè negotiantur, quæ Aſtrologorum, aſtra cæli ex ſtationibus iſtis inferioribus, contemplantium, cùm tantummodo apparentiſſima quæq; oculis uſurpent, ad compluria particularia non penetrent.

Sic iſti res gerendas per compendium aſpiciunt, diſpoſitionem præſentē & particularē ſæpiſſimè ignorant, adeo ut nihil cōcludi poſſit, quod cum certitudine effectui debetur, niſi exacta accedat notitia. Commode tentatur diſpoſitio & vadum, ſed eminus; ubi vero agitur de articulis particularibus,

ribus, nihil ignorari decet rerum præſentium & gerendarum, ne difficultas in execution:, quod ſolet, ſuboriatur.

CAPUT LV.

Rex legat Ratisbonam ad Conventum Imperii.

NOn fugiebat Cardinalem, cum regi ſuaderet, Leonium Ratisbonam ad Conventum Ordinum imperii mittendum, ubi pacta iſta coibant, quid futurum eſſet: noverat etiam ſponte, in graviſſimis negotiis nonnihil forti permittendum; cum illa negotiatio ſaltem Imperatoris animum, complurium etiam Principum per Germaniam inſtitutum, qui opem regis implorabant, penetraret.

Quod ſi pacta coirent, quorum executio nullam inveniret facultatem, ad alia inſtituenda tamen profutura; cum ſic animi præpararentur; eo denique compendio, ne copiæ plures, quas Imperator in procinctu habebat, in Italiam tranſirent.

Politica reminiſcentia.

PRudens miniſter non ad unum ſolum finem contendit, ſed imitatur, quantum poteſt, ordinem providentiæ divinæ, ut ad plures ſcopos collineet, ne quid unquam præter aliquam utilitatem agat. Non ſemper conjicit oculos ad ſcopum: cumque non ſemper certo faciat quæ dicit, certum tamen ſemper habet, quod cogitat & inſtituit. Novit tramites & ambages & ſcopum poſtica pulſat, ita tamen, ut æſtimium & admiratio undiquaque conſtent. Eſt enim ſummus apex prudentiæ politicæ, illud inſtitutum ſuſcipere, ſalva promiſſorum fide.

Fatebor equidem, iſtud prudentiæ genus tantummodo convenire ſummis geniis, & ad miraculum acutis; adeo ut ea præditus gloriari poſſit, repertum ſibi modum ſecurum ad declinanda plurima incommoda; imo ad negotia complura felici ſucceſſu cumulanda, quæ ſine illa ope nunquam optatum ſortirentur exitum.

Advi-

Advigilabit tamen ſecundum iſta omnia, ut eadem prudentia comitem habeat fidem laudatam, omnique careat vituperio: unde inſtitutum ſuum ferè reddiderit inviſibile, dum alii majorem habeant fiduciam, & nihil animadvertant, quod intenſiorem vigilantiam poſtulet: quærent illum hinc inde, ubi nullus fuerit inveniendus, nullibi autem invenerint, quin ad defenſionem paratum offendant.

CAPUT LVI.

Exercitus Gallicus aciem ſtruit ſub aſpectum Caſalæ.

EX hoc inſtituto Schombergius, id temporis ſummus apud exercitum imperator, quàm potuit maximâ diligentia progreditur, ut viceſimo ſexto Octobris ſub conſpectum Caſalæ verſaretur, acie trans torrentem Gattolæ explicata. Supplicationibus pro more per univerſum exercitum factis, recta ducit in hoſtem, qui vallum per ſex millia paſſuum ſibi circumdederat ſpatio ſex dierum, optimè abſolutum; ut gloriam armorum Gallicanorum augeret.

Politica reminiſcentia.

IAm ſuo exemplo docuerat Rex, ab exordio belli Sabaudici, nihil moratus pacis conditiones, quas tum Mazarinius referebat, magnam prudentiæ famam conciliari Imperatori, ſi aurem præbeat, ſic tamen ut nihil deſinat bellum gerere, exortis omnibus generibus virtutis & audaciæ: ex conſilio Archidami, apud Iſocratem, cum certus eſſe queat, pacem plerumque fieri eo modo, ad leges longe honeſtiores.

Sicuti geſtus & conſtitutio totius corporis, Oratori & gratiam & potentiam conciliant, quod Demoſthenes eloquentiæ perfectionem roganti reſpondit; ita ipſa actio & motus

motus hoſtem potentiſſimè ad pacem traducit. Non expedit, imperatorem longum inſumere tempus in negotiando, ut actionem ſuſpendat; cum tempus dicendi poſt actionem ſuperet, & omnis ipſi laus fortitudinis ab agendo expectetur.

Solus geſtus agendi, ubi ordines explicat, aciem ſtruit, conflictum meditatur, non raro formidinem in hoſtium animos inſinuavit. Teſtabitur per diuturnam tranſactionem, pericula à virtute contemni; cumque victoria votorum ſit ſumma, nihil metuet, niſi eâ fruſtrari. Fortunæ inconſtantiam nihili faciet, cum confidat, per vim ipſius gratiam obtineri poſſe. Conſultum ſanè, ut prudentia ipſi primitus indulgeat tempus ad deliberandum; ſed ubi conſuluerit, animum aliis inſtruet, ad promptiorem progreſſum.

Felicem enim progreſſum nunquam fecerit, qui nimium temporis impendit periculo explorando; unde ſæpe numero ſumma inſtituta diſpereunt ex nimis diuturnâ conſultatione. Judicium arguit maturum, frigide cæpiſſe, ſed fervide, inſtitiſſe, ubi res ad momentum executionis proceſſit: quoſcunque enim pavor potuit ſiſtere, victos ut plurimum dabit. Bellum illis actibus accenſetur, qui gloriam ex conatu periculoſo ducunt: adeo ut pugnæ maximè ancipites, maximam ferant laudem.

CAPUT LVII.

Cardinalis Mazarinius dextrè tranſigit de Caſala inter regem & Hiſpanos.

UBi paſſus ferè ſexcentos exercitus à vallo Hiſpanorum abeſſet, conſpicitur Mazarinius inde concitato equo exire, & ad Schombergiũ contendere, ut nunciaret Hiſpanos tandem conſtituiſſe certas ſuſcipere leges, quas propoſuiſſet, & ſperaret ipſi ad bonum pacis procurandum non ingratas fore. Redderent oppidum & caſtellum Caſalæ, depoſiti nomine occupatum; ex universâ provinciâ Monferratenſi decederent, modò loca occupata non tenerentur in manus Meduanii tradere.

Re-

Religio enim erat ſic offendere majeſtatem Imperato-
is, donec parens ipſius inveſtituram tuliſſet: quo officio
ungeretur Imperii mandatarius aliquis, ut is deinceps
Meduanio, aut cuicunque ab ipſo ſubmiſſo eadem cederet,
ad viceſimum tertium Novembris, in quem diem inveſti-
ura erat conjecta. Aſſenſus etiam, ut ad firmitatem pacto-
um Imperii mandatarius Caſalam non ingrederetur, niſi
:um domeſticis, neque alia quacunq; re fungeretur, quam
ıt teſſeram diceret.

Iſtæ propoſitiones in medium prolatæ expendebantur
ı Forzæo, Schombergio & Mariliaco; qui diſpicientes,
d unum regi propoſitum, ut Mantuanum in Imperium
mmitteret, & pacem per Italiam firmaret, conſenſere,
ꝺoſtquam ſatis & obtinuiſſent gloriæ, & coactis armorum
:orripiendorum authoribus, ad ea prius ponenda: quod
'el Thucydidis judicio in hiſtoria non inter exigua lucri
:ommoda eſt computandum.

Sic deinceps obſtabant, ne exercitus regius progreſsis
n vallum effunderetur; ubi non parum difficultatis ap-
ꝺarebat, propter fervorem Gallorum, qui impatientiſsimè
'erebant, Hiſpanis eum laborem progrediendi, ſine me-
noria ſui, impune datum. Paulo poſt Hiſpani ex oppido &
:aſtello Caſalæ diſcedunt, uti Galli Citadellam deſerebant,
ꝗuo mandatarius imperii ſubivit.

Politica Reminiſcentia.

NOn ſine graviſsima cauſa Deus tempore legum Mo-
ſaicarum dici voluit Dominus exercituũ, cum manu
ua verſet animos Imperatorum, pacem aut bellum pro
ubitu concedat, adeo ut in ipſa aciei novacula cogat ali-
ꝗuando recondere arma, & pacem amplecti, ut ſciant, Nu-
ninis id eſſe beneficium ubi univerſa mortalium pruden-
:ia fruſtra fuerit, ſine illius opera.

Prudentia divina deducit omnia ad ſuum finem per me-
lia apparenter contraria, cum potentiâ polleat inſuperabi-
i; fruſtra igitur vires noſtræ exercentur, aut opponuntur
llius voluntati. Volupe eſt conſiderare ſolem, per tempe-
ſtatis furorem, ubi aër diſcinditur fulgure & fulmine, cùm
ſol nubem aliquam diffindit, & impetum ventorum ac

tonitruum demulcet, aërem perpurgat, tandemque diſſipat, quicquid lumen ipſius gratiſſimum præpediebat.

Quanto vero majori voluptate & admiratione aſpicias Solem juſtitiæ, armorum præſidem, vim ſuam exerere, quo momento rerum arma verſantur in procinctu, ut planitiem occiſorum cadaveribus ſternant, campos & fluvios ſanguine tingant, aërem fumo tormentorum & ſclopetorum obnubilent, omniaq; lamentis ac vociferationibus impleant; Si animi tum demulceantur, arma pugnis defluant, præcordia manſuetudine turgeſcant, paçemque, ut omnia uno comprehendam verbo, reſtituant? Nunquid ſecundum omnia iſta fatendum fuerit, poſtquam inſtiturum utrinque invertitur, Deum cogitata noſtra vertere in ludibrium; juſtiſſimamque illius potentiam præſidere ordini & arbitrio rerum humanarum?

CAPUT LVIII.

Caſalam infertur annona.

TAndem igitur aliquando Hiſpani, quorum faſtus parum conveniebat cum confuſo rerum præſentium ſtatu, quo colluctabantur, licet ægerrimè, Monferratenſis marchionatus loca occupata deſerunt: quemadmodum autem non tantum tergiverſationibus utebantur, quod per anguſtias temporis, uti ajebant, apparatum bellicum cum annona non potuiſſent transferre, ſed etiam artificium intenderent iſtud, ut hoſpitia à Gallis jam deſerta, proximè Caſalam occuparent: Hinc Triumviris viſum, tres legiones Gallicæ nationis, duce Mariliaco Caſalæ imponere.

Dictum, factum: Mariliacus tamen mandatario imperii exponit cauſas ſui regreſſus, cùm Caſalæ ſubſiſtere nullus conſtituiſſet, modo Hiſpani & Germani ex provincia Monferratenſi diſcederent: Quin nihil reprobravit, cum juſtum eſſet, utrinque ſimul diſcedi. Quidam tamen hoſtium eo caſu adeo ſtimulabantur; ut triumviri bipartito exercitu Livornum verſus, & Blanſæam ducentes, impetum à tergo metuere monerentur.

Fides

Digitized by Google

Fides illa parum tuta, ob periculum evidens non parum :onſternationis effecerat; adeo ut aciem ſtruerent, & perſecutores, virtutem expeditam nihil irritare auſos, per in-:egrum diem præſtolarentur. Interea ſpatio paucorum lierum illata ſunt Caſalam vel ſena millia medimnorum, ınde Galli eodem momento, quo Hiſpani & Germani ex Monferratenſi provincia decedebant, exiêre. Sic igitur leferbuit bellum hoc anno, tametſi pacta non penitiſſimè bſolverentur.

Politica reminiſcentia.

SUmmam imprudentiam committeret imperator, ſi hoſtem eousque contemneret, poſt victoriam partam, aut ocum aliquem occupatum, ut copias palari ſineret, aut ocaſionem derelictorum relictorum recuperandorum præeret. Ægritudo, quam hoſtis ex perdita victoria, aut obſiione ingratis ſoluta coquit, ſemper imperabit procintum, cum de vindictæ aviditate nihil dubitari poſſit: uem hinc ex vallo dejecit, caveat ne idem inde redeat oncitatior.

Nunquam credat, provinciam deſeruiſſe, quousque ulm locum ad reſiſtendum retinet; in quem uſum quods caſtellum, exiguo tempore communiendum ſufficiet, ne penitus exigi poſſit; vel etiam impetus in aliquam ppidi portam, cui pacta ſecuritatem præſtare debebant, oppido potitus, diutius ſubſiſtere queat. Deſperatio nim non raro hoſti animi fortitudinem geminat, qui etin profligatus, redintegrat vires, adeo ut excubiæ nunam non ſint agendæ. Meminimus etiam caſtra aliquanrupta, & exercitus diſſipatos, reſtauraſſe ordines, ut ſummo impetu in victorem ingruerent, tanto majori ipſius damno, quod imparatus ad defenſionem langueret.

CAPUT LIX.

Rex Sueciæ Germaniam invadit.

DUm rex arma Italiæ inferret, ad jura Mantuani aſſerenda, complures ex principibus Germaniæ, & inter cæteros Palatinus, duces Pomeraniæ & Megalopolitani, adeoq; marchio Brandeburgicus, ſecundum complures reſpublicas, æquè oppreſsi ab Auſtriacis, credidêre virtutem regis Suecici violentiam illam inhibituram, ſi de auxilio interpellaretur. Mittunt igitur ſæpius fiduciarios, qui animum illius vehementiſsimis precibus adjurarent ad opem ferendam.

Eo faciliorem inveniebant, quod contumeliam interpretaretur, literas relini, numeros explicari, & ſenſum elici: ſubditos negotiatores in mari Balthico captivari, mercibus expoliari, commercio prohiberi, quod tamen ex jure naturali & communi univerſo Orbi pateat; diverſis artibus tranſactionem cum rege Poloniæ impeditam; exercitus integros in Boruſsiam auſpiciis ſignisq; Imperatoris adverſus exercitum Sueciæ ſubmiſſos, idque ad perniciem, ſub prætextu eorum auxiliorum, quæ regi Poloniæ deberet; legatos modo plusquam barbaro. ad pacem negotiandam miſſos, rejectos; propinquos & fæderatos ſpoliatos, & imperiis exutos, ut ferè ad peram mendicitatis redacti eſſent, nullo penſo ullius rationis aut ſatisfactionis, quo juſtiſsima tolleretur querimonia.

Veriſsimæ ſunt iſtæ cauſæ, quæ animum generoſum extimulabant, injuriarum alioqui impotem; adeo ut claſſem inſtrueret, & exercitum validum trajiceret. Excenſionem facit menſe Junio in Rugiæ inſulâ, quam paucis diebus ſubjugat, ſuperatis fortiſsimis obſtaculis. Tranſit inde Straleſundam verſus, urbem Anſeatici fæderis, in littore maris Balthici, Ducatuque Pomeraniæ, cujus patrocinium ſuſceperat anno viceſimo octavo, ſupra milleſimum ſexcenteſimum, militemque in Continentem exponit.

Im-

Digitized by Google

Imperiales urbem iſtam longinqua obſidione usque ad Martii menſem, premebant, omnibus hoſtilibus etiam cum vigentibus, tametſi coacti receſsiſſent, poſt jacturam vicies mille pugnatorum. Eo autem caſu rerum ſeſe colligunt, diffiſi collatis ſignis concurrere, poſtquam tam properanter ex munimentis Rugiæ eſſent dejecti.

Politica reminiſcentia.

QUatuor de cauſis principalioribus reges limites regnorum egrediuntur: per ambitionem, quæ terminos agnoſcit nullos, vicinorum autem convellit, ut ſuos promoveat: propter iniquitatem ſoli patrii, qua ad opimiora quærenda perpelluntur, ut commodè vitam tranſigant, id quod primis noſtris Gallis, Vandalis & Gothis uſu venit. In ea opinione delitiantur, nullum hoc ſeculo inveniri principem legitimum, cujus imperium alia referat exordia; nullum utique juſtiorem titulum ferre, quam victoriam enſe quæſitam.

Egrediuntur etiam, ut vindicent injurias illatas, cùm licitum credatur, vim vi repellere & litem decretoriis armis terminare, ſecundum poteſtatem cælitus collatam. Denique & regna deſerunt, ut fæderatos aſſerant, cum non tantùm neceſſe ſit, principem gloriæ eximiæ cupidum, ab omni injuria abſtinere inferenda, ſed & neceſſarios ſuos, ſive compendii, ſive fæderis, aut ſanguinis ratione junctos conſervare.

CAPUT LX.

Conventus Ordinum agitur Ratisbonæ.

EOdem tempore convenerant Ordines imperii Germanici Ratisbonam; cùmq; rex Succiæ ſciret, conſultari de armis ſatis juſtiſſimis validè repulſandis; etiam, nullo penſo pacis juxta rationes propoſitas conciliādæ, ut nempe libertas & patrimonia reſtituerentur principibus, rebusq; publi-

cis expoliatis; Imperator nihilominus conſtituebat, per ſummum contemptum, Suecum ex Germania deturbare, marique Balthico demergere.

Sicuti autem obluctatio vigorem animorum intendit, ita ille acrius progrediebatur, ad eas res geſtas obſtinatus, quas executioni datas ſcimus. Antequam vero penitiſſimè negotium ſuſciperet, recurrit ad reges & dynaſtas, quibuscum fœdera junxerat. Ad regem perſcribit menſe Septembri rogitans per antiqua fœdera inter Gallorum & Suecorum reges, quibus ſubnecterentur promiſſa, non tantùm de benevolentia mutuum ſervanda, ſed etiam de reciprocis auxiliis, ſi quis caſus ferat; adeo ut tenerentur armorum vim & authoritatem interponere, ad eandem cauſam propugnandam, quæ ipſum transmare pertraxiſſet, in commodum ſcilicet neceſſariorum, ſimulque Galliæ fœderatorum.

Rex, cujus virtus fœderatis inferri injuriam non patitur, iſtanc petitionē tantò pronius excepit, quantò plus gloriæ ex illorum reſtitutione emicaret; legato igitur verbis commodiſſimis reſpondet. Cardinalis tamen regi expendendum proponebat, in hoc concurſu rerum ſacra præter territoria eſſe aſſerenda, ut rex Sueciæ teneretur, Romana non abolere, ubi jam vigerent. Viſum etiam, tempus ad deliberandum ſumere, pactorumque articulos definire, quos, cùm ſub anni inferioris initium fuerint perſcripti & conſignati, in ſuum locum rejicio.

Politica Reminiſcentia.

PRæcipitantia in determinandis negotiis ſummis, æquè eſt periculoſa, uti prompta eorum executio fuerit proficua. Prudentia utrinque præſideat. Quocunque juſtitiæ ſplendore negotia primitus fulgeant, ſiniſtris tamen ſucceſſibus ſubjacent, niſi matura deliberatione inſtituantur. Quamvis ſapiens conſtituerit hunc aut illum ad juſtitiam exactum ſcopum petere, tempus tamen mediis legendis ſumit.

Quemadmodum ſacrorum ratio per omnia eſt conſideranda, nihil promovebit, niſi eadem aſſeruerit, ubivis locorum, ubi prius viguerint. Imprudentes viceverſa cæci ruunt ad conſequendum finem ſemel expetitum, ut nun-

quam

Digitized by Google

quam explorent media perveniendi : unde ſæpiſſimè perplexi hærent in executione inſtituti, ut nulla feneſtrâ honeſtè evadendi repertâ, cogantur cum turpitudine deſiſtere.

Hinc Demoſthenes in prima Philippicâ ait, Non optimos eſſe conſiliarios, qui promptiſſimè conſulant in medium. Sic ſtomachi digeſtionem deproperantes non æque bonum faciunt chylum, ac moderato calore elixantes; quod Medici docent, & uſus comprobat: ita ingenia institutum per nimium fervorem & promptitudinem ſumentia, plerumque ſiniſtrum ſortiuntur eventum.

CAPUT LXI.

Rex Momorantium & Thoiraſium bacillo Mareſchalci ornat.

POſtquam rex aliquamdiu apud Pariſios commoratus eſſet, memor, honorum beneficia & juſta eſſe meritorum præmia, & utilia, ad æmulationem cæterorum, in exemplum, Momorantium, & Thoraſium bacillo Marechalci Gallici ornare voluit, in teſtimonium fortitudinis, quam ille per bellum Pedemontanum comprobaſſet; hic vero in obſidione Caſalæ univerſæ Italiæ præſtitiſſet.

Quemadmodum uterque famam publicam meruerat, ita nemo non collaudabat regis electionem, quos ad eum honoris gradum eveheret. Perduellio tamen illius, & vitæ inſtitutum hujus perverſum, utrumque postea dejecerunt ex aliquot gradibus meritæ gloriæ, cum manifeſtum facerent, fortitudinem & prudentiam non ſemper in eodem concurrere ſubjecto.

Politica reminiſcentia.

PRæmium meritorum adeo magnum trahit pondus in bono publico, ut virtutis uſus continuò ſit deſiturus

quamprimum nota eſſe deſierit honoris. Pauciſſimi mortalium in ſententiam illius Philoſophi demigrant, qui aſſeverabat, Nullum ſibi unquam rerum præclarè geſtarum fructum quæſitum, præter conſcientiam, cum ſatis felicitatis inveniret in illo teſtimonio domeſtico.

Vir generoſus præmium ne ſpectat quidem, ſed actionem & virtutem, præmiorum conciliatrices; non tamen diffitendum fuerit, inſignia honorum, quæ ſubſequuntur, non minus vividè ſtimulare ad patrationem. Hinc ſapientiſſimi Politicorum dixêre, duos reipublicæ axes eſſe præmia & pænas, ſine quibus nunquam defuerint turbæ, virtute penitiſſimè neglectâ.

CAPUT LXII.

Rex Servientum jubet eſſe Actuarium ſecretorum.

REx, quem nihil latet eorum, quæcunq; bono populari-um conducere queant, etiam aliud argumentum notitiæ ſingularis prodere voluit, poſtquam Beaucleri obitu Actuarii ſecreti munus vacare cæpit? ut Servienti meritis id conferret, quorum ſumma ſunt, Prudentia in negotiis Sabaudiæ & Pedemontii illuſtris; fides perquævis pacta inde ab ultimo uſu armorum laudata; notitia Exterarum rerum, unde eandem & felicis & magni famam acquiſiverat, plurimas occaſiones; ordo celebris, quem in exercitu ex poteſtate Juſtitiarii obſervarat; eloquentia, cujus teſtimonia inde ab adoleſcentiâ ejus, quamprimum ad rempublicam acceſſit, plurima extabant.

Ne autem tot eximias virtutes honore, & tot egregia facinora ſine præmio deſtitueret, viſum fuit, hoc minus, quatenus militiam attinet, ipſi imponere; quâ exquiſitâ electione rex oſtendit, quam appoſitè per prudentiam noſſet cujusvis dotes particulares, è genio ipſi obvias, diſcernere, ad uſum reipublicæ.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum munus Actuarii ſecreti inter maximi monimenti munera numeratur; ita oportet, ut cui id committitur, præditus ſit dotibus eximiis. Experientiâ polleat, ut de rebus domeſticis & Exteris agere poſſit ex occaſione: Nôrit intimè propenſiones particulares principuum, populorum Exterorum, & procerum regni, æquè ac compendia eorum omnium & jura. Elegantia ipſum ornet, quod rex ſuum ipſi calamum tradat, ut cum ſummis Monarchis, Principibus, Parlamentis, Ordinibus, & cuivis generi mortalium conferat.

Neque enim ſatis fuerit, mentem regis perſcripſiſſe, niſi circumdentur verba rege digna, plena majeſtatis, cum elegantia, ſermone maſculo & forti; unde abſit omnis fucus, omnis ſimulatio, emicent tamen virtutes, ad plauſum & celſitudinem neceſſariæ. Nihil equidem ineptius duco, quam regi ſermonem abjectum tribui. Elegantiam autem, quamvis in Actuario regis barbari ſtylum minus politum feras, turpe foret in Galliâ, ubi perpoliuntur literæ, eloquentia familiariſſimè habitat, & reges inveniuntur per omnia eximii, hîc deſiderari.

Ippſum nomen Actuarii ſecreti ſatis innuit fidem & taciturnitatem ſummè neceſſarias eſſe iſti muneri, etiam nobis tacentibus: tanto magis requiruntur iſtæ dotes, quod ſumma incommoda conſequerentur, ad propalata ſecretorum momenta.

CAPUT LXIII.

Rex Vindonicenſi ignoſcit.

POſtquam rex per ſeriem decurrentis anni oſtendiſſet fortitudinem invictam, ad ſubigendos hoſtes; prudentiam admirandam in ordine rerum, quæ bellum ac pacem ſpectabant: firmitudinem inconcuſſam adverſus geni-

genios ſeditioſos, artificiis mirabiles; juſtitiam plenam fortitudinis, ad fœderatos ſervandos; cæteraſque virtutes, ut compendio dicam, quæ maximè emicant in regum coronis, annum placuit terminare actu aliquo Clementiæ & Vindonicenſi gratiam facere delictorum, ſecundum pænitentiæ relata teſtimonia, & ſtipulationes fidei optimæ, poſtquam ſylvam Vincennarum ſatis diu captivus incoluiſſet, ad hanc legem redditâ gratia aliquamdiu extra aulam & regni limites abiret.

Politica reminiſcentia.

ENim vero Principem ſummum procerum delicta ſuſtinere, quæ nullum reipublicæ trahunt periculum, & humili pœnitentiâ emaculantur. Generoſiſſimus quiſque clementiſſimus; cui æqua gloria ex offenſarum oblivione, ac ex meritorum recordatione ſumitur. Imperator ille per univerſam Antiquitatem laude claruit, qui optabat nullam ſcire literam pingere, cùm aliquando neceſſum haberet ſententiam extremi ſupplicii ſignare. Ipſe Salomon ſapientiæ ad omnes reges abſolutum exemplar, dicebat, in eo verſari hominis gloriam, ſi offenſis nihil moveretur.

Debet tamen, ſecundum iſta omnia, rex advigilare, ne Principem aut quemvis Magnatum ad aulam revocet, qui ex juſtitia, quam incurrerit, offenſus, occaſiones vindictæ in negotiorum concurſu poſſet quærere, aut ſponte inire. Occaſiones enim attrahunt potentiſſimè animos, etiam inopinantes. Minima offendicula refricant memoriam ſuperiorum. Vix etiam fieri poteſt, ut Magnatum quiſquam regem amore proſequatur, à quo arbitratur illatam contumeliam; eâ igitur animi diſpoſitione ferè propendebit in factiones, quas occaſioni ſeſe præbenti applicabit.

Difficillimè redintegrantur diſrupta; adeo ut reconciliatio in negotio amicitiarum, majoris non ſit virtutis, quàm gluten, quod redintegrandis vaſis adhibetur, & ex leviculâ alliſione remittit. Injuria quævis imaginem rei dabit, aut contumeliæ opinio, quâ princeps reconcilia-

Digitized by Google

iliatus recalcitrabit, ſumis rebus admotus. Quicunue enim arbitrantur, memoriam pejoris ſortis ex juſtitiâ, acilè aboleri, plurimum falluntur.

Id ſummum ſanè effabitur Stoicus, gloriam inveniri 1 oblivione injuriarum. At Principes nihil philoſophanur, ab iſtis axiomatibus remotiſſimi; unde certiſſimum tis malis remedium mutuandum à ſequeſtratione, ne ccurrant, quod in aulâ ſolet, tricarum conſarcinatores, t periode vel inviti ſervent obſequium, deſideriis fruſtrà :rventibus.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER VIII.

M. DC. XXXI.

CAPUT I.

Ægritudo reginæ matris.

Onge jucundius contemplamur cæli machinam millenis, iisque diverſis diſtinctam aſtris, aut ubi eorum lendor reconditur, Solis radiis coruſcantem, & lætiam terræ; quam ubi prodigiis territat, fulguribus :ducitur, nubium molibus decumbit, fulminibus contitur, & poſt aulæa tenebrarum, quas atra nox inducit :nſas, recedit. Nemo ambiget, eandem fuiſſe faciem lentem, gelaſino ad gaudia invitantem Galliæ per ſplenrem tot victoriarum, quas annus ſuperior obtinuerat tranquillitatis ſuavi otio, quod obſequio Magnatum, concordiæ populorum acceptum referri poſſit, poſtiam regis adeo ſapientis regimen ordini concinno omnia adidit, adeo ut nemo non pace frueretur & facultatibus is.

Nam

Nam quantæ ærumnæ poſt pavores non inanes ſuboriuntur, ubi Gallia tricis undiquaque involuitur, factionibus turbatur, & concuſſionem univerſalem minitatur, per clientelas inter Magnates regni cum exteris inſtitutas? Quemadmodum vero per leges hiſtoriæ teneor utramque illius faciem depingere, gravius etiam urgeor ad tempeſtatum luctas deſcribendas ſatis frequentes, quod res geſtæ regem gloriâ cumulant, & conſiliorum prudentia Cardinalem ornat, quo momento rerum ſumma cura eſt, declinandorum civilium bellorum.

Quamvis regina mater commodè poſſet degere, poſtquam undiquaque ipſi erat ſatisfactum, adeo ut inter beatiores, juxta & potentiores principes mortalium, ſi vellet, numeraretur; non tamen ſibi ipſi tranquillitatem animi indulgere avebat, poſtquam ſecta illa, cui ſeſe obſidendam & regendam permiſerat, id perſuaſiſſet, ſuæ majeſtatis ſplendorem ex Cardinalis exitio demum clareſcere. Cum rege æquos partiebatur honores, omnes omnino Galli in æmulationem conſpirabant, qui potiorem ſumeret reverentiam, & promptius deferret obſequium, cum inſtituti ſuavitatem eouſque animadvertiſſent.

Redditibus ſanè fruebatur majoribus, quam tres reginæ viduæ ſimul: Nullæ expenſæ ſuperabant ejus prodigalitatem, quod faſtus Palatii Luxemburgici abundè præfert, jam in æmulationem Luparæ, ubi opus ad abſolutam perfectionem ulterius proceſſit, quam ullum à ſuperioribus regibus inchoatum. Neque ipſa ibit infitias, abſolutam pene authoritatem ſibi in republica permiſſam, cum rex tantundem adminiſtrationis permitteret, quantum votis illa complecteretur. Nulla de re gravioris momenti in Senatu ſciſcebatur, niſi ex ipſius ſententiâ.

Quotieſcunque neceſſitas regem à Pariſiis retraheret, gubernationis adminiſtratio nunquam non in ipſius poteſtatem recidebat, adeo ut etiam Legati exterorum ex regis conſtitutione ipſi adhærerent, ut notitiâ rerum exterarum delectaretur, & illi ab ore ipſius, de voluntate regis fierent certiores. Quid vero ad gloriæ auguſtiſsimæ honorem accederet? Nunquid ipſi licuit dulciores decerpere fructus, per tranquillitatem, cum ſpinas & tribulos

poſſet

poſſet non tangere, regique transmittere, qui ſane ſentiebat, quanta intemperie laboraret in ſumma rerum in bellicis ſudoribus, in moleſtiis itinerum, quæ in ipſius perſonam ſine remiſsione incumbebant.

Fruebatur ea poteſtate, ut quæ viderentur, patraret, ſi reipublicæ ſumma negotia duntaxat excipiamus. Secundum iſta omnia nihil ominus ſecta illa factioſa, qua cingebatur, per abuſum nimiæ facilitatis, ut votis ſiniſtris quorundam particularium ſatisfieret, tantam tranquillitatem conturbare nunquam deſiit ſuggeſtis alienis opinionibus, de adminiſtratione reipublicæ. Sic æmulatio adverſus Cardinalem ſuſcitata, & deſideria horſum vorſum accenſa, ampliorem etiam reipublicæ partem expoſcebant, unde invidiæ æſtrum animum pupugit, ut res à rege geſtas nullo cum gaudio indignabunda inaudiret & pavorem intempeſtivum de Exterorum irruptionibus tanquam victoriarum exilium caſtigationem conciperet, tempeſtatis calamitoſæ metuens.

Sic actiones Cardinalis ſummæ, quas Exteri admirabantur & formidabant, nullo alio numero veniebant, quam qui ingenii vafriti em oſtentaret, & impoſturas necteret. Hinc factum, ut benevolentia regia contempta, reverentiam dignitati ſolitam querelis oneraret; adeo ut tranquillitatem animi & quietem ſponte projiceret, vitâ in ægritudinem mentis demersâ.

Politica reminiſcentia.

MAgnates, ut ceteros deſpiciant, non tamen majore beatitudine aut certiore quiete fruuntur, deſideriorum torrentibus abrepti. Eadem hic quæ maris ratio, quod vaſtitatis immenſæ, ventorum violentiis eo magis exponitur; cum propter potentiam ſummam nihil minus ſubjaceant procellis inquietudinis: licet ultra neceſſitatem plurima poſſideant, tamen libidine ad potiora extenſa, ubi neceſſitas jacet, lubitus dominatur, quiete ſponte carent; adeo ut cogamur credere, Naturam diademata paupercu-lis negaviſſe, tranquillitatem nihil ominus beatiorem, vel ad illorum invidiam contuliſſe, per ingenii quietem.

Vide-

Videas flammam in apice ſuccenſæ facis ellychnio duntaxat inhærere, tanquam alimento, ut ex vigore inde hauſto indeſinenter ſurgat, & cælum verſus acumen erigat quaſi dedignaretur locum hoſpitii, ad concava Lunæ emergens: Sic ſanè Magnates, ſplendidi præ cæteris mortalibus, nequeunt coſiſtere in tranquillitate animæ, quam ex authoritate trahunt, adeo ut mens ſuccenſa perpetuo conatu allaboret, ut ſupra omnia efferantur.

Nunquam quietis licebit eſſe, niſi ad imperium populorum etiam jungant deſideriorum frænum, quæ Natura in animis illorum æquâ cum cæteris mortalibus ſorte ſub oriri patitur. Econtra vero quicunque rectam rationem voluntati circumdederit, hanc felicitatem vaſtæ fortunæ addit, ut turbis per vitam careat.

CAPUT II.

Odium reginæ matris adverſus Cardinalem.

INtenſum deſiderium ſubvertendi Cardinalis principalem præbebat cauſam turbandæ reginæ matris: neque enim dici poteſt, quantâ inde inquietudine exerceretur. Fidiſſimi aulicorum ad tantam commutationem ſtupebant, qui cum cæteris manſuetudinem ejus per omne vitæ inſtitutum viderant. Non igitur ipſa incuſabitur iſtius violentiæ, quæ juſtiſſimè tranſcribitur quibusdam ingeniis turbulentis, manſuetam mentem præter opinionem & ſenſum eo deducentibus.

Quicunque ad ipſam crebrius acceſſerit, aliud nunquam feret judicium: ſed qui tantillam perplexorum illorum temporum notitiam habuerit, non ignorabit, reginam matrem in Conventu Dupæo prorupiſſe palam in exitium Cardinalis, poſtquam inimici tanti viri ipſi conſuluiſſent rerum extrema, propter iſtas rationes: Tum quod nunquam animos inducere poterant, regem in recuſatione illius perdendi obfirmatum iri, modo

dò peturgeret ipſa, & maternos affectus, nimium potentes intenderet, ad captivandum filium, omnis obſequii erga dilectiſſimæ matris vota tenaciſſimum.

Tum quod perſuaſum habebant, Cardinalem ſuperiorem tricis à caſtigatione ſectarum ſeditioſarum, quas in ipſius fortunam, & adverſus Regis commoda conſarcinâſſent, nunquam abſtenturum vindictam, adeo ut conſultius videretur, primis erroribus inſiſtere.

Politica reminiſcentia.

QUibus negatur familiaritas Solis, ad Lunam deſcendunt, ut qualicunque ſplendore coruſcent: ita genii minus apti ad res ſummas mediocres conſectantur; ubi maſculæ virtuti minus placent, ad fæminam tranſeunt. Sed nunquid iſti furum inſtitutum ſumunt, qui interdiu coercere coguntur manus rapaces, ſub oculis vigilantium, de nocte graſſantur per tenebras, ut compendia adipiſcantur?

Magnatum vero intimi, cum imperare deberent, domi maximè quisque ſuæ, & inter familiares, ſponte mancipantur famulorum deſideriis, dominosque legunt ex famulitio. Nulla ipſis cura, hominem induiſſe, niſi ad libidinem; aut natales cohoneſtaſſe per virtutes vere regias; adeo ut equos non abſurdè nuncupes, qui ſeſſorem recipiunt, antilenâ & poſtilenâ coercentur, calcarium ſtimulos patiuntur & ex ſenſu nimio illorum feroces aut efferati, habenarum ductum, adeoque virgæ umbram ſequantur.

Pabulum præbetur voluntatum, quo obſequentiores reddantur, ad ſeſſoris compendium. Quis enim tandem ex turbis illis provenit fructus, niſi quem turbarum authores colligant, aut ex agro principum ſubditorum aut ex penu ſupremi Monarchæ? Eandem conditionem nemo villanus mancipiis nedum libertis aut libertinis indulſerit, ut ad menſam paſtus, ad miniſtrationem familiæ projiciat.

CAPUT III.

Matronæ circa reginam matrem turbant.

HIſpanorum clientes, quorum magni intererat, Cardinalem perdi, ardores incendii alebant, cui miniſterio infami conciliarant matronas quaſdam, reginæ matri familiares: eo numero cenſebantur tres ſummæ principes, primæ admiſſionis, Contii uxor, & Elbæuii, cum viduâ Ornani. Acceſſerant plurimi magnatum ex regis aula, quorum alii de ſumma reipublicæ floreſcente parum ſolliciti, privata captabant compendia ex inſtituto procedente: alii implicitos ſeſe videbant ex amoribus, quibus hanc vel illam deperibant; alii denique ſolo ingenii laſcivientis impetu adfaſtidium adminiſtrationis prolapſi arguebantur.

Animus malignior, & diffidentior, quam qui reginæ matri erat, potuiſſet venenatas illorum artes declinare: ſed eò majus commodum ex illius manſuetudine trahebant, quantò majorem benevolentiæ partem ipſis proſtituerat. Neque enim alias ipſi per hoc inſtitutum rationes exponebant, præter ſummum ſuum deſiderium, quo deperirent, ut illius potentiam & authoritatem ſartam tectam conſervarent; quo demum faſcino efficaciſſimo Magnatum animi cæcantur.

Deinde circumvallatæ aures ita obſidebant, ut penè impoſſibile eſſet, errorem demonſtrari, ſi cui libuiſſet animum aperire. Ex oculis ferè nunquam amittebant, adeo ut ſi aliqua trium illarum luſciniarum neceſſum haberet diſcedere, præſto eſſet alia, tum ne familiares verè fideles tempus arriperent erroris demonſtrandi, tum ut ſermones inceptarent, fovendo incendio accommodatos.

Inſtillabant in animum exulceratum, fiduciam, quam rex de conſiliis eximiis Cardinalis concepiſſet, nimiam teſtari authoritatem, ut ad invidiam violentiſsimè perurgeretur: Subdebant honoris ſtimulos, ut ipſa orbi Chriſtiano manifeſtum faceret, non adeo exiguam ſibi in republica potentiam, quin voluntatibus pondus addat, præ genio illo gal-

linæ

linæ albæ filio: appendicis loco veniebat reſtitutio Mantuani, qui in veſtibulo recuperati imperii ſtabat, gravi crimine oppreſſa, ac ſi principis illius, commoda cum Galliæ emolumentis minus cohærerent, & regis gloriam obfuſcarent; adeo ut odio acerbo omnia ceſſura crederentur.

Poſteris difficulter fidem fecerint hiſtoriarum commentarii, eo uſque proceſſum, ut fides tanti miniſtri in dubium ſit vocata, quaſi conſtituiſſet thronum regium invadere cũ pernicie liberorum regiorum; cum expendendum eſſet potius, quoties ille vitam, facultates & honores, illorum gloriæ immolaſſet per omnes, quas ſors offerebat, occaſiones. Si quædam ſecreta reipublicæ, ipſam ignorare contingeret, non deſinebant fortunam illius deplorare, quaſi conſultum fuiſſet, omnia & ſingula communicari fæminæ, exterorum factionibus immixtæ, ad diſpendium conſiliorum regiorum.

Admirabundi ſtupeſcebant in illius præſentiâ, quomodo Cardinalis ferret, regem Aurelianenſi matrimonium Mariæ porrò ingerere, cum demonſtrandum eſſet illum neceſſarium aulæ, id quod minimè optabant. Præter omnem etiam rationem fuerit; ſimulationis macula conſpurcari ſincera Cardinalis officia, ut jam animo ſederet, redintegrationem gratiæ in proprium duntaxat quæri commodum, donec occaſio naſceretur ejus ejiciendi, id quod Luynius eſſet auſus; certa fiducia perſequendi de eo perdendo inſtituti.

Iſtis ſermonibus factioſi plerumque utebantur, quos rectius carmina dixeris, ad faſcinandum illius animum, unde manſuetudo inſita ingenii diſperiit, ne reconciliatio locum invenire poſſet, ſed ut ipſa conſiliis pernicioſis inhæreret, & prudentiæ ſummæ columen, quo tamen ipſius authoritas nitebatur, everteretur, cum Gallia juxta tot officia, gradum ſatis eminentem gloriæ non inveniret quem ei conferret.

Politica reminiſcentia.

NIhil fere unquam occurrit, quod ſummarum Principum familiares, in animum inducere nequeant, poſtquam partem confidentiæ abſtulerunt, artibus aulæ ad corruptionem pronis. Prima diſpoſitio ſumitur ab

inſinuatione, quaſi extremo ferantur ſtudio ad eum unum ſcopum intenti, ut gloriam illarum augeant; gnari utique, ſtudium iſtud rationis induere formam, quæ quidvis perſuadeat fæminis. Videas, ſollicitè cavere, ne in ſenſum illarum impingant, re aut verbis: errores omnes palpo mitigant, adeo ut & in laudem vertant, vulneribus deinde inveteratis omnem reſpuentibus manum ſalutarem.

Cumque ſumma libertas conveniat amori & odio, profitentur tamen palam, eundem cum principe amorem & idem odium: inſerviunt fervido ſtudio per omnes occaſiones, pares tamen proſtibulis, quæ amaſiis quæque proſpera cupiunt, præter prudentiam & judicium. Quandocunque faſtidium alicujus animadvertunt, calumniari incipiunt opprobria. Longe potiorem habent impoſturam, quam veritatem, ob diſpendium benevolentiæ; adeo ut ex libidine comprobata dilecti, & per officia minutula, quibus animi illius ſexus & faſcinantur & captivantur, potiorem partem in illarum confidentia adipiſcantur.

Sed quis referat, quot artificiis valeant inſtituere obreptionem? Nemo enim facilius nobis impoſuerit, quam qui amoris noſtri fert opinionem. Illa benevolentia per diffidentiæ negligentiam creſcit: accedit & familiaritas, non exiguæ poteſtatis, vel ex tempore molliſſimo, & occaſione deliberata proferendi. Nullum unquam periculum ſubeunt, ex libertate quidvis dicendi & quocunque tempore, adeo ut propenſum earum odium facillime in ſcopum præfixum effundatur.

Operam primam impendent diffidentiæ aut æmulationi ſuſcitandæ, admodum ſollicitæ, ne quis ſermo ſine teſtato deſiderio, pro auctario authoritatis in ſpeciem licet aſſumpto elabatur, ut ſic ſuggeſtiones habeant gratas. Deinde, ubi invenerint feneſtram, ad inſinuandas illas diſpoſitiones non deſierint novos aſſultus meditari, ad formidinem mali futuri, per odium Vatinianum. Quæ omnia tanta vafritie ingeniorum, quam mille artes juverint, ex Lycæo illo aulico, peraguntur, ut ſummæ Principes eò minus ſibi caveant, quanto operoſius per familares ipſis ſubducitur veritas.

GA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

Cardinalis conatur demereri gratiam reginæ matris.

QUemadmodum Cardinalis omnium ubique mortalium gerebat animum gratitudini & reverentiæ mancipatiſſimum, ita nullus unquam calamus ſatis depinxerit, quanto dolore odium iſtud reginæ matris ſuſtinuerit: unde ad quævis obſequia ſeſe dimittebat, ſi benevolentiam illius demerendi facultas eſſet ulla. Aliquantulum temporis à ſolennitate Martini Epiſcopi impendebat extremo niſu ad Cardinalem perdendum, apud animum regis, ut nec aſpectum ferret. Is autem nullo alio felicitatis momento lætus, quam ut regiæ dignitati inſerviret, & teſtimonia fidelitatis præſtaret, ſinceriſſimam mentem in ejus aſpiciendæ, adeoque affandæ honore ponebat.

Aliquoties in mentem veniebat pater Suffrenus, conſcientiæ arbiter, ſenſu extremo doloris iſtius permovendus, ut ſatisfactionem quamcunque interponeret, animumque ad priſtinam benevolentiam à confidentiſſimis averſam, reduceret: optimus ille ſacerdos rem eo libentius ſuſcipit, quod videret, illa reginæ matris intemperie aulam dividi, rempublicam in partes diſcedere, factiones ali, & ſectam adverſus regem ipſum foveri.

Addebat ipſum Deum imperare, ut odium iſtud deponeret, oculoque benigno aſpiceret, qui tanta regi filio præſtaret beneficia. Cùm autem diſpoſitionem optatam non reperiret, ad ſaniora conſilia, Cardinalis lubentiſſimo animo ſuſcipiebat Bannii, quem Pontifex ſummus legaverat, & excellentiſſimo ingenio, & ſumma dignitate purpuratorum celebrem, oblatam operam ad eundem finem. Ibi ſanè nemo quicquam addiderit ad ſollicitudinem ipſius, aut prudentiam, ſi qua ratione intemperies illa ad tranquillitatem reduci poſſet.

Obtinuit tamen aliquod compendium, ut ſcilicet conveni-

veniendi eſſet copia, & præteritorum abolitio ſanciretur. Viſitatio illa inſtituta in palatio Luxemburgico, per oculos, ſermones, & geſtus reginæ matris abundè manifeſtabat, ſimulari tantum illam reconciliationem. Itaque viſum, cauſam potentiorem adhibere, ut videlicet, quod pietati Patris Suffreni erat negatum, Cardinalis Bannii & merita & munia obtinerent.

Ipſe rex diverſis vicibus ſuam interpoſuit authoritatem, aut potius preces vehementiſſimas, per adjurationes ſummas, amaret, qui ipſam & regem eſſet demeritus, tanquam fideliſſimum clientem, miniſtrumque ad graviſſima inſtituta reipublicæ perſequenda aptiſsimum, poſtquam eorum fundamenta eſſent probiſſimè jacta. Rogabat, ut priorem erga Cardinalem benevolentiæ uſum reciperet, ſenatum frequentaret, eâtenus intermiſſum, iis adductis rationibus, quas recuſare nequibat, adeo ut bis terue deliberationibus intereſſe ſuſtineret.

Ajebant quidem, malevolentiæ ſuccentores conſuluiſſe, ut regis voluntati concederet, donec majorem apud ipſius animum adipiſceretur fidem, & nova diſpiceret ad Cardinalis exitium machinamenta. Non tamen aſſeveraverim, manſuetudinem illius fidem adhibuiſſe; ubi monuero hoc unum, odium ſemel conceptum adeo acerbum fuiſſe, ut ſimulatio brevi deſineret, ex aſpectu admodum moleſto; unde novum ingruit inimicitiarum exercitium.

Politica reminiſcentia.

MAniæ plurimas ſpecies recenſent medici, tum ex cauſis, tum effectis & accidentibus; ſed ſecundum cenſum morborum. In quam claſſem odium compingam non ſatis intelligo, quod illud videam ſymptomate vario laborare. Cum autem nulli non morbo inveniatur remedium, miremur huic uni nondum repertum; adeo ut & curioſiſsima officia ſiniſtrè accipiantur, & averſionem trahant.

Mentem cujusvis mortalis ajunt chartæ virgini ſimilem,

Digitized by Google

lem, quæ quamvis ſcripturam admittat, ſed primam tincturam, adeoq; delineationẽ ſervet. Quod ſi continuis ſtillicidiis animus alioqui ſolidiſsimus perforetur, ut cedat; quid cenſebimus, matris dilectiſsimæ molimina apud filium obſequentiſsimum valitura? Meminimus tamen arcum nimium tendendo rumpi, & patientiæ exemplar, ovẽ manſuetiſsimam, tandem aliquando irritari; cùm longè diverſiſsima ſit ratio obſequii privati & publici.

Romanus ille filio conſuli occurrit eques, idemque privatus ſed deſcendere juſſus, ſi conſulem convenire vellet, agnovit authoritatem muneris. Ut jam de rege ſapientiſsimo nihil inferam, qui juvenis licet, & penè puer, matri omnem honorem habuit vel ſeſsione ad dexteram comprobatum; honorem non advertit, ubi de reipublicæ bono; adeoque regis ſalute ageretur, quæ malevolorum inſtituta facilis reginæ matris genius neutiquam intelligebat: unde filio regi nulla religio, reginæ matris ſublestæ petitioni nihil aſſentiri, ſed ex majeſtatis faſtigio ſubdolis necem irrogari.

Ubi nuptiæ fiebant in Cana Galilææ, opportuniſsimè videbatur monere, inſtare, perurgere, beatiſsima Virgo, Salvatoris mater, ut aliquo miraculo conſuleretur honeſtiſsimorum neogamorum inopiæ. Sed Salvator nihil motus, officii Oeconomiam explicabat, adeo ut nec matris nomen proferret, ſed fœminam vocitaret, quæ publicis abſtinendum ſciret.

Neque verò ullum invenias præfectum regium, qui à voluntate & mandatis uxoris dependere velit; aut ullum Epiſcopum, materno nutui quantumlibet obſequentem, ut in Eccleſiaſticis ad voluntatem privatam deſcendere velit, adeoque poſsit. Civium fuerit, uxoribus minutula quæque aperire, quod tamen rarius fieri, querelæ quotidianæ oſtendunt; ſed regem illud decet ſilentium, ſexui fœminino graviſsimum, quod nullas facultates, nulla compendia privata, niſi ipſiſsimam rempublicam concernit; quemadmodum diverſitas negotiorum diverſam rationem ſuſtinet.

Sic de viro literato rectè dixerimus, Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter, cum contemplationis

ſit exiguus uſus, niſi per vitæ agendæ tenorem celebretur. Longè diverſiſſima ratio Politicorum, quibus reges vitam facultates, & rempublicam committunt. De illis igitur non improbè dicitur, Scire tuum nihil eſt, ſi te ſcire hoc ſciat alter. Acquieſcât igitur fæminæ in taciturnitate politica, ne imprudentes effutiant, quæ rempublicam aut labefactare, aut evertere queant.

CAPUT V.

Schombergius ad eundem contendit.

SChombergius, cujus conſilia olim magni faciebat regina mater, reverſus ex Pedemontio, credebat & ſibi periculum faciendum, ſi fortè genius efferatus demulceri poſſet. Inſtruit igitur aciem rationum, & tanta induſtria dimicat, ut ipſa intelligeret, ſic ſuiſmet rebus noceri, tametſi ex amore & reverentia regiæ dignitatis nollet, quicquam concedere. Noverat enim, diſpendia ille quæque aperire Magnatum animos & flectere.

Ante omnia ſupplicabat, reſpiceret, quanta ex Cardinalis conſiliis traxiſſet commoda; ex qua fiducia evaſiſſet princeps ſui ordinis glorioſiſſima, cum jam mirabili labyrintho ſeſe induiſſet ex malevolorum conſiliis. Scimus, inquiebat iterato, illum ſemper conſuluiſſe, ut regem ſummè amares, eadem reputares cum ipſo commoda & diſpendia, inſeparabiliter conjuncta, cum perpendiſſet, omnem tuam authoritatem, adeoque animi tranquillitatem inde pendere.

Quicunque autem hoc temporis tuæ majeſtati ſuggerunt diverſum quid, negare non poſſunt, ſic omnia in extremis verſari. Rogitabat, aperiret oculos, examinaret diſcrimen illius & hujus tempeſtatis, & animum induceret, ex concordia cum rege vel votis potiora obtingere, ſecundum Cardinalis fiduciam. Si luberet major authoritas, jam tantummodo rogari, ut Senatui intereſſet, ad illam augendam, ac ſupremam authoritatem aliquatenus partiretur: ſi deſideraret gratuita quædam, meminiſſet, Cardinalem nunquam ipſi defuiſſe.

Stu-

Studium intenſum in ipſius commoda etiam iſtos ſermones expreſſit, ſi in diſſidio cum rege perſiſteret, invitum regem à confidentia receſſurum; quo caſu rerum, omnem perderet authoritatem, obſequio apud populos continuò exoleſcentem.

Adeo robuſtæ erant rationes iſtæ, ut nullo modo videretur repugnatura; locum ſane feciſſent, niſi ab aliquot geniis turbulentis obſeſſa, ſuſpicaretur authoritati ſuæ ſic derogari, ſi minus in hoc negotio evaderet ſuperior, adeo ut incendium inſigni opera aliquantillum reſtinctum, jam vehementius exardeſceret, ex obſtinatiſſimo animo, quem infelices illi genii ipſi induebant, adeo ut veniam ſupplicem, quam rex nomine Cardinalis expetebat, recuſaret, eo ſane impetratu faciliorem, ſi ſapuiſſet, quod nulla offenſa interceſſerat.

Politica reminiſcentia.

Nihil facilius penetrat Magnatum animos, quam violentia, ubi gradus factus eſt ad perſuaſionem, illam aſſerendæ authoritati inſervire. Quemadmodum ſola potentia cæteros mortales anteſtant, proniſſimè ſubruunt obſtantia. Fæminis hic morbus familiarior ex infirmitate, & obſtinatione majori. Levitas, ſexui congenita, nullo negotio ab uno extremorum ad alterum perpellit, adeo ut mediocritatem neque amare, neque tenere queant, benevolentiæ ac odii.

Mireris etiam, ad repulſam plurimum valere preces vehementiores, inprimis apud offenſiores; ſic enim ab iracundia demigrant in furorem: licet etiam haud improbēt propoſitionem; Nam ad recuſationem̄ ſuffecerit faſtidium oratoris. Rigor vehementius dominatur voluntati, quam ſupplicationes, idque apud faſtuoſiores per potentiam, ubi ſummus metus ex illarum acumine, dum prudentia deficit.

Præterea fruſtra allaboret, qui ſuſpiciones ex animis exſtirpet, quod genii iſti couſque macerentur in eo genere obſtinationis, ut pene nunquam methodo legitima eximi queant, ubi forma imperium in univerſos mortales acquirit ſummum, videas debilitatem ſexus ferre tyrannidem

deſideriorum; Odium ſanè adeo dominatur ut ſemel ſuſceptum, nunquam exuere queant, quicquid coneris & inſtituas.

Quamvis autem crediderim, reginas maximam partem iſtis erroribus eximi, quos ſexus nævos trahit, cum particulari Numinis gaudeant favore, imagines utique divinitati, & in terris & in cælis reverendas; rarius tamen videas & ipſas violentia ſuperſedere, quam ſummæ authoritati inſeparabiliter connexam videas.

Hinc & Ariſtoteles præter cæteras rationes ait in Politicis, Incapaces eſſe adminiſtrationis publicæ, ubi clementia ſemper viguit inter firmiſſima fulcimenta. Fatendum inſuper, etiam cum temperamento generoſiore natas, majorem metum intentare, quod ex inopiâ prudentiæ minus authoritatis nactæ, à rigore ſuppetias ſumant, obfirmenturque adverſus quoſcunque in ſuſpicionem collapſos.

CAPUT VI.

Aurelianenſis improbat tricas reginæ matris.

FRater regis, qui non ignorabat, reginam matrem cenſu ſubditorum eſſe apud regem, præter progenitricis reverentiam, unde teneretur, in negotio, quod abſolutiſſimè complecteretur reipublicæ ſalutem, obſequium præſtare, non poterat approbare refractarium illum animum, adeo ut & regi mentem ſuam aperiret. Sermo autem, ſuper hoc negotio inſtitutus, ſumme erat regi gratus, ut vel inde conſtitueret quidvis in illius gratiam facere, ad ſuſtentanda hæc animi æquiſſima ſenſa, , poſtquam eadem proteſtatione particulari apud Cardinalem etiam roborari viſum eſſet, additis iis verbis, quæ benevolentiam & amorem præferrent, erga virum reipublicæ admodum neceſſarium, uti agnoſcebat.

Scimus tamen, intimos Magnatum ſolere juſtiſſimas pervertere propenſiones, inſtrumenta videlicet exorbitantiæ, contra officium: rex itaque conſultum putat, Coniæum, Puylaurentium & Monſigotum, ſummos fiduciarios, face-

Digitized by Google

facere ſuos: gnarus etiam, nulla unquam, licet ſolidiſſima catenâ, id genus hominum firmius conſtringi, quam beneficiis; animum inducit, nihil amittere ad illorum honores augendos, nihil parcere, ad illorum deſideria explenda, ut ſic iſtos abſtineret à perſuaſionibus factioſorum.

Puylaurentio igitur adnumerantur trecenta millia librarum, ad emendum Ducatum Anuillanum; Coniugo conceditur munus Præſidentis emortuale, in Summo Pariſiorum Senatu præter ſpem Cardinalitiæ purpuræ, adeo ut rex in eam rem ad ſummum Pontificem perſcriberet. Monſigorus aufert quinquaginta millia librarum, quæ donaria immenſa cum ſumma gratiarum actione ſuſcepta, trahebant millenas proteſtationes, de principe ad concordiam & obſequium erga regis voluntatem ſemper flectendo.

Politica reminiſcentia.

MAximi eſt momenti, ad commoda regis, ut familiares intimos Principum regiorum ſuos faciat. Eo enim ſolo modo retinentur in officio, cum vel inde rectius id perſuadeant, puod ſæpenumero in animum quidvis inſinuent & imprimant. Principes plerumque quocunque tandem genio excellenti connaſcantur, voluptatibus indulgent potius, quam rebus agendis, adeo ut otium non ſumant ad illarum examen, an conſultius ſit, expediri, aut prorſus intricari.

Eam notitiam permittunt intimis, cum ſatis habeant ad executionem didiciſſe commoda; lubentius tolerantes familiæ turbas, quam ſemihorulæ diſpendium, quod voluptatibus abſtractum ſummis rebus impendant. Cum regibus partiuntur ſummam rerum; illis onus gubernandi relinquunt cum majeſtate imperandi, ſibi ſumunt delitias; perſuaſi ſponte, fortunam ob ſummos in republica natales, ipſis nunquam defuturam, quin neceſſaria ad cultum ſuppeditet.

Hinc nemo dubitabit, apprimè opus eſſe, ut intimi illorum arctiſſimè ad regis commoda obligentur, adeoq; ab ipſius voluntate pendeant, cum uſus eſſe poſſit per occaſiones,

nes, ad quodvis reipublicæ compendium. Sic Hiſpania nullos indulget fratribus regiis, niſi regi addictos, adeo ut etiam ſæpiſſimè mutet, ne nimis diuturnum obſequium tandem producat nimis arctam confidentiam, in diſpendium ſummæ obedientiæ.

Hinc denique nunquam deliberandum fuerit, an removendi ſint, qui notiſſimè ad reipublicæ præjudicium vergunt, cum nimia tolerantia in effecta periculoſa brevi poſſet erumpere. Sequeſtratio illa poſſet principibus rigidior videri; præſtat tamen, illis nonnihil ægritudinis inde adferri, quam ut reſpublica detrimentum patiatur. In primo felicitatis numero ponat miniſter ſummus, ſi ea neceſſitate carere liceat, ubi autem uſus ſit, in ſuas partes eos traducere conabitur.

Inter omnia media, quibus uti poſſet, beneficiorum ratio agmen ducit, quæ mortalium animos tanto arctius alligant, quanto ſuavioribus adſtringuntur vinculis. Commodum cujuſque fortiſsimè permovet, adeo ut vix ulla alia pateat ratio potiundi, niſi per auctuarium honorum. Quodvis inde inſtitutum comprobabunt, modo gaudeant votis particularibus: principum animos ſemper continebunt ſedatos, modo ſuos expleant.

Rerum mundanarum pleræque referunt picturas illas ex diverſo ſitu aſpectuve diverſas: ſic illi ex latere grato inferent in Principum oculos, quod lubet, ad tranquillitatem animorum. Cavendum tamen prudentiſsimè, ne una vice omnia deſtinata profundantur, cum ambitio nunquã non augeatur; & dona intimo cuivis collata deſiderium majorum incendant. Diſpiciendum igitur, quæ ſeponantur ad ſtudium bene agendi ſuſtentandum per ſpem amplioris fortunæ.

CA-

CAPUT VII.

Inſtitutum reginæ matris, ad ſeducendum Aurelianenſem.

ISTA declaratio, quam Aurelianenſis de ſuo ſenſu animi, fecerat regi, non parum admirationis apud reginam matrem excitavit, cum omnem in ipſum prius collocaſſet fiduciam, tanquam palmarium inſtituti obtinendi. Jam perſuaſum habebat, modo eum inſtituti faceret participem, ſponte oblatum iri clientes, adeoq; propugnatores, quibus cordi foret extrema in ipſius gratiam audere: natura manſuetiſsima tamen ſatis habebat inconcuſſum in regem colere obſequium.

Secta verò ſeditioſa, ad pervertendas ſanctiſsimas propenſiones accincta, improbabat eam mentem, uſque ad opprobriorum proterviam, quod à matre tenerrime adamatus tam exiguam ipſius curam gereret. Fatebuntur omnes, alias creditum, per priores regiminis annos, fortean præter rationem, procliviorem fuiſſe matris animum in ſecundogenitũ quam in regem; in quem ſecundogenitum conjicere poſſet oculos, ad exemplum principum æque illuſtrium, ſi inſtituto alicui finem optatum quæreret, ubicunque regis benignitas clauderetur.

Nemo tamen ibit infitias eam tenuiſſe viam, ex Cardinalis prudenti conſilio, quo utebatur, etiam ex aula ſecedens primitus, ut nihil aliud animadvertere licuerit in eo inſtituto, præter ſinceriſſimum propoſitum de concordiâ liberorum ſuſtentanda, adeo ut nihil unquam cogitatura eſſet regiæ voluntati adverſum.

Hinc ſane prudentiæ æſtimium tulit amplum apud populariũ animos, qui pacem unicè optantes, in eam conjiciebant oculos cum eximia veneratione, quod vinculum & cæmentum eſſet mutuæ unionis, adeoque fulcrum publicæ tranquillitatis. Etiã fatebimur, anſam præbuiſſe mutandæ illius opinionis, poſtquã frequentius cum Aurelianenſi, ejusque miniſtris intimis converſaretur, non leviter prodita

prodito coſilio, ipſius pervertendi per quamcunque impenſam, ut ejus uteretur opera, ad exitium quod meditabatur, Cardinalis.

Politica reminiſcentia.

SAtis familiare matribus, poſtgenitis amplius indulgere, quam primogenitis, ut ſic propugnaculum majoris ſtruant authoritatis. Eadem videtur ratio & liberorum & fructuum, quorum noviſſimi, gratiſſimi. Evenit ſane pleumq; poſt genitos jucunditatem augere, & parentibus delitiari, dum adultiores jugo ſe ſubducunt, juventutis intemperantiam ſecuti: maximè ubi matres maritorum tutela orbæ, habenas remiſſius ſtringunt, & juniores ſenectutis tibicines legunt, adeoque vel adultioribus adverſos, cum æris alieni exactoribus non multum ſint abſimiles.

Debent autem ab illis dependere in plurimis rebus, qui progenitore ſublato, caput familiæ repræſentant; quod plerunque difficile eſt toleratu. Id videas apud plebejos, ſed omnium maximè in aulis magnatum. Hiſtoria profectò inflatur exemplis plurimarum reginarum, quæ poſtgenitos prætulerunt primogenitis, ad rempublicam adminiſtrandam. Sic Ptolomæus Phyſcus ex perſuaſionibus cõjugis regnum ſecundogenito legavit. Et ne extra Galliam vagemur, meminimus, Ludovicum Pium, ad ſuggeſtionem conjugis, prætuliſſe Carolum Caluum Lothario primogenito.

Conſtantia, uxor Ruperti, animadvertens maritum, poſt primogeniti fata, coronam deſtinare Henrico, ſecundogenito, repugnabat ex propenſione in Rupertum, tertiogenitum, & perinde dilectiſſimum. Cum autem inſtitutum nequiret perficere, turbas ciebat, etiam ſuperſtite rege; & amplius eo defuncto, ut liberi diſſidio laborarent, ad augmentum ſuæ authoritatis, unde funeſtum bellum Civile exortum, in ſummum reipublicæ detrimentum, extremam optimi regis ægritudinem, qui ætatis & regni diſpendium ferebat, ubi pacem & tranquillitatem familiæ maximè optabat jam ab exordio ſuſceptæ coronæ aliis vægrandibus ærumnis colluctatus, per ſiniſtros caſus priorum matrimoniorum, adeoque divortiorum, ubi Abbas piiſſimus Fleurii Abbo inſignem præſtitit operam, & remedium.

Ne-

Digitized by Google

Neque longius recedemus in memoriam ſuperiorum ſeculorum; Catharina Medicæa recens apparet in recordatione nupera, quæ nunquam non aliquem ex liberis, uti vulgo notum, impenſius amabat: adeo ut ſuſpicione non careret deproperati fati, quo primogenitus locum cederet Andegauenſi, ad coronam indipiſcendam. Imò ipſo ad ſummam rerum progreſſo, mater eadem nuper tenerrima, ad Ligæ partes tranſivit hoſtiles, quod minus indulgeret adminiſtrationis filius rex.

Cumque iſta exempla undiquaque per hiſtoriam extent, non opus fuerit pluribus argumentis: dicemus potius id inſtitutum ſemper fuiſſe reipublicæ pernicioſiſſimum bella Civilia ſuſcitaſſe, ut regna à naufragio exitiali parum abeſſent. Iſta enim benevolentia matrum particularis conjicit liberos in æmulationem, tandem in maniam invidiæ & odii, ut ad quævis extrema dilabantur: magnatum ſtudia continuò ſcinduntur; conſcribuntur milites, pervadit calamitas, incendium flagrat, quod tandem multo popularium ſanguine vix reſtinguitur,

CAPUT VIII.

Mater regina ſeducit Aurelianenſis intimos.

QUemadmodum difficultatis, adeoque ſuſpicionis plenum erat, reginam matrem toties cum Aurelianenſi colloqui, ita neceſſum fuiſſet, ad convertendum inſtitutum, regiis tantummodo commodis ſtuduiſſe. Qui animum illius in fermento retinebant, cenſent, Aurelianenſis intimos lucrandos: quod conſilium acutum quidem, ſed malitioſum dixeris. Difficulter enim genius principis iſtius permovebatur, quod à natura traxiſſet propenſionem ad obſequium regium, cui acceſſerat diligens cultura per educationem, ſummis viris demandatam. Hinc fere ſpes ejus pervertendi evaneſcebat, niſi intimi, temporum & ſenſuum gnari, operam promiſiſſent, ſingularibus artificiis adjutam.

Vir-

Virtus, quæ ſemel profundas in animo placido egit radices culturâ inſuper confirmatâ, non niſu ſummo niſi revellitur: validis ibi opus arietibus, quos præter ſecretorum ſcientiſſimos nemo ad ſcopum dirigit. Omne igitur negotium eo tendebat, ut quacunque ratione acquirerentur intimi, triumviri illi Coniæus, Puylaurentius & Monſigotus. Unus tamen Coniæus ſufficere creditus, quod Puylaurentius nuperrimè novo eſſet conſtrictus beneficio, ejecto Bodenneniæo, qui partem benevolentiæ ſummæ rapuerat, adeo ut nihil obloqui licuiſſet? Monſigotus autem, creatura utique, authori ſuæ fortunæ per omnia aſſenſurus eſſet.

Valide igitur contenduntur machinæ ad Coniæum pervertendum; ubi commodum occaſio optata ſeſe præbuit, ex inſano deſiderio cardinalitiæ purpuræ, cujus ſpem rex fecerat. Accidit enim, Pontificem neſcio quibus de cauſis promotionem illam in aliquot menſes diſtuliſſe, jam deſtinatam. Promptam itaq; fuit aſſeverare, moram illam à Cardinalis noſtri artibus fluere, qui potens apud Curiam Romanam haberetur. Credidit id Coniæus quemadmodum exiguo commoventur momento ambitioſorum compendia, tantumque concepit odium, ut vindicandam hanc contumeliam quacunque ratione conſtitueret, in hæc verba ad familiarem quendam, conatum aciem oculorum ipſi epurare; ineſcatum ſeſe cardinalitia purpura; ſed ſpatio ſex ſeptimanarum ſponte deferendam.

Solebat dicere, Galliæ filium ſemper ſatis habiturum authoritatis, ſi ad conditionem miſerabilem detrudatur: quo axiomate nitebâtur ſpes ejus: Aurelianenſem, videlicet per ægritudinem animi ex aula diſcedentem, univerſis populis compatiendi anſam daturum: principes, provinciarumque gubernatores ac munimentorum cuſtodes, adeoque proceres regni occurſuros, copiam certatim adducturos, ad bellum gerendum, quas tempeſtate galerum ſanguine popularium tingeret, in ſolatium dilatæ purpuræ, quam efflictim expetebat.

Vera autem dilationis cauſa latebat in torpore Italorum, quo Pôtifex impediebatur gratiam illam firmare, niſi poſt cognitionem particulariorem: eoque magis, quod in Sixt. V. bul-

V. bullam impingeret, quæ bigamis, qualis ipſus erat, purpuram negat. Ex eâ ratione univerſa Hiſpaniæ potentia deſudavit nuper, in ea dignitate Duci Lermæo conciliandâ. Vehementiſſimi tamen arietis vim apud animum Coniæi exeruit ſpes, de ipſo in Cardinalis perditi locum ſubſtituendo, quâ eo libentius demulcebatur, quod per morbum regis à genethliaco didiciſſet, ſummum ſibi fortunæ incrementum promitti.

Splendor miniſterii illius optati glaucoma objiciebat oculis, ut rationem ipſam amitteret, jam certior animi ad obſequium integrum reginæ matris deſcendere, Aurelianenſi quodvis ipſius deſiderium perſuadere: cujus protervïæ continuo teſtimonium dedit, regiæ voluntati adverſatus. Volebat enim Rex, ut Aurelianenſem ſecurius ad Aulam attineret, extrema vota de matrimonio cum Maria principe ineundo, præſtare.

Ibi regina mater, id matrimonium ſemper averſata, Coniæo indicat, quantum officium in eo diſturbando iniret apud ſeſe: expedit igitur ille omnes machinas, à genio maligno coortas, ut animum inde revocaret Aurelianenſis, qui ſic regi ſupplicabat, ne properantius ad conjugium adigeretur. Coniæus ferocior ex hoc ſucceſſu, jactabat Chantillii, ubi Aurelianenſis morabatur, erga quendam non adeo fidum, uti putabatur, ſeſe interceſſurum, ut ne unquam matrimonium illud fieret.

Attamen vix exciderant iſta verba, quin pænitentiam traxerint, quod non præter rationem metueret, ea ad regis aures manatura, in certiſſimam caſtigationem. Metus ex ambitione auctior, ita exercebat ab illo tempore genium illum protervum, ut non quieſceret, niſi ad ſeceſſionem Aurelianenſis. Sic omnes omnino machinas adhibuerat, ut animum in regis obſequium obfirmatum perverteret. Inventa eſt via, ad reſuſcitandam adverſus Cardinalem æmulationem, refricabatur memoria de incarceratis & extremo ſupplicio affectis Magno Priore & Ornano, atque adeo Chalæſio.

Crebrioribus uſurpabat ſermonibus, quantum deberet matri, cujus commodis vel inde teneretur ſtudere, quod tenerius ſemper ab eâdem eſſet adamatus. Cumque iſta omnia nihil poſſent apud animum ſolidum, aliquid for-

midinis ſubjecit, qua generoſiſſimi quique corripiuntur. Suggeritur, regem edoctum de ſtudio particulari erga matrem, ex conſilio Cardinalis conſtituiſſe ipſum in ſylvam Vincennarum compingere.

Tum demum deliberandi locus ſublatus, ut quamprimum ex aulâ ſecederet; antequam animadvertiſſet, quod optare licebat, intimi fervidum deſiderium, quo contendebat ad eum honoris apicem, à quo per inopiam meritorum penitus removebatur.

Politica reminiſcentia.

SUperius annotavimus, apprimè facere ad ſummam rerum, ſi intimi principum arctius conjungantur cum regis commodis, ut ad obſequium regis deſcendant: nunc addere lubet, id æque neceſſarium fore, ne rempublicam turpent; cum pleraque bella civilia oriantur ex illorum interceſſione: Ibi vero ſatis magnæ occurrunt difficultates, eo quod non ſemper ſitum ſit in poteſtate ſummorum miniſtrorum, ut illi obſequium colant, ex quocunque compendio.

Quemadmodum enim cibus ſtomachum famelicum irritat, ita opes collatæ ambitionem incendunt, quo genio plerique intimorum poſſidentur, unde principes in maximas præcipitantur turbas. Tempeſtates ſæviſſimæ ſternunt lætiſsimam planitiem, & generantur ex nubibus, quas aſtra in ſupremam aëris regionem elevarunt; ſic turbulentiſsimæ perduelliones, unde populorum tranquillitas turbatur, regna evertunt, ex intimorum tantum ſuggeſtione coortæ, quos, veluti aſtra reipublicæ Principes ſibi adſciſcunt, non raro ex fæce plebis & pulvere.

Sic poſterius ſæculum noſtræ Galliæ dedit, temporibus Henrici III. exemplum Alenſonii, qui ex perſuaſionibus Buſsii & Simerii maximè, præter alios quoſdam intimos, cum ægrè ferrent, ſummam rerum eſſe penes correptores ſuæ inſolentiæ, ex aula ſeceſsit. Quod ſi altius recedamus, Ludovicum XI. inveniemus etiam Delphini nomen

Digitized by Google

men ferentem à fratre Carolo VII. prima vice ſeceſsiſſe, ad ſuggeſtiones Chaumontii, Bucicauti & aſſeclarum, quod ferre non poſſent, formoſam Agnetem, neptem ſcilicet, & Villæquerium nimiam poſsidere potentiam.

Et noſtra tempora ſuis clarent exemplis, ad rem comprobandam, quibus recenſendis ſuper ſedeo, cum ante hæreant memoriâ. Addam tamen, aurifabris eſſe aquam adeo fortem, ut aurum ab argento, in igni ſolidiſsimè colliquata ſeparet, quamvis ante una eademque res viderentur; ita intimis Principum artes eſſe, per aulæ malitiam excoctas, adeo aptas ad diſsidium, ut matrem à liberis dirimant, ubi viſum fuerit, fratrum quoque gratiam faciant raram; adeoque in univerſum per naturæ aut amicitiæ vincula arctiſsmè unitos ſeparent, qui extra ullam potentiam divortii eſſe credebantur.

CAPUT XI.

Aurelianenſis conſtituit, ex aulâ ſecedere.

POſtquam Coniæus Aurelianenſem artibus ſuis ceperat, ut conſtitutum haberet, ex aulâ ſecedere, nihil remiſit urgere, donec pervinceret. Ut autem ſeceſsio fieret pomposè, & univerſo mundo ſignum daret corripiendorum armorum, rationem invenit perſuadendi tanquam magnanimitatis ſpecimen, ſi Aurelianenſis Cardinalem domi inceſſeret probris, amicitiæ teſſeram confringeret & reginæ matris partes palam profiteretur adverſus illum.

Ivit igitur, & in hæc ferè verba prorupit: ſed Cardinalis certo certior, ea ab ipſius manſuetudine alieniſsima, cum non tantum inter minus noxios, ſed etiam inter beneficentiſsimos principes, per orbem terrarum, celebrari poſſet, omnem reverentiam & civilitatem reddidit. Ab eo egreſſus Aurelianenſis, in currum penſilem aſcendit, rectâ Aureliam delatus, non ſalutato rege. Regina mater inopinatiſsimum id ſibi accidiſſe ſimulans, celerrimè renunciat regi, venationi vacanti; Validè mirari ille primum,

cum nihil tamen unquam fauſti ab intimis illius, quorum notitiam ante ceperat exactam, ſibi promiſiſſet: non utiq; arbitratus, eos ad extrema proceſſuros, poſt beneficia immenſa, quibus eos cumulaverat, & proteſtationes adeo ſolennes de fide ſincera paulo ante interpoſitas.

A venatione reverſus, deſcendit in Cardinalis hoſpitium, expromptis gratiæ regiæ teſtimoniis adeo particularibus, ut jam Aurelianenſis opprobrium obliterarent. Promittebat enim rex patrocinium adverſus quosvis, juſſo inſuper eo certius confidere, quod honoris ſui intereſſet, ipſum conſervari, poſt tam illuſtria officia: ſic per illius ſuum peti latus, offenſam redundare, quam vindicaturus eſſet.

Exinde ibat ad reginam matrem, cui diſſimulare non ſuſtinuit ægritudinem ex ſeceſſione Aurelianenſis ſuſceptam, cum juſtiſſimis ſuſpicionis cauſis, conſiliorum ipſum eſſe participem. Inſtituebatur quidem conatus excuſationum, ſed tamen poſtea patuit, per arctiſſimam conjunctionem animorum, & per literas utrinque ad eundem prorſus ſcopum ad regem ſcriptas; ipſum nihil penitus aberraſſe: adeo ut Aurelianenſis ſatis clarè idipſum Aurelianenſibus fæminis, cauſam tam ſubiti & inopinati reditus ſciſcitantibus, ſit faſſus. Non, quod regina mater plurimum diligeret Aurelianenſem, aut Aurelianenſis in reginæ matris inſtituto viciſſim acquieſceret; ſed quod ratio eſſet adinventa perſuadendi, ex arctiſſima unione utiq; facultatem accedere deſideriorum, ad compendium quæſitum, & Cardinalis exitium.

Politica reminiſcentia.

QUamvis proceres alicujus Reipublicæ ingeniis & propenſionibus admodum differant, per mutuam invidiam diſtractiſſimi, facilè tamen recolliguntur, ad augendam, ſi queant, auctoritatem, in diſpendium Principis. Experientia docet, eam facultatem ineſſe igni per naturam, ut metalla diſſimillima uniat, aurum utpote & ferrum, ſic ambitionis incendium æque poteſt unire magnatum animos, ad turbas concitandas.

Hic non retulit ſtipendium aut honorarium, quod optabat,

bat; ille non potuit propinquo procurare beneficium, quod expetebat; iſte exiſtimat mereri majorem ex ſumma rerum adminiſtrandarum partem, aut excidit ſpe obtinendæ provinciæ alicujus. Faſtidia iſta omnia diverſa, ex diverſis votis, in eo conveniunt, ut quiete animorum perdita, offendantur aut in rege, aut in ſummo ipſius miniſtro; nullo penſo, tot tantasque rationes in curſu rerum, præter compendia privata occurrere, unde teneantur in gratiam aliorum facere, quæ ſibi ipſis erant applicaturi.

Communis igitur offenſa vinculum eſt ſatis validum, ad eos uniendos, & ad idem inſtitutum perduellionis compellendos. Norunt geminam ad alta perveniendi viam; alteram prudentiæ, alteram violentiæ. Quemadmodum autem vident, omnes omnino tricas ſuæ prudentiæ, aut potius impoſturæ, non ſufficere ad fortunam in deſignatum altitudinis gradum ſuſtollendam; ad alteram relabuntur, perſuaſi de amplioribus commodis.

Non quod ignorent, plurimos ſuæ conditionis ex temporibus ſuperioribus, naufragium feciſſe in eodem portu, quem adipiſcendis magnis compendiis delegerant. Sed uti animus hominis ſemper ſpe potius quam formidine turget; ſibi ipſis perſuaſum eunt, fortunam benigniorem; quàm cæteris; unde unionem inſtituunt, non ut rempublicam in ordinem utiliorem, quod præ ſe ferunt, collocent; ſed ut promoveant, ſi queant, & ſemetipſos & familiam, cum detrimento reipublicæ.

Hinc dixerim, ſimiles eos eſſe primis qualitatibus, quæ, dum ſeſe in unione nolunt conſervare, ad ſuſtentationem compoſitæ, æque in ejus exitium conſpirant. Cum enim prudentia & authoritas ad reipublicæ ſalutem valere debeāt, cujus ſummas columnas meruêre, jam convertuntur ad diſſidium & exitium populi, adacto principe ad ſubminiſtranda media, quibus illorum violentia oppugnetur.

CAPUT X.

Regina mater lætatur de ſeceſſione Aurelianenſis.

CUm Aurelianenſis ex aula ſeceſſiſſet, regina mater multo pertinacior evadebat in loquendo odio adverſus Cardinalem, quod ex ſeceſſione illa ſibi multum acceſſiſſe crederet: accedebant palpatores, qui affingerent, jam alteram partem regni in armis fore, ad Aurelianenſis deſideria perſequenda, urbes plurimas tumultuaturas; offenſam publicè innotuiſſe, & incendium belli undiquaque ſuboriturum; quâ facie rerum efferatâ Rex ſponte foret abjecturus cauſam Cardinalis, faciliori diſpendio illius, quam regni.

Sic deſinebat frequentare Senatum, quo inceperat aliquoties redire, adeo ut liceret animadvertere minus violentiæ, ad ægritudinem animi diſſimulandam. Quanta calamitas, regnum exponi periculo maniſeſtiſſimo ruinæ, bellorumq; civilium, ut periret, qui dieſque noctesque octavum annum obnixè laborabat, pro reducendâ priſtinâ gloriâ! Quæ vero injuſtitia, id præmii meritis rependi, per inſignem ingratitudinem!

Quæ intemperies, fratrem cum matre inſurgere adverſus regem, ut ſatisfiat miniſtrorum odio & ambitioni! Rex tamen omnia tolerabat tanto majori ægritudine, quod per prudentiam cognoſceret, Exteros hoc lolium ſparſiſſe in rempublicam, ad excitandum incendium, cujus reſtinguendi gratiâ exercitus ex Italia revocaretur, ut fæderati deſtituti patrocinio, ſaltem ad turpes conditiones per negotiationem pacis deſcendere cogerentur, cum jam in Pedemontio id videretur agi.

Non ignorabat rex, neque reginas eximi caſtigationibus, ubi rempublicam turbare incipiunt: matris quidem nomen exigere reverentiam filialem, ſed illud regis efflagitare, ut nihil unquam bono reipublicæ præferatur:

Digitized by Google

feratur: unde liceret quævis arripere media ad commercium inter ipſam & Aurelianenſem, adeoque acerbi animi inſtigatores interrumpendam. Nihil convenientius huic malo, quam eam in urbem aliquam ab aula remotiorem ſeponere; intimos, manſuetudine ipſius abutentes, hinc inde diſponere, ne ardores animi & diſſidium foverent.

Placuit tamen ipſi adjungere virum probatæ prudentiæ, & poteſtatis, qui caveret, ne quid illa in rempublicam machinaretur. Reverentia tamen, qua Rex ipſam nunquam non coluit, tanta fuit, ut ab animo ſuo tam violenta non poſſet impetrare remedia, niſi ubi ad extrema perventum, & nihil non prius tentatum fuiſſet. Conſtituit potius ipſe ab illa aliquandiu recedere, & Compendium abire; fore ſperans, ut ipſa ſponte *Pariſiis* ſubſiſteret per rigidum anni tempus, deſineretque tantillo tempore aulam dirimere, quod hactenus inſtituiſſet.

Inventa etiam ratio, abſtrahendi à latere factioſiſſimum quemque, ſi animus deferveret, & ad tranquillitatis ſtudium rediret. Longe optatius fuiſſet, ipſam regiæ voluntati favere, in Palatio Luxemburgico vitam ducere ſuavem & quietam, per abſentiam regis, quam aulam conſectari, ubi præſens firmabat factionem conſtitutam. Id enim rex credebat eventurum, ut tanto facilius illam viam inſiſteret, quod jam teſtata eſſet tædium rerum agendarum, unde & *Senatu* abſtinuiſſet, cum Cardinalis præſentia tantum ipſi pareret faſtidium.

Tantum autem abfuit ab iſta manſuetudine, ut perſuaſionibus eorum, quibus animum permiſerat, nimium deferret, jam certa, iracundiæ fræna permittere ad quævis extrema, regemque per omnia conſectari, ex ſpe perduellionis univerſa iis, quæ Cardinalis evertendi rationem præbere poſſet: videbatur enim ſibi, penitus abjicere curam illius perſequendi, ſi ab aulâ abeſſet; dum minimè perpenderet, ſic irritari regis patientiam, & ad rigorem, quo carere optabat, perpellere animum obſequentiſſimum.

Politica Reminiſcentia.

SPes vindictæ radicem diutius alit in animis mortalium; ſine ipſa, magnatibus concidit animus, adeo ut in deſperationem prolabantur, inſtituto deſerto. Nemo autem unquam rectius depinxit qualitates ſpei ex inopia fundamenti vacillantis, quam Priſcus ille, cui ſolitum dicere: Id vero eſſe dormientium ſomnium, & turbati animi. Sic ſanè fatebimur, quemadmodum inſomnia mentem chimæris millenis obducunt, quarum nulla, niſi in imaginatione noſtra ſubſiſtit; ita ſpem male innixam animos replere illuſionibus, & voluptatibus phantaſticis, dum res à poteſtate noſtra remotiſſimas repræſentet, tanquam voluntati noſtræ ſubjectas.

Blanditur cogitationibus vana credulitate, nullam prorſus difficultatem inſtituto obfuturam, quin exuperemus. Quamvis etiam tempeſtas jam murmuret ſupra caput, nubeculam brevi tranſituram interpretatur, exiguam ejus durationem promittit, cum ſudo extemplo reducendo. Si bellum ſit ſumendum, exercitus invictos in caſtra deducit; ad inſtituti alicujus horrendum infortunium, perſuadet inſtantem rerum convertendarum cardinem nihil obfuturum, etiam prolato plurimorum exemplo, quibus ſaluti fuerit graviſſimis urgeri ærumnis,

Sic ſolet abjectiſſimos erigere animos, animare ſtupentes, languentes firmare. Ad hanc anchoram miſeri quique confugiunt, ad ſuſtinendam tempeſtatem, quæ imminebat: ad hanc Cynoſuram convertuntur, ut ad portum deſideratum deferantur: Hinc ſuſtinetur vigor ad executionem rerum arduarum neceſſarius: deſideria noſtra nunquam excedunt ipſam duratione, adeo ut inſtitutum continuo projiciamus, ubi ſpes ejus perficiendi periit. Hanc mortales celebrant matrem audaciæ, ſpiritumque vitalem, quo præcordia inflentur ad ardua tentanda: potentia ipſius, veluti faſcinum, ſumma ubique, ſed æque periculoſa, ab ovo baſiliſci nihil diſsimilis, quod oculis gratiſsimum ob diverſitatem colorum, ubi Natura ludere voluit picturam, præſentiſsimum venenum intus colligit, ſerpentemque venenatiſsimum tandem producit.

Si

Si enim nihil æque damnoſum, ac ſpes male fundata in quocunque inſtituto, voluptatem ſane, animo fermento vindictæ retento, maximi vendit, vægrandi exactâ uſurâ Theſaurum dixeris miſerorum, ſed qui ſæpiſſimè tantum augeat ærumnas. Neque ſatis fuerit, ſpem noſtris deſideriis applicari, cum rejicienda ſit, tanquam pernicioſiſſima, ubi innititur ſuppetiis illorum, quos caſus quivis everterit, aut etiam popularium tumultu, eo quod illi quovis tempore in diem mutent inſtitutum, maximè ubi pavor excutit arma, & inconſtantia prodit ſolita, quæ hodie amplexatur quod ante pauculos dies tolerare nequibat.

CAPUT XI.

Rex rogat matrem reginam, à tricis abſtineat.

QUamvis reginæ matris rigor poſſet ipſam patientiam irritare, manſuetudo tamen regis eandem prorſus tenuit, adeo ut Compendii, quo ad regem pervaſerat, ſi quâ ratione novoque conatu, pervinceret, quod inſtituiſſet, rex nihil deſineret ipſam ſingulis diebus colere & inviſere, ſæpius adjuratione uſus, per ſummam præcordiorum teneritudinem, unde ſatis colligebatur abundantia reverentiæ & obſequii, renunciaret malis conſiliis familiarium, qui diſcordiam inſtituiſſent ad explendum odium privatum, & compendium.

Offerebat Mariliacorum liberationem ut demulceret, tametſi pro meriti eſſent ſupplicium, cum ipſe gratiam matris reginæ præ rebus omnibus faceret magni. Supplicabat compluries, amaret Cardinalem, vel in ſui gratiam, ſed cum demonſtratione iſtius officii, quod nemo rectius noviſſet, quam neceſſarius eſſet reipublicæ, cujus operam nunquam non eſſet expertus, fidiſſimam. Neque deſinebat ipſi depingere, tanti miniſtri ægritudinem, quam ex iſtâ malevolentia concepiſſet, unde certiſſimum ſumi poſſet præſagium, adeoque teſtimonium quanto ſtudio

 ac de-

ac deſiderio ad ipſius commoda ferretur. Aſſeverabat, paratum, ad perpetuam jurandam fidelitatem, deprædicanda beneficia & benignitatem, nec unquam paſſurum, ut intemperies præterita ullum in memoria retineat locum. Ut autem nihil omitteret ad eam flectendam, denuo inſtabat, internunciis Caſtellonovano, qui curam Sigillorum gerebat, & Schombergio, ut conſiliis intereſſe vellet, & ſecretas tricas, cum Aurelianenſi inſtitutas faceret miſſas.

Hoc tamen illi reſponſum tulêre, ſubjiſſe tædium rerum agendarum, nullam ſibi dehinc partem conſiliorum quæri, ut ſatis evidenter determinatum exponeret animum, ad perſequenda, quæ male feriati ſuggeſſerant: Adeo ut regi jam nihil eſſet reliquum, ſecundum acerrimam hanc ſollicitudinem, niſi dolor, conſolationis expers, de operâ omni ad eam permovendam perdita: ſuperabat tamen ſatisfactionis ſumma, nihil omnino omiſſum, quod non fuerit expeditum.

Politica reminiſcentia.

NUnquam ſatis obſtiteris diſſidio per familiam regiam coorto, cum reipublicæ principum regiorum diſcordia ſit admodum exitialis. Medicis ſpes de ægroto non abjicitur, ſalvis partibus nobilioribus, ſed illis offenſis, mortem agnoſcunt inſtare: ſic Politicorum ſapientiſſimi nihil penitur metuunt reipublicæ, quouſque principes regii, nobiliſſimæ utique partes, in obſequio regi debito, perſiſtunt. Sed viceverſa, continuo metum concipiunt, ubi diſſidio orto, diſceditur in factiones adverſus ſummam authoritatem.

Diſcordia enim illorum intus turbat, & exteris maxima præbet compendia. Cætera perduellionis capita non operosè reducuntur ad officium, ubi fruuntur deſideriis, ſed extremi laboris eſt, conſanguineos ad concordiam retrahere, poſtqaam diffidentia ſemel radices egit in animis. Hinc Micipſa apud Salluſtium ait, ſummas regni vires non coſiſtere in armis, aut opibus reconditis, ſed in concordia principum, quæ nec armis ſubigi, nec auro corrumpi

rumpi poſſit; maximè autem in amicitia fratrum, qui indiſſolubili vinculo ſanguinis conſtricti habentur.

Cypri regnum ex diſcordia duorum fratrum periit, referente Juſtino: nec Oriens ſub imperium Romanorum conceſſit, niſi ex malevolentiâ principum mutuâ. Idem infortunium Pompejo aperuit Judæam, ubi Hircanus & Ariſtobulus de ſummo imperio contendebant. Philippus ſagaciſſimè intelligebat, quantum concordia fratrum, præſtaret, cum animadvertiſſet diſſidium inter Perſeum & Demetrium filios, & inde nihil frequentius inculcaret, quam mutuum amorem; propoſito exemplo & Eumenis & Attali, qui ab exiguo principio adoleverint, erubeſcentes ferè ad regium nomen, & ex ſola benevolentiâ fraterna, eaque reciproca evaſiſſent potentes & metuendi, ſecundum Plutarchi recenſionem, in vita Demetrii.

Nec opus fuerit, nos mendicare foris exempla apud Exteros, cum meminerimus, Galliam in deploratum ſæpius prolapſam ſtatum, per diſſidia noſtrorum regum, Burgundionum & Aurelianenſium. Hinc naufragio ſeſe vidit viciniſſimam, Exterorum petulantiæ expoſitam, quos ſola Providentia Dei miſericordis abſtinuit & ejecit, ut oſtentaret ſummam iſtius Monarchæ curam in exitium vergentis.

Nemo prudens ambigit, rempublicam facillimè ſubigi, ubi dividitur per factiones familiæ regiæ: ibi enim confuſio ingruit, obſequium popularium ad ſpecimen magnatum exuitur, quilibet ſibi vigilat, ut ex turbis compendium rapiat; pauperiores à milite opprimuntur, locupletiores dolent fructus interceptos, præfecti obedientiam in regem ponunt, niſi aliquo inſigniori emolumento devinciantur; Exteri denique hoſtili animo ingruunt ex inſania aliorum ſibi ſapientes.

CA-

CAPUT XII.

Quare regina mater ſit remota.

QUæ cum ita ſint, nulla extabat ratio, ad malum ſine remedio deſtituendum. Poſt preces tam fervidas & toties iteratas non conveniebat profecto, reginam matrem exacerbato & faſtidioſo animo diutius aulæ intereſſe, ubi arctiſſimam communicationem adverſus regem cum Aurelianenſi ſuſtinebat, ad diviſionem Reipublicæ. Omnem ſenſum prudentiæ abjecerit, qui tolerandas cenſuiſſet machinationes cum Exteris, quarum effecta deinceps ſatis & nimis apparuêre, opprobria in regem & illius regimen à factioſis palam conjecta; ſeditionem popularium ſuſcitatam; bellum ab Exteris in regem emendicatum, ſub prætextu matrimoniorum.

Abjectiſſimi ſane fuiſſet animi diſſimulatio diuturnior, erga factionem, arbitrium regi de miniſtris ſummè neceſſariis expungendis, adimentem, quod optatorum ſummam non ſemper ferrent complices. Senſus communis perierit patienti reverentiæ Principi, tanquam imagini divinæ debitæ jacturam. Nemo niſi ſectarius clauſis oculis tranſmittet conatus & machinas, quibus regiorum miniſtrorum fides tentabatur.

Nunquid expectandum fuerit, donec Angli aut Hiſpani arma inferant Galliæ, ad fovendam perduellionem; aut principes conſpirationis affines palam arma corripiant, exercitus ducant, regnum florentiſſimum ferro & incendio fædent? Id vero imprudentiæ columen ſummum, ne mente quidem concipiendum febricitanti. Neque hic dubitandum quàm ægrè id fecerit regi in animo ſuo, ſi deſcenderet ad rationes reginæ matri ingratas quarum ſumma foret receſſio, tametſi jam omnes vias clementiæ eſſet rimatus, ab intimis illius perverſas.

Calcaverat utique omnem ſenſum illa naturæ, quam mater

Digitized by Google

mater filio debet, & ſubdita regi negare nequit: ſic econtra excutiebat fæcundum memoriæ penu, & potentiæ armamentarium, ut & Gallos & Exteros adverſus tranquillitatem reipublicæ commoveret. Tandem vero, ubi rex percepiſſet, malum ad extrema vergere, niſi præſens adhiberetur remedium, conſtituit bonum publicum compendiis particularium, & ſenſui matris licet amatiſſimæ præferre, matris, ſi fas ſit vocabulo uti nefando, perduellionis reæ: quæ ratio tamen apud aliquem ex reginæ matris majoribus nullum trahit pondus.

Is enim inter cætera axiomata filio dictitabat, antehaberet univerſorum ſalutem ſine diſcrimine, quorundam commodis privatis. Sciebat etiam rex, Deum ſemper bonum Univerſi præferre ſubjectis particularibus; & reges, illius utique imagines ac vicarios in terris, ad eandem rationem invitari. Si enim pater æternus filium dilectiſſimum, characterem eſſentiæ, expoſuit Judæorum furori ad ſalutem mortalium; jam ipſus caruerit vituperio, ſi reginam matrem aliquamdiu ab aula ſemoveret, ſalvis omnibus honoribus, miniſtris, opibus, libertate & potentia, quæcunque ad reipublicæ commodum deſiderare potuiſſet, cujus tutelam Deus eâ lege impoſuiſſet, ut ſalus reipublicæ eſſet lex ſuprema.

Cenſebat rex, nimios honores & opes collatas, potentiamque fere abſolutam, quam permiſiſſet benevolentiæ ſartæ in regiam dignitatem & bonum publicum, vituperium abſorbere, cum univerſus Orbis terrarum abunde poſſet dijudicare, ſibi hanc neceſſitatem extremorum invito impoſitam, cum factioſi perurgere nunquam deſinerent. Moram etiam periculoſam credens, quod conſtituerat, Senatui proponit.

Politica reminiſcentia.

UBi rancor profundas egit radices apud animos principum regiorum, ut evelli nequeant, abſolute neceſſum eſt, ut factiones inde plerumque naſcentes ſuffocentur, antequam in nervum erumpant. Neque enim poſſunt evitari ſummæ in regno revolutiones, ubi partes dominantur.

tur. Si qua minima confuſio accideret motibus cæleſtibus, recideret Univerſum hoc in primum chaos: ſic diſcordia regiorum propinquorum rempublicam univerſam turbabit, Principis authoritatem vinculabit, exteriſque diſcerpendam præbebit.

Opinio illa de fovendis partibus inter Magnates, ut minus habeant facultatis, ſi cui obluctari Principis voluntati lubuerit, potentiâ per diſcordiam diviſâ, non extendenda eſt ad ligas & partes principum regiorum, ubi periculum eſt adigendi regis ad ipſorum libidinem; eo quod illa diviſio ad exitium regni vergat, fundamentis Monarchiæ ſolidiſſimis ſubrutis. Non tamen prorſus malè fovebuntur aliqua diſcordiarum ſemina, cum nimia illorum concordia aliquid monſtri parere poſſit; ſi tamen limites reverentiæ & obſequii circumdentur, erga Principem colendum.

Alioqui videris ventos impetuoſos, & plebem ſponte tranquillam, metuque vacuam, veluti mare, facilè exercitari, in extremam rabiem delabi, ad quævis tranſcurrere & rempublicam ſummo exponere periculo. Nullius hîc mortalis authoritas valuerit. Quemadmodũ vero Magnates non eximuntur legibus, in factioſos ſancitis; inſtitutum illorũ tanto promptius fuerit frangendum, quanto majorem metum incutiunt, ex nimiâ in popularium animos potentiâ.

Videas etiam mediam viam magis periculoſam, quo rerum cardine ſummus miniſter reipublicæ & ſtudium & fortitudinem comprobabit, ſi abutentibus eripiat potentiam ac ſi gladium vaginâ vacuum furioſo extorqueat. Ex tribus iſtis conſiliis eliget, quod ſequatur, Vel ut eos reconciliet ad eum modum, quo in ſenſum ſinceræ amicitiæ condeſcendant; quæ operatantis ſcatet difficultatibus apud Magnates ſemel offenſos, ut eam rationem nunquam poſſis inſtituere, niſi poſt diuturnam ſecuritatis notitiam: Vel ut vitæ uſuram factioſis adimat; quod rigidum quidem, ſed tutiſſimum ego nunquam conſuluerim, niſi Per extrema, cæteris omnibus deficientibus, propter reverentiam in familiam regiam.

Tertiam viam duxero convenientiorem, ſi removeantur,

Digitized by Google

tur, libertate nocendi coërcitâ: neque enim querendi cauſam habent juſtam, ſi qui ex merito ſuſtineant id diſpendium. Iniquum enim fuerit, in aulâ tolerari profeſſos regiarum actionum cenſores, qui vitupe. ent quævis inſtituta, potentiam circumſcribant, ſeditiones ſuſcitent, & incendium belli reipublicæ concilient.

Principes ex familiâ regiâ orti, no deſinunt unquam legibus obedientiæ, adeoque ſtatutis regni ſubjici. Illorum non eſt, momenta rerum diſponere, cum jus iſtud inſeparabiliter cum coronâ cohæreat, adeo ut quicunque diverſum quid ex propria authoritate audeat, perduellionis reus pænam incurrat. Neque enim traditum fuerit oblivioni, regnum hoc ferè pacto in manus Hiſpanorum tranſiiſſe, ex nimia Henrici III. indulgentia erga Guiſium, principem duntaxat extraneum: inde calamitatum ſeges, & extremorum minæ, quas tempeſtivè Rex prævenire potuiſſet, debuiſſet.

CAPUT XIII.

Senatusconſultum de ſemovendâ reginâ matre.

QUamvis autem Cardinali conſtaret, ex quovis genere rationum neceſſario regis inſtitutum perſequendum, ad ſeceſſionem aliquantuli temporis; modeſtiam tamen commiſit cum prudentia, ut calculum nunquam adderet, niſi iteraſſet preces graviſſimas, ſi tunc impetrare liceret miſſionem. Suggerebat, reginam matrem ſic fortè ad tranquillitatem deduci poſſe, ne quid reſpublica caperet detrimenti: ſe expeditum, mediis Oceani fluctibus ſorberi, ut navis reipublicæ ſervetur, modo regia benevolentia ne careret, aut per offenſam ſuſpectæ fidei vel neglecti officii repudium ferret.

Non quod minus perſpiceret, eum honorum gradum exigere veri planiſſimam exegeſin, ubi de reipublicæ ſalute ageretur; ſed ut comprobaret, privati commodi nullam

nullam ſibi in eo concurſu rerum eſſe rationem. Non quod honorem à rege delatum deſpiceret, aut minus æſtimaret, primus utique miniſter; ſed quod reverentia in reginam matrem aboleret conſiderationem propriæ dignitatis. Non etiam quod deficeret animo, in perſecutione perpetienda, cum lucta illa novos ſubderet ſtimulos, nullis unquam aulæ tricis & factionibus ſuperandos; ſed quod generoſiſſimus quiſque eſt moderatior, ſorte etiam eximia nonnunquam ingruente, ut fortius cadas, quam ſubſiſtas.

Denique nullum hic detrimentum ſtudii erga regem, cum nihil ipſum acrius potuiſſet affligere in quæſito illo ſeceſſu, quam officii inhibitio per occaſionum penuriam, ſi nulla ulterius fieret poteſtas ipſius aſſerendi adverſus iniquiſſimos aſſultus, quos reginæ matris corruptores, adeoque Aurelianenſis ſeductores perpetuo inſtituebant. Voluiſſet tamen, ſi licuiſſet, connixe colere domini ſui matrem, tametſi ad eam ſemovendam non multum opus eſſet inſtigatione; cum jam actiones ſatis faſtuoſè regem perdocerent, jam non facile diutius in aulâ permanſuram, donec & tempus & veritas ſenſum diverſum, eumque ſaniorem contuliſſent.

Ex iſtis omnino rationibus expetebat Cardinalis miſſionem: rex vero, gnarus, quantum reſpublica labefactaretur ex jactura tanti miniſtri, tam neceſſarii, cum vix Natura pluribus ſeculis eum genium indulgeat; cujus opera etiam uteretur, uti Deus Solis miniſterio ſolet, ad diſſipandas quaſcunque tempeſtates, quæ ſubinde cooriuntur, petitioni neutiquam annuit: quin potius expenſis, quæ inde redundarent officiis, regniq; commodis illuſtribus, omni curſu miniſterii exacto, ad turbas & confuſiones, quibus mater regina ſtudebat; jam comparabat præſentem rerum ſtatum, cum exordio adminiſtrationis; nihil ulterius deliberavit, certiſſimus animi, rogare matrem reginam, ut aliquamdiu extra aulam degere conſtitueret.

Omnes omnino miniſtri regii in iſtam ſententiam tranſiêre, ne in crimen perfidiæ erga regem delaberentur, ſi injuſtam reginæ matri exhiberent reverentiam. Quilibet enim eorum conſiderabat, querulandi nullam ipſi

ipſi relinqui occaſionem, neque de regis inobedientia, neq; de ſuo ipſorum contemptu, cùm iis omnem culpam jure imputet, qui malis conſiliis mentem impedivisſent, adeò ut hoſpitium ipſius neque cum aulâ, neque cum bono Galliæ publico conſiſtere poſſet.

Politica Reminiſcentia.

QUemadmodum ſalus Reipublicæ ſcopus eſt, quem Deus ipſe omnibus omnino regibus præfixit, cum Diademate frontem inſigniret; ita nihil apud ipſos debet eſſe majoris ponderis, ad illud centrum collineant omnes actiones, evitatis ômnibus adeo diverticulis. Fruſtra prudentiam ad ardua ſuſcipienda & gerenda habuerint, ſi ratio ulla particularis, pro conſanguineis, aut alicujus voluptatis impetus progreſſum inhibere valeant. Magnatum deſideria, Reipublicæ ſemper noxia: itaque rex ordinis per regnum obſervandi ſtudioſus, illa nunquam populatium bono, anteferet.

Princeps regius utique pacem rogabit, per neceſſitatem belli; ſic à prudentia regia indignum quid committetur, ſi eapropter arma ponat. Alius flagitabit, ut aliquem Senatu moveat, licet valde utilem rebus agendis; ubi nemo dubitabit in juſtitiam peccari, remque publicam offendi, ſi Senatus viri laudati opera privetur. Quid verò rationis feret Magnatis alicujus obſtinatus lubitus, ut regem ad pacem reipublicæ ignominioſam, ſuique apud exteros contemptum adigat: aut ut miniſtrum aliquem removeat, qui inſtar benigni aſtri irradiet, Rempublicam ſalutaribus inſtitutis ornet, & potentiam exteris oſtentet metuendam?

Quis verò mirabitur, ſi rex illorum commodis præferat bonum publicum, cum & ſua compendia ad iſtam trutinam teneatur negligere? Juſti ſanè nomen nunquam merebitur, niſi pedibus & voluptates & commoda propria ad honorem coronæ conculcet. Meminerit ſeſe potius eſſe Reipublicæ, quàm ſuam eſſe Rempublicam, unde popularium ſalus ipſi undiquaque anteſtat. Quod ſi ſalutem Reipublicæ potiorem habeat, quàm ſemetipſum, nullo vitu-

perio maculabitur, ſi eandem cujuscunque domeſtici & neceſſarii commodis particularibus præferat.

Nec parentis deſiderium hic attenditur, cùm injuſtitiæ vituperandæ reum ſeſe faciat, quicunque per obſequium illius, reipublicæ noceret. Authoritas enim propinquorum non exit parietes privatos, quæ ulterius protracta, deficit ex officio publico. Reges audiunt imagines vivæ divinitatis: unde juſtius ſpecimen nuſpiam ſumpſerint regiminis, quàm ex inſtituto divino. Deus enim, ut univerſum bono ordine complectatur, interitum & angorem millenorum ſubjectorum particularium quotidie permittit, ne regibus quidem, Reipublicæ licet utiliſſimis, præteritis. Hinc & illis juſtiſſimum fuerit, ut publicum bonum cuivis particulari præferant.

Quis vero ignoret, bonum publicum cauſarum univerſalium eſſe objectum? Sol enim nihil definit radios ſpargere, ſic Luna, cum reliquis aſtris coruſcare, & influentias in hæc inferiora effundere, quod neceſſariæ ſint ad univerſi conſervationem, tametſi nonnullis particularibus ſubjectis noceant. Reges autem cenſentur numero cauſarum univerſalium; unde fit; ut per leges juſtitiæ teneantur ſemper reſpicere bonum publicum: quod ſi neglexerint, non poterunt evadere grandiora inſortunia.

CAPUT XIV.

Rex redit ad Pariſios, poſtquam dediſſet mandata de regina matre retinenda.

EX omnibus rationibus, quas diſpicere licuit, rex mitiſſimam elegit. Non ignorabantur loci rigidioris inſtituti, ad coërcendam reginam matrem; ſed manſuetudo Regis, & moderatio, quam Cardinalis ſuggerebant conſilia, alium non admiſêre uſum. Inſtitutum autem per ſe moderatum, executioni dabatur tanta reverentia & curâ,

Digitized by Google

ſura, ùt regina omni juſto deſtitueretur querimoniæ ſubjecto.

Cùm rex etiam Compendii moraretur, venatum fingit matutinum, maturè jubet omnia præſtò eſſe, rogat reginam comitem, accerſit Mareſchalcum Eſtræum, cui in aurem imperat, reſtaret ipſe, & omne obſequium, quod mandaretur, deferret, copiis Compendii relictis præeſſet, ne miniſtri reginæ matris turbas darent: oppidum in obſequio contineret, quarumcunque copiarum per viciniam confluxum impediret.

Rex ſeſe accingit ad venatum expeditum, & antequam egrederetur, Villa Cleriçanum ad reginam matrem mittit, qui nunciaret, Ab re ſeſe illa inſalutata quod reverentia & tenerrimum ſtudium erga ipſam interclusiſſent preces coram dicendas, in ipſius fortaſſe faſtidium: judicare tamen ad bonum publicum neceſſarium, ut ipſi placeret hoſpitari in Caſtello molinarum, quod olim delegiſſet ſibi à morte regis defuncti, & aliquandiu illic degere cum univerſa familia; gauderet omni genere libertatis, frueretur omnibus bonis & redditibus conceſſis; eo ſplenderet honore, quem natales poſcerent, in quem finem adderetur provinciæ Burboneſiæ adminiſtratio.

Dehinc patrem Suffrenum inſtruit mandatis, qui itidem reginæ matri deferret, ad excuſſum ſomnum, Diſcedere ſeſe, ipſa inſalutata, ægro animo; ipſa tamen nihil curaret, & reliqua à Villaclericano intelligeret: Hæc ordine conſtituto fiebant: rege jam Compendio digreſſo pater Suffrenus prior nuntium perfert, teſtis utique ocularis plurimæ ſollicitudinis, quam rex ad flectendum animum ſumpſerat, ut liberè diceret ex ſerie ſuſcepti mandati, nihil cauſæ eſſe, cur de rege conquereretur.

Eſtræus poſtmodum rogatum mittit, an gratum haberet acceſſum, ubi annuit, è longinquo audit, Videre ſeſe & alteram captivitatem. Ubi autem ille aſſeveravit, non ſeſe remanere juſſum, ut libertatem ipſius cogeret, quin potius ùt inſerviret, & mandata exciperet, paululũ acquievit. Ad veſperam adeſt denuò, ſupplicaturus nomine regis, ut aliquandiu in caſtellum ſuum molinarum ſecederet, ad leges,

 quas

quas indicare eſſet juſſus. Rex venationis facto fine, Verberiæ pernoctavit.

Politica Reminiſcentia.

QUemadmodum reginæ non eximuntur legibus, quæ ſancitæ ſupplicium irrogant authoritatem regiam quomodocunque violantibus, cùm ſalus populi ſuprema lex ſit, ſatis frequenter occurrit per hiſtoriam, illas ab aulis ſemoveri, cùm & alia ſupplicia metuere poſſent, ubi adverſus inſtituta perverſa bonum publicum eſt aſſerendum. Soli enim reges eximuntur legibus: illorum autem matres & conjuges, cùm ferant qualitatem & reginarum & ſubditarum, minimè liberantur ab irrogatione pænarum, per leges conſtitutarum.

Cùm Helena Menelai, regis Spartani conjux, poſt excidium Trojæ rediiſſet in patriam, exulare jubetur, cauſa utrique tantorum malorum. Et honorius Imperator, Conſtantinopolim remiſit Placidiam, quod videretur hoſti favere. Irene, conjux Conſtantini V. perpetuo damnata fuit exilio per Nicephorum, filii ſucceſſorem. Martina, conjux Heraclii Imperatoris, idem ſupplicium ſubire fuit coacta ex Senatus conſulto, quod necem procuraſſet Conſtantino minori, privigno.

Et noſtra hiſtoria ſuppeditat diverſa hujus ſpeciei exempla; Ludovicus VII. ab aula removit reginam conjugem, divortiumque fecit, ob fidem conjugii non integrè ſervatam. Carolus VII. matrem Iſabellam, Bavaram, Blæſiam, & inde Auguſtam Turonum ſepoſuit, ut præveniret mala conſilia à quibuſdam turbulentis ipſius nomine inſtituta: juſſo etiam Conneſtabili Armoniaco mundum muliebrem & pecuniam auferre, trecentos viros cuſtodiæ addere, ſine quarum permiſſu ne verbulum quidem cuiquam loqueretur; donec Dux Burgundiæ eam eriperet.

Quanti verò retulerit unius hominis expletum deſiderium, ad tranquillitatem tot myriadum, quibus rex debet patrocinium & curam, adeo ut rationem ſit redditurus coram illo, qui vigilantiæ regiæ illos ſubdidit? Nulla tam grandis obligatio, nulla tam juſta per orbem terrarum con-

Digitized by Google

ſideratio, quæ excuſet hallucinationem ad principium, aut curſum ingruentis calamitatis permittat, in detrimentum populařium. Hæc lex nullam patitur exceptionem.

Cumque debeat & vitam propriam immolare ſaluti populorum, quanto juſtius populi ratio anteſtabit particularium commodis? Regina defuncta, Catharina Medicæa dicebat aliquando, Principi convenire eandem authoritatis æmulationem, quæ marito de conjugis caſtitate.

CAPUT XV.

Principes iſtius ſectæ comprehenduntur.

QUo tempore rex Compendio diſcedebat, rogatâ matre reginâ, ut aliquamdiu aula abſtineret, expediebantur mandata, ad comprehendendos ſectæ iſtius authores, adeò ut matronæ complices itidem juberentur ad ſua abire. Mareſchalcus Baſſompetrius, Abbas Fuxæus, & Vauterius medicus in carcerem Baſtiliæ diſponuntur, nulla unquam injuria violati; jubentur princeps Contia, dux Elbævia, Ornania & Dedigeria privatas habitare ædes.

Tanta autem moderatio adhibita principibus, provinciarum præfectis, & aliis Dynaſtis, extra aulam verſatis, ut id ſolum peteretur, commerciorum ſcilicet cum regina matre interruptio, appoſitis cuſtodibus ad quævis agenda; monitis inſuper, tricarum ſtudioſis, niſi deſinerent, à rege licet invito, tandem caſtigandos.

Neque enim poterat inſtitui lenior cautela, aut clementius coerceri factio, quæ familiam, regiam diſſidiis laceraſſet, cum Exteris colluſiſſet, bello inteſtino operâ dediſſet, palam regis regimen culpaſſet, actiones juſtiſſimas æquè ac glorioſas flagellaſſet, tandemque eo inſolentiæ proceſſiſſet, ut regem conaretur adigere ad inferendum exitium, quem gloriæ digniſſimum inſtrumentum oculitus amat. Quid auſuros cenſeas, ſi apud reginam matrem relicti, libertate agendi pollerent? quem terminum ultra extrema conſtituiſſent?

Querulabatur tamen illa, vociferata, Remotos, à ſe omnes fideliſſimos, quorum fidem perſpexiſſet ſingularem; plurimum urgens, ut Vauterius ſibi redderetur, ac ſi valetudini conſervandæ admodum eſſet neceſſarius. Recuſabatur verò principalis ubique incentor factionis, qui nunquam laboraſſet, ad illius animum componendum, quod Cardinalis per omnia ſacra nuperrimè rogitarat, additis etiam ampliſſimis promiſſis, ſi ſuperaret, ſed oleum camino affuderat, deſideriis etiam violenter intenſis. Ut autem nullam prorſus haberet occaſionem querulandi, optio data inter centenos Medicos quorum numerus in Facultate Medica apud Pariſios extat, fama ad iſtum longè ſuperiore.

Politica reminiſcentia.

ABſurdiſſimum, factioſis libertatē indulgeri, cùm carceres in eum fabricentur finem, ut ea ad detrimentum reipublicæ abuſi, coerceantur. Fruſtra leges expedierint iſtum modum improbitati frænandæ, niſi uſus fiet. Quid minus enim compingantur perturbatores tranquillitatis publicæ, qui fidei ſuæ qualicunque permiſſi, regnum incendiis evertant? Non facile omnes factionis complices apprehendi poſſunt, quod ſanè etiam minus expediret, principes ſaltem cuſtodiæ mancipandi, cùm extremo periculo ſcateat, eos tolerari, ex intempeſtivo metu, ne juſtitiæ curſus apud populares incuſētur nimii rigoris.

Illa enim indulgentia nimia locum tempuſque eâdem operâ permittit, ad inſtitutum in eam ſeriem perurgendum, ubi poſtmodum ludas operam & conatum. Mutianus Vitellius eximiè laudatur per Antiquitatem, quod filio necem juſſerit irrogari, ut ſic primas belli flammas in ortu opprimeret. Alenſonius conſpirarat contra Carolum VII. anno ſeptuageſimo quarto ſupra milleſimum quadringenteſimum: unde & carcerem ſubire eſt juſſus & mortis ſententiam ſuſtinuit. Dux Burgundiæ manibus pedibusq; loborabat, ut gratiam impetraret, vel ex argumento familiæ regiæ, & majorum ampliſſimis meritis: à rege tamen id reſpōſi tulit, Familia regia ortum eſſe, nihil deroga-

re

re caſtigationi extremæ, cum vel inde ad ſinceriorem fidem debuiſſet invitari: majorum etiam merita nihil prorſus reſpicienda, cum ab illorum exemplo receſſiſſet reus.

Carolus V. & libertate & vita privavit virum equeſtris ordinis, quod epiſtolam amanuenſi dictaſſet, qua Franciſcus I. rogabatur à Gandavenſibus auxilia adverſus ipſum. Philippus II. Rex Hiſpaniæ, non expectavit tempus factioni maturandæ, quam filius adverſus ipſum & rempublicam erat exorſus, ſed nihil motus proprio ſanguine, jam certus de inſtituto, cum cuſtodia circumdedit.

Neque Carolus IX. fratri Alenſonio ignovit, neque regi Navarræ, perfectis illorum tricis, quin utrumq; in ſylvam Vincennarum compingeret. Henricus III. carcerem minabatur poſt primum conventum Ordinum, Blæſiam coactum, Henrico, nuper defuncto regi, & principi Condæo, niſi condeſcenderent ad ſuum inſtitutum, ſacrorum & Reipubl. ergo ſuſceptum. Nunquam verò eas calamitates Gallia ſuſtinuiſſet per bella Ligiſtica, ſi ad primam pernicioſorum conſiliorum notitiam Guiſium carceri mancipaſſet.

Ipſa etiam regina mater, principem attineri juſſit, ſummam reipublicæ adminiſtrationem adepta, per ſuſpicionem violandæ authoritatis ſuæ.

CAPUT XVI.

Eſtraus conatur perſuadere reginæ matri voluntatem regis.

CUm jam regina mater remaneret Compendii, Eſtræus operam dabat, quæcunque ipſi reverentiæ teſtimonia uti rex juſſerat exhibere. Singulis diebus veniebat ad teſſeram militarem excipiendam: primo die abs regis exceſſu rogat rationem clavium, quibus clauſtra oppidi continentur, an gratum haberet, ut ipſi adferrentur.

Omnes omninò miniſtri familiæ ſua obibant munia, ſine ullo impedimento; ipſa prodibat quocunque deambulatum, nemine corycæo addito: nullus unquam ſermo ab

Eſtræo auditus, quin nomine regis rogaret, domicilium in Caſtellum Molinarum transferret, quod viduitati ſponte delegiſſet tranſigendæ, interpoſita fide, de cuſtodia non circumponenda. Adeo ut minori querelarum ratione torqueatur, quàm conveniat, primitusque etiam illum ſeceſſum inſtituerit amare.

Verum enim verò, factioſi libertate non coërcita, hanc mentem non diu ferebant, quin ſuggererent, Pariſiorum viciniam inſtituto apprimè commodam, propter confluxum rerum gerendarum, & centrum reipublicæ, adeoque turbarum promptiſſimam officinam; ſic mutatâ mente conſtituit Compendii morari, tametſi ante pauculos dies dixiſſet, Eo loci non poſſe ſeſe vitam ducere.

Rex gnarus, quanti intereſſet vicinia Pariſiorum ex iisdem rationibus, aſſentiri noluit, oblata electione, ut in quamcunque per meditullium regni demigraret urbem. Sic petit Nivernii incolatum; quem ubi regi nihil diſplicere audit, repudiat, ex inopia ſumptuum, ad iter ſuſcipiendum. Cumq; nihil omnino defuturum intelligeret, fingebat magnum triremium apparatum, ut extra fines regni proripi eretur; quæ omnia in mente familiarium vagabantur, & coibant ad frivolas excuſationes.

Deinde offertur provincia Andegavenſis adminiſtranda, cum urbe & caſtello Andegavi, ſi forte illum ſeceſſum potius diligeret; ad quæ omnia pertinaciſſimum animi inſtitutum exerebat, ut pergeret cum regis voluntate colluctari, oblita fere, quòd ſubditorum cenſum ſimul & matris reverentiam ferret, nihil expenſis ardentiſſimis regis precibus, toties per internuntios delatis, ut Compendio diſcederet, quæ inobedientia regiam amplius offendebat authoritatem, ut ex loci tàm impensè quæſiti vicinia ſuſpicio augeretur.

Politica reminiſcentia.

CONtumacia tanto majori habetur vitio in Magnatibus, quanto vehementius commoventur populares ad illorum exemplum, adeò ut ex ipſorum pertinacia refractaria vægrandia mala in Rempublicam decumbant.

Ob-

Obduratio adverſus rationem, & authoritatem ſupremam, in ſummas eos præcipitat confuſiones, unde inſtituto nihil promoto, ignominiam ferunt, cum ſectariis ad naufragium delapſi.

Efflagitat enim ſumma neceſſitas remedium, ut conſtet obſequium erga regem, maximè apud Magnates familiæ. Longè igitur utilius flectentur ad obſequium, quàm ut per vim diſrumpantur; rectius commutabunt inſtitutum, velis converſis, quàm ut perſequantur viam, in perniciem vergentem. Prudentiæ ſoliditas non conſiſtit in determinata voluntate ad hoc vel illud abſolutè pergendum, ſed in perſeverantia ad rationis ductum, utilitatem & decorum conſectandi.

Hinc evidenti damno antehabet inſtitutum commutaſſe. Inconcuſſa enim illa pertinacia nihil prorſus cedendi naturis angelicis tantummodo conveniet, quæ rerum momenta uno intuitu contemplantur, adeo ut nihil eorum ignorent, quibus aut deteriores, aut meliores efficiuntur; & inde poſſunt extra metum erroris primo inſtituti conſilio firmiter inhærere. Non eadem ratio mentis humanæ, ubi ſæpe numero intelliguntur ſubjecta primitus utilia, quæ ſummum deinde periculum produnt, ut cogare eundem vigorem in illis rupudiandis exercere, quanto deſiderio eadem proſequebare.

Cum iſtis tenebris connaſcimur, vt vel potentiſſimi intelligant, ideò ad uſum ſapientiſſimorum conſiliorum eſſe deſcendendum, vel invitiſſimis, ut ad tranſactionem flectantur. Hinc inconſtantiæ neutiquam tribuitur, ſi malum inſtitutum convertatur, maximè ubi infortunium nondum præviſum, in lucem protrahitur. Plerumque tamen nobis uſu venit, turbantibus rebus, quod in corporum morbis animadvertere licet, ut ardentius diligamus, quæ ſaluti officiunt.

CAPUT XVII.

Intimi Aurelianenſis conqueruntur.

INter diverſas querimonias, eorum, qui & nomine & ſigillo reginæ matris per literas abutebantur, ſumma erat, ſeceſſionem ab aula ſubortam, quod cum Cardinale nollet correſpondere. Hic verò videas ægroti intemperiem, qui ex proprio errore in turpem valetudinem delapſus, ſeipſum incuſare non ſuſtinet, delicto aliquo ſubjecto, defenſionis capace. Tantundem enim Cardinalis contribuerat ad ſucceſſionem reginæ matris, quantum virtus poteſt, apud animum vitioſum, turpibus mancipatum, qui in odium virtutis ſponte irritatur, à Deo alienus & deſtitutus.

Rex antequam reginam matrem Compendii deſtitueret, per omnia ſacra adjuraverat eam, ut Cardinalem vellet diligere; cujus inſtituti hæc erat cauſa ſumma, quod ſic optime conſuleret Reipublicæ, & ipſum à factione in ſeditionem regni intenta revocaret, quæ omnem movebat lapidem ut ipſa precibus continuis perurgeret regem ad ſummum miniſtrum excutiendum. Hæc eadem cauſa fuerit, cur rex ab illa ſeparari ſuſtinuerit, uti teſtatur in literis ad provinciarum rectores, mentione etiam inſertâ, quomodo regina mater recuſarit diligere Cardinalem.

Additum tamen legas, odium illud ſubortum ex tricis, quas illa in perniciem Reipublicæ, & ad turbandos populares foveret, unde regi ipſius præſentia ad aulam ulterius fieret intolerabilis; Quis vero ſeceſſionem illam imputaverit Cardinali, ſi tantum otii ſumat, ad expendendam ſollicitudinem & induſtriam, quam ſedando reginæ matris animo nunquam non adhibuit, ut vel fortunam ſuam abjicere, & aula abeſſe præoptarit impenſiſſimè. Unde dici poteſt, non perſtitiſſe, niſi ut voluntati regis ſatisfieret, juſſiſq; præter reminiſcentiam benficiorum, quæ expoſceret gratitudinem, vel ob ſtudium benignè comprobatum: addito etiam

etiam eo cumulo honoris, ut tanto firmatius eum tutaretur, quantò vehementius regina perdendum quærebat.

Quis denique dubite, inſtitutum illius evertendi & perdendi, quandocunque pretio, qui principis cardinis per rempublicam locum obtinebat, cui rex non una vice teſtimonium perhibuiſſet, ex eo clavo ſummum ſibi bonum pendere, crimine læſæ majeſtatis cenſendum? Nunquid idem foret evertiſſe, adverſus regis voluntatem munimentum firmiſſimum in limite regni, aut urbium pulcherrimam Galliæ invaſiſſe?

Sic ſanè & tum experientia docuit, Cardinalem magis neceſſarium eſſe Galliæ, præ multis caſtellis & urbibus famoſiſſimis, quas regnum ambitu complectitur. Eas enim facilè recuperaſſet, quocunque auſu exterorum perditas: non tamen licebat eum miniſtrum, tantis dotibus ornatum invenire, qui majorem Galliæ præſtaret tutelam, quam univerſæ ſimul Citadellæ, etiam poſſet magnum numerum celebrium urbium regi ſubjicere.

Politica reminiſcentia.

NOn præter rationem Theodoſius minor & Juſtinianus Codicibus juris publici inſeruère, æquè ac Leo primus & Conſtantinus in Politicis & Baſilicis, legem illam ab Arcadio ſancitam, quâ crimen læſæ majeſtatis impingitur factioſis, in exitium ſummorum miniſtrorum juratis. Ex eadem cauſa apud Anglos etiam cogitatus offendendi Senatoris intimi, executione non conſecuta, vitæ exitium ex criminæ læſæ majeſtatis, ejusque ſupremæ trahit: id quod uſus obtinuit, adverſus Sommerſetum, Eduardi ſexti avunculum, regniq; protectorem, quod ſimplicem voluntatem propalaſſet, de duce Nothumbriæ occidendo, qui ad regni clavum ſedebat, per regis illius ætatem puerilem.

Succiæ leges tantam erga illos reverentiam imperant, ut calumnias in eos conjectas morte expient: hinc Salvianus Maſſilienſis ait, enormitatem injuriam æſtimandam eſſe ex conditione perſonæ offenſæ. Unde ſum-

de ſummus Reipublicæ miniſter, principis utique vicarius, offenſus, paulò minori caſtigatione vindicabitur, ac princeps ipſe: Injuriam feciſti, inquit Quinctilianus, ſed cùm offenderis magiſtratum, patraſti crimen læſæ majeſtatis.

Sic & Veterius referente Plutarcho extremi ſupplicii, ſententiam incurrit, quod Tribunum non coluiſſet, cujus dignitas tamen longè inferiori ſtat gradu, collata ad eminentiam ſummi miniſtri, non cedens de via publica. Hinc antiquitatis judicia patent de injuriis publicis, & ſuppliciis temeritati irrogatis;

Nemo nonagnoſcet æquitatem ſententiæ iſtius, cùm miniſtri ſummi reipublicæ ſint quaſi partes nobiliſſimæ Principis, prout ſonant verba legis ab Arcadio latæ. Quod ſi Princeps caput ſit Reipublicæ, ipſi repræſentabunt membra, quibus gubernetur illa. Ita ſcimus, Dominium noſtrũ caput eſſe ſuæ Eccleſiæ, Eccleſiam ipſius viciſſim eſſe corpus, clericos verò membra principaliora.

Aſtra ea principes induunt parte ſui ſplendoris, ut populi per ipſorum influentias conducantur; imagines adeo vivas coruſcatione fulgidæ authoritatis condecorant. Hinc fit, ut crimen læſæ majeſtatis committatur, ubi quocunq; contemptu imago principis, vel conflata ex ære, vel ſculpta ex marmore, vel delineata ex coloribus offenditur; longè magis culpetur, qui imaginem vivam, vividioribus authoritatis ſupremæ radiis præclaram offenderit, ex cujus ore voluntatem populares addiſcant, cui, tanquam principali inſtrumento, gloriam ipſe referat catenus acceptam.

Quod ſi rationem etiam prægnantiorem deſideries, perpende, aliud crimen læſæ majeſtatis offendere principem ipſum, aliud ipſam majeſtatem. Nunquid hoc fuerit ſummam authoritatem Reipublicæ lædere, ſi conſpirationes fiant in exitium miniſtri, cujus prudentia in bello geſto limites regni promovit, principem nationibus exteris fecit metuendum, univerſos hoſtes eo redegit impotentiæ, ut in principis authoritatem nihil prorſus audeant, extinxit omnes factiones, quæ reipublicæ turbabant tranquillitatem, quotidie auget gazam ærarii, confirmat pacem regno, & ut verbo denique omnia complectar, ſecundum

dum regem ſolidiſſimum eſt fundamentum auctæ Reipublicæ.

Majeſtatem imperii minuit, quicunque excitat ſeditionem contra bonum publicum, ait princeps Eloquentiæ in libris de Oratore. Tria autem faciunt genera, quomodo crimen læſæ majeſtatis committatur: Primum offendit perſonam principis; alterum adverſatur authoritati ipſius debitæ; tertium impingit in authoritatem & tranquillitatem Reipublicæ. Clauſis fuerit oculis oportet ad rationis occurſum, niſi ad tertium hoc genus referat quivis cordatus civis, quod in exitium miniſtrorum ſummorum inſtituitur, & Rempublicam tam graviter lædit. Neque vero ingenio opus eſt, ut ad primum genus reducas, quod per Angliam ſolet, cùm miniſtri fronti impreſſum gerant characterem principis, authoritatiſque ſummæ.

CAPUT XVIII.

Rex matrem reginam ſeverè admonet.

EStræus, cujus prudentia abundè fuit comprobata in negotiis difficillimis, nihil operæ remittebat apud reginam matrem, ut ipſi obſequium in voluntatem regis perſuaderet. Marchio Sanchaumontii aliquando interveniebat; atque alii plures Compendium ex parte regis delati, qui omnes aſſeverabant, hoſpitium id regi ſumme diſplicere. Sed nihil prorſus ſic profectum, niſi ut animus illius fermento acriori æſtuaret, ad querimoniarum ſolita exercitia, de rigore captivitatis, qui tamen imaginationem ſolummodo tenebat, cùm nullis excubiis cuſtodiretur, imò claves oppidi in poteſtate haberet, & quocunque luberet, de ambulatum iret.

Quemadmodum autem hoc illius inſtitutum regem offendebat, nec in republicâ tolerari poſſet, ubi obedientia fundamentum facit, placuit tandem regi, Schombergium mittere, & Roſſium, quorum animi pari civilitate ac pru-

Prudentiâ laudantur, qui veritatem clarius explicarent, quam eatenus fuiſſet factum, ut intelligere inciperet ipſa confuſum ſuum inſtitutum, quod fingebat ſponte ignorare, poſtquam nunquam deſineret innocentiam ſuam jactitare.

Nihil illi diſſimulabant, quod regi omnia momenta conſpirationis innotuiſſent, quæ incurſaret & ſuam authoritatem & gloriam: non minus neſcire, illum, cur Aurelianenſis ex aulâ ſeceſſiſſet; etiam ultra limites regni digreſſus, nempe per ipſius reginæ matris conſilia. Neminem ſanè fore in univerſa republica, qui regi jus legendorum miniſtrorum diſputaret, aut neceſſarium imponeret eorum mutandorum. Nihil igitur abſurdius regi eveniſſe, quod ipſa in particulari vellet regem compellere ad abdicandum Cardinalem.

Rectius ipſam, quam ullum alium Gallici nominis & ſoli noviſſe; neminem prorſus per univerſum inveniri regnum, tantorum officiorum capacem. Denique non ipſi quicquam ſupereſſe cauſæ, cur querularetur, ſi juſſa ſit aliquamdiu à rege ſemota degere, cum nulla in ſacro Codice extet lex, quæ liberos obliget ad perpetuum cum matribus conſortium, maximè ubi ætatem ſunt adepti, quæ diſpoſitionem patrimonii ipſis permittat.

Inveniri tamen non unam legem, quæ in diverſis locis obſequium erga reges, imperet, tanquam erga vicarios Dei. Unde rex non immerito offendatur, quod ſæpius mota, Compendio diſcedere tergiverſaretur etiam ſine excuſatione, poſtquam rex obtuliſſet arbitrio ipſius quamcunque aliam urbem ad incolatum. Suarum nunc eſſe partium, ipſi explicare, quomodo illa inobedientia in Republica benè conſtituta ferri nequiret, neque juſtum eſſe, ut rex ipſius obſtinationi cederet: ſic demum regem ad rigorem majorem erga ipſam cogi.

Schombergius eo uſque etiam progrediebatur, ut diceret, nihil ſibi ambiguum, liberè fateri, eam fuiſſe ſibi ſententiam, ut ipſa aliquamdiu ab aula removeretur, quod præſentiam ipſius adeo noxiam regiæ gloriæ animadvertiſſet. Qui ſermones & veritatis & prudentiæ fæcundi poterant glaucoma oculis detrahere, ut pietatem regis ad-

mira-

miraretur, cum iis ſatis haberet ipſam removiſſe ob eas cauſas, quæ non paucis principibus libertatis uſum abſtulerunt, & tribunal ſummum irritarunt. Animus tamen illius adeo erat conſtrictus per artificia factioſorum, ut nihil quicquam iſtorum errorem eximeret, quin potius violentiſſimi motus irracundiæ inde conſurgerent.

Politica reminiſcentia.

Quamvis Magnates præ cæteris opus habeant de veritate informari, quod gravioribus occupentur negotiis ad ſucceſſum dubium; major tamen pars illorum veritatis eſt impos & impatiens. Nunquam illorum ſubit palatia, niſi obreptitie ſi quando in conſpectum prodeat, plerunque averſam experitur faciem, adeo gravis eſt illius præſentia. Volunt enim, ut ſermones de rebus optatis, quales ipſi ſomniant, inſtituantur, non quales ſunt per exiſtentiam.

Periculoſæ cenſentur actiones illorum, cum confidentia polleant, decere eas tantam authoritatem. Quicunque eo audaciæ abierit, ut inſtituto adverſetur, per veritatem retectam, ocyus inepti miniſtri feret vituperium. Hinc plurimi familiarium, qui malevolentiam declinare avent, de inſtitutis non aliter loquuntur, quam ad voluntatem, cum quotidiè experiantur in reliquis domeſticis; hoc genus complacendi longè fortius fulcire fortunam, præ veritate.

Sic igitur Principes iſtius ingenii nunquam fere recto utuntur conſilio; cum pauciſſimi mortalium reperiantur, qui malint propter ipſos fortunam deſerere, cum tandem nullo operæ prætio poſſint perdere, poſtquam conſilia in deſideria ipſorum impingentia cenſeantur extravagari aut decipere. Ut plurimum referunt eum judicem injuſtiſſimum, qui ex Salvatore quærebat, Quid veritas eſſet, non expectato reſponſo ad illam declarandam.

Non tamen deſinunt ſtupenda aliquando hinc incommoda emergere, eo quod verum apparens, quo paſcuntur, ſimile ſit illis facibus, quas piratæ rupibus ſummis imponunt,

nunt, ut ad ſpeciem Phari, appropinquantes naves colliſdantur, omni vectura in prædam concedente. Priſcorum quidam ajebat, id demum mentis ſummum eſſe bonum, ut veritatem cognoſcat. Intelliges tamen hoc apophthegma de mente pura, quam nulla deſideria turbent, & una juſtitiæ ſemita ducat, ad exemplar ſententiamque virorum ſapientiſſimorum. Beatum vero principem, qui hanc diſpoſitionem obtinuit, novitque æſtimare liberos conſiliarios, veritatem nullo fuco illinentes, quibus fortiſſimè innitatur ejus authoritas.

CAPUT XIX.

Regina mater inquirit in fatum regis.

MAnſuetudo nunquam non apparens in vita reginæ matris, inſtitutum iſtud fidei noſtræ ſubduceret, niſi ſeducta fuiſſet iis artificiis, quæ eo difficilius cavere poterat, quod authores haberent confidentiſſimos illius. Ea autem improbitate laborabant, ut in terris deſtituti rationibus ſatis ſolidis ad animum prolubitu circumagendum, ipſa aſtra adirent, à quibus per ſummam væcordiam horoſcopum regis mendicabant, ut ex diſpoſitione ſignorum cæleſtium regi denunciarent fatum inſtare.

Eo autem eventu, ſuum eſſe per leges prudentiæ, Aurelianenſem colere: ipſa Aurelianenſem contemplaretur, uti ſolem orientem, qui brevi rempublicam eſſet ſumpturus, cujus radios ſibi conciliandos duceret, ſi maximè cum ſplendore ſubſiſtere cuperet. Hoc jacto fundamento, facilè ſuggerebatur deſiderio, Cardinalem nullo prorſus loco habendum, qui rege non amplius extante, in ſua futurus eſſet poteſtate. Iſtas imaginationes impias genii quidam circumforanei, ſed malitiâ macerati, venabantur potius in vacuo expanſo, quam in cæli conſtitutionibus, ut ambitioni appoſito pabulo hoc vaniſſimo, ſtipendia ſibi conſervarent annua.

Mirum ſanè, viros cordatos iſtis præſagiis inniti ullo

modo:

Digitized by Google

modo; ad hos tamen ſcopulos maxima pars Magnatum colligit tabulas naufragii. Hac via Lentulus Sura ad conjurationem Catilinariam pervenit: ſic regina defuncta, Catharina Medicæa inducta fuit ad multa ſequiora, quam decebat, in detrimentum liberorum & officii commitenda. Liceat Paganos eatenus excuſare, qui lumine divino deſtituti nihil arduum incipiebant, ad quæ ferè mentem nefas ducebant contendere, niſi per augurum, & cæterorum hariolorum præſagia, tametſi, ut verum fateamur, nullo fundamento inædificata.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum ea cognitio, quam per hancce vitam capere licet, vix ac ne vix quidem penetrat in fundum rerum præſentium, ita æquè inutilè ac periculoſum fuerit, eandem ad futura porrigere. Lubens ego accedo ſententiæ Platonis, Ariſtotelis & Senecæ, qui artem divinandi penitiſſimè rejecerunt, aſſeverantes etiam, quaſcunque Aſtrologorum prædictiones carere fundamento.

Chaldæi primi demonſtravère uſum horoſcopi, ſecundùm vulgatam opinionem: felicem ſanè illi ignoraſſent ignorantiam, ſi ſcientia illa carere voluiſſent. Laude dignum omni, per prudentiam præcipere eventura: nullum verò uſum præbet, eventum noſtrorum inſtitutorum ad motum aſtrorum applicare. Dæmonibus ſolitum, aliquando futura prænuntiare, ex regulis frivolis Aſtrologiæ vulgaris; plurimi tamen veritatem illarum prædictionum non tam ſoliditati illarum regularum, quàm caſui attribuere voluerunt, aut potius, ſecundum aliorum ſententiam, curæ prædicta præſtandi.

Quicunque deſiderat eventura prænoſcere, ſcrutatur quæ Dei ſolius ſunt; adeò ut tantundem temeritatis committat hariolus, quantum vanitatis deſideria illius notitiæ conſectantur. Mortales tamen hac vana curioſitate ſeſe deludendos præbent ex duabus potiſſimum cauſis, iiſque differentibus; dum alii quærunt effugere mala ingruentia, qui tamen, quod ſæpe animadverſum eſt, evitatis ſcopulis in brevia feruntur: alii verò aures animumque præ-

bent, ut viam inveniant, quætendis, quibus inhiant bonis: Illis itidem uſu venit; ut per nimiam fiduciam bonæ fortunæ ex aſtris proventuræ, malæ implicentur.

Ubi verò aſtrorum ratio deſiderata abnuit, ſcientiam illorum ſuggillant; & vice verſa ubique aliquid fundamenti occurrit ad deſideriorum ſpem fulciendam, adeo demulcentur palpo illo, ut Tereſia cæciores temerè ruant in exitium. Nullum aliud argumentum ad convincendam Aſtrologorum vanitatem adduxero, præter ignorantiam propriorum malorum, quæ capiti ipſorum imminent in particulari, ubi impotentiam ſuam ad expedienda remedia ſponte fatentur. Examines etiam ad normam prudentiæ regulas ſuorum judiciorum, ut vel ſic cognoſcas vanitatem, ſummamque ſcientiæ ignorantiam.

CAPUT XX.

Rex metuit, ne regina mater ad Hiſpanos abeat.

APparebat ſanè in regis inſtituto tantundem clementiæ, quantum duritiei regina mater præferebat; non tamen illa deſinebat rigorem crepare. Rex igitur querelarum nullum modum fieri dolens, inprimis de captivitate, quam ad omnes Orbis Chriſtiani principes traducebat, conſtituit & hanc præcidere anſam, ſi copias ipſi circumdatas, non cuſtodiæ cauſa, ſed ob alias rationes, penitus removeret: poſtquam conſtaret, Compendii nullam ſeditionem facile conflari, aut militem in viciniam contrahendum, principibus factionis vel in cuſtodiam datis, vel formidine perculſis: adeo ut omninò placeret, eas copias aliorſum diſtrahere.

Id unum metuendum videbatur, ne ipſa ad Hiſpanos elaberetur: ea cura verò ut liberaretur Rex, prius Eſtræo internuntio indicat, lubenter omnes omnino ſemoturum copias, & præſidii & viciniæ, ut gratificaretur, ſi ipſa ſponderet, regni limites non exire. Ea fide ſæpius iterata, per fidu-

ſiduciam deducitur miles, qui tamen rege ſic jubente, ad aliquot ſaltem leucas recedebat, ne qui concurſus ad arma fieret.

Politica Reminiſcentia.

TRibus ferè argumentis conſtat ſocietas humana; & fide, & vi, & metu. Fides in verbis conſiſtit, præter aliquas ceremonias, memoriæ refricandæ cauſa additas, quæ de ſenſu animi teſtentur. Cùm autem populares jugum ferant, fidem colere habent neceſſe, ſed principes ludere ſolent, uti pueri aſtragulis, jurejurando. Apud ipſos plerunque locum invenit prophanum illud, lingua juravi, mentem injuratam gero.

Alterum argumentum infert vim, & maximè ſpectat inferiores, quibus tribunalia conſtituuntur, aut armorum potentia obedientiam & fidem extorquet. Tertium eſt metus Numinis. quod exempla non raro ſtatuit fidei non ſervatæ, maximè ubi invocatio nominis divini intercedit, ut cœlum vindicet, quod terra nequit; ſi quis ſciens fallat, aut mentem à verbis diverſam ferat.

Sponte vult decipi, qui deſiderio æſtuanti animo fidem habet, cùm eo rerum ſtatu feratur equis auriga, neque audiat currus habenas. Sic videas pueros ferularum ictibus conciſos, ſumma quæque promittere, ſed eo dolore & metu liberatos, ſuſque ducere promiſſa, & ad ingenium redire, petulantiamque reſumere.

CAPUT XXI.

Regina mater exit ex Gallia.

NImia iſta regis indulgentia debebat in animum reginæ matris deſcendere: Verum enim verò adeo nihil agnoſcebat illam, ad regis voluntatem demerendam, ut ad majorem ægritudinem converteret, ex regno tandem egreſſa. Ut autem inſtitutum illud latentius perficeret, Regi nunciat per Eſtræum & Sanchaumontiũ, modo ſui videndi

ipſe faceret copiam, diſceſſuram ſeſe Compendio in aliam urbem, de qua conveniri poſſet.

Gratiſſimum id regi nuntium, Rex id ſignum alicujus moderationis interpretatus, quæ paulatim animum ſubiret: renunciat, ſeſe præſtò futurum vel Monſovi, vel Mantææ, vel alibi locorum per viam quamcunque, quæ Andegavum, Blæſiam aut Molinas duceret, ad ipſius arbitrium. Hac ſpe rex aliquandiu lactabatur; quod ſibi perſuaderet, eam rationem ad reducendum Aurelianenſem etiam valituram.

Regina mater verò interea temporis negotiabatur ſeceſſum in Flandriam apud Infantem gubernatricem: etiam viam invenit Mareſchalci Vardæi pervertendi, ut Capellam, quam tenebat præfectus, traderet. Petitionem Infans nihil diſtulit reſponſo dignari, quod Hiſpani, diſſidiis Galliæ fovendis ſemper delectati, ut intervertant ſuppetias fœderatis deſtinatas, ad uſurpationes ſuas promovendas, impensè ſuadebant, renuntiandum eſſe, Veniret omnium gratiſſima, omnem reverentiam & cultum per illas provincias inventuram, crederet omnino, nihil deſideriis ipſius defuturum.

Secundùm hoc reſponſum de exceſſu deſiit deliberare Ipſa, quin extemplo, quæ ſuam ſpectant perſonam, diſponeret, & cum Freſinæa Compendio diſcederet, præter unicam pediſſequam. Eodem die Capellam defertur, ſed copia introeundi negatur, quod rex ſuſpicione de Præfecti fide concepta, Vardæum patrem juſſiſſet advigilare: tranſiit igitur Avennas, primam Harmoniæ, qua Galliæ obvertitur, urbem: ut hoc inſtituto Orbi terrarum fecerit manifeſtum, non tantum nullam fuiſſe adhibitam captivitatis cuſtodiam, ſed etiam perverſis obſequium motibus animi ſic præſtari, cum ſuam perſonam hoſtibus Galliæ permitteret.

Poli-

Politica reminiſcentia.

SUmmum periculum imminet, ubi iracundia dominatur rationi: effecta Magnatibus obvia vel ex negotiorum pondere æſtimantur. Deus homini contribuit rationem, ut præſideat actionibus tanquam regina, in thronum ſummum collocata. Vult ut motus coerceat & ducat, veluti piſciculus ille Balænæ dux in mediis fluctibus, ne vaſtiſſima moles impingat in ſcopulos. Omnibus nobis & ſingulis imperavit luminis ductum, imprimis verò principibus, cum ipſi rempublicam turbent, quamprimum clauſis ad rationis ductum oculis, violentos animorum motus conſequuntur.

Impetus ille torrentem refert, qui arbores convellit; quævis obſtacula diripit. Sic extinguitur Lumen rationis, offuſcatur judicium, infringitur prudentia, ut inutilis hæreat, tanquam avis in viſco. Sic ſane maxima pars imperiorum invenêre exitium, diadematibus conculcatis: ſic popularibus crevit deſiderium ſeditionis, & oppidanis partium ſtudium. Sic templis vaſtitas inducta, altaria eruta, & ſacratiſſima quæque prophanata, & auguſtiſſima apud mortales violata.

Vidimus innumeros, per furoris æſtrum, nullum penſum tenuiſſe propriæ perniciei, modo exitium inferrent, exoſis per idem incendium, quo ſeſe corripi ſentiebant. Summæ ſapientiæ fuerit, iram frænare, & naſcentem fortiter ſuffocare; excandeſcit, enim per libertatem quæſitam, adeo ut impetus brevi invictas colligat vires, quibus nihil poſſis poſtmodum obſtare. Fulminis enim induit naturam, quod ſemel ex nubibus exploſum, eluctatum utique ex clauſtris, nullam vim moratur, quin perrumpat.

CAPUT XXII.

Regina mater introit Bruxellas ſolenniter.

UBi Regina mater pervaſiſſet in provinciam Infantis, Baro Crepacordius, Hannoniæ præfectus, ad Avennas occurrit, & civilitatis defungitur officiis. Quamprimum verò ipſa de adventu Infantem feciſſet certiorem, miſſo Barone Guæpratenſi, mittitur continuo Marchio Aytonæ Avennas, qui deferret omnem poteſtatem & authoritatem, quamcunque Infans in Belgium obtineret, rogaretq; ut pro arbitrio imperaret.

Donnus Philippus Albertus Valaſconius, Centurio ſatellitii equeſtris, eodem tempore adducit turmam, quæ excubaret circa ipſam. Hinc itur Montes, ubi Spinæi princeps cives armatos proſtituit, ut quantumcunque honoris adventanti exhiberet. In hâc urbe Infans occurrit, cum reverentiæ compendio, quantum mens concipere unquam poſſet; confirmat oblata, de authoritate in Belgium ipſi cedenda.

Poſt biduum itur Bruxellas, ubi iis honoribus fuit excepta, quos ipſi Hiſpaniarum regi fas eſſet præſtari, prolatis quibuscunque blandimentis, & recreationibus, ad votorum diverſitatem. Quis vero commemoraret cultum ab Hiſpaniæ magnatibus delatum? Permittent illi nihilominus ratiocinationi, aliam ipſis, aliam Infanti tum fuiſſe mentem.

Hæc enim per univerſum anteactæ vitæ curriculum tanta benignitatis, ſinceritatis & pietatis præbuit teſtimonia, ut inſtitutum illius nemo aliter queat interpretari, quam pro norma civilitatis propenſionisque particularis erga reginam matrem, & Galliam; cùm Hiſpanis longè diverſiſſimum ſederet animo; Quibus notiſſimum erat, fœminas iſtis illuſionibus devinciri. Cogitabant enim reginam matrem amplius intricare ſuis commodis, ut ad ipſam, tanquam ſcopulum, collideretur Cardinalis, cujus pru-

prudentia plus negotii ipſis faceſſebat, quàm exercitus centum millium armatorum.

Politica Reminiſcentia.

SApientiſſimum inſtitutum, principes exteros quàm honorificentiſſimè ſuſcipi, qui ex ægritudine aliqua animi patriam deſerunt, quæſito alicubi refugio. Natalium ratio venerationem ſemper circumdat, quâcunque demum ſorte conflictentur, adeo ut neque fortuna victis debeat detrahere cultum ex priori conditione debitum, Hinc Eunones rex Adorſiorum laudatur apud Tacitum, quod civiliter ſuſcepiſſet Mithridatem, Ponti regem, qui ex fortunæ ludibrio coactus erat ad hoſtem confugere.

Quòd ſi natales Exterorum principem debent inducere, ad colendos, etiam fortuna lapſos, prudentia idem officium amplius urgebit, cùm honor ille delatus vinculi inſtar ſit, quo arctius adſtringuntur ad hoſpitium diutius amandum, vel ex deſideriorum copia. Ea ratione etiam non rarò fovetur diſſidium illius reipublicæ, quàm deſeruêre; id quod ſemper debet eſſe magni momenti.

Licebit ipſos, quandocunque uſus ferat, exercitui præficere, qui irruat ad incendium bellorum, pace ſalvâ: quæ artes Hiſpanis nunquam non placuere, quorum provinciæ hinc inde ſparſæ, obſequio conſtabiliri nequeunt, niſi diſſidia apud vicinos principes foveant. Id quod quidam ex ipſis ſapientiſſimè adnotavit, cùm de ſecretis politiæ Hiſpanicæ ageret. Princeps enim ſapiens nunquam ægrè ferret, diſſidia apud vicinos fervere, cùm ſciat, ſic ipſos diſtineri, ne ſibi noceant; belloque impeditos, ſibi otium conficiendorum inſtitutorum concedi, ad progreſſus ampliores.

CAPUT XXIII.

Infans mittit Carondeletum ad regem, qui concordiam cum Regina matre negotietur.

NOn longè poſtquam regina mater tranſiiſſet Bruxellas, adeoque ipſo menſe Auguſti Infans, ex mente ad pacem propenſiſſima, mittebat Carondeletum, Decanum Cameracenſem, extra ordinem, ad regem, qui tum Monſovi morabatur, eumque faceret certiorem, reginam matrem non alia ratione in provinciam admiſſam, quam ex debita reverentia & propenſione; nullum ſibi inde quæri compendium vexandæ Galliæ; optare potius, ſi fieri queat, ut concordia redintegretur, cui rei promptam offerret operam. Rex, qui declinavit bellum, donec neceſſitas id perſuaderet, ad ſtabiliendam pacem, lætari potuiſſet, niſi aliunde didiciſſet aſſeveranter, reginæ matris familiares & Hiſpanos legationem procuraſſe hanc, ut conſilia cautius tegerent, à tranquillitate publica prorſus aliena.

Quemadmodum autem reges ad diſſimulandum obligantur, donec occaſionem vindictæ diſpiciant, adeo ut civilitatis teſtimonia externa cogantur ſuſcipere, quæ eodem pretio redhibeant; Cardinalis nihil oblitus eſt, quin legatus ille reciperetur omni honore; additis quibusvis blandimentis, ad deviciendum ingenium alioqui parumper vanum, ut Galliæ favere inciperet; cùm ſponte intelligeret, facturum nonnullas propoſitiones, non omnino ingratas.

Sic igitur viam hinc inde ſæpius emenſus, ſemper magno afficiebatur honore, habitus magnifice, ut ſub ultimum diſceſſum dono auferret Crucem, adamantibus diſtinctam, bis mille aureorum pretio. Frequentia tamen illa itinera id tantum præſtitêre ut manifeſtum fieret, in inſtituto illius plus arrogantiæ inveniri, quàm prudentiæ;

cum-

cumque opes natalium & fortunæ diſſipaſſet, alias à liberalitate regis non invitus videbatur obtinere velle.

Politica reminiſcentia.

QUamvis Princeps aliquid offenſæ ab alio contraxerit, non deſinet tamen eidem quodvis genus civilitatis deferre, legatis etiam cum honore ſuſceptis. Civilitati ubique eſſe debet locus; & Alexander magnus, cujus exemplum majoris poteſt eſſe ponderis; quod fortitudinis nullum unquam paſſus eſt detrimentum, etiam nimius fuit in hoc genere officii erga hoſtes. Semper colet benevolentiam cùm cæteris, tametſi nullam videat cauſam eos diligendi, aut de illorum propenſione potiora ſperandi. Non ut vindictæ ſpeciem præbeat, ſed ut effecta producat, quibus caſtiget injuriæ authorem.

Quin potius prudentiæ fuerit, civilitatis officiis eum diſtinere, ut melius opprimat inopinantem. Eximia illa benevolentiæ teſtimonia, quæ exhibebit, optima cenſentur artificia, ad removendam ſuſpicionem, diffidentiæ matrem. Hinc ſapientum Priſcorum non nemo ajebat; Principi non niſi per diffidentiam ſuſcipienda cæterorum officia: Sic Pompejus ſe deceptum doluit per ſpecimen pacis; & Lepidus ſub imagine amicitiæ ſplendidæ gemuit, referente Tacito.

Dici poteſt ſummatim, civilitatis eam eſſe rationem quæ ambagum, ut tramitem ad portam ſecretam invenias, introitumque obtineas: omnium eſt temporum, quamvis non omni ſemper amiciatur ingenuitate, grata nihilominus objecto, & utilis ſubjecto. Sapiens nonnunquam ſatis delectationis inde ſuſcipiet, per ſimulationem, tametſi animitus ſic offendatur. Sed ut opportunius ſuum diſpiciat commodum & validè offenſam teſtetur. Hinc vero expeditius hoſti nocere poteſt, ſi ægritudinem altius premat; nunquam enim offenſioris animi fecerit indicium, niſi paratus & potens ad vindictam.

Non deſinet legatos admittere, vulgari honore & more, cùm dignitas illorum ſemper ſit venerabilis, ob principis, quem repræſentant, perſonam: Neque commodo carnerit

 iſte

iſte honos, cùm diffidentiam ſaltem minuat principum ſuorum, ad majorem negotiorum ſocordiam. Sic & cæteri vicini hærebunt ancipites, ne illius partibus accedant, quemadmodum ſolitum eſt principibus, partium ſtudium ſumere ad minimum de bello rumorem.

CAPUT XXIV.

Rex Cardinalem Valettanum mittit Aureliam ad fratrem.

POſtquam commemoravimus, quæ ſpectant ægritudinem & exceſſum reginæ matris, opportunè de Aurelianenſis inſtituto potiſſima momenta recenſebimus; quanta ſollicitudine rex & Cardinalis eum conati ſint ad aulam reducere; & quàm peſſima conſilia ipſi fuerint ſuggeſta ad movendum bellum, ut tandem regno penitus excederet.

Ubi rex compendio redierat, ibidem deſtituta matre, conſtituit, nihil omnino omittere, quod Aurelianenſis poſſet voluntatem demulcere, & fiduciam in regem reddere, ad redintegrandam concordiam, modo & tricis reginæ matris avelleretur. Cùm autem judicaret, nihil expeditius ad mitigandum animum, & ad ſiſtendum genii efferati impetum, quàm matrimonium aliquod, viſum eſt, mittere Cardinalem Valettanum, qui Aureliæ hærenti nuntiaret, paratam ipſi quamvis ſecuritatem & ſatisfactionem, ſi redire conſtitueret, quod per omnia ſacra rogabatur; conſentire regem lubentiſſimo animo in conjugium Mariæ, cujus nuper copiam inſtantiſſime expetiviſſet.

Id ſanè certiſſimum veræ benevolentiæ à rege teſtimonium auferebat, cùm matrimonium inire non poſſet, cujus non intereſſet aliquatenus regis, ad diſpendium utcunque authoritatis, ſobole inde progenita. Peſſimi autem conſiliarii, qui perſonam ipſius obſidebant, oculorum aciem inhibuere, ut ne tanta commoda perſpiceret.

Valettanus rem proponit, de benevolentia regis certiorem facit rationibus exquiſitiſſimis; reperit tamen animũ mille modis anxium Coniæo, & quibuſdam aliis frigidam ſuffun-

ſuffundentibus, ut ſemper à rege alienatus, majoris ipſos faceret. Coquebat utiq; propenſiſſimum in regem animũ, ad officium faciendum, niſi intimi adeò impotenter dominarentur, adhibitis tot perverſis machinationibus, ut non multis momentis deſtruerent Valettani operoſas fabricas.

Fodicabant mentem per reginæ matris diſpendia, ut animum induceret, ſui eſſe officii, ipſam adverſus Cardinalis hoſtiles inſultus tutari, cùm illa perſecutio in ſuſpicionibus vanis verſaretur; quaſi omnem viri laudati famam eſſet abjecturus, niſi illam aſſereret liberam, poſtquam filii dilectiſſimi imploraſſet auxilium, cui fortunas ſuas univerſas concrederet.

Deinde injiciebant terrores panicos, proteſtati, neminem de libertae ipſi cauturum conſtante, ſi unquam in manus Cardinalis recideret, ac ſi regi minus potentiæ fuiſſet, ad eum Aureliam circumſcribendum, pro lubitu: Aut verbum regium minus ſecurè ſuſciperetur. Jam ipſa mentio conjugii abundè teſtabatur de benevolentiâ, quæ præter amores, nulla alia vincula, aut carcerem meditabatur, cùm id unicum videretur medium, ejus retentandi.

Potuere tamen malèferiati perſuadere, eſcam illam occultare laqueos, adeo ut fiduciam in verbum regium nullus poſſet collocare, aut ad aulam redire. Sic igitur intimi iſti triumphum egêre de ipſius manſuetudine, & ipſius gloriam ſuæ ambitioni immolarunt, eò inſolentiæ extremæ prolapſi, ut ſperarent fortunam ſuam ex contemptu authoritatis regiæ erigere.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum Conſiliarius prudentiâ juxta & fide præditus, adfert mille ſucceſſus proſperiores, ita improbus id unum agit, ut principibus extremas conciliet ærumnas. Caveant igitur ante omnia, qui proprium compendium fixêre conſiliorum ſcopum, cum inde vægrandes offuciæ neceſſario manent. Ab aulis itaque arceantur, ſed & principes ipſi curam laboremque ſtateræ in deliberationibus arripiant, ne præter mentem & rationem impediantur inſtitutis perniciosiſſimis.

Bea-

Beatos equidem laudarim principes, quorum miniſtri unicam ipſius gloriam ſcopum ſtatuunt; quo beatitudinis bono hodie regem frui nullus dubito. Ubi enim neque odium, neque amorem conſiliis immiſcent, nunquam non ad partem honeſtiorem incumbent; cum diverſis moribus impulſi, aut metu & ambitione perciti, ſemper ſint inclinaturi in partem à tempeſtate ingruente ſecuram, vel etiam familiæ honores ſuæ ampliores quæſituri.

Principes verò vel maximè ex illa neceſſitate fuerint deplorandi, quòd bono conſilio egeant, per aulam vix inveniendum, & miniſtris fidis, verèque benevolis. Hinc ſane compendii ratio thronum ſui imperii erigit, quæ præ regibus colitur, cum potior pars comitum illius gratia inſerviat. Illuc amori & fidei vix patet aditus, ubi plerumque gratia principis quæritur, non in amoris incrementum, ſed commodi privati compendium.

Sic ferè omnes eorum familiares ſtudent conſilia ad voluntatis guſtum potius, quam ad leges prudentiæ ac juſtitiæ ſuggerere, cum inde ampliatum favorem ſperent, qui nudæ veritati negatur. Optima conſilia probè norunt, ſed quæ ſpontè dedignentur, niſi fortunam in altiorem ſuſtollant gradum.

Sapientiſſimum verò inſtitutum, cujus per hanc calamitatem, vix unquam declinandam, poſſint fieri compotes, non fuerit mutuandum à ſententia Cleobuli, qui Plutarcho recenſente, ſolebat dicere, Sapientem Principem non ſemper fidem habere, quæcunque familiariſsimi ſuggererent, ne ſic privarentur ſummo bono, & fidei & prudentiæ: ſed ritè expendere dotes & virtutes eorum, quos ſibi adſciſcere velit, & de rebus agendis conſulere: Tandem etiam, non ſequi illorum conſilia, ex perſonæ authoritate, ſed ex acumine judicii, rationes ſententiæ pacatè diſpicientis, poſt exactum earum examen.

***

CAPUT XXV.

Quantas turbas intimi Aurelianenſis concitarint.

IN eum finem Rex Aurelianenſem urgebat per Valettanum, ut malis ſeſe conſiliis, quibus circumdaretur, evolveret; jam certior, propenſiones violentia cariturus ad facilem conſiderationem boni publici. Conixus ſimulabat aſſenſum, & Chaudebonnus, ab Aurelianenſi Eſtampas ad Regem miſſus, renunciabat eam inclinationem.

Cum autem rex reſpondiſſet, ſic demum Aurelianenſis rebus optimè conſultum iri, ſatis indicii faciebat, verba ea aërem verberaſſe; ſpem verò ampliſſimam, ex prognoſticis anni ſuperioris ſuſceptam, ubi ipſe eorum concinnandorum cepiſſet curam, rege graviter decumbente, ut genium Aurelianenſis inſuper exerceret.

Tunc enim Aurelianenſem in id abſolutum conjecit inſtitutum, de neceſſariis ad bellum gerendum diſponendis. Curavit, ut Aurelianenſis Bellegardium Burgundiæ præfectum, in partes pertraheret & ſic in poteſtate haberet munimenta provinciæ; quod ipſum Regi renunciavit per Bucarum, ſub finem Februarii. Edocebatur Rex aliunde; eum cogere nobiles, auſpiciis Aurelianenſis, per Normanniam, Occitaniam & Lemovices: Feuliadum, cæteroſque Puylaurentii propinquos, liberè conſcribere militem, ac ſi rex mandaſſet.

Regi adferebantur literæ, Fretam, ducem ſecundarium cataphractorum, apud Aurelianenſem, ex ipſius conſilio perſcribere ad ſocios, convenirent Meunum, Aureliæ vicinum; quæ omnia ſine ſcitu Aurelianenſis fieri minimè poterant. In vulgus notum erat, Aurelianenſem ipſo inſtigatore ad Thoiraſium ſcripſiſſe, ut ex aulâ abiret, & ſeſe factioni daret.

Hanc epiſtolam ipſus regi & legit, & exhibuit: ita & publicitus ferebatur, & ipſius inſtitutum, quo Aurelianen-

ſem

ſem impedierat, de occupandis Ligeris trajectibus, de annona, milite & apparatu bellico Aureliam comportandis, urbeque munienda. Non ignorabantur conſpirationes, per Hiſpaniam & Lotharingiam inſtitutæ: nuntiatum erat de complicibus per Provinciam & Delphinatum, magno abuſu fiduciæ, quam Aurelianenſis in ipſum collocabat.

Hinc pronum erat judicare, quantum abeſſet à reditu, cùm id unum ageret, ut quantocyus fortem duceret exercitum, ad bellum gerendum. Certo certius enim, tantum apparatum, ſi univerſus ordo equeſtris, dimidiato menſe evocata ante diſceſſum regis à Pariſiis, adeoque omnes omninò ad faciendum militem dimiſſi, ſatis promptè fuiſſent præſto, non uſui deſtinatum, ut Aurelianenſis ſecurius ultra regni limites deduceretur, ſed ut in meditullio firmaretur, ad eludendas leges, quas rex univerſis præſcriberet.

Nihil enim penſi habebat, regem, qui factionem Religionariorum potentiſſimam facilè ſubegiſſet, ambitioni Hiſpanorum terminos fixiſſet, & Anglorum conatus ad inſulam, quam gloriæ theatrum delegerant, fregiſſet, ludibrio habiturum tanta molimina, temeritatis pleniſſima.

Politica reminiſcentia.

NOn ſatis habeat Princeps, ad gloriam acquirendam, omni metu periculorum, qui bellum parit, vacare, ut manifeſtum faciat majus deſiderium honoris indiſpicendi, quàm metum cujuſcunq; caſus ſiniſtri, in quem incidere poſſet, in animo valere ſuo; niſi prius conſideret, quas copias expediat, quouſque potentiam protendere queat, quos amicos ſit habiturus opitulatores, quantum facultatis fuerit penes hoſtem, & quanto apparatu, ad ducendum bellum ſit inſtructus.

Virtutem metiatur ad vires, nequid ſupra potentiam audeat, aut adverſus rationem. Generoſi animi indicium, oculos clauſiſſe ad quævis pericula in executione inſtituti; ſummæ tamen prudentiæ argumentum, prævidiſſe quævis incommoda, antequam progrediare, ne quid temerè erres. Quicunque diverſam inſiſtet viam, nunquam

quam evitabit alterutrum malum, ut vel miſertimè in perſequendo inſtituto intereat, vel ad leges turpes pacem faciat, impotentiam non ſine macula alicujus infamiæ profeſſus.

Eſt etiam temeritas cæca, quam plerunque malum conſequitur: Quicunque ipſius motibus ſeſe proſtituunt, coguntur ab inſtituto deſiſtere cum exiguo commodo, quod nihil penſi primitus fecerint. Spes vanæ quibus exordium fruatur, feruorem ſubdunt, cujus ſummum incendium per impotentiam recidit in glaciem. Cæca utique neq; pericula neque caſus adverſos advertit: unde periculoſiſſimum fuerit, ipſius conſiliis uti, cum experientia toties docuerit rerum gerendarum moderatores, quam raro promiſſorum exoluat fidem.

Cambyſes rex Perſarum, memoratur apud Herodotum, iſtius rei luculentiſsimum exemplum. Is ſumpto bello adverſus Macrobios Æthiopiæ populos, legatos ad regem ipſorum mittit, qui vires ipſius, & nationis munimenta ſpecularentur, ſub ſpecie delati cultus: cùm autem rex inſtituti rationem eſſet rimatus, diſceſſum imperat, ut ocyus ſuo regi renuntiarent, Juſti nomen nullatenus laturum, ſi provinciam alienam invaderet.

Ad hoc reſponſum Cambyſes ita excanduit, ut continuo moveret, & Æthiopiam verſus duceret, exiguo apparatu annonæ, & cæterarum rerum, ad ſuſtentandum tam numeroſum exercitum neceſſarium. Vix quartam itineris viam emenſus, videt exercitum equina veſci per penuriam, rabie per famem ad humanam verſa. Sic circumagere exercitum conatus, domum revertitur inſigni jactura & militum, & prudentiæ.

CAPUT XXVI.

Rex Aureliam abit: veræ ſuſcepti itineris cauſæ.

CUm regi momenta factionis omnia innotuiſſent, conſi-

ſultum putavit, ipſus obviam ire tempeſtati; qui ſciret, præſentiam regum referre Solem, qui exiguo tempore diſſipat nubes, ad ipſius ſplendorem obfuſcandum coortas. Ineunte igitur Martio abit Eſtampas, etiam Aureliam petiturus, prout Aurelianenſis inſtitutum poſſet poſtulare. Credebat rex, coram locutus ſiniſtras ſuſpiciones, ab intimis ſuggeſtas, eximere; vel ſaltem copias accerſitas Aureliam, quamdiu illic ſubſiſteret, non contrahendas; non vana ſpe in conjugii rationem propoſitam conjecta, ſi commoda ex illa oritura coram exponeret.

Ex iſtis cauſis rex iter ſuſcipit, quod familiares Aurelianenſis impedire ſatagebant, ſubmiſſo Chaudebonno; qui epiſtolam deferret ab Aurelianenſe ſcriptam, ut ſecurum redderet regem de ſuo obſequio, & ſiniſtram opinionem, quaſi aliquid machinaretur, dilueret. Cum autem rex intelligeret, ne momentum quidem temporis perdendum, in ſuffocandis ſeditionibus, nihilominus progredi voluit.

Eſtampas ingreſſus, diſcit Aurelianenſem digreſſum Aurelia, & Burgundiam petere: intimi prætexebant inſtituto adventum regis, qui libertatis uſuram veniret ſublaturus: præter omnem tamen rationem; cum jam dimidiatum ante menſem renunciaſſet Bellegardus, Aurelianenſem conſtituiſſe Burgundiam petere, etiam prius quam rex de itinere Aurelianenſi ullam feciſſet mentionem.

Vix dici poteſt, quantam ægritudinem regi, fratrem tenerrimè amanti, diſceſſus ille conciliarit animi. Verum enim verò fæminarum fuerit, ad planctus & lamenta tranſire in caſu ſiniſtro, remediorum curâ neglectâ: regi autem conſtitutum erat inſtare, & eandem provinciam petere, ut oppida in obſequio contineret. Cum igitur tam fervide conſequeretur rex, Aurelianenſi otium non fuit, ullius munimenti corripiendi, quod pronum fuiſſet, niſi rex, ad inſtitutum evertendum tergo illius hæſiſſet.

Sub finem enim Martii Diviodunum pervenit ubi oppido & caſtello ad obſequium aſſertis, jubet Grangæum

Digitized by Google

gæum Campiductorem, Bellegardiæ imponere legionem, poſtquam Aurelianenſis inde eſſet digreſſus: legio Pedemontana Antiſſiodorum & fanum Johannis ad Lonam occupat: per limitem illum in præſidia ſparguntur trecenti equites levis armaturæ, ubi eorum ſummus uſus, ut Burgundiam adverſus quævis auſa tutaretur, Hauterivano cum imperio Mareſchalci caſtrenſis omnibus illis copiis impoſito.

Aurelianenſis miniſtri ubique ſpargebant, ex regno elapſum, ne à copiis perſequentibus captivus traheretur, tametſi id à vero longiſſimè abeſſet. Fatendum utique, miniſtros illos Aurelianenſis auſpiciis limitem illum legiſſe bello gerendo, unde rex neceſſum duxerit, conſequi, ut peſſimam illorum voluntatem interverteret ante effectum; cùm magni referat; nullam iſtis caſibus indulgere moram ne otium relinquatur, exteris accedendi, quos compertum erat ſollicitari.

Quòd ſi præter voluntatem regno exiit, poterat & Aureliæ, & poſtmodum Antiſſiodori ſuſcipere æquiſſimas à rege oblatas conditiones concordiæ, cùm rex amplexum ejus expectaret, paratus ad quævis ſinceræ benevolentiæ quam ſemper tenuiſſet, teſtimonia præſtanda: ubi autem nihil iſtorum placeret, ultimum erat, ocyus conſequi, & tempeſtatem Burgundiæ, adeoque univerſæ Galliæ incumbentem diſſipare.

Politica reminiſcentia.

SUmmo cum Reipublicæ malo naſcuntur factiones in viſceribus; ſed iiſdem jam coortis, imprudentiſſimè egerit rex, ſi authoribus otium daret copiarum contrahendarum, ad bellum inferendum. Antevertat igitur, nec expectet, donec principes à fide diſcedentes parati ſint ad executionem inſtituti. Non tamen conveniet, cuivis rumori fidem habere, aut ad primum ſeditionis nuntium exercitum movere; ſed nihil cunctandum, ubi de malo gliſcente conſtat.

Sic Alexander Magnus, ut hoſtes per Græciam occuparet coëuntes, expedito cum exercitu adeo properanter

ingruit, ut perſuaſiſſet, antequam venturus crederetur. Solebat utique dicere, promptitudinem in hoſte præveniendo quodvis commodum ferre: unde ab Apellis penicillo pingi voluit in fulmine armatus, cui celeritas tantam conciliat potentiam, quamvis ſaxum exiguum jaculetur; ut omnia in pulverem comminuat.

Audacia & potentia nunquam deſunt Magnatibus, ubi tempus nanciſcuntur militi cogendo. Plerumq; enim circumfluunt viris & ingenio & virtute præclaris, ut inſtituti rationes, modo, ne intercludantur tempore, recte diſponant: conſultiſſimum igitur, regem recta in ipſos itare, ſi ſuis rebus proviſum volet. Exiguo aliquo momento ardua in compoſitionem coiêre. Regis aſpectus territat perduelles, audaciam eripit complicibus, ne accedant, adeò uti inobedientes facili negotio ad obſequium cogi poſſint, antequam obfirment animos.

Henricus III. inſigni errore notatur, qui per ſeditionem Pariſiis ortam, quàm à tumultuaria opera reſecandorum vicorum vulgo ſepimentorum nuncupant, tanquam inferior, urbe exire vòluit, cùm abſentia regis imminuat reverentiam apud populares, authoribus ſeditionis animos addat, & audaciam plebi ſuggerat. Non id agebat Bajazeres II. adverſus Selimi primogeniti perduellionem; quo caſu tantum animi exeruit, ut nunquam ſuſtinuerit regredi, tametſi Ianitorum plurimi ab obſequio receſſiſſent: Sic demum præſens, graviſſimis verbis turpitudinem deſertionis incuſsit, ut exequi proditionem ceptam ſuperſederent. Eadem ratio Carolo V. ad Gandavenſes in ſeditionem collapſos, in viam obſequii reducendos. Ad primum enim in Hiſpaniam perlatum nuntium illius inſtituti, celeribus perfertur in Flandriam, ubi non operosè inſtituit & ſeditionem compeſcere, & authores caſtigare.

CA-

CAPUT XXVII.

Aurelianenſis abit Veſontionem, unde ad regem dat literas.

Aurelianenſe Veſontionem ingreſſo, nihil prius habuit Coniæus, qui ex ſummo dolore, momentorum non ritè diſpoſitorum, & temporis neglecti ad contrahendas copias, quam ut juxta ſolita vaframenta, conſuleret, ſcribendum ad regem, de cauſis, quas viſum erat prætexere temeritati, ſui exceſſus. Epiſtolam ipſus concinnat, aliquantulum licet adjutus, quæ imprudentiam eam ſpirat, ut nullo alio argumento ad impingendum crimen læſæ majeſtatis opus ſit.

Interſerat ſermonem contumeliæ in regem pleniſsimum, principem judicii expertem coarguens, tandem tamen omnem molem prætextuum confert in captivitatem reginæ matris Compendienſem, quam toties in ſola imaginatione conſiſtere diximus; neceſsitatem exeundi ex regno ſibi impoſitam, quòd ſecurè in regno vivere non poſſet, quæ ratio nullius erat momenti, poſtquam ſecuritatis omnimodæ teſtimonia offerebantur; addebat tandem, Cardinalis perverſam gubernandi rationem, quam vel inde ulterius tolerare non poſſet, quod ſummam Reipublicæ traheret perniciem; nihil advertens, id admodum ridiculum viſum iri prudentioribus, cùm is regi fidiſsimam præſtiterit operam, in aſſerenda inſula Reæ, in Caſala liberanda, in ſubigenda fere univerſa Sabaudia & Pedemontio, aliiſque complùribus negotiis, unde Gallia ad apicem gloriæ fuerit enixa.

Frivolis iſtis rationibus utebatur Coniæus, ad velandam imprudentiam ac temeritatem ex regno exeundi. Quemadmodum verò tanta inſolentia ferri nequibat, Rex, cui Brianſonus, venatu occupato ad Baniæum, nullo intimorum præſente, literas exhibebat, lato-

rem cuſtodiri jubet à ſatellitum legato, ut Dividuri caſtellum incoleret captivus, quò cæteri abſtinerent literis ferendis, quæ reverentiam poſuiſſent.

Exinde, quod minimè ignoraret, principes plerunque ſiniſtrè vapulare, juſtiſſimis actionibus apud populares per calumniam traductis, quas inſtar myſteriorum debebant venerari, ob rationes abſtruſas, Declarationem in Senatu Diviodurenſi promulgat, quâ veriſſimæ cauſæ exponuntur, quibus Aurelianenſis permotus, ex regno exire voluerit, nedum Aureliæ ſubſiſtere; adjectis itineris Burgundici rationibus, quas ſuperius recenſuimus, hac inſuper additâ, regi hanc provinciam tantò majori curæ eſſe, quòd Bellegardus factioni acceſſiſſet, tametſi idem, ex illorum inſtinctu Damaſum Antiſſioduranum ad regem, nunc mitteret qui Bucarri, ad informandum regem ſpontè ſubmiſſi relationem refutaret, quâ de Aurelianenſis inſtituto, ad Burgundiam occupandam conſtabat, adeò ut factionis myſteria undiquaque paterent, & ſecundum iſta omnia prætextus frivoli evaneſcerent.

Declaratio tamen illa non tantum inſtituebatur, ad demonſtrandam juſtitiam regii inſtituti, ſed etiam ut in crimen læſæ majeſtatis collapſi pronuntiarentur Comes Moreti, Duces Elbænii, Bellegardiæ, & Ruannarum, præſes Coniæus, Puylaurentius, Monſigotus, cum ſacerdote Chantelupo, qui univerſi ad exceſſum Aurelianenſis contribuerant: ferebatque ſententia regia, ut in eos ex illo crimine animadverteretur, niſi intra menſem ad clementiam illius confugerent, criminumque gratiam impetrarent. Sic jubebantur omnes præfecti oppidorum, & munimentorum cuſtodes incuſare quaſcunque copias coëuntes, niſi regiis auſpiciis valerent.

Politica reminiſcentia.

FRuſtra ſancientur leges de perduellione mulctanda niſi vim exerant adverſus obſtinatum hoc crimen læſæ majeſtatis. Clementia quidem inter ſumma regiæ dignitatis ornamenta cenſetur, eadem tamen Rempublicam præcipitat in confuſionem & inobedientiam, niſi ſeveritatem

per

Digitized by Google

per occaſiones habeat comitem. Impunitas factionis authori animum addit pergendi, & tranquillitas publica non firmo ſtabit talo, ubi violentia impunè transmittitur, & nimia regis manſuetudo ubi patuit, ad ea extrema perurgetur, ut authoritatem caſtigandæ poſtmodum inſolentiæ, ad lubitum & neceſſitatem, amittat.

Id verò eſt ipſam Rempublicam lædere, ſummo crimine contracto crudelitatis, ſi factioſi fugâ elabantur, nec nomen ſceleri dignum ferant. Minimæ ſeveritatis exemplum, quod in eos ſtatuatur, conſiliis jam propalatis, reliquam flammam extinguit, cùm viceverſa conniventia & diſſimulatio eandem foveant & augeant. Fruſtra ſperes manſuetudinem adhibere ſolam, ad redintegrandum obſequium; Sapientiſſimi enim Politicorum id pernegant. Nulla ipſi potentia in animos Magnatum, veræ amicitiæ incapaces, adeo ut præter metum nullum extet remedium curriculi coërcendi.

Non tamen conſuluerim regi, ut rigorem exerceat, illique ad extrema perurgeantur; cùm ideo periculoſius fuerit, quod aliquando ipſa extrema ſiniſtrum quid audeant & patrent. Eam tamen inſtituet rationem, ut metum concipiant, ex juſtitia. Mortales longe rectius parent, ubi metuunt, quam ubi amant, adeo ut vincula amoris levius rūpantur, quàm illa, quæ metus conſtrinxit: ſic beneficia levius movent animos, quam ſupplicia. Quantum enim præmia conferunt ad animandam fidem famulorum, tantundem irrogatio pœnæ eſt neceſſaria ad coërcendam factioſorum inſolentiam. Unica pollet manu, qui ſola clementia utitur; unde evidentiſſimum periculum amittendæ authoritatis, niſi juſtitia rigorem circumdet, ubi clementia ad officium faciendum corruit.

CAPUT XXVIII.

Conteſtatur Parlamentum Pariſienſe de Declaratione adverſus perduelles.

CRimen eorum, qui Aurelianenſis abutebantur nomine,

ne, nimiam ferebat audaciam, quæ per literas contumelioſas ſcriptas patebat: quemadmodum autem error errorem parit, eo non ſtetêre gradu, niſi & Parlamentum Pariſienſe turbarent, ne Declaratio illa, Divioduni promulgata, rata haberetur. Intererat autem authoritatis regiæ, veritatem pateſcere, unde & Declarationem Parlamento transmiſit.

Coniæus verò, & complures complices nonnullos, eosque principaliores illius curiæ in partes ſuas traduxerant, præſcriptis à re geſta rebus alieniſſimis; ut ipſis reciperent, publicè declamare, & violentiæ coarguere Declarationem, rationibus in eum finem ſubmiſsis, quibus tamen æquè deerat fundamentum, ac veritas. Eum tamen tumultum in Senatu illo illuſtriſſimo ſuſcitarunt, ut deliberare inſtituerent, An bene haberetur rata; cùm potius conſiderandum eſſet, id genus declarationum, quæ Rempublicam ſpectant, tantum ſubmitti ad tabulas publicas, ut promulgentur porrò, & ſerventur per univerſum regnum, cum cæterum non ſemper, niſi regi conſtet penitius de veriſſimis cauſis, quibus Rex adigatur.

Conteſtatio illa tantum efferbuit, ut ſententiis utrinque æqualibus, promulgatione ſuperſederent. Hinc Rex ad Pariſios reverſus voluit, ne illa confuſio cenſuram effugeret, Senatum illum in Luparam accerſere, ſingulari mandato, ut pedes veniret, reus utique, & paratus ad recipiendam verborum invectivam promeritam, ut addiſceret, ſuum non eſſe, de ſumma Reipublicæ deliberare, Declarationes in eum duntaxat mitti finem, ut promulgentur, in tabulas publicas relatæ, & à popularibus obſerventur.

Hic autem minus occurrere difficultatis, ad promulgandam iſtanc, cùm maximum interſit diſcrimen inter mandatum, quod defertur ad diſquiſitionem judicii, & ad decidendum, tum inter Declarationem, à Rege promulgatam, ut edoceat ſubditos de puniendis, ubi rationes explicantur, cur culpam & crimen læſæ majeſtatis incurrerint, indulto etiam certi temporis ſpatio, quod gratiam clementiæ ferat petentibus: ſecundum quæ omnia nihil-

nihilominus proceſſum juris inſtitui, ad formulas neceſſarias cauſarum criminalium, antequam ſententia condemnationis feratur ultima.

Id evenit in Luparâ, rege per Senatum Præſidente, Parlamento univerſo in genua procumbente, ſub oculis regis, etiam poſtquam Sigillorum Cuſtos ex mente regis expoſuiſſet, Nullam ipſis eſſe authoritatem de Declarationibus, quæ Rempublicam concernerent, ſubmiſſis judicandi: Rex manu propria ſententiam illius diſſidii, tabulis archigrammatei inſertam diſcerpit, jubetque ei ſubſtitui illam intimi conſilii, quâ ſuperior abolebatur: annexâ inhibitione, de ſimilibus Declarationibus nunquam in poſterum in deliberationem aſſumendis.

Tandem, ut culpa collegii in aliquos particulariter redundaret, Præſidentes Gayanus, & Barilionus, etiam Leſinæus conſiliarius ex mente regis jubentur aliquandiu Pariſiis abeſſe, eatenus muniis ſuis privati, quòd minus reverenter eſſent locuti de actionibus regis, reique publicæ adminiſtratione: Clementia tamen Regis arctare voluit id tempus, paulò poſt revocatis ipſis ad Parlamentum, functionesque obeundas, cùm per merita & integritatem habeantur digniſſimi; expuncti etiam cum ſummo bonorum dolore, quibus moleſtè accidebat, tantos viros famæ aſperſiſſe maculam ex Zelo minus conſiderato.

Politica reminiſcentia.

PArlamenta, ſic uſus obtinuit nuncupare ſummum cujusque provinciæ Senatum, æquè per leges Juſtitiæ tenentur, ac prudētiæ regi adhærere indiviſim in arduis Reipublicæ. Per juſtitiam, inquio, tenentur, cùm alioqui uſurparent potentiam alienam, ſi judicium hic exercere poſt ſumerent, creata utique à regibus, ut juſtitiam populis adminiſtrent, quod Præſes Vasqueriæ ad Primicerium Aurelianenſis dicebat, petentem aliquando nomine principis à Parlamento, ut adigeretur rex ad Pariſios redire, & ſuo conſilio in graviſſimis Reipublicæ negotiis uti.

Idem reſponſum dedit Parlamentum hoc ipſum Ludovico Burbonio; poſtquam is cepiſſet Aureliam, & declarationē

rei tranſmiſiſſet. Franciſcus I. enim prohibuit, iſtiuſmodi negotiis impediri, cùm primicerii Pratenſis cauſa agitaretur Et Carolus IX. poſt eum tantundem præſtitit, ex tenore illius ſententiæ, quâ regii principes, & Pares Galliæ revocabantur, ut in medium conſulerent de querimoniis, quæ bono regis & reipublicæ fiebant. Neque enim rex Juſtitiæ executionem ipſis credere voluit regiæ, niſi ut jus populariuin aſſererent, adeò ut cæteris rectè abſtineant, præterquam ubi regis mandatum particulare intercedit, per ceſſionem potentiæ.

Quâ verò prudentiâ divortium facient cum rege, in negotiis reipublicæ, & particulariter in Declarationibus, quarum promulgationem ipſis lubens committit, cùm ipſi circumſtantiarum ignorent momenta particularia, ſine quarum plenaria cognitione nullum ſit legitimum judicium? Nunquid ſic judicabitur de cauſa, ſine judicio, quemadmodum & authoritas judicandi deficit? Quòd ſi ob exiguam potentiam ringantur, eâdem opera juſtitiæ inopiam accuſabunt; ac ſi ſtellæ conquererentur de Sole, qui impar, adeoque ſubleſtius lumen communicaret.

Meminerint igitur, potentiam, quâ excellunt, neutiquã eſſe congenitam, ſed à regibus derivari, quemadmodum ſtellæ alieno fulgent lumine, univerſa adeo ſigna authoritatis ac eminentiæ, totidem eſſe radios; quibus in oculis ſubditorum reſplendeant. Quod ſi magiſtratus exactius ſe contemplentur, & conſiderent, invenient, omnem ſplendorem & potentiam à regibus obtingere: hinc facultatem fruendi adipiſcuntur, quamdiu lubuerit non poſſeſſoribus, ſed authoribus. Sic collegia illa confirmantur à regibus, recens coronatis, ut diſcant, ſeſe & ſummi principis beneficio naſci & ejusdem voluntate ſubſiſtere.

Omnibus inſtitutis prætexunt conſervationem authoritatis regiæ; conſiderent perinde, à ſemet illam violari, ſi reſiſtent; cùmq; violent illam ſuam à regia natam & derivatam, neutram reſtare integram, aut ſuper vivere. Ubi Luna conatur Solis radios per æmulationem obſcurare, facie illus occupata, ut nobis aſpectus auferatur; ſemet ipſam, quod oculis licet percipere, obfuſcat, claritate propria in umbras præcipitata.

Eadem

Digitized by Google

Eadem ratio magiſtratuum, qui ex invidia authoritatis regiæ, à qua illuſtrem illum ſplendorem obtinuere, ut popularibus ſint venerandi, inſtituunt obſcurare gloriam & poteſtatem majeſtatum; id quod omnino fieri nequit, niſi ſemetipſos lædant, & ecclipſin ſpontaneam patiantur.

CAPUT XXIX.

Petit Aurelianenſis à Parlamento, ut Cardinalis in jus vocetur.

Omnes & ſinguli reginæ matris atque Aurelianenſis familiares ſcopum ſummum ſibi propoſuerant Cardinalis exitium. Credebant, Parlamento in eum concitato, ut in jus vocaretur, regi aliquid diffidentiæ de ipſius fide obrepere, non omnibus, quæ objicerent, rejectis criminibus. quod conſilium mire imprudens erat, cùm ſatis ſcirent; Parlamento eam non eſſe authoritatem; etiam prævidere poterant, regem omnium optimè de iſtis negotiis edoctum, de fide & meritis ipſius certum, nunquam admiſſurum tantam ingratutudinem.

Hoc tamen conſilio libellum exhibent, ab Aurelianenſe ſignatum Parlamento, ubi illi proteſtatur, propter perſecutiones à Cardinale inſtitutas, ſibi omninò ex regno abeundum fuiſſe. Petit, libellum ad acta publica referri, ut Declaratio in Parlamento Burgundiæ promulgata, neque ſibi, neque ſuis obeſſet, accuſatoris partibus ſumptis. Hic idem libellus inter cætera cauſam præbuit Parlamento, ut impingeret in illam Declarationem, ad contrahendam culpam, cùm eam promulgare ſuperſediſſet.

Cùm autem rex juſſiſſet libellum eum ad Senatum intimum referri, ſententia lata ferebat, ut ſupprimeretur, tanquam calummniis refertus, adverſus commodo regio, tranquillitati ſubditorum, & ſecuritati reipublicæ; inque eum finem exhibitus ab iis, qui Aurelianenſem ſeduxiſſent, ad regnum deſerendum, ut ſibi caverent, & juſtam

criminum pœnam declinarent; ex acerbo animo calumniandi principes miniſtros regis, adverſus quos neque poteſt inſtitui, neque debet valere ulla querimonia, ſi ulla unquam inveniretur cauſa accuſandi, niſi per humillimas ſupplicationes coram ipſiſſimo rege, cui ſoli particularis eſt notitia de illorum inſtitutis & meritis.

Neque ſic acquievit rex hac ſententia, ſed ad fontem delitiarum ampliorem expedivit Declarationem, ut populi intelligerent, peſſima conſilia, Aurelianenſi admota, veriſſimam ferre cauſam exceſſus; quemadmodum & regina mater ab aula receſſiſſet, ubi nihil prorſus Cardinali poſſet imputari: cujus ſinceritati ipſe ſplendiſſimum redderet teſtimonium, cùm per veram & continuam didiciſſet experientiam, Cardinali præter gloriam coronæ & Reipublicæ emolumentum, nullum unquam fuiſſe ſcopum; invitatis & ſucceſſoribus & ſubditis, ut nunquam tanti beneficii memoriam deponerent.

Sic tandem ſummus ille miniſter aſſerebatur per virtutem excelſam, & merita egregia, adverſus violentiam factioſorum illorum.

Politica reminiſcentia.

ID demum eſt miniſtri ſummi officium, qui inſigni valet prudentiâ, & ſapientia pollet eximia, ut inconcuſſum ſeſe præſtet ad quemvis impetum, quo fortuna ipſius arietatur. Vulgus, geniique plebeii ſæpiſsimè coguntur cedere violentiæ calumniarum, & tempeſtates in ſuum caput ingruentes declinare: Eximii verò viri, inſtar ſcopulorum, quos decumanarum procellarum furor nequit commovere, ubi undarum tantum fit alluvio, adeo ut univerſus ſævientis maris impetus ibi frangatur, nec fulmen quod comminuat invenit, ſtant firmi & inviolati.

Fertur aquila ex univerſo volatilium grege, quod ajunt, ſola ultra nubes & tempeſtates, ubi lubet incommodis illis & fragoribus carere; unde antiquitas pagana finxit, Jovem ipſi fulminis cuſtodiam credidiſſe: ad eum modum viri eximii facultatem, inſtar aquilarum, ſeſe conſervandi ſunt adepti, in mediis factionibus, quæ circumcirca oriuntur.

Soles

Digitized by Google

Soles illi nullis nubibus obfuſcantur, niſi per exiguum temporis ſpatium, ut quantocyus illas diſsipatas, in nihilum redigant.

Quæcunque inſtituta adverſus illorum fortunam, abeunt in aërem, uti ſagittæ excuſſæ, ſine ullo effectu, per temerarium conatum, cùm nunquam flectantur ſolidi illi animi. A prudentia domi mutuantur aciem ad prævidenda inimicorum artificia, cum remediis, ut vel ipſa fortuna cogatur ipſis favere. Ab innocentia ſolidiſsimum ſuſcipiunt gloriæ columen, ut tandem veritas ad triumphandum calumniam eluctetur.

Hæ ſunt artes, quibus in benevolentia principis perſtant, ut merita cumulent: ſatis enim offendunt, univerſam maledicentiam, in vulgus adverſus ipſos ſparſam, improborum eſſe vaframenta, quibus omne penſum eſt, probos fraudare fama bona, ut in molevolentiam conjectos, deſpicant inutiles, & ex naufragio tabulas colligant, dum illi in executione laudati inſtituti egregiè pergunt: Ut univerſus Orbis mortalium intelligat, magnos genios ludibrio habere injurias, excutere à digito viperam ſine ſuſcepto damno; ut ne ſic quidem in agendis rebus impediantur.

Generoſus ipſus animus, qui in armato militi ſimilis, avet quævis obſtacula cum laude perfringere: fides panopliam præſtat, nullis telis debilitandam, adeo ut jacula acutisſima, tanquam ad incudem, retundantur; ſapientia omnes animi motus ſui compeſcit, ne turbentur, eo injecto fræno, ut nunquam efferantur, inimicorumque invidiæ locum præbeant. Sagacitas animi tempus opportunum legit, ut ab inimicis optata reportent; induſtria ſola capaces ſunt cavere malevolentiam principis, quòd ipſi & copia & facultas iſtorum geniorum ſit negata. Denique videas dotes omninò quaſcunque ingenii eos tutari adverſus quæcunque adverſariorum inſtituta, adeo ut fortunæ propriæ clavum figant, quem nulla vis revellat.

* * *

CA-

CAPUT XXX.

Petit regina mater rem eandem.

LIbellus ille exordium ferebat calumniarum, quas Aurelianenſis miniſtri evomebant ſummo conatu in Cardinalis gloriam. Ex eo enim tempore accedebant ad illos reginæ matris, ut communicatis conſiliis literas & libellos diffamatorios procuderent: adeo ut ipſa regina mater Parlamento libellum accuſatorium adverſus Cardinalem exhiberi ſuo nomine voluerit. Cùm autem viderent, omnem conatum vanè perire, ſive jacturam benevolentiæ regiæ quærerent, ſive exercitum, quem mente tenus dudum in aciem produxerant, ſcriberent; ab ira transferuntur in furorem, certi animorum, nihil indictum relinquere, quo tantam authoritatem, multis meritorum momentis quæſitam, adeoque vel inde inconcuſſam, offenderet.

Sibi ipſis perſuadent, tandem aliquem vicinorum principum induci poſſe, qui exercitum ſubmitteret, ad partes fulciendas, & cauſam ruinoſam ſtatuminandam: cui inſtituto perficiendo eſſent excitaturi tantum popularium adverſus ipſum odium, ut armis correptis regem ad eum deſtituendum cogere vellent. Infeliciſſimum equidem judicaverim ſibi ab ipſorum teſtimoniis gloriam firmaret, aut tanta merita, quæ reliquum valetudinis exhauriebant, ſanguinem inflammabant, per continuas vigilias, dum excubat pro bono Reipublicæ, regiſque ſalute, cui dedicarit libertatem, genium eximium, ſermonem, calamum & univerſum vitæ tempus, ut actiones præſtet ipſi admirationi vix credendas, ut malevolorum calculum album expectarent.

Quemadmodum verò virtutis præmium ab ipſa virtute ſumitur; magnis utique geniis actionum egregiarum theatrum, ubi verſentur ſplendidiſſimi, in conſcientia propria erigitur, unde radii honoris aliquando amicant, ut

ut factæ innoteſcant; ita nihil prorſus eos morabatur. Deinde & hinc magnum ſummebat compendium, adverſus calumniam, quod impetum ſuſtineret in validiſſimum collectus munimentum; recentiſſimam, inquam, memoriam actorum præclariſſimorum, ut ipſa hiſtoria nihil illuſtrius prædicare queat.

Nihil opus habebat, domicilium extruere, ad mentem priſci illius, qui illuſtre ſibi optabat, oculis univerſi mundi pervium, cùm gloria actionum laudatiſſimarum utilitate univerſam complectatur Europam, adeo ut nemo non occuparetur in eo contemplando & admirando. Addere pronum foret: malitiam, quâ juſtiſſimas actiones pervertebant, ſuſpicione involvere univerſum accuſationis inſtitutum, quocunque tandem molimine pergerent. Quis vero ignoret, ne hic moram nectamus, turbatoribus rerumpublicarum familiare eſſe, miniſtros adminiſtrationis aggredi.

Politica reminiſcentia.

SAtis frequens eſt, merita per calumniam atrocem rependi: injuſtitiam iſtam inter cætera gignit invidia, cui aciem oculorum hebetat aſpectus illuſtrium actionum, quemadmodum Sol oculos debiles perſtringit. Illud vitium perverſo ſenſu imitatur ferè benignitatem Dei, qui ex malo elicit bonum, cùm ipſa occaſionem arripiat, offendendi ſummos viros, ob actiones ad ſummam gloriam vergentes: Sic umbra comitatur corpus, & invidia virtutem. Quemadmodum altiſſimi montes ſpargunt umbras ſpatioſiſſimas, ita genii celſiſſimi invidiæ & maledicentiæ præ cæteris patent expoſiti.

Accedit alia cauſa ex compendio particulari, quod, ſi verum fateamur, agmen ducit, invidiæ utique mater. Quicunque enim per ambitionem ſibi partem reipublicæ adminiſtrandæ expetunt, videntur ſibi à fortuna novercante tantundem repulſari, quantum illius beneficio quivis alii propius accedunt. Cæteri etiam, tam alta non meditati, ampliora tamen, quam quæ natales tulerunt, aut ſors, animo concipientes, videntur ſibi abundare querimoniarum cau-

cauſis adverſus ſummos miniſtros, cum ſpes decollat, & vota fruſtratur.

Ægritudo illorum ſimilis fuerit perſpicillis falſis, quæ in objectis exhibent aliena: Hinc ſanè judicium adeò pervertitur, deſideriis corruptum, ut in vitæ inſtituto advertere ſibi videatur longè remotiſsima. Poſſem addere ignorantiã, ad cauſas maledicentiæ: quibus miniſtri ſummi flagellantur: Corticem enim actionum fas eſt uſurpare oculis, conſilia in occulto habent, ſi ſapiant; ſcopum nunquam aperiunt, ut hoſtibus reipublicæ facultatem auferant, illum attingendi.

Quæ cùm ita ſint, fatendum fuerit, exigua illa notitiæ momenta, quæ de ipſorum actionibus emanant, magnum dare inimicis ad calumnias concinnandas compendium. Hinc legunt infirmiora, & quæ vitium faciunt, tantoque artificio incruſtant, ut mendaclum veri pallio proſtituant; admodum cauti, ne intelligantur inſtitutum fovere, ad menſuram vulgi nunquam exigendum.

Maledicentia tamen ſummo impetu pollet: cùm enim Magnates Rempublicam turbare ſatagunt, religio eſt, regẽ apertè traducere, ne nimium pateſcant, aut maledicentiæ meritas ferant pœnas, & ſic ab exequendo inſtituto abſtineantur: miniſtros ergò aggrediuntur, tametſi per illorum latus rex petatur. Solita eſt etiam querimonia, de malè adminiſtrata republicâ; jam vellicatur poteſtas & authoritas nimia, à principe ipſis collata; accedit exaggeratio nimiorum onerum, quibus populares opprimantur. Hæc nullo non tempore ſumma fuit manifeſtorum, quæ unquam prodiêre, ad populum in arma concitandum.

Diſpiciamus, quid noſtro in ſeculo acciderit, regrediamur de rege ad regem per ſeriem noſtræ hiſtoriæ, & ſemper inveniemus factioſos maledicentia eſſe uſos adverſus miniſtros tanquam face ardente, ad incendium per regni partes ſpargendum. Exempla nimis ſunt obvia, ut iis recenſendis deſtineamur: cum etiã pateat in hiſtoria, eos ubi prudentia ſummorum miniſtrorum redegit ad impotentiam turbandæ reipublicæ, per incendia bellorum, nunquam deſiiſſe furorem ejaculari, cujus æſtro concitabantur, in papyrum, per ſtylum venenatum, & injurias atroces.

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

Reſpondetur calumniis, quas regi ſunt auſi proponere.

NEmo ſatis mirari poterat, literarum & libellorum conſarcinatores inſtituiſſe diffamationis rationem contra eum virum, quem genii compoſiti agnoſcebant celebertimum ab aliquot ſeculis. Tolerari autem nequibat maledicentia, quam in regis perſonam dirigebant, adeo ut cuivis perſuaſum irent, eum adminiſtrationis ignarum & ineptum.

Avet animus omnes omnino Gallos incuſare, qui, intellecta tanta contumelia, adverſus eum principem, quem ab aliquot annis merito agnoſcebant juſtiſſimum, fortiſſimum, generoſiſsimum, ſapientiſsimum & clementiſsimum omnium, quos unquam Gallia habuit regum, armis abſtinuêre corripiendis, quin apud Exteros perquirerent libellorum opifices iſtorum, ad meritum ſupplicium, ſi qua ratione abſque regis auſpiciis licuiſſet bellum ſumere.

Quæ verò ratio iſtius protерviæ ferendæ, ut is rex projectæ gubernationis arguatur, qui Anglos diverſis vicibus ſuperavit, Rupellam ſubegit, Alpes vi aperuit, Caſalam bis aſſeruit ſubditos perduelles domuit, Auſtriacorum ambitionem circumſcripſit, ſacra avita in diverſis regni provinciis reſtituit, Pontificem adverſus Hiſpanorum oppreſsionem protexit; & modo pacem ac libertatem Italiæ reddebat, victoriarum uſu arbitrium orbis Chriſtiani adeptus, quem Exteri armatum metuant?

Quid enim de eo memoretur, niſi fortitudo in rebus gerendis, pietas in conſcientia excutienda, juſtitia erga ſubditos, audacia in periculis, prudentia in conſiliis & admiratio in quovis inſtituto ſupra omnes, qui unquam Galliam rexerunt, reges. Nunquid emicuit animus & Zelus erga ſacra, ubi ſuam ipſius perſonam, annos florentiſsimos, ordinem equeſtrem, florem ſubditorum, theſauros, adeoque ipſam

Digitized by Google

ipſam ferè rempublicam expoſuit aleæ, ut inſolentiam ſuorum hoſtium Eccleſia videret caſtigatam?

Diceretur fortaſſis, alium tanta facinora patrare, niſi ſingulis diebus oculos incurrerent, cum nullum ſine ipſo inſtitutum procedat, niſi conflictibus immiſceretur, niſi per omnia pericula verſaretur conſpicuus, niſi omnibus conſiliis intereſſet, ad diſponendum mandatorum ordinem. Cùm autem hoc & illud palam manifeſtetur, apud antipodes natum eſſe oportet, qui obtrectatoribus fidem habuerit.

Europa rectius noverat raras & divinas regis dotes, quam ut ſeſe impoſturæ huic permitteret decipiendam. Quicunque etiam tantillum de negotiorum adminiſtratione delibarunt, habent quod mirentur ea lumina ingenii, quibus per naturam ſplendet; cum & eorum uſu conſiliorum participes videant, ipſum non raro viam aliquam inſiſtere, quæ certiſsima prudentiæ præclariſsimæ præbeat indicia.

Politica reminiſcentia.

REgium eſt: maledicentiæ exponi: etiam præclariſsimæ actiones ſuggillantur ex mortalium ingenio, in gubernationem hoſtili, adeo ut pauci abſtineant detrahere ſuperioribus; Deusque ipſe vix linguam improborum effugiat, quod per Iſraëlitarum adminiſtrationem particularem pateſcit; Nemo tamem negaverit, admirandam hanc eſſe ingratitudinem, ſi graviſsimæ ſollicitudines, bono publico impenſæ peſsimè accipiantur; & maledicentia, quæ conatur gloriam illius obfuſcare, impunita tranſeat rigorem juſtitiæ; in eo maximè curriculo rerum, quæ tranquillitatem reipublicæ perturbare manifeſto conantur.

Longè juſtius honos deferetur actionibus principis per reverentiam, quam ut vituperium aſpergatur, quod ſanè ſemper fuerit temerarium, exactiſsimè conſtet de conſiliis perficiendis cum etiam calumniæ, quibus læduntur, eo plus periculi trahant, quod vel diffidentiam inſinuent, vel ſaltem confidentiam imminuant priorem. Mendacium enim audacter promulgatum, plerumque livorem ſuſpicionis in animo relinquit, tametſi plenus non conſeruatur aſſenſus.

Famæ

Famæ id eſt æſtimium, quod regibus ante immanes eſſe debet theſauros: Hinc venerationem majorem ferunt, non virtute aucta, ſed illuſtrata; non capacitate ad altiorem perfecti gradum promotâ, ſed quæ ex ſuſcepto ſplendore promptius apud voluntates omnium mortalium inveniat obſequium. Opinione regitur mundus univerſus, qua & principes in imperio conſtabiliuntur.

Experientia docet verum ab homine mendace prolatum, non facilè invenire fidem; difficulterque regem coli, quem opinio communis ineptum ad rempublicam redarguit. Ubi ſemel famâ eſt lapſus, deſinet obſequium & reverentiam ſperare: amor ſolitus cum fama expirat, adeo ut nec metus diu ſubſiſtere queat poſt jacturam amoris.

Sic igitur nemo ſanus dubitabit, & juſtum, & omnibus modis neceſſum eſſe, ut exemplum ſeveritatis ſtatuatur in eos, qui regem audent calumniis proſcindere. Quicunq; vero obtrectatores fert impunè, maximo exponitur periculo. Poſtquam enim peſſima de eo ſunt ſparſa, calumnia incipiet ſpeciem veri plerumque induere, ubi impunitas conſtabit. Exinde incidet in contemptum, republica, ſuâque ipſius perſona ad periculorum ſcopulos expoſitis. Quemadmodum enim is, qui injuriam aliquam fert, alios ad eandem & majorem inſolentiam invitat; ita poſſet intentari via facti, ſecundum temeritatem verborum.

CAPUT XXXII.

Rex juſtificandi & defendendi Cardinalis curam ſuſcipit, tum literis, tum Declarationibus.

QUamvis leviores calumniæ, adverſus principem excuſſæ, rigorem ſupplicii non mereantur; diverſa tamen fuerit capienda via, ubi ad deſtruendam illius authoritatem, & turbandam Rempublicam vergunt. Sic Theodoſius Imperator aliquando pro dignitate clementiæ reſpondit, interrogatus de maledicentiæ alicujus ſubjecto,

Digitized by Google

quod adverſus ipſum propalabatur, ſi, inquit, per levitatem malè de Imperatore loquatur, contemptum; ſi per ſtultitiam & ignorantiam, miſericordiam; Si per malitiam, gratiam meretur.

Sed hoc ultra leviculas injurias non eſt extendendum, quæ nihil offendunt rempublicam, & ut verum fateamur, irâ principis indignæ, contemptu mulctantur: nam cæteras ſeverè vindicari convenit. Hinc dubitandi nullus relinquetur locus, fabros illorum libellorum & literarum merito ſuo ſubjiciendos rigori juſtitiæ: Iſtis abſentia aſylo fuit, dum Rex ſatis habet, nudam inſtituti ſui ſinceritatem, & juſtitiam facti exponere per literas & Declarationes, in eum finem promulgatas.

Abunde patrocinabantur actiones, quibus tanta affulgebat gloria, ut graviſſimæ calumniæ nubes ad eum ſplendorem continuo evaneſcerent. Non tamen dici poteſt, quantam curam ſuſceperit Rex Cardinalis juſtificandi. Nam & mentem nulla unquam cogitatione de eo calumniatorum protерviæ permittendo, tentari eſt paſſus, & patrocinio ſollicitè ipſius defungi voluit, tum ſermonibus quibuscunque per occaſionum momenta, tum literis & publicis & privatis, ad populares & ad Parlamenta provinciarum, ad reginam matrem, & ad Aurelianenſem.

Apud regem nullo indigebat oratore, cum is omnium optimè noſſet conſiliorum excellentiam, fidem Zeli, juſtitiam mentis, fortitudinem animi, & moderationem inſtituti: neceſſitas tamen requirebat, ut id teſtimonium ad alios emanaret, eo quod major pars negotiorum, quibus adminiſtrationis ratio occupatur, nemini, præterquam regi & miniſtris innoteſcant, adeo ut populares tantummodo, effectum operis videant. Sic ſanè nulla unquam prætєrlabebatur occaſio, fidem ipſius & merita prædicandi, quin Rex effunderetur ad ea demonſtranda per æſtimium & benevolentiam prorſus eximiam.

* * *

Poli-

Politica reminiſcentia.

REgum eſt, per juſtitiæ cujusdam neceſſitatem, miniſtros adverſus maledicentiæ aſſultus vindicare. Debent iſtud patrocinium ex lege gratitudinis, quam fides exigit, tum ex ratione commodi, quod ſemper expoſcit ſtudium perenne; maximè vero inde, quod Magnatum odio plerumque exagitentur, ob aſſertam regiam dignitatem, quam illi atterere ſatagunt. Neque enim unquam rectè Miniſter inſervierit principi, quin primores reipublicæ offendat; cum ſæpius teneatur limites ſtruere ambitioni & deſideriis illorum, quæ ad auctarium propriæ fortunæ, detrimentum regiæ potentiæ contendunt. Hinc creditur ratio adminiſtrationis ipſi commiſſa, univerſa invidia eodem decumbente, adeo ut ipſius conſiliis omnes omnino repulſæ ferantur acceptæ.

Summam igitur & imprudentiam & injuſtitiam commiſerit rex, ſi fidem, quam non ingratus meminiſſe debet, ne neglecta langueſcat, invidiæ proſtituat. Nihil enim æquè ſtudium erga principis commoda remittit, ac ingratitudo. Quicunq; Princeps deſtituit fidum miniſtrum, cæcutit ad propria commoda; ſeque præter ingratitudinis maculam, gloriæ aſperſam, maxima in pericula conjicit, cum eum exitio permittat, quo authoritas firmiſſimè conſtabat: jam par munimento, cujus propugnacula fuerint complanata.

Ex eâ ratione Artaxerxes, cum conſideraret, Themiſtoclem ab Athenienſibus exulare juſſum, & jam ad gratiam ſuam confugere dixit, nihil pejus ſeſe hoſtibus ſuis imprecari, niſi ut per invidiam ſeducti, pergerent ſemetprivare prudentia & virtute ſummorum virorum.

Utut prudentia & juſtitia regibus imponant officium, ne à rebus agendis ſummum miniſtrum removeant propter calumniam; nihil minus utique operam dabunt, ut famam ipſius tutentur, cum ea propter ſervatam fidem duntaxat vim patiatur, & ipſus facultatem in obſequio continendi populares ferat ampliorem. Novimus, rempublicam nõ nullam ex Antiquioribus noluiſſe ſancire legem, ab homi-

Digitized by Google

ne ſuſcepto rogatam, tametſi bonam, niſi prius ab alio quopiam, ob integritatem probato proponeretur.

Quicunque igitur authores illius inſtituti fuêre, abunde demonſtrarunt, quantum authoritatis & fidei miniſtri ſummi fama adferat, ad exequenda mandata, quæ principis nomine proponuntur. Oſtendit etiam experientia per millenas occaſiones, omnia ferri confusè, poſtquam fama, muneri conveniens, diſperiit.

CAPUT XXXIII.

Cardinalis exiguam beneficentiam à rege ſentit, ad exemplum ſuperiorum temporum.

ADeo dilucidè reſponſum fuit ad diverſas calumnias, quibus maleferiati conabantur famam Cardinalis denigrare, ut nihil faciat, ad ipſius gloriam, ſi telam illam retexamus: non ea utique ratio inſtituti noſtri, cui hunc ſcopum præfiximus, ut reges & miniſtri temporum futurorum intelligant, quam debeant inſtituere vitam. Licebit enim principibus addiſcere, quomodo ſint habendi miniſtri, ad exemplar regis, quod tamen reprehenſione non caruit, ſed effectum ſummæ prudentiæ oſtendit.

Inter diverſa accuſationis capita, adverſus ipſum in vulgus ſparſa, principem locum obtinebat, quod à rege ſibi emendicaſſet complurium munimentorum cuſtodiam, alia clientibus conciliarit: quæ tamen ad numerum duorum maximè recidebant, erantque Portus gratiæ, & Bruagia: quæ fidei ipſius committi per eà tempora majoris intererat, quod Exteri invitarentur per illam portam irrumpere in Galliam, tanquam opportuniſſimam ex illa parte.

Calumniæ iſtius anthores non ſatis acuminis hîc oſtendêre, ad excutiendam ſuperioris ſeculi hiſtoriam, cum ipſos fugeret, Portum & Diepam thalaſſiarchæ muneri fuiſſe connexa, per iteratam Henrici III. Declarationem. Sed nihil mirere, cùm res geſtas noſtri temporis ignorent, curà enim Bruagiæ permutata fuit cum Diepenſi, impoſ-

Digitized by Google

ſibile eſſet, mare cuſtodiri, ſine maritimorum locorum poſſeſſione. Quid vero culpæ invenient, ſi Rex eam provinciam impoſuit?

Quod cætera loca ſpectat, quæ Rex clientibus Cardinalis credidit, dixerim, perquam id exiguum eſſe, præ favoribus, quos plurimi Miniſtri à regibus ſuis meruêre, per longe exiliora officia. Annas Momorantius, Mareſchalcus & Conneſtabilis Galliæ, magiſter ſummus, ſummus Camerarius, & gubernator Occitaniæ, filium primogenitum mareſchalcum Galliæ potuit facere, gubernatoremque Occitaniæ. Secundo genitum, tribunum equitum, Mareſchalcum Galliæ, & gubernatorem Occitaniæ ad lucis hujus uſuram. Tertio genitum, Helvetiorum imperatorem.

Nepotibus potuit conciliare, huic Cardinalitiam dignitatem, illi munus thalaſſiarchæ, iſti imperium in militiam pedeſtrem. Filiabus quatuor potuit procurare ſummarum per regnum familiarum conjugia, Turainiæ, Trimuliæ, Candalæ & Vantaduri. Cujus præterea poteſtas eo creverat, ut Franciſcus I. Delphino Henrico, qui poſtmodum regnum eſt adeptus, mandaret, ad caſtra Avenionem iret, obſequium apud exercitum præſtaret.

Poſſum inſuper addere, nihil in familia Cardinalis inveniri, quod ad illam Amboſianam conferatur, quæ per regna Ludovici XI. Caroli VIII. & Ludovici XII. claruit. Carolus enim Amboſianus regebat Champaniam, & Ludovici XI. tempore Burgundiam; promotis ſex fratribus germanis, & compluribus nepotibus per operam & authoritatem Cardinalis Amboſiani.

Sic Merim Amboſianum potuit facere ſummum magiſtrum Rhodiorum, Johanni conciliare Epiſcopatum Lingonum, Ludovico Albigenſem, cum vicibus regiis per Occitaniam & Aquitaniam; Petro Pictavienſem, Jacobo Charæmontanum cum Abbatiâ Cluniacenſe, Johanni Buſſio, Normanniæ provinciam. Primogenitis tribus filiis præſtitit, Ludovico Epiſcopatum Albigenſem, & Archiepiſcopatum Rothomagenſem, præter Cardinalitiam dignitatem; honores ſummi magiſtri, thalaſſiarchæ & Mareſchalci; provinciam Mediolanenſem & regias vices per

Digitized by Google

Italiam apud exercitus regios; Guyo præſtitit, Revelæ domino, imperium in ducentos Nobiles gravis armaturæ, quod per illa tempora inter inſigniora numerabatur. Franciſcum Claræmontanum, ex ſorore Catharinâ Amboſianâ extulit ad Cardinalitiam dignitatem; Renatum Priæum, filium materteræ Magdalenæ Amboſianæ ad epiſcopatum Bajocenſem.

Quam vero hîc repererint comparationem, utut diligentiſſimè excutiant Cardinalis familiam? Sed ne ullam inſtituamus collationem, hoc unum dicere habemus, neceſſe, ridiculum tuliſſe illam querimoniam, cum id temporis Cardinalis teneret ſaltem duo loca alicujus momenti, familiares fere totidem, tametſi Galliæ familias ſcirent plura occupâſſe illuſtriores. Quæ vero cauſa ſuſpicionum, ubi ipſe ſingulis ſeptimanis bis aut ter regi ſuæ perſonæ, capitis & vitæ faciebat poteſtatem, nunquam non exauctorationem & muneris, & munimentorum deferens, cum identidem regi eſſet integrum, quodvis jus in perſonam & loca illa exercere?

Suſceperat præterea provinciam Britanniæ Armoricæ: ſed qua ratione? perurgentibus ſcilicet provincialibus, qui intelligebant portus ſibi multos circumjacere, quos marium procurator rectiſſimè omnium bearet commerciorũ reſtauratione, quæ per diſceptationes ſuperiorum Gubernatorum adverſus thalaſſiarchas Galliæ, ſuper dominio maris diſperierant.

Altiſſimè vero crepabant, factioſi, regem loca quædam alijs gubernatoribus ademiſſe, quæ Cardinali traderet. Id quod conveniebat ad ſummam regis prudentiam interpretari, ſi Galliæ conſuluit, per rationem commutationis, propter gubernatorum ſubleſtum obſequium, qui à longo tempore & oppidorum & munimentorum præfecturas in familia retinuerant, quod ſupremam authoritatem ſomniarent, ut ægre animum inducerent, an Regi acceptum ferrent ſplendorem, proniſſimi ad perduellionem, quovis ſeditionis ſigno dato.

Statuit igitur, alios exauctorare, numerato prius pretio, & clavum provinciarum tradere fidiſſimis, quales expertus erat univerſos Cardinalis familiares, quos nemo

unquam

Digitized by Google

unquam vidit ulla ſeditionis aut factionis maculâ fædari, dum gratis animis regiam agnoſcant beneficentiam, veriſſimum ſuæ fortunæ fulcimentum. Hinc nefas ducunt, quicquam inſtituere, quod indignitatem oleat.

Permutatio vero illa ſatis utilitatis præſtitit per ſeriem rerum, idque manifeſtiſſime. Quid enim futurum fuiſſet, ſi gubernatio Breſtæ huic fuiſſet relicta, & iſte Bruagiæ cuſtodiam non ſuſcepiſſet, ille Caletum ulterius inſediſſet? Totidem ſane fuiſſent Citadellæ, ſeditionum nidi. Quid vero tandem mali evenit, ex Cardinalis provincia & munimentis, adeoque familiarium, cum etiamnum in obſequio Regis perſiſtant? factio autem, quæ Reginam matrem & Aurelianenſem diſſidio impedivit, ringitur, ſibi arbitrium eorum fuiſſe ſurreptum: nam ea demum eſt cauſa veriſſima querimoniæ.

Politica Reminiſcentia.

Nihil magis facit ad tranquillitatem reipublicæ, quam præfecturas iis credi, quorum fides in regem nihil vacillet. Experientia Galliæ diverſis vicibus fuit nimis damnoſa, ut ex memoria unquam deleatur cum potiora bella Civilia, adeoque externa, coorta fuerint ex culpâ præfectorum, quibus major cura compendiorum privatorum, quam gloriæ regiæ.

Nemo Magnatum unquam turbabit, niſi ex fiducia præfectorum, aut provinciæ, quo authoritatem augeant. Hoc vero ipſum rex ſusque deque habeat, ubi authoritati deeſt animus, & fides ad obſequium neceſſaria; ne occaſionem præbeat colligendæ factioni, quæ augeſcens regiam imminuat authoritatem. Præter rationem vero hic dolebunt, cum nemini liceat ſeſe ingerere in jus regium, de miniſtris quibuscunque legendis.

Maximæ igitur fuerit prudentiæ, ad illas querimonias ſurdeſcere, cum nullius ſint momenti, ex conſideratione reipublicæ. Sic prudentiſſimè aget Rex, ſi præfecturas diſtribuat fidiſſimis, quorum integritas nullam vim patiatur, certior utique ad nullas partes tranſituros,

Digitized by Google

ſuas pertinaciſſimè, exorto diſſidio, ſervaturos. Quo ſecurius vero reclinabit, niſi in eum Miniſtrum, à quo ſingulis diebus nova fidei teſtimonia colligit, & qui, quotieſcunque colendi gratia accedit, caput ſuum, præfecturas, adeoque omnia omnino munia concredita ſimul defert?

Neque diverſum de ipſius familiaribus fiet judicium, qui abſolutè ab ipſo dependent, etiam potentiam ſuam per ipſum à regia beneficentia dependere ſponte agnoſcunt; adeo ut ſic iiſdem vinculis fidei cum ipſo regi adſtringantur, Hinc profectò regum maximi nihil dubitârunt præfecturas ipſis illuſtriores committere, id quod commodis ſuis admodum utile judicabant.

De diſtributione præfecturarum hoc dixerim, regem teneri, quantum poteſt, ad quamcunque rationem, quâ munimenta recipiat ex poteſtate diuturnæ poſſeſſionis, niſi fidei habeat extrema teſtimonia. Sic enim aſſueſcunt poſſeſſioni, ut ex metu ejus amittendæ, ſæpiſſimè perſuaderi poſſit partium ſtudium, ad firmandam poſſeſſionem. Ubi etiam conſtituti fuerint, non per regem, ſed à ſuperioribus regibus, eo facilius deſcendent ad factionem, quod munus regi non referant acceptum.

Dehinc ita adoleſcunt in imperio, ut Rex ſæpiſſimè minori valeat poteſtate: diuturnum enim imperium trahit plerunque faſtum & proterviam. Unde in republica benè conſtitutâ legas ſemper munia certo tempore circumſcribi. Roma libertate eſt exuta, ob nimis diuturnam magiſtratuum potentiam. Neque Cæſari licuit patriam opprimere, niſi poſt nimiam authoritatem apud exercitus quæſitam ex diuturno imperio.

CA-

CAPUT XXXIV.

Opulentiam Cardinalis non eſſe invidioſam.

FActioſi iſti homines ſecundum ſuperiora etiam in crimen vocabant poſſeſsionem beneficiorum, quibus Rex Cardinalem ornaverat, tametſi omnes nôrint, mentem ab omnibus avaritiæ cuniculis alieniſsimam; poſtquam natura eam celſitudinem animi contulit, ut univerſas Mundi opes nihili faceret, niſi ad uſum benè agendi.

Honores à rege collati requirunt ſplendorem, & impenſam, cum certum habeat, ſeſe cum cæteris ejusdem muneris alioqui contemptu nunquam fuiſſe cariturum, niſi ſplendorem induiſſent, & magnificentiam eximiam oſtentaſſent; qui contemptus, authoritati, ad regium obſequium promovendum obfuiſſet etiam.

Quicquid redundat, charitati chriſtianæ indulgetur in ſolatium egenorum, aut actioni per virtutem vel magnificentiam illuſtri. Quis vero opulentiam moderatam invideat, poſt tanta in Galliam merita? Vidimus hoc ipſo tempore principem adoleſcentem, cujus nomen Galliæ eſt fatale, plura poſſidentem beneficia, anno ætatis quartodecimo, quam Cardinalis obtineret. Audivimus Quæſtorem ærarii regii cauſâ dubia extricatum, duobus millionibus librarum regi adnumeratis, quod pretium vix ſextam facultatum partem traxerat.

Meminimus duos gemmarios quadringenta vel quingenta millia aureorum, imperante reginâ matre corraſiſſe. Quæ vero iniquitas, liberalitatem regiam hîc traduci, quam tamen promptè expediebat, quotiescunque bellorum neceſsitas urgeret, ut ærarii ſpes tempore exacto intercluderetur? Nunquid ad opulentiam Kembergi pervenit: qui per gratiam ſingularem Imperatoris, licet nobili tantummodo ortus familiâ per Sti-

riam, incenſu habet quingenties mille aureoum, ex duobus Ducatibus, quorum coëmendorum ipſi facta eſt copia.

Acceſſit auctarium gratiæ, & commodi, ut idem tributum ex urbibus Imperialibus, adeoque Anſeaticis, ſibi colligeret, ſumptu ſemper imperatorio, ad eum ſplendorem & magnificentiam, ut familiæ totius ſumptus centum millia aureorum attingerent. Potiſſima ipſius opulentia complectitur Beneficia, nullo inde popularium onere, & minorem invidiam ferre poſſunt, ob merita, quæ maximè Eccleſiæ voverat; egeſtatique pauperum ſine prodiga pompa ſobrius, nullo delitiarum per familiam luxu.

Nunquam comperietur, ſupellectilem Cardinalis ad æſtimium Amboſiani defuncti proceſſuram Quod ſi denique merita auro poſſint compenſari, jam oſtendit per actiones laudatiſſimas, longè potiora ſibi deberi. Cum autem præter honorem regii miniſterii nullum ſibi proponat ſcopum, nihil moratur compenſationes adeo abjectas. Sic ſæpiſſimè recuſavit dona à rege oblata, quin imo quicquid curæ argento faciendo ſeponit, concernet ærarii regii accuratam adminiſtrationem, nequid deſit.

Diffluebant enim pecuniæ hactenus in dona frivola, & expenſas inanes, ex quibus nihil gloriæ in regem redundabat. Hinc longè minores videas expenſas, rege occupatiſſimo, quam ſuperioribus temporibus, tametſi graviſſima bella eſſent gerenda domi foriſque.

Politica reminiſcentia.

OPes inter præmia, quæ reges ſolent miniſtris fidiſſimis conferre, extremum occupant locum, quod per Naturæ ordinem minimo bonorum cenſu valeant, Nemo negabit, plurimum ipſis deberi, cum ſint digniſſima regiæ gloriæ inſtrumemta, quorum opera patrent immortali fama per ſecula futura digna. Quid, enim fecerint opes ad tanta merita? Ludibria utique fortunæ, quæ ſublevandæ egeſtati vitæ præſentis inſerviant, ſollicitudinis potius, quam

quam voluptatis occaſiones, quibus viri ſummi nihil magis fruantur, quam qui ad rempublicam nunquam acceſſerunt, ut illas mereri potuiſſent.

Anſeres in Capitolio alebantur ſumptu publico, quod ſtrepitu ſuo Gallorum irruptionem prodidiſſent: etiam canes illic alebat reſpublica, ob furem in ſacrilegio per indicium latratus, deprehenſum: Equum immunem fræno & ſervitute gaudebant aſpicere qui herum periculo mortis eripuiſſet, Quanto potius ſummus miniſter coletur beneficiis eximiis, poſt egregia in regem & patriam merita?

Addam inſuper, neceſſitatis eſſe, ut Rex miniſtrum, quem ſuis commodis æque fidum, ac inſtitutis fortem eſt expertus, magnis cumulet opibus, quo majori polleat authoritate, rectiusque varias augendæ gloriæ Regiæ rationes ſuſcipere queat. Magni genii eas requirunt ad poteſtatem negotiorum cum alioqui vigor deficiat, languеatque: ne cogantur millena inſtituta, quæ ad ſummam utilitatem mente conceperint, intermittere ex inopiâ facultatum, ſine quibus in lucem produci nequeant. Fruſtra generoſa meditabuntur, ſi impotentia retrahat, & fervorem animi compeſcat.

Intelligas etiam, rerum mundanarum eam eſſe diſpoſitionem, mortalium ſenſa eo vergere prona, ut omnia divitiis cedant & obſequantur. Nihil non poſſunt, audent & conficiunt inter homines, adeo ut fidem & authoritatem poſſeſſoribus concilient, ad inopiæ exiguum cenſum. Sed ut jam nihil reſpiciamus ad gratitudinem Miniſtris debitam, Nemo ambiget, majeſtatem regiam non minus gloriæ ex liberalitate, quam ex juſtitiâ trahere. Ex cæteris Numinis perfectionibus, ſummam meretur venerationem Benignitas, ſcaturigo in exhauſta omnium bonorum, quam cum Sole conferre licet, gratiarum partes, per todidem radios in terram ſpargente, ut jam beneficia illius ad numerum actionum computentur.

Grandia regum dona & ſplendorem & emolumentum æque conferunt; hinc ſecurius firmantur animi, non tam

Digitized by Google

tam ex pretio, quam ob teſtimonia benevolentiæ, quo maximè vinculo arctius ad obſequium adſtringuntur. Liberalitas regia propriè nuncupatur Magnificentia, quod teneantur maxima erogare bona, id quod unice decet illam majeſtatem. Summum pretium operis, perfecti artificis certiſsimum indicium: hinc omnes fatebimur, Deum longè plus gloriæ acquiſiviſſe, per creationem angelorum & hominum tanquam potentiæ ultimum conatum, quam ubi cæteras fecit creaturas.

Eadem ratione dixeris, quicquid opulentiæ regiæ ampliſsimum ſplendorem circumdet, effundi in Palatii alicujus ſtructuram: id quod apud majores noſtros & proximos & remotos ſatis comperitur, quibus nulla alia inventa eſt ratio ampliandæ gloriæ, niſi per opulentiam & liberalitatem, quam in Domiciliis intimorum oſtentabant, tanquam exertis Magnificentiæ monumentis.

CAPUT XXXV.

Arguitur Cardinalis, quaſi Regi quidvis perſuaderet.

PRiſcorum quidam cum ſummo judicio dicebat, roſas è ſpinis prodire, & veritatem plerunque per acutiſsimas calumnias emergere, cum ſtimulati neceſſum habeant cauſam ſuam publicê probare. Hanc eandem fecerunt ſegetem factioſi, qui reginæ matris & Aurelienenſis, abuſi manſuetudine, connitebantur in offenſam Cardinalis; ut nobis permitteretur meſſis, per cognitionem veri, quod ut promulgaremus, illi inſtitêre.

Quemadmodum verò duobus iſtis capitibus non abſolvebant accuſationem & maledicentiam, ita nobis anſam præbuêre ulterioris indaginis. Eam igitur ſuſcipiunt rationem obtrectandi, ut popularibus perſuaderent Cardinalem tam abſolutum in voluntatem Regis adeptum eſſe imperium, ut quidvis perſuaderet, ſine diſquiſitione; regem

regem alieno motu ferri, à Cardinalis pileo ipſam Coronam pendere.

Cum autem universa Europa ex diverſis caſibus noverit, prudentiam & virtutem regis pari paſſu cum Juſtitia incedere, viſi ſunt ſagittas in cælum excutere, quæ ante pedes reciderent. Certo ſum certior, eos ipſos hanc de rege ſententiam non fovere, cum aliquando aditus pateret, quin probè ſciant, non poſſe ipſum ad ullum inſtitutum induci, niſi rationibus convenientiſſimis; cælumque vividiſſimum infudiſſe menti lumen, quo fundum graviſſimorum negotiorum penetret, adeo ut non raro conſilia depromat, cuivis alii præterita.

Neque enim diverſum propalant, niſi ut prætexant aliquid ſeditioni, ad exemplum quorundam, qui ejuſdem farinæ poſtremo ſeculo, hanc eandem ſumpſerant viam Rothomagi & Valentiæ. Prô furorem ſtupendum! imbecillitatis crimine, in rege omnium maximo traduci, quod ſummæ prudentiæ veriſſimum teſtatur effectum: cum videat per curriculum rerum agendarum, nullum unquam evenire caſum, cujus finem, ſeriem, cauſas Cardinalis non perſpiciat.

Nullum enim incommodum naſcitur, quin remedium promptè expediat: nullum creatur periculum, quin antecapiat, & declinet; nulla ſuboritur difficultas, quin viam exuperandi rimetur: Sic nihil unquam inſtituit, quin felicem ad exitum perducat, adeo ut ad conſilia ſequenda non inducat, ſed ſolidiſſimas proponat rationes; quibus aſſenſum ſpontè fluentem attrahat.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum rex nequit ſatis fiduciæ habere miniſtro, quem expertus eſt prudentem & fidelem; ipſus magno genio præditus nihil dubitabit, judicii rectam notam ſubire, & actiones ad ſapientum conſilia exigere; ita lubentius curarum ſummam in eum conjiciet, quæ minora ſpectant negotia, cum ex genii temperie ſecurus eſſe queat, rectè curatum iri, quicquid mandetur adeo ut princeps eo genere rerum ſuperſedere debeat.

Qui-

Quicunque vero non ſatis felicitatis obtinuit, ut iſtiuſmodi miniſtro gaudere queat, tenetur ipſus manum operi admovere; deplorandus nihilominus, cum Deus diadema non indulgeat ad curam rerum levicularum. Tiberius inter ſummos Romani Imperii principes numerandus, elegerat ſeceſſum Capreæ Inſulæ, ad quietis majorem uſuram; inde ad Senatum perſcribit querulus, ſibi ſollicitudinem quarumvis rerum imponi, quod Tacitus memorat: volens, ut nec Ædilis, nec Prætor, nec Conſul, ad ſeſe recurrererent, niſi in rebus gravioribus.

Sic Themiſtocles, politicorum per eam ætatem facile princeps, dicebat aliquando, referente Plutarcho, Navem Salaminiam, Bicentauro Venetiano non abſimilem, nunquam in mare deduci, niſi ad ſuſcipiendos principes, aut ad eximiam aliquam pompam; ſic ſui uſum ſumeret reſpublica Athenienſium, in ſummis duntaxat & difficillimis negotiis, Ab iſtis enim tanto commodius abfuerit nunqnam, quanto ſæpius didicit, prudentiam ſuam media ad felicem ſucceſſum recte diſpicere. Nihil ſane detrimenti patietur authoritas in eâ ſubmiſſione, cum vel inde plurimum ſumat incrementi, ſic adeptus media ad patranda, quæcunque gloriæ promovendæ ex illo inſtituto optarit.

Arrogantia hæc principum omnium eſt admodum periculoſa, ubi ſuo ſenſu abundant, & agere volunt, cum ſic ad præcipitia deferantur. Neceſſitatem conſilii nunquam vitabunt, cum animo ſedere debeat, ipſum Deum, cui curæ ſunt ſummi principes, ut modeſtè & ſubmiſsè agant, eos conſiliis ſubjeciſſe, cæteros mortales ipſis ſubdidiſſe. Prudendiſſimus quiſque plurimum ſemper conſiliis detulit; & in eo arbitror, omnes conſenſuros, id demum exiguæ ſapientiæ certiſſimum fore indicium, ſi quis potius ſuæ, quam magnorum virorum ſententiæ fidem habeat, cum nemo non cæcutiat in negotiis propriis.

Addidero hîc, ſubmiſſionem illam eſſe inſtar limitis, quem ſpontæ potentiæ abſolute figant, ut ſeſe in officio contineant, nullo deſideriorum impetu abrepti. Neque enim Natura principes præ cæteris fingit perfectos, ut ſem-

ut ſemper orbitam juſtitiæ rectam ſervare queant, nunquam autem exorbitent, aut ceſpitent, niſi Ducem ſequantur laudatum. Imo principes tanto magis ſolent errare, quanto majore pollent authoritate, nihil enim certius, animum ex ſummâ potentiâ facillimè ad licentiam prolabi. Equidem exiſtimem, vix quicquam damnoſius ipſis evenire poſſe, quam viro aliquo carere, quem reverentur, libertate integrâ donarint, ad quævis conſilia ſuggerenda, reipublicæ bono, modo ipſi ſententiam ex reverentiâ & notitiâ ſequi dignentur.

CAPUT XXXVI.

Cardinali imputantur nimia popularium onera.

NOndum acquieſcebant factioſi, quin Cardinali objectarent onera popularium, non quod ille in causâ eſſet, ut nimia forent, ſed quod ſcirent, hanc querimoniam ſeditionis tutam, quam omnes ubique ſeditionem incentores per Galliam inflarint, ad commovendos populares, miro aurium palpo & irritamento. Fatemur, acceſſiſſe quædam onera, ſed quæ non nimia, attamen neceſſaria eſſent ſummè.

Nullum omnino tempus effluxit, quo populares ſuperſederin iſtâ querimoniâ, quaſi principes nimis gravia imponerent onera. Durum eſt, nomine regis rogari, quod multo ſudore eſt partum, adeoque ſatis parce poſſidetur. Fit utique præter rationem, modo onera illa ſint neceſſaria, & ærarii ſubria conſtet adminiſtratio.

Iſta autem onera, quæ tam acerbe traducuntur, fuiſſe neceſſaria, nemo dubitat, poſtquam bella per ipſius miniſterium ſumpta, & quorum conſideratione populeres gravantur, prorſus neceſſaria cenſentur. Suſcepta enim ſunt, ad extinguendam Religionariorum factionem protervam, ad ſuppetias fæderatorum, ad coërcendam Auſtria-

corum

eorum ambitionem, qui correptis vicinorum noſtrorum finibus, inhiabant noſtræ reipublicæ, quam certiſſime invaſuri erant.

Nemo igitur negabit, bella minus neceſſaria fuiſſe; unde conſequitur, & onera fuiſſe itidem neceſſaria. Quid ſi probaverim, ipſos factioſos veriſſimam onerum cauſam præbuiſſe augendorum, qui ultra mediam pecuniarum ſortem, quam bellum Pedemontanum requirebat, intertraxerint, ad copias retardandas, ne Alpes tempeſtivè trajicerent. Sic ſatis diu adegêre regem, ad exercitum ſuſtendandum, qui quævis ipſorum inſtituta redderet vana. Bella & tributa pari ambulant paſſu, inſeparatim: egeſtas enim exercitum turbare cogit. Ut ut ſit laborioſum, tributa extorquere, ad faciendos ſumptus; longè damnoſius fuerit, rempublicam hoſtibus proſtitui.

Miſeria popularium gravis quidem eſt, ſed qui ocyus ex pingui ſolo recedat, ubi vel unica meſſis omnia incommoda deleat: non eadem ratio, ſi hoſtes Galliæ aliquod compendium corripiant, ex inopiâ ærarii, quod ſumptum facere queat armorum. Neque diffido, de ipſorum aſſenſu. Quemadmodum vero ſumptus fuêre abſolutè neceſſarii, ita non ignorabant maxima commoda, quæ regi & Galliæ inde obtigêre. Gloria manet immortalis, ærumna exiguo momento tranſit. Nihil ergo video, cur tam operosè inſtituatur querimonia.

Hoc unum reſpondere lubet, miniſtros potuiſſe privare regem honore eminentiſſimo, quem eſt adeptus, ſi deſtitiſſent à popularibus exigere, quæ neceſſitas armorum bene gerendorum flagitabat, per expeditiones præteritas; adeò ut certiſſimũ indicium laudatæ adminiſtrationis hinc pateat, ob ordinem ſervatum. Neceſſaria itaque fuerint tributa, ſed pecuniæ illius diſpoſitio æquè fuit frugalis & parca per illam tempeſtatem, quam tantis criminibus flagellant, cùm tamen dici poſſit, non multâ pecuniâ plurimum eſſe profectum.

Neque verò incompertum, miniſtros reipublicæ anteriores parum præſtiſſe, grandibus expenſis. Negare deſinent, incomparabilem hunc miniſtrum gloriam & victorias regis per ignominiam hoſtium quæſitas, minori

Digitized by Google

nori pretio, quam cæteros, obtinuiſſe quibus placuere remedia palliata, quæ retardarent mala noſtra graviſſima, ne in nervum erumperent, cumulato ſemper compendio hoſtibus Galliæ relicto.

Neque infitias ibitur, particulares quoſdam ex populo nimirum fuiſſe preſſos, rigore nimio. ſed neque rex, neque regii miniſtri culpam ferent, cum Electi, qui viritim tributa indicunt & colligunt, ea omnia committant, ſuo digni ſupplicio: obruunt enim imbecilliores, ad ſolatium fortiorum, ex amicitiæ ratione.

Politica Reminiſcentia.

Juſtitia nihil minus, quam prudentia adigit regem, ut populo tributum imponat, ſi qua neceſſitas rempublicam premat. Summa hæc exigentia ad conſervandum regnum, ſive pacem, ſive bellum ſpectes, ut pecunia ſit præſtò. Facile quivis incurſaverit regem, cujus penuria innotuit: quicunque enim pecunia caret, non habet unde militem alat; & qui milite deſtituitur, nullo negotio vincitur.

In bello ſcimus, pecuniam eſſe nervum præcipuum; unde Suetonius Paulinus, magnæ famæ dux aliquando in Senatu Othonis Imperatoris, cum de ratione belli gerendi ageretur, dicebat, Ærario potius, quam exercitu opus eſſe, in diſſidio publico. Sic Thucydides ſcribit, fortiſſimam rationem, qua Pericles fuerit uſus, cum Athenienſibus bellum ſuaderet ſuſcipiendum, hanc fuiſſe, quam ſatis pecuniarum in eum uſum eſſet repoſitum, unde annona, & alia neceſſaria optimè conficerentur.

Nemo negabit, bellum eſſe barathrum, ingluvie immenſa: vel inde imprudentiæ vituperium incurrerit rex, qui bella ex bellis ſibi ſuboriri videt, & nullis redditibus Coronæ ad ſuſtinendos ſumptus juvatur, niſi ſubditos adigat ad tributa & ſubſidia conferenda. Sic enim brevi tempore cum Cleomene, quod Plutarchus narrat, doleret, qui præter ærarii facultates bello ſumpto, & inſtitutum deſerere, & in Ægyptum effugere habuit neceſſum.

Quin & præter prudentiam, licebit animadvertere juſtitiam, ſecundum ſcitum illud Nemini facit injuriam, qui

jure ſuo utitur Regum autem eſt jus indubitatum, ſubditis imperare tributa, ad ferendas reipublicæ expenſas. Id verò jus adeo legitimè debetur, ut æquiſſimi Theologorum aſſerant, obligari ſubditos per conſcientiam ad illud obſequium; inſiſtentes utique Salvatoris mandato, qui non erubuit, aut dedignatus eſt, tributum ipſus pendere, ut nos ſuo exemplo erudiret.

Plura addam, Coronam non tantum conferre poteſtatem exigendi tributa, reges tamen obligari ad exactionem, ut dignitatem tueantur, auferantque quod reipublicæ legitimè debetur, adeo ut populo querulandi nulla relinquatur occaſio: juſtiſſimum enim eſt, particulares aliquid incommodi ferre pro conſervatione boni publici; cum longe ſatius ſit, populares cum egeſtate confligi, quam regnum amitti.

CAPUT XXXVII.

Miniſtri reginæ matris & Aurelianenſis coërcentur.

CApita accuſationum, quæ ad maculandam Cardinalis gloriam inſtituebantur, adeo ſunt frivola, ut longiorem non mereantur diſceptationem, cum & æquiſſimi inimici vanitatem illorum animadverterint. Nihil pronius, quam de miniſtris reipublicæ maledicere; id quod ipſa regina mater reſpondebat aliquibus, querulis ob miniſtrorum inſtituta, dum ipſa rerum potiretur. Hinc ſumma libertas carpendi illorum inſtituta, quod homo per naturam abhorreat ab omni genere imperii, proclivis ſit ad ſuggillandas ſuperiorum actiones, per judicium ſiniſtrum: neſcit enim cauſarum momenta, motuum viciſſitudines, actionum adjacentia, quæ plerunque in fundo conſiliorum latitant.

Maledicentia præmium vigiliarum, quantalibet officia præſtent reipublicæ, nunquam ſatisfecerint particularibus, quibus ſolita eſt libertas querulandi niſi cum bono publico ſuum promoveatur. Æqua omnibus omnino miniſtris

Digitized by Google

niſtris ſors: quicquid igitur adverſus Cardinalem in particulari dictum fuit, apud animos ſapientum cenſetur furor factioſorum, qui nihil compendii particularis in vitæ inſtituto invenere; poſtquam cognovere, conſiliis iſtis emolumentum proprium quæri, regis gloria neglecta; unde operam luſerimus, inſtituto longiore ſermone.

Non longe poſt diſceſſum reginæ matris & Aurelianenſis, Rex, cui nondum viſum erat, inhibere miniſterium illorum extra regni limites, edocebatur, ſub eo nomine miniſtrorũ quoſdã abuſos indulta libertate, faſciculos literarum, ad fovendas tricas & colluſiones deferre. Quapropter ad coërcendum eum tramitem ſancitur ſtatutum, quo ipſis deferebatur optio, aut ad dominos commigrandi, aut intra ſemimenſem ad privatos lares abeundi, nulla exinde copiâ ex regno exeundi, niſi regio permiſſu: annexo crimine perturbatæ reipublicæ, ad publicationem bonorum, amiſſionemque immunitatis tributariæ, ſi qua fruerentur.

Neque enim æquum erat, ut propter gratiam ſingularem eorum, qui non abutebantur libertate commeatus ad obeundum officium, cæteris fieret copia impunè ſanciendæ factioni in regno, diſſidiisque fovendis, quæ magno molimine extinguerentur.

Politica reminiſcentia.

Summi eſt periculi, ſi factiones in republica diviſa relinquantur, maximè eorum, qui particulariter dependent ab authoribus diſſidii, jam tum digreſſis. Quamvis vero aliqui non abutantur, memores officii potius erga principem, quam ullum alium; non poterit tamen vitari, quin plurimi minus ſolliciti de officio ſpeculatores agant, ad quævis renuntianda, etiam complures in eandem ſectam pertrahant.

Rigidum videtur, innocentibus irrogare inobedientiam cæterorum; quemadmodum autem ſic læderetur respublica, niſi maturè proſpectum eſſet, longe expeditius fuerit, tranquillitatem publicam firmare per ſeveritatem, quam periculum expectare ex nimia conniventia. Nulla unquam lex, de bono publico fuit ſancita, quin aliquid incommodi particularibus adferret.

Digitized by Google

Quicunque enim conetur leges condere, ſine ullo particularium intertrimento, ſeipſum fallet, non expenſis omnibus ex ordine conſequentibus, aut relinquet omnia in confuſione ſine parato remedio. Optimum hic conſilium, prætuliſſe ſemper publicum particulari, per recordationem ſapientiſſimæ Taciti ſententiæ, qui ait, omnia omnino exempla, neſcio quid iniquitatis trahere; detrimentum autem quorundam particularium compenſari ex publica utilitate.

CAPUT XXXVIII.

Cardinalis plurimis graviſſimis negotiis diſtractus, omnia expeditus curat.

HActenus diverſas tricas, & conatus violentos vidimus eorum, qui abutebantur gratia reginæ matris & Aurelianenſis, hoc ipſo anno adverſus officium proprium, gloriam & tranquillitatem regni, etiam ordinem ipſorum inſtituto coërcendo ſancitum; unde ad proprium exitium decurrêre. Cardinalis enim tanta ſollicitudine advigilabat, tantam adhibebat induſtriam & prudentiam, ut iidem nubium referrent &, imagines à venti conſtantia turbatæ, & characterem.

Sic Andabatarum more depugnabant, aërem flagellabant, in æquæ ſuperficiem pingebant, ab undis ferè prius deletas, quam à ſtylo ductas lineas. Quemadmodum vero Nauclerus ſatis videtur occupari, ſæviente tempeſtate, ut navem adverſus violentiam ventorum, & procellarum furorem tuetur, dum nihil attinet, vultũ ejus, nutum & verbum ſingulos intus ſedulos regere, modo prudentia eos incitet, ad promovendam navigationem: ita difficulter creditur, miniſtrum minus occupari, quam ullus humanæ naturæ genius ſuſtinere queat; ubi cogitur ad defenſionem, & ſui, & reipublicæ ſuſcipiendam, adverſus factionem ex familiæ regiæ anteſignanis ferocientem.

Si enim ſingulis diebus videbit ſibi nova expedienda eſſe

Digitized by Google

ſe mandata, mille modis diverſa, adeo ut ægerrimè credas, eum cuicunque alii expeditioni parem, dum horrendis conflictatur cum tempeſtatibus. Perinde & altiſſimus gradus gloriæ, quem vulgares miniſtri per eam conſtitutionem queant obtinere, fuerit naufragio caruiſſe.

Docuit nihilominus experientia, magnis geniis licere ulterius procedere, veluti intelligentiæ, quod cælo abſorbeantur in contemplatione & amore divinitatis, non deſinunt curare inferiora hæc, & patrocinium principum, regnorum ac particularium ſuſcipere: ita non rarò concinnat cælum certos quoſdam genios eximios, quibus ſatis vigoris largiatur, induſtriæ ac prudentiæ, ut queant per illas revolutiones rerum, præter conſervationem reipublicæ, mille egregia facinora patrare.

Et hoc ipſum univerſa Europa vidit cum admiratione in perſona Cardinalis, qui nullam teſtatus inquietudinem ad conatus hujus anni, ſi Gallia turbari, adeoque perdi poſſet, quo ſub onere quivis alius, præter ipſum ſuccubuiſſet: illos tamen reddidit vanos, quin imo reſtitutionem Mantuani inſtituit, & curam principum Germanorum, quos Auſtriaci expoliabãt, ſuſcepit. Quis verò unquam ſatis miretur? hinc meipſum non contineo, quin aliquid de rebus illis & Germaniæ & Italiæ ſubjiciam, ut curioſi annotent, quæcunque ad gubernandi rationem, inſtructionemque ſervire poſſunt.

Politica reminiſcentia.

QUicunque ſummum miniſtrum, quem ita nuncupare lubet, non tantum per eminentiam loci celſiſſimi, unde cæteros deſpicere queat, verum etiam propter dotes animi haud vulgares, ut anteſtet reliquis mortalibus, comparaverit cum anima corporis animalis, nihil aberraverit. Nam anima in aure audit, videt in oculo, ſtatuminat in pedibus, remigat in brachiis, fungitur in omnibus & ſingulis membris officio ſuo: ſed ubi organa illa vitiantur, aut vim patiuntur, dolet eadem anima, & triſtatur.

Sic ſane ſummus miniſter curam gerit conſilii & quarumcunq; præfecturarum, ſollicitè proſpicit agriculturæ,

Digitized by Google

& ſingula ruminat animo, ut benè ſit omnibus. Verum enimverò animam ſcimus etiam præter organa operari, & iis quam minimum adhærere, ac ſi defæcata facultatibus ſuis expedite uteretur, quod in dormientibus arguerint inſomnia. Summus miniſter nihil minus abſtrahit mentem à ſenſibilibus, & abdit ſeſe in univerſalia, inde elicit argumenta futuri, ibi tanquam ab Oceano per fluvios & rivos contendit ad ſcaturiginem.

Quemadmodum vero afficitur rebus præſentibus, ita eaſdem contemplatur immotus, ubi menti indulget defæcatæ. Quis igitur dubitet, unum eundemque virum tam diverſis, magnoque numero ingruentibus objectis parem, cum vulgares vix ſingulis capiendis ſufficiant? Neque enim ſummus eſſet, niſi excelleret.

Videas Solem, vitam in animalibus, vigorem in plantis, incrementum in mineralibus operari, nulla ſui, ſed ſubjectorum mutatione. Par ratio ſummi miniſtri, ad quævis negotia expediti: nam quemadmodum diverſarum linguarum callens, nullo diſcrimine linguæ imperat, hoc vel illud idioma ſalutantibus redhibere; ita genius magnus nihil impeditur diverſis molitionibus.

Mundum non geminos laturum Soles, ajebat Alexander Magnus ad Darium, imperium Aſiæ in partes æquas dividentem: nos ferè dixerimus, regnum, licet ſpatioſiſſimum nunquam duos æque magnos producere genios, cum vix unus, ſeculo uno vel altero, tanquam ſingulare cæli beneficium, alicui reipublicæ, ad reſtaurandas ruinas, vel expoliendam gloriam, obtingat.

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

Germaniæ negotia: de fœdere cum rege Sueciæ.

EXordium mihi ducetur à patrocinio principum Germanorum, quod cum rege Sueciæ per menſem Januarium fuit inſtitutum: idque eodem tempore. quo factioſi iſti vehementius deſudabant in exitium ſummi iſtius miniſtri.

Oſtendimus per annum ſuperiorem, quanto favore juſtitiæ Rex Sueciæ in Germaniam tranſierit, ut nempe libertatem principum, quos Auſtriaci oppreſſerant, tutaretur, quod ſanguine ipſum attingerent, & fœderibus quemadmodum & nos. Illi non tantum ejecti erant imperiis avitis, ſed etiam eo extremorum redacti, ut victus neutiquam conſtaret.

Sic etiam vidimus, tanto promptius fuiſſe patrocinium ſuſceptum, quanto altius in animum deſcendiſſet generoſum offenſa per complures occaſiones iterata, inprimis vero, ubi Imperator intercepiſſet, relegiſſet, interpretaretur in falſum ſenſum literas ad Tranſſylvaniæ principem datas: ubi Holſatiæ dux numeroſum duceret exercitum auſpiciis Imperatoris, ſignisque propriis in Pruſſiam, hoſtili in Suecos animo: ubi naves & merces Suecicæ, in quasdam urbes Germaniæ perlatas, addicerentur fiſco: ubi recuſavit audire legatos, reſponſum negavit, & extrema minatus eos Germania decedere juſſit quantocyus: ubi per inſignem contemptum repudiavit, quæ offerebantur pacis ergo conditiones, cum jam conſtituiſſet ipſi interitum, ac ſi impetum armorum Auſtriacorum nullus ſuſtinere poſſet.

Cum itaque Cardinalis probè noſſet, non minus gloriæ accreſcere principi ex patrocinio defendendorum fœderatorum cauſa ſuſcepto, quam ex vicinorum ambitione coërcitâ, videbatur ſibi obligari ad ea con-

ſilia quæ regem inducerent, ut ne Rex Sueciæ, principesve Germaniæ in tam arduo negotio deſtituerentur. Conſiderabat, nullum magis legitimum ſumi bellum, quam quo principibus fæderatis aſſeruntur imperia avita, & injuriæ ſuſceptæ vindicantur.

Hinc omnia diſponit, fidemque quantum potuit ſtipulatam exigit de ſacris per Germaniam conſervandis, ſuadetque regi, pacta cum rege Sueciæ rata habere, & firmare, quorum capita per quatuor ſuperiores tranſigebantur mēſes. Promittebat rex ſuppetias & copiarum & pecuniarum, id quod extemplo præſtitum. Et Suecus viciſſim obligabatur, nihil quicquam detrimentum ſacrorum, per oppida Catholica patrare, ſi quæ fortean ſubigeret.

Neque enim invictus noſter Monarcha ſatis habuit, ductum juſtitiæ generoſum ſequi, quo jubebatur ab oppreſſione aſſerere principes illos, niſi & pietatem circumdaret, quæ ſane non poterat induci, ut regi hæretico opitularetur, niſi prius ſartam tectam ſciret Eccleſiam, adeo ut violentia, ſi quam Catholici paterentur, non poſſet tribui, niſi ſolitæ armorum inſolentiæ.

Politica Reminiſcentia.

ID demum bellum cenſetur juſtum, inquit Ambroſius, quod ſuſcipitur propter impotentes, aut reipublicæ fæderatos, adverſus raptores fortunarum. In eandem ferè ſententiam docet D. Auguſtinus, ea demum arma eſſe æquiſſima, quæ ad vindicadas injurias corripiuntur. Eſt autem patrocinium fæderatorum ſummarum actionum minimè poſtrema, ad augendam regum gloriam, & potentiam in altiorem gradum extollendam.

Nullo enim alio pacto propius ad divinitatem accedunt, quam ſalutem dando impotentibus, ſi qui oppreſſi vim patiantur. Hinc protectionis uſus maximè convenit majeſtati; quæ nulli unquam mortalium, quocunque demum fuerit cenſu, partem coronæ permittit, & vel inde arma omnibus principibus expedit communia, ad tuitionem.

Si quis diverſum ſpectet uſum, gloriam macula contaminat

nat infami, & indignum ſeſe præſtat, cui cæteri laboranti opitulentur. Quemadmodum verò eadem ſors eſt omnium principum, ut ſuo quiſque tempore injuriam metuat ac patiatur, nec domi ſatis ſibi virium inveniat, ad ſubſiſtendum; ita ſæpiſſimè ſeſe vident in eam neceſſitatem redactos, ut coacti ſub onere armorum hoſtilium cedant, quod fœderatorum auxiliis deſtituantur, ex talionis regula, quæ mortalibus imperat deſertionem erga deſertores.

Cum autem juſtitia polleant arma illius regis, qui impotentium & fœderatorum cauſam ſuſcipit, æquitate neutiquam deſtituuntur in vindicandis injuriis. Deus enim, qui ſceptro venerabiles fecit reges, ſecundum cætera ipſis injunxit, ne unquam patiantur reverentiam debitam à reliquis principibus violari, ad eandem rationem, qua populares ſubditos in juſto continent obſequio obedientiæ.

Hinc coſervatur ſplendor Coronæ proprius, quam ſecundum gladium ad vindicandas injurias æqua poteſtate conceſſit. Neminem agnoſcunt ex inferioribus, cui fas ſit arbitrium rerum dubiarum deferri; legitimi judices ipſi utriuſque fortunæ: in qua potentia non circumſcripta comprehenditur poteſtas armorum ad vindicandum, quicquid præter rationem offenderit.

Ut bellum habeatur juſtum, ſatis eſt, principes, adverſus quos illud ſumitur, occaſionem armorum feciſſe: unde quæcunque calamitates inde ortæ per inſolentiam militarem attribuentur authori ſoli tumultuum bellicorum. Reſpublica nimia inopia langueret, quod Ariſtoteles docet, niſi princeps authoritate polleret armorum, ad caſtigandum injuriâs.

Sic ſane, inquit idem, corpus animalium perfectum non eſt, niſi poteſtatem poſſideat repulſandi noxia, ſeſeq; contra injuriam tutandi; quemadmodum reſpublica perfectum nunquam obtinuerit, ad quod aſpirat, quamdiu deſtituitur poteſtate vindicandi injurias illatas.

CAPUT XL.

Juſtitia fœderis, quod rex cum Sueco pepigit.

NUllum penitus dubium apparebat, quin fœdus regis Chriſtianiſſimi cum rege Sueciæ pactum ad defenſionem fœderatorum communium per Germaniam, eſſet juſtiſſimum, cum ipſum bellum à rege Sueciæ ſuſceptum, eſſet juſtum; adeoque omne fœdus, ad gerendum bellum juſtum, æquitatis rationem trahat: Nullum tamen artificium non excogitarunt Auſtriaci, ut à populis condemnaretur.

Primam rationem hanc propalabant, ut ad bellum traducerent, & regem gloria acquiſita fraudarent. Suſceptum utique in gratiam principum quorundam hæreticorum. Sed quid iſte fucus, qui ſpecioſo ſacrorum prætextu tam diu abutitur, ad corripienda plurimorum principum imperia? Hoc pallium ſumunt, ad expoliandos principes Germaniæ, quod valeant ambitioſis conſiliis obſtare.

Poſtquam Carolus V. junxerat Coronam imperialem cum regnis Hiſpaniæ & Italiæ, adeoque Belgio, credebat ſatis virium ſibi nactus, ad quaſcunque provincias ſubigendas particulas utiq; imperii Romani ut ex viribus colligeret & copiam juſtitiæ, ad invaſionem. Quaſi verò regna violentiæ eſſent præmium; & natales ſive hæreditatis jus ab aliquot ſeculis non ſatis firmos ſtatuerent ambitioni limites.

Quemadmodum verò Germania rectè dicitur propugnaculum, ad conſervandam omnium per Europam rerum puplicarum libertatem, id quod Henricus II. rex Galliæ anno 1552. ad principes Germaniæ ajebat; ita conſtituit, illam ſubjugare, facilè intelligens, illa jugum ferente, Galliam, Angliam, & reliquum Italiæ non magno molimine ſubjugatum iri.

Imperator, qui rerum potitur præſentium, æquè recogno-

cognoſcit hæc momenta, id quod literis ad Zunigam, ſummum regis Hiſpanici conſiliarium, ſatis teſtatur, cùm eandem nuncupat fundamentum authoritatis Auſtriacæ. Abundat enim revera tanta ubertate & virorum & opum, ut magnos exercitus, eosque perpetuos ſemper poſſit alere, adeoque Indiarum proventus, ubi deficerent, reponere.

Hinc prima & ultima cauſa belli ſumpta, hinc Suecus eſt excitus ad auxilia ferenda, tametſi Hiſpania prætextum extirpandæ hæreſeos ſumpſerit. Ante plura ſecula Divus Leo, vere Magnus, ad Imperatorem Theodoſium perſcripſit, Mortalibus pronum, ſacra prætexere deſideriis.

Id vero longè optimè dicetur de principibus Auſtriacis, qui uſucapionem ſervant, quod acutiſſimè annotavit Mariana in hiſtoria; cum ſcirent optimè, nihil vehementius pervertere populariam animos. Per experientiam videre quantum ad uſurpationem Navarræ id vaframentum profuerit, cum eam Ferdinandus invaderet, nepte propria inde ejecta.

Vidêre non longè abfuiſſe, quin ſceptrum regibus noſtris ex pugno extorquerent, Liga ſæviente. Hic idem illis titulus juſtiſſimus, ad poſſidendam Indiarum Orientalium & occiduarum partem, ubi nō tantum principes legitimos neci dedêre, ſed etiam quinquaginta milliones mortalium, per cruciatus terræ ignominioſos, & cælo horrendos, contrucidarunt.

Eandem avent inſtituere rationem, ad expoliandos Germaniæ principes. Quis verò non noverit illorum injuſtitiam, cum nihil attendere velint, veram religionem nullum conferre jus imperiorum, nec per violentiam eripere, quæ per Natales obtigêre.

Politica reminiſcentia.

NEque hæreſis, neque infidelitas eximit ſubditos ab obſequio, principi debito. Cùm autem iſtud caput ex de-

ex demonſtratione intelligatur, poſſunt fortaſſis genii ſimpliciores aſſenſum ægrè præſtare, niſi fides ipſis fiat per explicationem axiomatum politicorm, quæ non quidem ſint recondita, ſed cuivis obvia: unde mihi conſtitutum eſt, authoritatem hanc fulcire & fide, quam Apoſtoli per cunabula Eccleſiæ Chriſtianæ promulgarunt, & Patres ſcriptis ſuis exemplisque docuerunt, ad imitationem primorum Chriſtianorum, etiam in acerrimis perſecutionibus religiosè ſervatam.

Apoſtolorum principes, D. Petrus & D. Paulus omnibus omninò Chriſtianis mandant in epiſtolis, dum Nero terram efferaret crudelitate plusquam barbara, quam contra ipſos exercebat; Quilibet veſtrum ſeſe contineat in eâ ſubjectione, qua debetur principi ſummo: Nulla enim eſt dominatio, niſi conſtabilita à Deo, & quæ ſubſiſtunt dominationes præſenter, ab ipſo datæ ſunt, quicunque ipſis eſt perduellis, opponit ſeſe ordinationi illius, & qui conantur operosè excutere jugum obedientiæ, illis debitæ, ſeſe exponunt ſponte damnationi.

Princeps eſt famulus Dei: nec in vanum accepit gladium in manum, ſed ut agnoſcatur miniſter omnipotentis. Oportet igitur illi obedire, non ſolum quia poteſt punire, ſed & propter conſcientiam. Jam ante notum eſt in vulgus, has exhortationes ſolas populis non eſſe factas, cum epiſtolæ ipſorum ſcateant compluribus in eandem ſententiam: quo etiam lectorem remittimus, ne hic præter inſtitutum ſimus longi, & Doctoris munus ſubeamus, qui Hiſtorici vices ſumpſerimus.

Ecquis vero ignoret, omnes omnino patres primæ claſſis, quos Eccleſia tulit, hanc doctrinam ſanguine ſuo ſanciviſſe? Vivebant illi ſub regibus atheis aut paganis, qui ſinguli ſingula referebant flagella religionis ſæviſſima, cum in extirpationem ſacrorum noſtræque fidei juraſſent obfirmaſſentque animam hoſtilem. Sanctus tamen Ignatius literas exaravit graviſſimas, ad populum Antiochenum, ut obſequium in Juſtinum imperatorem perſuaderet.

Idem apologia eruditiſsima omnibus principibus paganis exponebat, in vanum ipſos meditari violentiam tormentorum, adverſus fideles, ut Idola & Deos fictitios adorarent;

tarent; qui alioqui plenam & integram imperiis obedientiam eſſent præſtituri. Tertullianus unum Deum regibus ſuperiorem novit, faſſus etiam, verba illorum conſtringere animas nodo arctiſsimo. Origenes ſcribit in Epiſtolam ad Romanos, tametſi ſub imperatore pagano natus, nullum ſeſe diſcrimen adferre inter obſequium principibus debitum, horum aut iſtorum ſacrorum. cum eos Deus ſupra communem ſortem mortalium extulerit, ad patranda, quæ genios noſtros infirmiores fugiant.

Poſſem ſine labore coacervare teſtimonia cæterorum Patrum, niſi falcem in Theologorum meſſem mittere metuerem: addidero tamen exemplum primorum Chriſtianorum, qui nihil moti exilio, flagris, perſecutionibus, carceribus, & rogis, quibus imponebantur ad ſtruem lignorum, conſtantiam nihilominus ſervavêre: ubi horrenda & monſtruoſa diverſitas ſuppliciorum, aut rabies tyrannorum eos quotidie proſtituebat, ipſis vero nulla omiſſi officii culpa objicii poſſet, cum & obſequium principi, & fidem Deo ſervarent jurati.

Optandum eſſet, Hiſpanos gaudere glorioſis veſtigiis, ad pacem mundo minus invidendam; ſic enim neminem principem turbarent in uſufructu imperii. Cum autem diverſa coquant conſilia, fidem itidem colunt diſparem.

CAPUT LXI.

Reſpondetur Hiſpanis, qui ſuggillant fœdus inter Galliam & Sueciam.

ALterum caput, unde exprobrarent fœdus inter Galliam & Sueciam ſancitum, ducebatur ex ratione ſacrorum, quod Suecus eſſet hæreticus, adeoque hoſtis Eccleſiæ; id quod feloniæ ipſius & violentia adverſus Catholicos Germaniæ abunde teſtarentur. Hic vero ſcrupulus conſcientiæ, quo cogitabant inflammare genios ſimpliciores, eo duntaxat contendebat, ut arma ex manibus noſtris

ſtris defluerent, donec ipſi majori cum facilitate priſcos hujus Coronæ fœderatos expoliaſſent, qui ſoli facultatem habent circumſcribendæ ambitionis.

Frivolum hoc eſt quod objicitur; unde vehementiſſimè miror, eos fœdera cum hæreticis ſancita ſuggillare, cùm palam profiteantur ab omni tempore non tantum quæ cum illis contrahunt, ſed etiam quæ cum infidelibus ſervant. Scimus tempore concilii Florentini, imperante Henrico II. qui Hiſpaniæ tributum ſatagebat indicere, Ferdinandum regem fœdus pepigiſſe cum Mauris, qui auxilia ipſi præſtarent adverſus Imperatorem, adverſus Concilium, adverſus duos ſummos Pontifices, Leonem IX. & Victorem II. adverſarios utique.

Meminimus, ipſis, quæſitas quaſcunque vias ad Turcam fœdere implicandum, cum Perſa autem ſanciviſſe, eorundem cum Turcâ ſacrorum, Neque verò negaverint, ſeſe fœderari regibus Indiarum, diaboli cultoribus manifeſtiſsimis, Revocent ſibi in memoriam, Carolum V. fœdere complexum eſſe Lutheranos, quorum opera uteretur in bello adverſus Galliam, idque ex ſententia Theologorum, quod Bannæus refert, qui in commentario ait, nihil inconvenientiorem eſſe infidelium, quam Elephantum & equorum operam.

Recurrit denique, Aurelium Hiſpaniæ regem, Totilæ occiſorem fœdus feciſſe cum Mauris & Saracenis, quibus annuum pēderet tributum, centum ſcilicet juvenculas Catholicas, uti Mariana recenſet. Eodem fere modo Alfonſus Magnus Mauros habuit ſocios, ea lege, ut filium Ordonium traderet, illorum inſtitutis imbuendum.

Quicunque tempus impendent legendis illorum hiſtoriis, poterant exemplorum iſtiusmodi farraginem colligere: nequeſilentio involuentur fœdera, quæ per Germaniam cum rege Daniæ, & ducibus Saxoniæ ac Brandenburgi, aliiſque inſtituêre, eademque nuper redintegrare voluerunt, tametſi illi Socii nomine Proteſtantium cenſeantur.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

CElebratur apud Romanos Suffenus poëta, non tam propter venæ excellentiam, quam ob ingenii feſtivitatem, adeoque væcordiam. Quicquid ille eructaret carminum, laudabat impensè, ad nauſeam uſque auditorum; aliorum fœtibus expunctis, aut irriſis. Sic tandem in proverbium abiit, ut vulgò diceretur, teſte Catullo, Neminem non hoc vel illo modo Suffenum videri, cum plerique noſtra laudemus, aliena vituperemus.

Æſopum illum, apologorum ſapientem concinnatorem ſi audire luberet, oſtenderet ille nobis manticam, ex humero in utramque partem hinc inde dependentem; ſed cujus pars anterior reconderet alienos nævos, ſemper expoſita noſtris oculis, adeoque identidem turgens, poſterior verò pars exciperet noſtra ipſorum vitia, quæ à tergo rejecta, neutiquam deciderent, verum excepta, turgidiſſimam redderent illam partem, quæ tamen oneri non eſſet, quod grata & animo & corpori, neque oculis ſubjiceretur.

In ſpeculum hoc ſi intueantur Principes, nequid de particularibus arguam, & litigia deſinerent, & in bellum fervidum nunquam erumperent. Sed non videmus, manticæ quod à tergo eſt.

CAPUT XLII.

Fœdus cum Sueco in Eccleſiæ commodum ſancitum.

QUomodo vero nunc exprobrabant fœdera cum hæreticis? nunquid hoc fuerit litigare contra ſtatuta? Quo jure hanc ſibi poſſidebunt libertatem, quâ tamen nunquam niſi ad ſtabilienda ambitionis inſtituta utuntur; cum nos viceverſa eò duntaxat confugiamus, ad aſſerendos fœderatos, ne legitimis imperiis exuantur? Hinc juri

juri reges noſtri eo minus renunciabunt quanto pluris intereſt Sedis Apoſtolicæ, ut ſeſe tuetur adverſus oppreſſionem Auſtriacorum: Abunde enim aperiunt conſilia de finibus priſci Imperii reſtituendis, ad interverſionem earum provinciarum, quibus Pontificis ſummi per liberalitatem noſtrorum regum fruuntur.

Jam ſatis innotuit; quo ſtudio flagrent Italiæ invadendæ, perficient etiam inſtitutum, quam primum Germania deſierit, contraniti. Reges autem noſtri, quibus ſemper cordi fuit Eccleſiæ tutela, ex officio primogeniti, id tolerare nequeunt; cum maximè poſt conculcatum temporale, illi non abſtinuerint à ſpirituali diſponendo, ex qua temeritate ſchiſma omnino cooriatur. Hoc ſummum ſemper Eccleſiæ negotium, hæc unica fæderis cum Sueciâ contrahendi cauſa.

Sunt utique feloniæ principis per victoriarum uſum ferocis, neutiquam effecta fæderis cum eo icti, cui nullus alius unquam fuit ſcopus, præterquam reſtitutio principum Germanorum, ſine intertrimento ſacrorum cum terminis clariſſimis perſcriptum ſit, uti convenit; Nihil quicquam mutarentur ſacra ulla ratione in oppidis, quæ armatus obtineret Suecus.

Confuſio igitur Eccleſiæ alicubi illata, referet naturam remediorum, quæ hauriuntur potu; quibus debilitatur natura, ad reſtaurationem valetudinis, cujus cauſa parantur. Neque enim impediri debebant auxilia fæderatis promiſſa, quemadmodum deliquium ex remediis ortum, uſum illorum non tollit, viribus utique propediem redeuntibus.

Politica reminiſcentia.

ALiquid mali, propter vicinum malum, promptum erat veteribus dicere. Neque enim bellum geri poteſt, ſine incommodo vicinorum, quemadmodum nullum exardeſcit incendium, quin proximis ædificiis damno ſit, vel ex ipſo ſtudio ea ſervandi vel ex ſcintillis disjectis, & hinc inde volantibus.

Par ratio in fæderibus, quæ non adeo ſanctè poſſunt ſervari, ubi uſus ſit armorum, quin querulandi detur

occa-

Digitized by Google

occaſio. Verum enim vero ſpectandus eſt ultimus finis, ex cujus conſideratione intermedia parum reſpiciuntur. Deinde putantur nonnulla noxia, quæ tamen ſalutaria redduntur ipſo temporis decurſu.

Neutrarum, aut mediarum partium in bellis nunquam fere licet eſſe quietis & illæſis, quibus conſultiſſimum eſt, pacem optare & conciliare. Inter privatos egregium memoratur Archidami inſtitutum, qui à duobus amicis diſſidii arbiter lectus, neutrum offendere ſatagebat, quod tamen futurum videbat, ſi judicis aut arbitri partes in ſeſe reciperet, cum uterque ab amicitia ipſius benigniorem ſibi cauſæ ſententiam promitteret.

Juratos igitur, facit, ut qui ipſius ſententia vellent ſtare, aut Numinis vindictam ſuſtinere. Sic ille inſtituit operari ſacris, ut mente defæcata, & à cæli conſortio recens abſtractâ, expeditius pronunciaret: Verum ad aram progreſſis imperat ex religione jurisjurandi, cultuque numinis, ut ne inde pedem moverent, ne templo egrederentur, niſi ſponte reconciliari, ſimultatibus abolitis. Ipſus diſcedit, præ foribus præſtolatur, redintegratam intelligit amicitiam, & ſic utroque utitur familiarius, quam prius:

Sed iſtæ poſſunt eſſe privatorum rationes; Magnates graſſantur nullo penſo, & plerunque magis decertant armis, quam argumentis: adeo ut ex nimio ſtudio non videant, quid expediat.

CAPUT XLIII.

Regis inſtitutum non poteſt omnibus innoteſcere.

AT qui Rex partem ſuſcepti damni Eccleſiæ per Germaniam rependit, ſpe certâ de opere abſolvendo, ſi qua ambitio fervida Auſtriacorum remiſerit. Quod ſi bella ex violentia in Eccleſiam redundante cenſeantur injuſta, Hiſpani ipſi ſeſe nunquam ſatis tutabuntur, quin

Aaa fate-

fateri cogantur, Mantuanum bellum fuiſſe injuſtiſſimum, quod Lutherani ab illis inducti nullam ſpeciem ſacrilegorum omiſerint, quamcunque inſenſiſſimi hoſtes excogitare queant.

Fatebimur utique iſtanc rationem non bene adduci ad propalandam injuſtitiam, quæ aliunde ex plurimis conſiderationibus innotuit: cum tamen exinde non ſit ſumendum de bellorum juſtitia judicium. Rerum ignari addunt, integrum fuiſſe regi cum principibus Catholicis fæderari, in Germania, ad eundem finem: Illis reſponderim, hoc ipſum regi fuiſſe in votis, & nunquam in facultate oblata.

Religioſi quidam, majori Zelo quam prudentia prædití, mentionem quidem injecere, ſed eo magis ſuſpectam quod clientes Auſtriacorum eſſent, iidemque religioſi, artium Hiſpanicarum neſcii, ad promptiorem impoſturam, ſi miſſi & inſtructi negentur. Hinc infidi prædes feruntur negotiorum transactorum, adeo ut univerſum rerum ordinem incuſare cogantur, à ſuperioribus, iiſque politicis decepti.

Politica Reminiſcentia.

ERrant, qui nefas ducunt cum principibus hæreticis fæderari, aut infidelibus ad tuitionem ſuiipſius, aut fæderatorum in imperio legitimo aſſerendorum; cum opinio contraria in ſenatu laudatiſſimorum Theologorum, etiam Hiſpanorum, cenſeatur frivola. Ex naturæ inſtinctu omnes omnino homines fæderantur ad defenſionem mutuam, cujuscunque demum ſint conditionis: Adeo ut dubios auſim ablegare ad ſcholam brutorum, ubi temeritatis agnoſcant ignominiam.

Quemadmodum autem lex gratiæ naturam non abolet, conſequitur, idem officium vigere, adeoque fædera regum cum infidelibus aut hæreticis ſancita, modo ex uſu & neceſſitate fuerint, juſtè vituperari non poſſe. Hinc & in ſacro Codice legimus plurima exempla Patriarcharum & regum Judaicorum, quibus iſtæc firmatur doctrina. Sic Abraham fædere ſibi junxit Abimelecum, etiam ad poſte-

ros,

ſtos, Cananæis nunquam neglectis. Jacobus etiam cum Labane idololatrâ pactus eſt.

Iſraëlitæ cum populis infidelibus plurimis conjuncti leguntur, ſi ſeptenos illos, quorum commercium erat ſingulariter interdictum, excipiamus Lothus regem Sodomarum habebat ſocium, cui etiam in bello tulit auxilium. Macchabæi, licet ſacrorum tenaciſſimi, Lacedæmoniorum expetiverunt amicitiam. Et Deus ipſe voluit, Salomonis claſſem Tyriis conjungi, cum tanta fæderis gratia, ut opes immenſæ inde regurgitarent, adeo ut gratam habuerit Tyriorum infidelium, in extruendo templo operam.

Quod ſi exempla Veteris teſtamenti miſſa faciamus, & ex poſterioribus ſeculis argumenta conquiramus inveniemus D. Paulum primis Chriſtianis injunxiſſe, pacem univerſalem, quæ omnes omnino homines complecteretur: adeo ut nec ipſe recusârit, ad violentiam ex parte Judæorum intentatam, patrocinium ducentorum ſatellitum, & ſeptuaginta equitum, tametſi infideles ſciret univerſos.

Quid vero reſpondebunt, ſi objiciatur fædus iniri poſſe cum omnibus, qui proximi nomine cenſeantur? de quo argumento minus dubitabit, quicunque meminerit, proximi dilectionem nobis ab ipſo Dei filio injungi, cum autem infideles quique eo nomine comprehendantur, maximè ubi nobis benefaciunt, juxta parabolam, quam Chriſtus de Samaritano nobis reliquit; concludemus tandem, fædera cum infidelibus, adeoque hæreticis permitti principibus, modo caveant in illa permiſſione abuſum.

CAPUT XLIV.

Italiæ negotia.

HOc demũ admonere placuit de fædere cum rege Sueciæ inito, ad reſtituendōs Germaniæ principes. Quis vero ſatis mirabitur, regem, quo tempore illud agebat; etiã rebus Italicis lectũ fuiſſe arbitrum, ad pacem reducendam?

Digitized by Google

Volupe eſt, ſolem aſpicere, poſt tempeſtatem graviorem colluctari cum nube, unde tempeſtatis fragores egrediebantur. Perpurgatur aër, juſſi parent venti, & receſſus ſuos repetunt, inaurantur montes per ſplendorem redditum, reciprocant oculi mortalium radios lumine gratiſſimo coruſcantes.

Quanto vero jucundius contemplabimur regem, cui gloriæ fortitudinis & potentiæ invictæ, uti Soli ſplendor, conſtat inter cæteros principes. Sic noſter diſſipavit bellum, quo Italia à triennio laborabat, copias militares ad regreſſum compulit, libertatem commerciorum reſtituit, Italiam, Sabaudiam, Pedemontium & Rhætos felici pacis bono beavit. Id enim univerſa vidit Europa, ſub finem iſtius anni, dum per Galliam, uti memoravimus, tumultus illi ferverent. Inſtituimus igitur ſeriem rei geſtæ exponere.

Antequam autem ipſum pacis negotium explicemus, nihil extra oleas verſabimur, ſi diſpoſitiones animorum apud principes rimemur, ut negotia ſic ad tranſactionem univerſalem redigamus. Rex ſub finem anni ſuperioris didicerat, per curſorem à Leonio ſubmiſſum, Imperatori conſtitutum eſſe, pacem curare, & Mantuano ad leges Ratisbonæ ſcriptas, inveſtituram conferre: jubetur igitur Viennam redire, & regis ſtudium in eandem rem conteſtari, qui lubenter eſſet redditurus Sabaudo occupata, tametſi jure belli juſtos acquiſiviſſet titulos, modo inveſtitura Ducatus Mantuani, & Marchionatus Monſerratenſis conſequeretur, & occupata itidem reſtituerentur.

Neque enim Rex alio fine bellum illud ſumpſerat, niſi ut Mantuanus reſtitueretur in pacem ſolidam, exercitumque ex Italia deduceret, ſi Imperator, Hiſpanus & Sabaudus idem inſtitutum ſuſciperent; ambitionis impetu, ad invadendum illud Imperium projecto. Cum itaque mentem illorum intellexiſſet, de pace indulgenda, tametſi Hiſpanus minus aperte loqueretur, Cardinalis, nihil prius habuit, quam pacta Ratisbonenſia ad executionem promovere, per media convenientiora & ſecuriora.

Non

Non ignorabat, nulla lege teneri Galliam, ad reddenda omnia, quæ armorum juſtitia dediſſet, ut excederet ex munimentis per Sabaudiam & Pedemontium captis; non tamen ullis difficultatibus impediebatur ad compendia proſtituenda, ut univerſa Europa intelligeret ſincerum inſtitutum; quod in Italiam nullus tranſiiſſet, ad aliena corripienda, & pacem orbis Chriſtiani turbandam, ſed ex ſolo deſiderio fæderati aſſerendi, ad poſſeſſionem tranquillam novi imperii, quod optimo jure obtigerat.

Politica Reminiſcentia.

PLurima argumenta principem impellere poſſunt, ad bellum externum pace terminandum. Conſtituet ille arma ponere, neceſſitate illorum evaneſcente, poſtquam deſideria obtinuit. Injuſte enim, inquit Thucydides ducitur bellum adverſus eum qui ſatisfacere ſatagit, & ad quasvis æquitatis conditiones deſcendit. Nullum vero bellum juſtum, niſi neceſſarium; adeo ut non liceat principibus diſſidium vi armorum terminare, niſi omnis alia ratio deficiat.

Quicunque enim bellum ducere avet, nihil moratus ſatisfactionem ab hoſte oblatam, odium undiquaque in ſuum caput corrivat, cum gloriam potuiſſet inire. Sic inter cætera argumenta magnam Auguſto Imperatori peperit laudem, quod nullum unquam bellum ſuſcepit niſi ex neceſſitate. Hinc apud Xenophontem licet legere, principem ſapientem à bello abſtinere, quantum poſſit, tametſi non raro prægnantiſſimæ urgeant cauſæ; cum teneatur pacem bello præferre, ubicunque reipublicæ, aut fæderatorum aſſeruerit commoda.

Belluarum atrocium eſt, bellum inceptare ex ſolo impetu iracundiæ: princeps enim, ſi ſapiat, facilè abjiciet arma, ubi tres illæ cauſæ eorum corripiendorum exolevêre. Philoſophorum ſcitum eſt; effectum carere neceſſitate, cauſa motus deſitâ. Id quod non tantum de cauſa efficiente intelligendum, ſed etiam de fine: cum rationi ſit convenientiſſimum, ab agendo ſuperſedere, ubi finis, ſuſcepti operis prima cauſa, non amplius urget.

Cogitur fere etiam pacem exterius facere, ubi tumultus inteſtini revocant vires diffuſas. Prudentia Medici experimento fuerit, qui longe majori curâ malum in viſceribus quærit, quam quod per cutem erumpit. Bella Civilia maximè attinent ad rempublicam conſervandam; externa gloriam quærunt, aut fines, ampliant. Quemadmodum vero neceſſitas prior eſt utilitate, ocyus revocabit vires, ultra limitem deductas, ut malo inteſtino obviet, cum vix par eſſe queat utrique inſtituto.

Pacem denique faciet, ſi obtinuit, quæcunque à fortuna aut prudentia ſibi promittere potuit commoda. Succeſſus enim belli non ſemper pari ſtant talo, adeo ut nihil difficilius ſit, quam diuturnam ſervare expeditionem eodem numero. Victoria non ſemper prudentiæ præmium: fortuna multum ſibi ſumit. Sic non facile continget, navem poſt diuturnam tranquillitatem, tempeſtate porro carere, illusâ naucleri prudentia; ita vix videas, poſt bene multa bellorum commoda, ſiniſtros emanere caſus. Hannibal, cujus fortitudo & Italiæ & Africæ innotuit, deſiit armis proſperè uti, Carthaginem reverſus. Hinc ſapientiſſimi quique ſummis ducibus ſuggerere ſolebant, ut commodè receptui caverent, ne gloriam quæſitam per fortunæ ludibrium perderent.

CAPUT XLV.

Cur Caſala Hiſpanis ſit magni momenti.

E Re Hiſpanorum fuerit, iſti conſilio inhærere, & in uſu fortunæ magnæ, quam Ferdinandus, Carolus V. & Philippus II. obtinuêre, perſiſtere; ſi ambitio unquam admitteret limites. Id vero abundè ſunt teſtati per hanc occaſionem, ubi ſeſe præbuêre plane averſos à regis inſtituto ad pacem conciliandam; teſtati ſcilicet per complures actiones, id unum ſeſe agere, ne Mantuanus tranquilla uti poſſet poſſeſſione imperii novi.

Perſuaſerant ſibi, regiam familiam per Zizania, quæ ipſi ſpar-

ſparſerant, & in animo reginæ matris atque Aurelianenſis fovebant, diviſam, vires colligere ad centrum, adeo ut Gallia adducendum per Italiam bellum nequiret ſumptus erogare. Ita etiam credebant, reginam matrem tandem aliquando ſuperiorem, Cardinali exitium conciliaturam, quo caſu Caſalæ facilis foret uſus, à qua præda Cardinalis, regiorum conſiliorum moderator, eos abſtineret.

Ager Monferratenſis, cujus Caſala eſt caput, non magno extenditur ſpatio, magni tamen eſt momenti ad perficiendum inſtitutum, quod à longo tempore ſumpſerunt, de Italia ſubjuganda. Hinc coacti ſunt, acquieſcere utroque extremo, Neapoli ſcilicet & Mediolano: adeo ut hìc obſtaculorum non minimum jaceat, ne per mediam Italiam dominentur. Quam pronum foret, univerſa corripere, ſi potentiam, qua per Germaniam pollent, viribus Italicis adjungere poſſent: Id enim unicè ſatagunt à longo annorum curſu.

Fruſtra autem deſudant, niſi Caſalam obtineant, quæ vallo quaſi ſecludit exercitus ex Germania per Mediolanenſem Ducatum contendẽtes. Hæc ſumma cauſa, cur Caſalam in oculis ferant, adeo ut ejus poſſeſſione fruſtrati, potentiam ſuam Fontani munimento terminari videant. Ex hoc inſtituto ſummam impendebant operam, ut Orator ad Sabaudum miſſus, aliquid commodi præſtaret, tametſi juſtitia apprimè læderetur: Ille ad impoſturam aptiſſimus, rebus tranſigendis abſtinebat, ut ſemper integrum ipſis eſſet, pacem frangere, ſi conſenſum pactis negarent.

Quemadmodum vero principibus nunquam deſunt prætextuum vela, ad inſtitutum iniquiſsimum, pernegârunt quidem hanc machinationem, auſpicia Imperatoris crepantes, unde nihil opus eſſet, Hiſpano nomine quicquam agi. Tandem tamen, poſt diverſos conatus, ad impediendam pactorum executionem, ſatis teſtati ſunt, hanc rationem impoſturâ non carere, cum in eum ſcopum collinearent, ut pax neque coiret, & ipſi novum impetum adverſus Caſalam diſponerent.

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

Ambitio, aliquamdiu fortunata, ægre relinquit inſtitutum quantumcunque injuſtum; Errant, qui autumant, fortunam eſſe cæcam, eo quod gratiam temere, & ſine delectu ſpargit: cum ipſe Deus, cujus oculi ipſi ſole ſunt acutiores, author celebretur omnium bonorum, quibus ſors mortalium cumulatur. Licebit ſane ipſam ſine oculis pingere, quod plerunq; cæcitate mulctet ſucceſſuum eximiorum poſſeſſores.

Princeps, victoriis aſſuetus, nullam aliam ſibi proponit legem in conſiliis, præter voluntatis deſiderium, quamvis id jus uni Deo competat. Reſpublica, quæ natales complectitur, exigui ipſi videtur momenti, & ſtudium ejus augendæ per vicinorum diſpendia, eouſque eum præcipitant, ut ſibi eſſe ſatis jurium credat, ad aliena rapienda, modo potentia conatum ne deſtituat. Sibi ipſi palpum obtrudit, Monarchias, quæ hiſce poſtremis ſeculis juſtiſſime poſſideri cenſeantur, nullo alio titulo fulgere, quam gladii, ex inſtituto Conquæſtorum.

Libido dominandi, quo exercetur, abjicit curam profundendi ſanguinis, in ſubjugatione novorum populorum, etſi orbis Univerſus gemat ſub violentia armorum, modo ipſi conſtet authoritatis incrementum. Exuit ſenſum humanitatis, & recordationem mortis, adeoque aleam extremi judicii, ubi cum pauperrimo ruricolâ neceſſum erit examen vitæ anteactæ ſubire. Ibi uſurpatio alieni occludet portam cælorum, dum ambitio ſupplicia ſponte attrahat, & inquietudinem augeat ad menſuram creſcentis potentiæ.

Didiciſſet potius, regum felicitatem non ſumi ex regnorum amplitudine; libidinem conquærendi majori labore, & periculo ſcatere, quam voluptate; principes, alienæ libertati inhiantes omnium mereri odium, tandem in anguſtias compingi, cum maxime extendere cogitarent imperii fines; æque juſtum haberi, potentiam principis uſurpare, & homicidio inquinari; Deum, regum utique judicem, inſolentiam ipſorum plerunque ſub-

ſubigere, & præcipitia minari, ubi altius evolare cogitant. Securior denique & jucundior fuerit dominatio, quæ fundamento juſtitiæ invitatur.

CAPUT XLVI.

Jura Mantuani nihil derogare Imperatori.

IMperator quidem per Leonium rectius erat edoctus, de ſiniſtris perſuaſionibus, quas Hiſpaniæ miniſtri ſuggeſſerant, armorum regiorum per Italiam. Explicaverat enim veriſſimas cauſas, quibus inductus rex, cauſam Mantuani ſuſcepiſſet tuendam, quæ nihil Imperii ſplendorem incurſabant; cum nunquam cogitarit principem illum à cultu Imperatoris retrahere. Demonſtrata fuerat ſeries jurium, adeoque nullo alio crimine premi Mantuanum, quam quod Gallus eſſet, & perinde Hiſpanis exoſus.

Atrox igitur injuria ipſi inferretur, ſi hæreditate caderet legitimâ, niſi rex Chriſtianiſſimus eum tutaretur. Jam ad oculum patebat Hiſpanorum fucus, quo Imperatorem circumvenerant, ut Imperii potentiam mutuaret ambitioſis ipſorum inſtitutis per Italiam. Hinc evenit, ut negotii potens, cujus tamen miniſter duntaxat eſſe poterat, finem imponere cogitaret, Baroni Gallaſio in eam rationem transmiſsâ facultate, qui cum legatis Galliæ conveniret de mediis, pacta Ratisbonenſia exequendi pacemque felicem Italiæ reſtituendi; promiſsâ inſuper Mantuano inveſtiturâ, quæ deberetur; quemadmodum & rex paratus erat, occupata Sabaudo reddere.

Æquiſſimæ iſtæ rationes Imperatorem ad hocce conſilium deduxêre; verum enim vero & neceſſitas eum compulit, poſtquam rex Sueciæ in Germaniam longè lateque eſſet progreſſus, correptis inſignioribus munimentis: adeo ut nihil reliquum facere potuiſſet, niſi Imperator exercitum ex Italiâ retraxiſſet. Videbat etiam, regem Chri-

Digitized by Google

ſtianisſimum inijſſe fædus cum illo, ad tuitionem fœderatorum, unde infortunium vitari nequibat, niſi vires contraheret, quas ad ſuſtinendos impetus vaſtarum potentiarum, Galliæ nempe & Sueciæ, hinc inde ſparſerat.

Politica reminiſcentia.

NEceſſitas omnium optimè redigit principes ad rationis uſum: leges enim fert, longe rigidiores, quam quodcunque imperium: ſolam divinitatem agnoſcunt potentiâ ſuperiorem, ſed & ipſam neceſſitatem. Eam nonnunquam ægerrimè ferunt, ubi in ambitionem impingit; felix nihilominus cenſeantur, ſi arma extorqueat, & ad laudatam adigat transactionem. Sapientisſimi quique tanto facilius ejus legibus parent, quod omni vituperio careat, qui conditionem ab ipſa impoſitam ſequatur.

Excuſationem præſtat gravisſimis erroribus; aliquando etiam ſatis benigna ad victoriam rapiendam, ubi conatum extremum imperat, in ſpe exili. In aliis caſibus ſatis habuerit, pacem dediſſe, inter partes, ad impotentiam belligerandi redactas: quæ tandem coguntur, quicquid ipſi lubet, ſuſcipere. Ipſius enim eſt leges ſcribere, non vero recipere ab illis, cum cenſu abjectiſſimorum mortalium hîc habeantur æquabili.

Hinc Thales interrogatus, quid rerum naturalium eſſet fortiſſimum, reſpondit, Necesſitas; eo quod omnia ſuperet. Sic Citadellas ſubigit, ad deditionem, quæ tamen invictæ credebantur. Sic imperium abſolutum exercet in arma, etiam ſupra rationem, Quinto Curtio aſſerente. Nulla eloquentiæ vis tantum animis ſuggerit vigorem. Nulla potentia ei effugit leges obſequij.

GA-

CAPUT XLVII.

Sabaudus & Mantuanus pacem ſuſcipiunt.

Reliquum eſt, ut & Sabaudi & Mantuani faciamus mentionem. Nemo autem ambiget, utrumque ad pacem fuiſſe propenſum, cum nulla alia ratio appareret ad Imperium redintegrandum. Oculis oboritur faſtidium ex nimis diuturno hyemis rigore, ubi terra gelu & nivibus operta, colorem & vigorem amittit, camporum planities torrentibus obruuntur. Sed longe tædioſius fuerit principi, rempublicam ſub alieno jugo aſpicere; populares ſub graviſſimo bellorum onere gemere; villas, & oppida deſeri; campos ſterileſcere & horrere, terram ſanguine cultorum madere.

Juſtiſſimis iſtis rationibus motus Mantuanus, quas nunquam non Priaudius refricabat, ut quaſcunque mens conciperet pacis rationes, exponeret: adeo ut & Sabaudus induceret animum ad exordium anni mittere Comitem Druini, qui regi reverentiam & obſequium deferret, adquodvis inſtitutum. Videbat enim Hiſpanos id unum agere, ut Sabaudiæ detrimentum in ſuum converterent commodum; regem vero cui ſemper plus gloriæ in fæderatorum cauſa tutanda quam terris uſurpandis quæſitum, non alio fine ſubegiſſe Sabaudiam, & majorem Pedemontij partem, quàm ut fæderatum aſſereret, & neceſſitati pareret. Sic igitur nihil ambigebat, majora ad recuperandum imperium, in amicitia Galliæ, quam in Hiſpanorum compendiis momenta ſibi ſervari.

Politica reminiſcentia.

Nulla conditio moleſtior, ex qua avidius eluſeris, quã principis expoliati Impotentia, in quam delapſus eſt, eò eſt durior ex recordatione authoritatis amiſſæ: penuria ex memoriâ abundantiæ ſolitæ fit gravior. Caſus illi vaſti non

non poſſunt carere aliqua ignominia, maximè apud animum, male ſibi conſcium, de temere excitatis ærumnis.

Non putantur ſatis philoſophari, ad tranquillitatem animi, per ludibrium fortunæ ſervandam, ubi alia vivendi ratio eſt inſtituenda, quàm qua fruebantur. Sic & impatientius inhiant imperio recuperando, quod ſciant, authoritatem ſemel everſam, prorſus præcipitari, niſi ocyus relevetur. Qui Nauclerus navem videt à tempeſtate exagitari, malo confracto, velis laceris, rudentibus ruptis, rimis hiantibus, ad portum contendit,

Et princeps, qui conſiderat munimenta ſua in hoſtium eſſe poteſtate, redditus interverti, provinciam milite opprimi, populares diffugere & copias adeo afflictas, ut interitum extremum propulſare nequeant; nimia vexatur inquietudine, donec ex compoſito aliquando reddatur ſuis.

CAPUT XLVIII.

Legati principum Chriſtianorum conveniunt, de pace acturi.

HAc animorum diſpoſitione agebant principes ad exordium anni labentis, quotquot Italicis immixti erant rebus, aut Mantuano ſtuderent. Pontifex Maximus, veluti pater communis, non parum contribuerat operi eousque promovendo, tum per fiduciarios, quos Nuntios vocitant, & aulis principum adhærent, tum per Pazirolum Nuntium, qui ex Pedemontio, locisque vicinis nihil receſſerat, eo tempore, quo bellum gliſcebat, ſi quam rationem incendii reſtinguendi inveniret.

Non minus intererat Pontificis, pacem coire, quam cæterorum, quod Eccleſiæ nemo ferè fervente bello auſcultet aut obſequatur, ac ſi magiſtratus in urbe tumultuante fruſtra inclamet quietem. Accedit & illa ratio quæ dominium temporale concernit, & immunitate gaudere nequit per belli tempeſtatem, & militum proterviam;

cum

Digitized by Google

eum Auſtriaci æque illi inhient, ac univerſæ Italiæ quod olim nobiliſſimam fecerit Romani imperii partem, & vaſtiſſimus ille ambitus cum toto orbe ambitioni deveretur.

Ex iſtis cauſis juſtiſſimis Pontifex mittit Mazarinum ad regem, ineunte anno, cui per omnem juſtitiam competit arbitrium Orbis Chriſtiani, & per victoriam armorum licebat Italiæ indulgere pacem, ubi commodum videretur. Rex gratiſſimas habuit preces, quibus ſummum pacis ſtudium aperiebatus: adeo ut Thoiraſius & Servientus paulo poſt legerentur, qui tanto operi laudatam applicarent induſtriam, delati *S*uſam, non longe diſtantem Queraſio, ubi Sabaudus ob peſtis contagium hoſpitabatur, & principum legatos ex condicto expectabat, ad diſpiciendum, quâ ratione pacta Ratisbonenſia executioni traderentur.

Panzirolus Nuntius Apoſtolicus præſto eſt primus omnium, ut eâ diligentiâ teſtaretur ardentiſſimum ſtudium & charitatem ſummam Capitis Eccleſiaſtici, ad pacem inter principes Chriſtianos firmandam. Bato Gallaſius, dux ſummus exercitus Imperatorii, cum ampliſſimis mandatis conſenſum, advolat paucis diebus poſt ſuſcepta nova de armorum Suecicorum progreſſu, jam impatientiæ ſtimulis concitatior, ad reducendum exercitum in Germaniam, victoriſque curſum ſiſtendum, cum nihil animadverteret, nimium illud ſtudium cæteris fore compendio.

Sic igitur Servientus ſibi abeundum eſſe cenſuit, non expectato Mareſchalco Thoiraſio, qui nondum emenſus erat iter, & pauculos tamen interponebat dies, ut planum faceret, regi non minus eſſe deſiderii ad pacem firmandam, quam ſortem hoſtes fæderatorum delegiſſent. Præſens Bainſius à Sabaudo jubetur intereſſe colloquio, & Guichardus Monferrati primicerius à Mantuano, tametſi facultatem ampliſſimam legatis regis tradidiſſet, qui pro re natâ cauſam agerent ſuam.

Acceſſit Cavaccia, à Republicâ Venetorum ſubmiſſus: ſic tamen, ut ſeſe regis legatis adjungeret, cum regem tanquam ſummum arbitrum negotii, & qui Venetorum cauſam eſſet curaturus, agnoſceret. Neque enim colloquio interfuêre, quemadmodum nec Comes Roquæ, legatus Hiſpaniæ extra ordinem, quod mandatis & facultate deſtitue-

ſtituerentur, quod ſuperius attigimus, acceſſerant tamen, ut tranſactionem impedirent. Iſtis igitur negotium tanti momenti fuit commiſſum, ex quibus auſim dicere, illos regis Chriſtianiſſimi Comiti Roquano & Gallaſio ſatis experimenti dediſſe, Nationi Gallicanæ non minus eſſe prudentiæ in deliberationibus, quam fortitudinis in armis; adeo compoſitè procedebant.

Plus ſane ignis ipſis fuiſſe non negârim, quam Hiſpanis & Germanis; neque tamen deerat phlegma, ad expendenda propoſita. Genij iſti acutiſſimi penetrabant ad ima negotij, ſed per frænum prudentiæ referebant tantum neceſſaria: ſoliditas ipſorum excipiebat cæterorum aſſultum; quemadmodum prudentiâ eludebant artes, decipularum vaframenta: ſed patientiâ vincebant phlegma Gallaſij & Comitis Roquani; quibus ſtatim eripuêre ſpem quicquam obtinendi, ex quocunque capite, niſi ratio æquitatis ſubeſſet.

Poſtremi Queraſium adventârunt, etiam in conventu ſæpius expectati, ratisſimè cæteros præſtolati; ut indicarent, ſibi properato nihil opus eſſe, nec negotio extremam impoſituros manum, niſi per honoris famam, & principis ſui emolumentum. Facile utique apparebat, fiduciarios Imperatoris, Sabaudi & Mantuani ſatis inſtare, propter conditionem principum ſuorum perquam afflictam: inde ſane non parum compendij ductum.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

QUacunque tandem eminentiâ polleant principes, non tamen facultatem habent negotia ſumma reipublicæ ipſi tranſigere, adeo ut ex neceſsitate cogantur miniſtrorum aliquos adhibere. Quod ſi capaces fuerint, abſtinebunt tamen per prudentiam negotiari cum Exteris. Non tantum indignum id majeſtate, qua reſplendent, millenis difficultatibus enodandis incumbere, & authoritatẽ conteſtationibus, quæ colloquiis ſunt familiares, permittere.

Maximè etiam conſiderandum fuerit, majorem ſervari libertatem per legatos, ut poſtmodum conditiones in gratas repudiare queant, nulla neceſsitate cauſarum producendarum impoſitâ. Habent etiam tempus ad deliberandum amplius, ut pacta vel rata habeant, vel expungant in particulari, apud conſiliarios, quod in conventu exterorum non licet. Judicabunt etiam per ampliorem notitiam, cum inſtructi ſint, antequam pronuntiandum fuerit, de omnibus momentis partis adverſæ, quæ ipſisſimi legati, qui rebus agendis inter ſunt, non niſi ſucceſsive & cum tempore comprehendunt, tametſi teneantur capita pactorum per ſeriem deliberandi inſtitutam decidere.

Quemadmodum autem negotia pacis eo ſunt majoris momenti, quod agatur de ſuaviſsimo vinculo ſocietatis humanæ reſarciendo, de nutritio legum, ordinis & politiæ, de ipſa ſcaturigine tantorum bonorum, legendi profecto fuerint viri ſpectatiſſimi. Dotes igitur neceſſariæ ad negotia iſta peragenda, non poſſunt in compendium anguſtum conferri: ſatis habuero, primas recenſuiſſe; Dico igitur, Notitiam requiri exactisſimam negotij, cum emolumentorum rationibus utrinque, adeoque fæderatorum, cum ſine ea cura facilè posſit decipi.

Secundum primam illam virtutem, prudentiam ipſi adjungo, tanquam oculum, ut diſpiciat, quid facto opus ſit, firmato, & declinato, prævideat quid ex propoſitis conſequi & educi posſit, ad talionem objectorum dubiorum. Sic habuerit mediorum copiam, ad finem à principe conſtitutum, & rationes ab adverſario circumdatas, eludet. Iſta prudentia ſedatam mentem poſtulat, quæ præ-

præcipitium quodvis caveat. Plus plegmatis habeat quam ignis, ut cohibere queat impetum, ad finem pactorum decurrentem temerè.

Cæteris permittat conteſtationum fervorem, nihil motus de ſuo ſcito, ne callidius reſpondeat ad objecta, aut à propoſitionibus fundamentalibus abſtrahatur, quarum determinationem ante omnia quæret. Ancipitem eſſe, periculum trahit extremum, non tantum, quod compendia inde ducantur adverſæ parti, ſed quod fervor remittat, quem omnibus ſententiis circumdabit, ad perurgendum, quæcunque principis commodo inſervire queant. Nolim prudentiam illius nimia ſubtilitate pollere, niſi dotibus ornetur omnibus, quæ genium ex cenſu communi tollunt; cum experientia compertum dederit, ſubtiles illos & acutulos plerumque in cogitationibus oberrare, donec rationem chimæricam amplectantur, majori ſpecie, quam uſu.

Negotium pervertunt, quintæ eſſentiæ extrahendæ intenti, quemadmodum metallorum excoctoribus uſuvenit, qui atrâ fuligine longos labores teſtantur, & præter ventum nihil capiunt. Taciturnitas inde admodum neceſſaria eſt, quod inſtitutum propalatum eundem cum cuniculis exploſis uſum habeat. Meminerit igitur, æque indecorum eſſe nudaſſe corpus, ac animum. Quemadmodum porro non licet eſſe taciturnis, præter diſſimulationem, polleat genio ſatis forti & induſtrio, ad fucandum inſtitutum, adeo ut videatur ad alios fines collineare, quam quos ſibi præfixit.

Uſus tamen fuerit tantum in rebus gravioribus, ex liberali converſatione, quæ famam ſinceritatis conciliet, & fucum tanta facilius occultet, ad perſuadendum. Optandum denique fuerit, ut ſit verborum potens, tum ut rationes ſuas expeditê proponat, tum ut vigorem ſubdat ad eliciendum aſſenſum; unde tanta virtus illis accedit, quantum languor detrahit utilitatis, ſi quando comes ſequatur.

* * *

CA-

Digitized by Google

CAPUT XLIX.

Tranſactio pacis Queraſiana.

Cum jam confluxiſſent fiduciarii, inſtituitur conventus, ordine ſedendi prius exacto ſecundum jura majeſtatum. Placuit, Panzirolum conſidere extremam ad menſam, quem locum Itali honoratiorem habent; Gallaſius ad ſiniſtram, Thoiraſius ad dextram; Servientus infra Gallaſium, & Bainſius ex adverſo; Guichardus in extrema menſa, Nuntio oppoſitus.

Primitus quidem, & antequam conventus iniretur, diſceptatum fuit aliquantiſper, quod Gallaſius & Roquanus ſimul venerant Servientum ſalutatum, ubi Roquanus Gallaſio ſuperior ambulabat, unde Thoiraſius & Servientus inferebant eandem dignitatem, ne quid regia majeſtas detrimenti pateretur; id quod omninò futurum erat, ſi paſſi fuiſſent Hiſpaniæ legatum præcedere.

Roquanus autem id compendii apud Gallaſium quærebat, quod mandata ſaltem ferrent nomen fiduciarii, & regum legati præcedant Commiſſarios Imperatoris, licet locum cedant ipſius legatis. Pronuntiatum tamen, ut legatus Hiſpaniæ hac vice cedat fiduciario Imperatoris, niſi Gallaſius itidem mallet cedere legatis regis Chriſtianiſſimi. Sic ſane publice ferebantur, ut in curru penſili Roquanus recumberet inferior Gallaſio, & ſecundum illum Thoiraſius & Servientus ſequebantur.

Ordo ſedendi conſtitutus eſſet, ceptum agi de ratione exequendi pacta, quæ Ratisbonæ anno ſuperiore coierant, quantum res Italiæ iis continerentur. Cætera enim rex Chriſtianiſſimus rata nunquam habuit, quod legati mandatorum ſummam eſſent transgreſſi. Duo autem erant capita maximè diſceptanda: alterum de decies octies millenis aureis, qui cenſu annuo deberentur ex agro Monferratenſi

Bbb

ratenſi Sabaudo; in quem finem obtineret Trinum, & ex latifundiis priſcis, quantum ſatis eſſet ad hanc ſummam.

Alterum ſpectabat modum reſtituendorum munimentorum, per Mantuanam, Monferratenſem, Sabaudiæ & Pedemontii provincias: Conteſtationes utrinque ſatis fervebant, adeo ut pacta ſexto demum Aprilis firmarentur: per ea Sabaudo aſſignabantur tantum quinquies decies milleni aurei annui, ex agro Monferratenſi, aurei pretio ad octo florenos producto, ex conſideratione oppidorum & latifundiorum, quæ auferebat, juxta computum in Conventu exactum.

Jam de reſtitutione munimentorum, convenit, ut nuper excitata complanarentur, copiæ utrinque deducerentur, cætera loca eodem tempore redderentur. Ad firmandam autem reſtitutionem obſides utrinque traderentur, omnia quantum fieri poſſet, juxta pactorum Ratisbonenſium præſcriptum. Cum autem metueretur, ne Auſtriaci mallent tres obſides potius cuicunque fortunæ permittere, quam Rhætos, quorum provincia Germaniam cum Mediolano connectebat, miſſos facere; convenit privatim, ut Suſa & Aviliana committerentur iis Helvetiis, qui cum Gallia & Sabaudia fædus feciſſent, donec munimenta & anguſtiæ, à Merode occupata, libera relinquerentur, cùm hac tamen appendice, ut in manum Thoiraſii ex ordine præſidiorum libera fierent, reſtituerentur.

Poſtquam igitur generaliter fuiſſet transactum, in particulari actum de cauſis inter regem & Sabaudum controverſis, & concernebant maximè reſtitutionem Pedemontii & Sabaudiæ, ut pax ſecura poſſet conſtare inter populares. Non operosè ibi proceſſum, cùm nihil fere occurreret eximium, & pene eædem rationes reciprocarentur, quæ anno ſuperiori valuerant.

Gemina iſta pacta tandem firmantur per appreſſa ſigna, ad univerſalem omnium voluptatem, præter unum Mantuanum, cui ægrè faciebat ſumptuum reſtitutio, adeoque Roquanum, cui bellum quocunque pretio placebat; cæteri enim omnes lætabantur, ſic Italiæ eſſe redditam

Digitized by Google

ditam pacem, quæ per triennium præbuiſſet theatrum cruentis tragædiis.

Politica Reminiſcentia.

FElicem vero principem, qui provinciam diutius vidit bellis horrendis rapi & conculcari, pacis deinde ſecuræ fit compos. Sic enim aſpiciet ſummam illam magiſtram artium, quæ neque propagantur, neque vigent, niſi per ipſam, ſolita reſumere exercitia, interrupta tumultibus. Sacra contemplabitur, ex quibus, juxta prudentis illius Imperatoris ſententiam, reipublicæ ſalus aut exitium pendet, priſtinum ſuſcipere ſplendorem, ex turbis prioribus valde ſubleſtum.

Gaudebit proximè, oppidula, per violentiam armorum deſerta, ex cineribus reſurgere, & numerum facere lætabitur, populares officio fungi, in abundantiam & tranquillitatem demigrare, agriculturæ vacare, commercia reſumere, itinera frequentare, terram meſſe diteſcere, omnia denique priſtino ſplendori accedere, & ordini, leges ac ſtatuta, quæ ad clangorem tubarum obmutuerant, ſilentium rumpere, juſtitiam throno inſidere, authoritate ſolita fulgere, contemptoribus pavorem inſinuare; denique veſtem lugubrem poni, & magnificentiam, cum omni genere lætitiæ, & voluptatis, reddi.

CAPUT L.

Altera tranſactio de pace.

CApita illa de tranſactione generali tanta prudentia & æquitate diſceptata placuerant, ut mentes æquiſſimæ merito acquieſcerent. Hiſpani vero, quibus curæ erat turbare denuo, imperatori perſuadent, neſcio quid immane ſub illis capitibus privatis occultari: adeo ut ad Sabaudum perſcriberet, teſtatus offenſionem, quod Suſa & Aviliana Helvetiorum poteſtati permitterentur, pacta

Digitized by Google

illa ne ſignare quidem dignatus, tametſi Ratisbonæ clariſſime conveniſſet, aliam poſſe iniri viam, quam per obſides; ex arbitrio fiduciariorum, & mutuo conſenſu.

Iſta difficultas poterat turbare omnia, niſi miniſtri regis Chriſtianiſſimi diverſo ſenſu, quam Hiſpani egiſſent: cum autem nihil aliud meditarentur, quam ut ſecurum legerent medium locis utrinque reſtituendis, nihil diſtulerunt redire ad conventum in eundem finem. Diſceptatum uſque ad nonum decimum Junii, quo die altera pacta ſignis fuêre firmata, quibus priora per omnia conſtabiliebantur, præter caput illud privatum.

Gallaſius ſtipulabatur intra viceſimum quintum diem inveſtituram utriusque feudi, vel Mantuano, vel ſaltem Leonio, aut Epiſcopo Mantuano, in aula Imperatoris verſanti conciliare, & expeditam, & ſignatam. Promittebat etiam, Imperatoris exercitum ex Italia deducere, de cæteris convenerat ſecundum pacta ſuperiora: nempe ut propter reſtitutionem occupatorum obſides utrinque traderentur, ex parte quidem Imperatoris, Piccolominæus, Chiſanus & Vilebenus; ex parte autem regis Thauanus, Nereſtanus, & Ægabonus, qui ad viceſimum Auguſti in poteſtatem Pontificis componerentur, hac interpoſita fide, ut non redderentur, niſi poſt executionem pactorum ex nulla alia authoritate, quam ſequeſtri.

Sic igitur deinceps Thoiraſius & Servientus fidem dedêre, de Brigueraſo per eundem diem Sabaudo reddendo, quo Gallaſius, qui ſponte obſidis conditionem ſumpſit, munimenta & anguſtias Rhætorum relinqueret: quemadmodum Suſa & Aviliana, cum munimentis vicinis, alio die redderentur Sabaudo, quo Portum & Canettum Mantuanus reciperet: & continuo Pinierolam in manus Sabaudi concederent, ubi Gallaſius Mantuam legitimo Domino reſtitueret, ut quilibet ſua eodem tempore obtinere poſſet.

Hæc tranſactio utrinque ſignatur, quam Imperator & Rex Chriſtianiſſimus habuêre ratam. Inveſtitura Man-

Digitized by Google

Mantuæ & Monferrati expeditur ſecundo Julii, quo nuntio perlato, ſuſcipitur executio ſingulorum capitum. Obſides creduntur Cardinali Palottæ, quem Pontifex in eum finem ſubmiſerat, ad omnia conſentiens, præter rationem munimentorum & Vallis Telinæ, Rhætorum & Clavennæ, quibus Pontifex ſibi abſtinendum cenſuit, quod populares eſſent hæretici, & ſummam authoritatem nulli agnoſcerent. Gallaſius tamen, ne quid deeſſet ſemetipſum conſtituit obſidem in poteſtatem Mantuani, ad majorem verborum fidem.

Brigueraſum cum cæteris vilioribus locis Sabaudiæ redditur Marchioni Villano, Sabaudi fiduciario, eodem die anguſtiis Rhætorum in poteſtatem legitimorum dominorum concedentibus: ſic Mantuani agri loca occupata, præter Mantuam, Portum & Canettum, Marchioni Pomaræ, Mantuani fiduciario reddita: Quinto decimo Septembris Suſa & Aviliana rediêre in poteſtatem Sabaudi. Portum verò & Canettum in Mantuani adeò ut tandem viceſimo ſecundo ejusdem menſis Galli defererent Pinierolam, & Germani Mantuam: ſic omnia ſuis quæq; principibus reddita, poſſeſſionem legitimorum imperiorum conſtabilivêre.

Cardinalis Palotta, qui obſides ex Pontificis mandato habebat in poteſtate, ſecundum iſta liberos dimiſit: & ſæva illa tempeſtas, univerſam Europam concutiens, & nullam non rempublicam orbis Chriſtiani territans, locum fecit paci jucundiſſimæ, poſtquam Rex eam gloriam retulit, qui fæderatos aſſeruerit, adverſus omnem Imperatoris conatum, Hiſpanorum technas & Sabaudi lubricitatem: Cardinali relictus honos, qui omnes omninò vicerit adverſarios & armis & conſiliis.

Politica reminiſcentia.

FEré ſemper neceſſum fuerit, ſecuritati conſulere ad executionem pactorum, inter eos maximè principes, qui diffidentia invicem laborant. Aliis placuêre munimenta, Carolo VIII. utique per expeditionem Neapolitanam. quæ à principibus Italiæ ſumpſerat. Alii maluêre

Digitized by Google

matrimoniorum vinculis fidere, quod hiſtorici de omnibus pene bellis memorant: mos tamen obſidum tradendorum & antiquiſſimus & vulgatiſſimus.

Satis difficulter fides invenit locum per promiſſa, apud animos bellorum proterviâ exacerbatos, maximè ubi executio in diverſa temporis & locorum monimenta diſtribuitur. Pronum enim foret principi, fallere, qui fidei datæ exiguam haberet rationem. Quapropter exempla aliquot obſidum proferemus, illudque Ludovici ſancti, qui cum Sultano Babyloniæ tranſegerat, & ad majorem fiduciam pactorum obſides dedit Comites Pictaviæ & Andegavi.

Carolus Rex Navarræ gener Johannis regis, contrucidato Carolo Hiſpano, Galliæ Conneſtabili, regi dilectiſſimo, nunquam ſuſtinuit ad aulam venire, niſi Rex obſidem dediſſet Ludovicum Comitem Andegavenſem, ſecundo genitum, quem Ebroicenſium oppido, cuſtodiæque fratris tradidit. Idem Rex Johannes, per quadriennium captivus in Anglia, libertati non potuit reddi, niſi poſt ſolutam partem redemptionis, & obſides traditos, ad fidem reliqui pretii itidem ſolvendi.

Obſides erant Ludovicus Andegavenſis & Johannes Dux Bituricenſis, filii: Ludovicus Burbonius, Petrus Comes Alenſonii, Johannes frater Comitis Eſtampenſis, omnes regio ſanguine nati: Guyus, frater Comitis Blæſenſis, Momorantius, Hangeſtus, Sanvenantius, Andreſelus, Rupeljuyonus: Comites San Pauli, Cuſſii, Brennæ, Harcurti & Granprati. Cum res ſit vulgatiſſima, operam ludere deſinimus.

CAPUT LI.

Conatus Hiſpanorum, ad frangenda pacta Queraſiana, unde denuo tranſactum Mireflorii.

QUamvis vero univerſa hæc loca redderentur, Hiſpani tamen, quorum conſilia æri inciduntur, ut ætatem ferant, à ſeſe impetrare non poterant, ut copias ex Italia

Italia deducerent, Imperatorias in Germaniam remitterent, nullo operæ pretio facto. Moras igitur nectunt per agrum Mediolanenſem & viciniam illam, ſimulata neceſſitate firmandorum præſidiorum; & permiſſione, quam Ferrarienſis eſſet propediem renuntiaturus, ad tranſitum verſus regnum Neapolitanum aperiendum.

Quas Dux Ferianus promiſerat exauctorandas inde à menſe Julio, nondum diſceſſerant à ſignis menſe Septembri, quæ tergiverſatio etiam reſtitutionem occupatorum retardabat. Rex etiam certior factus, poſtridie expeditæ inveſtituræ inventam rationem, qua Imperatori extorqueretur actus juridicialis, per Curiam imperialem promulgatus, quo tranſactio ferebatur vana, niſi juxta pacta Ratisbonenſia executioni darentur ſingula capita; tametſi verbis clariſſimis convenerat, de inveſtiturâ purè & ſimpliciter, præter ullam limitationem conferenda.

Sic ſane, propalabant conſilia de pace frangenda, ad quamcunque commodam occaſionem, cum Declaratio illa ſcaturiginem præberet novis turbis, & ipſis pronum foret, poſtea actiones Mantuani carpere, ubi & interpretes & judices fierent, ad evertenda pacta. Neque tamen hoc uno indicio mentē aperuēre. Comes enim Merodes, qui ex inſtituto Feriani tantummodo agebat, quidvis inſolentiæ apud Rhætos committebat, coacturus quaſi regem, ad pacta, per juſtiſſimum animi dolorem rumpenda.

Literæ etiam Roquani, cum curſor in manus prædonum incidiſſet, quibus major cura argenti corradendi, quam papyri colligendæ, nullum dubitandi relinquebant locum, quibus legendæ exhibebantur, quin operam dederint, ſi qua Reginæ matris & Aurelianenſis ægritudines in diſſidium irreconciliabile differrent, ut locum vindictæ ſumerent, de tot diſpendiis. Etiam novas ſcribebant copias per agrum Mediolanenſem, quaſi penſi haberent, omnibus mortalibus conſiliorum ſcopum exercere. Tandem etiam nihil omiſēre, ut Mantuano perſuaderent, Caſalâ & Mantuâ dimitteret Gallorum exiguas copias, quas precario obtinuerat, ad defenſionem; quas tamen ipſe vix ſatis numeroſas cernebat, ad ſubitam in-

Digitized by Google

vaſionem propulſandam, ut ipſe undiquaque debilior, ſeſe abſorbendum facilius exhiberet.

Rebus igitur ſic ſtantibus, ut nemo de Hiſpanorum inſtituto amplius ambigere poſſet, quin bellum anno proximo eſſent reſumpturi, regi minimè conſultum videbatur, Italiam prorſus miſſam facere, niſi pace conſtabilitâ, & libertate aſſerta, per alias, quàm pactorum rationes. Immanes enim ſumptus feciſſet inanes, & vitam tot Gallorum vanæ morti obtuliſſet. Hinc igitur nova ſecuritatis fulcra, in ſalutem fœderatorum quæſita, ut Sabaudus intelligeret, ſeſe cum cæteris eodem premi ſecuritatis diſpendio, poſtquam Hiſpani ex vitæ inſtituto diffidentiam conceperint, & offenſionem per diverſas occaſiones illatam, ſatis clarè teſtentur.

Cardinalis etiam regi demonſtrabat, prudentiæ ductum ſequendum, nec Italiam penitus omittendam in eo periculo; uteretur potius, id quod neceſſitas requirat, authoritate, qua apud Sabaudum polleret, ut aliquem locum munitiorem impetret, ad tranſeundum in Italiam, ſi tertium opus eſſet arma inferri. Rex, cujus judicium ſapientia æquè pollet ac æquitate, continuo agnovit pondus iſtius conſilii: adeò ut Serviento mandaret, apud Sabaudum hærenti, ut peteret ſibi Pinierolam, Suſam, Avilianam aut Savillanam, ad tempus aliquod permitti, donec Hiſpani coërcerentur, à novis invaſionibus abſtent.

Propoſitio hæc videbatur ſatis peregrina, ad offenſionem animi: Servienti tamen prudentia obtinuit in hac negotiatione, ad gloriam regis, & libertatem principum Italorum, quicquid deſiderabat. Tot tantiſque rationibus apud Sabaudum demonſtrabat Hiſpanorum conſilia ad bellum reſumendum, juſtumque metum Italiæ ſubjugandæ, ubi gratia Cyclopis ad ſummum ipſi obtingeret, unde intelligere cepit, quantâ curâ ſecuritas & defenſio ſibi eſſet quærenda.

Servientus rectè dijudicabat, diffidentiam, principum malum familiare, non facilè permiſſuram locum tanti momenti, eumque in manus alienas tradi: ſed ubi per animum reduceret ingenuitatem, quâ Rex nuperrimè

Digitized by Google

mè reſtituiſſet majorem imperii partem, ſummumque gloriæ gradum in defenſione fœderatorum conſtituere, tandem perſuaſit Pinierolæ deditionem, donec Hiſpani compertum darent inſtitutum Italiæ deſerendæ. Pacta cojêre & ſignata ſunt Mireflorij, nono decimo Octobris, hoc eodem anno, & continuò executioni data.

Non dici poteſt, quo faſtidio Mediolani gubernator rem intellexerit, & quo animi ſenſu conquereretur literis ad Sabaudum datis. Reſponſum tamen tulit non minus fortitudinis, quam prudentiæ plenum: ſuum factum, cuivis principi convenire; locum longe rectius in poteſtatem regis Chriſtianisſimi deponi, quam cuiquam credi, poſtquam per clementiam ipſius recuperaſſet imperium, quo per cæterorum bella excidiſſet.

Politica reminiſcentia.

PRinceps ſapientiæ laudem meretur, qui pacem conſtituens, prævidet pericula belli ingruentis; & qui ad conſervationem reipublicæ, in felici tranquillitate, ſequeſtro & fiduciario aliquam urbem permittit, ut ſub authoritate magni Monarchæ ab ærumnis aſſeratur. Quicunque enim ſibi ſecuritatem in protectione promittit potentisſimi alicujus, rempublicam conſtabilivit, pacem ſuis aſſeruit, terrorem hoſtibus objecit, audaciam invaſionis declinavit.

Longe diverſa hæc ſunt commoda, ad utilitatem cujuscunque loci, quem permittere poſſit: unde ſapientiæ non vulgari attribuitur, ſi tempeſtatem præveniat, ad imitationem Naucleri prudentis, qui naufragium integrum metuens, jacturam aliquarum facit mercium, laudatè accommodatis conſiliis ad temporis neceſſitatem. Etiam in lucro ponet, aliquo oppido cæterorum redemptam ſecuritatem.

Satis compendii auferet princeps, inquit Auguſtus apud Suetonium, ſi res ſuas extra periculum noxæ ponat. Urbs pomærium proferet quidem, ſed à violentiâ nunquam aſſeretur, niſi per regem potentiſſimum. Ferdinandus rex Neapolitanus, ſapientisſimè conſtituit, per inopiam pecuniarum, & penuriam vitium, quæ ad recuperandum

dum [illegible] erant neceſſariæ, Gallis id poſſidentibus, [illegible] defenſivi & offenſivi, quod pangebatur, [illegible] eum admittere negabant, permittere Tarent [illegible] & Tranam, præter Monopolium & Sulic [illegible] fidemſſentionis, ſi ducenta millia Ducato [illegible], quos ſumtus in ejus gratiam fieri erat [illegible]

[illegible] prudentia poteſt demonſtrare, nullis [illegible] exquiſitis exemplis, longe ſapientius an [illegible] ſecuritate, quam pertinaciter conſerva [illegible] cum periculo evidenti reliqui penitus [illegible]

CAPUT LII.

[illegible] Sabaudus promiſerit Pinierolam regi.

[illegible] principum actiones longè fac [illegible] in ſenſus diverſos, quod à reliquo ge [illegible] accuratius perpendantur, & conſilia fov [illegible] pactum illud Sabaudi plurimis dedit occa [illegible], adeo ut non pauci judicare ſatagerem [illegible] quam verba ſonarent. Permittebat enim [illegible] caſtellum Pinierolæ duntaxat in ſex men [illegible] fidei ergo, de anguſtiis per ſuam ditio [illegible] de apparatu bellico, annonâ & aliis nec [illegible], quotieſcunque uſus eſſet, ad tuitio [illegible] per Italiam.

[illegible] tamen credidêre, oppidum regi abſolutè [illegible] antequam Thoiraſius & Servientus [illegible] ad tran [illegible] em Queraſii inſtitutam. [illegible] ab exordio Januarii detul [illegible] mittendâ. Sicuti aute [illegible] ta divinationi ſit ſimile, [illegible] tarum fundamentum nullum [illegible]

[illegible] in univeeſum dici poteſt, ſi Saba [illegible] olam regi penitus permittendam-

ſic reliquum Imperium conſervaret, actionem fecerit eximiæ prudentiæ, id quod modo verum fecimus: ſi & Rex procuravit hoc compendium ſuæ Coronæ, actionem iniit juſtisſimam, cum ſic antiquum, quod perierat per nimiam conniventiam anteceſſorum recuperârit dominium.

Erexit trophæum gloriæ, armorum felici ſucceſſu per Italiam quæſitum; conſervavit partem juſtæ poſſesſionis, bellorum ſcito univerſalisſimo. Omnes omnino fæderatos trans Alpes protexit, & ambitionem Hiſpanorum definivit. Quæ rationes juſtitiam adeo evidentem trahunt, ut gravisſimè perſuaſerint potiori parti mortalium, Pinierolam abſolutè fuiſſe traditam.

Nam præter omnem rationem caruiſſet rex omni fructu victoriarnm, expenſis quinquaginta millionibus, ſine ullo operæ pretio. Quorſum tantæ ad aſſerendos fæderatos prudentiæ ſollicitudines, tanti ad ſuperandas anguſtias conatus, ſi Hiſpanis liberè permittantur uſurpationes continuatæ. Id vero fuiſſet renunciare juribus legitimis.

Erat etiam, cur de veritate pactorum dubitaretur, forταſſis ex effectu, qui ſemper negabatur, & in conventibus diſſimulatus, hactenus delituit in occulto ſecretorum. Quicquid ſit, prudentiæ Cardinalis debetur, qui omnium optime novit conſilia ardua per taciturnitatem rectisſime confici, ubi figmenta laudem ferunt, modo utilitate polleant, ſine labe injuſtitiæ.

Politica reminiſcentia.

QUamvis disſimulatio plerunque vertatur vitio inter particulares, ſummè tamen eſt neceſſaria principi, ut ſumma conſilia occulta relinquantur. Sapientisſimi quiq; nunquam convertunt aciem oculorum ad ſcopum: faciunt, quod meditantur, & ſæpisſimè non meditabantur quæ dicunt. Quibus cor in labiis verſatur rectius circulos recreabunt, quam ardua patrârint: adminiſtratio enim reipublicæ theatrum eſt, ubi actores ſæpius faciem & veſtem permutant.

Quicunque optimè tegit inſtitutũ, habetur induſtrius, & facilius ſcopum obtinet: adeo ut implicitus cum homine ſub-

ſubdolo, negotii molem ſentiat. Quod ſi omnia, utut ſunt vera, propalentur, nihil fuerit occultum, nullus ardua ſequeretur effectus optatus, cum notitia tumultus ſit ſignum, ut ad arma concurratur. Licet negare, quæ ſecreta proſunt aut nobis, aut amicis, nullâ cuiquam mortalium facta injuriâ. Prudentiæ ſummæ fuerit, communicare quæ non taceri iſtis, illis vero conſtantisſimè pernegari debeant.

Sic Ludovicus Maurus, dux Mediolani, pactus erat cum Carolo VIII. ut anguſtias in Italiam moventi regi aperiret, & in cæteris faveret, quod tamen regi Neopolitano, Pontifici maximo, & Petro Medicæo nunquam confiteri voluit, tametſi rumor id ferret, & indicia pene manifeſta apparerent. Hæc igitur infitiatus aſſeveranter, diu tenuit ancipites, ut quo ſe verterent vix ſcirent.

Sic veriſſimum, veritate alicujus inſtituti negatâ, dubitandi rationem inſenſibiliter imprimi animo etiam obſtinatiſſimo. Quamvis autem integram illi non applicent fiduciam proteſtationibus, in contrarium factis, iſti tamen obſtacula quævis remorabuntur, inſtituto impediendi dilato.

CAPUT LIII.

Subſidiorum Curia interdicitur.

DUm Cardinalis eximia prudentia in arduis occupatur, alia quædam per regnum ſuboriebantur, ſilentio non involvenda; cum maximè genius illius qui omnia diſponit, per inſtitutum axiomata quædam miniſtris apprime utilia expedierit. Sumptus vægrandes ultra quadriennium in bella effuſi, ærarium exhauſerant; factiones apud reginam matrem & Aurelianenſem, imponebant neceſſitatem conficiendæ pecuniæ, ad ſuſtinendam armorum potentiam, quam meditabantur.

Hinc rex cogebatur novum popularibus imponere onus, eo majori cum ſenſu animi, quod jam ex Cardinalis ſuggeſtione nonnulla ſuſtuliſſet, ad eos exonerandos. Neceſſi-

Digitized by Google

ceſſitas tamen cujus imperium abſolutius eſt mandatis principum, uſum eatenus diſtulit, donec rerum curſus in pacem ſecuram deſineret. Unde Rationum Curia nihil difficultatis nexuit, quin promulgaret edicta parſimoniæ oblata: id quod à Curia ſubſidiorum impetrari non potuit.

Comes renuntiat, ſeſe adfuturum ipſis, ad eadem præſtanda, ex authoritate regis: ibi omnes eo tumultus ſunt prolapſi, ut Curiâ egrederentur, quaſi ea fugâ declinare liceret officium promulgandi. Sic ſane Comes ingreſſus, ſubſellia invenit vacua. Quæ imprudentia in contemptum authoritatis regiæ vergebat; in exemplum ſumta perniciosum, cum magiſtratus ſint inſtar primi mobilis, quod univerſos cælorum orbes trahit inferiores.

Ubi vero populares hoc modo poſſent in ſeditionem deduci, & ſubſidia regi debita negare, quæ ſuo jure, per neceſſitatem Reipublicæ poſtulat, id quod diximus. juſtitia & prudentia punitionem exemplarem efflagitabant. Privantur igitur exercitio muniorum, jubentur quidam ſupplicationum magiſtri, adeoque conſiliarii ſummi ſenatus, juſtitiam exercere illius ſortis, & pronuntiare de cauſis illius fori.

Per aliquot menſes id fiebat, ut recordarentur in poſterum, voluntatem regis non impunè contemni, cum ſic redderentur indigni, qui floribus liliorum inſiderent, ad quorum ſplendorem conſervandum neceſſaria contribuere recuſarant.

Politica Reminiſcentia.

NUllam offenſam rex gravius punire debet, quam quæ contemptum trahit. Quemadmodum enim is ſubditos nullo negotio continet in obſequio, quem venerantur, ita minimè curant mandata, poſtquam incontemtum incidit. Sapientiſſimi Politicorum ſemper exiſtimârunt, reverentiam eſſe fortiſſimum authoritatis columen. Splendor ſolem facit venerabilem mortalibus; & authoritas principis ſubditis majorem ingenerat reverentiam & obſequium.

Ubi per contemtum violari incipit, nihil fiet; conculcantur ipſius ſtatuta, voluntas nulli9 eſt ponderis, adeo ut

ut invaſores metuere poſſet. Equidem contemptũ majora pericula, quam odium trahere dixerim, cum rex exoſus poſſit timeri, metu populares in obſequio continente: qui vero in contemptum ſit prolapſus, neque metum, neque amorem feret, extremæ confuſioni proximus.

Odium plerunque ſuſcitat perduelliones, contemptus autem gravius graſſatur, cum & metũ offendendi adimat, & audaciam nocendi indat. Ex omnibus autem metûs ſpeciebus nulla eſt gravior, quam ubi magiſtratus culpam incurrunt, à voluntate & mandato principis diſcedentes. Non facilè in eum conſurgitur, qui à magiſtratu honoratur; & viceverſa, temere offenditur, quicunque exiguo eſt æſtimio.

Deberent autẽ reverentiam authoritatis maximè colere, quod exemplo ſuo populares valeant continere in officio: cedant potius majeſtati ſupremæ per obedientiam, quam ut ſuo exemplo perduellionem ſuadeant, mandatis recuſatis. Illa oppoſitio confuſionem rerum infert irreparabilem, & vim extorquet, ad perurgenda Edicta, unde populares continuo de illorum injuſtitia ſuſpicantur.

Secundum omnia iſta, non minus reverentia & obſequii debent regi, quemadmodum juſtitiam debent ſubditis. Blandientur ſibi per vanitatem periculoſam, ſi credant, ſeſe inſtitutos, ad circumſcribendũ illius potentiam, cum præſentem ſuppliciter rogare queant, & ipſius voluntatem implere debeant. Omnis ipſorum poteſtas evaneſcit ad aſpectum regiæ; quotiescunque ipſi lubet agere, nefas eſt, mandatorum cognitionem ſumere, niſi ad libertatis indultæ modulum, quemadmodum univerſæ ſtellæ diſparent, ad Solem orientem.

Eam autẽ largitur libertatem, ut queant humillimè docere, ſi quæ offendunt, non autem abſolutè rejicere, & cum contemptu impedire executionem: cum ſane conſuetudo promulgandi Edicta non per neceſſitatem fuerit introducta, aut per dependentiam regum ex Curiis ſuperioribus, ſed ut cum majori ſubmiſſione executionem adipiſcantur, etiam exonerentur mandatis, quæ aulicorum importunitas regi extorquere ſolet, nullo reſpectu aut juſtitiæ, aut reipublicæ.

CA-

Digitized by Google

CAPUT LIV.

Rex fœderatur cum Duce Bavariæ & Electore Trevirenſe.

SUmmæ curæ videbatur regi, adverſus arma Imperatoris muniri, quod id temporis offenſiorem teſtaretur animum, ob ſuppetias principibus Germaniæ ſubmiſſas, & quod Mediovicum cum cæteris ex Epiſcopatu Metenſi divulſis locis, recuperare Imperator inſtituiſſet. Hinc Cardinalis, cujus oculi ad cõmoda reipublicæ ſunt pervigiles, demonſtrabat regi, conſultum fore, ut de iis certior fieret, qui expeditionem invadendæ Galliæ juvare poſſent: neminem autem majoris fiduciæ occurrere ad hoc inſtitutum, præter Ducem Bavariæ, & Electorem Trevirenſem, quibus principaliora ad tranſeundum pateant clauſtra.

Utiliſſimè ipſorum requiri fœdera, ut copias hoſtiles à veſtibulo arcerent, aut ſaltem non augerent. Iſtud conſiliũ rex interpretatus effectum prudentiæ ſolitæ, poſt quam providentia tanti miniſtri primas fœderum diſpoſitiones parâſſet; jubet rex, negotium ad umbilicum deduci. Convenit autem in pactis, ut utrinq; ſincera, bona & conſtans amicitia vigeret, & firma arctaque obligatio in mutuam defenſionem per octennium.

Sic rex teneretur novem millia peditum, & duo millia equitum, præter tormenta, & apparatum bellicum, qui conveniret & neceſſarius eſſet defenſioni, tum recens conquiſitarum, tum hæreditariarũ provinciarum præſtare: ita tamen, ut Electori integrum eſſet, vel copias, vel pecuniam ad illas ſuſtentandas ſumere. Elector Bavariæ itidem tenebatur, tria millia peditum, & mille equites regi præſtare, cum apparatu conveniente & neceſſario, ad defenſionem provinciarum, vel hæreditate, vel armis obtingentium, ſi qua vis hoſtilis irrueret; eâdem libertate regi relictâ, ut vel copias, vel pecunias ſumeret.

Promittebant præterea reciprocè, arma hoſtilia nun-

quam

quam inferre, quacunq; ratione, neque directè, neque indirectè. Hoc modo Gallia vallum duxerat ex illa parte, adeo ut licuerit ſine metu & periculo ullo ſubigere Mediovicum, & partes ab Epiſcopatu Merenſi avulſas, imperatore debilitato, per Sueci irruptionem, maximè ubi Bavari ſuppetiæ ſubtraherentur.

Politica reminiſcentia.

NUllus omnino invenitur princeps, quacunq; demum ſuperbiat potentia, qui cõmodum ſummum fæderum defenſivorum repudiet: pauciſſimi ſuis viribus nituntur, qui licet ſatis potentiæ habeant, ad reſiſtendum hoſtibus, non tamen ſine periculo & multo damno patriæ id præſtiterint; cum aliis potentioribus fæderatos nemo ne lædere quidem cogitet. Caput, nobiliſſimum membrorum, non dedignatur operam illorum, neceſſitate adigente: Et Deus coronam impoſuit capitibus potentiſſimorum Monarcharum, quam circum dedit conditione, ut mutuis auxiliis ad conſervationem mutuam egeant.

Hæc de fæderibus defenſivis in genere dicta ſunto: ſed & particulariter profuerit, eo confugere, ubi principum vicinorum aliquis tam proſpero armorum uſu floret, ut metuatur: magnæ per eas occaſiones fuerit prudentiæ, fæderibus implicare, qui cũ ipſo arma jungere poſſent; id quod principibus mediocris potentiæ eſt familiare, ut fortunam victoris ſequantur.

Sic enim noſtra potentia non tantum apprimè augebitur, ſed hoſtis debilitabitur, ut nocere nequeant. Magno prudentiæ uſu pollet, qui cavet, ne ad unum hoſtem & alter accedat cum potentia utriusque coaleſcens majorem formidinem incutiat. Sic Comes Charoloti, filius Philippi Burgundi, omnem operam adhibuit, ut cum Carolo Ludovici XI. regis fratre unico duce Normanniæ fæderaretur, cum ſciret, eâ ratione vel tertiam partem virium regi ſubtrahi, damno longe minori metuendo.

CA-

CAPUT LV.

Rex legatos mittit ad regem Marocci.

NOn ſatis habebat Cardinalis, reddidiſſe regem per omnia venerandum, apud omnes Europæ principes, niſi & per mare potentiam ipſius extenderet. Hinc copiam navigiorum conſtruit, & rei maritimæ peritos contrahit. Eo conſilio mittit Moleræum, Raſilium & Chaalarum ad regem Marocci, qui fœdus cum eo contraherent, littoraque Barbariæ ſuis ad commercia redderent libera.

Jam ante inſtituerat diſpoſitionem ſecretam, unde iſti benevolè excipiuntur. Raſivillius Commendator agmen ducebat, thalaſſiarchæ nomine, qui ſibi legârat Chaalarum in ea claſſe. Recipiuntur excenſuri à duobus Alcaidibus, & duabus cohortibus militum. Ocyus admittuntur ad regem, idque cum honore, quem votis concipere poſſent; adeo venerabile eſt nomen regis noſtri apud Exteros.

Primum caput legationis petebat libertatem centum octuaginta captivis Gallis, qui per illam provinciam erant diſperſi: aſſenſum eſt promptiſſimè, rege Marocci nec redemptionis pretium ſuſcipiente, ut teſtaretur, quanti faceret regem noſtrum. Oblatum tamen munus veſtiarium centies mille librarum, à rege miſſum: quod nec Procurator ſuſcipere volebat, niſi & Rex noſter reciperet equos, à ſuo rege offerendos, ut demonſtraret ſtudium benevolentiæ erga nos.

De hinc agitantur conditiones pactorum, ut Gallis liceret ſecurè excendere per illa littora, & provinciam frequentare; quod nullo negotio impetratum. Hæc pactorum ſumma, Omnes omnino Gallos, & quicunque literis regis Chriſtianiſſimi gauderent, portusque ſubirent, à captivitate faciebat immunes, & quorumcunque tributorum nomine penderent duntaxat Tavalium ſeu decimam, ab omni tempore ſolitam.

vaſionem propulſandam, ut ipſe undiquaque debilior, ſeſe abſorbendum facilius exhiberet.

Rebus igitur ſic ſtantibus, ut nemo de Hiſpanorum inſtituto amplius ambigere poſſet, quin bellum anno proximo eſſent reſumpturi, regi minimè conſultum videbatur, Italiam prorſus miſſam facere, niſi pace conſtabilitâ, & libertate aſſerta, per alias, quàm pactorum rationes. Immanes enim ſumptus feciſſet inanes, & vitam tot Gallorum vanæ morti obtuliſſet. Hinc igitur nova ſecuritatis fulcra, in ſalutem fœderatorum quæſita, ut Sabaudus intelligeret, ſeſe cum cæteris eodem premi ſecuritatis diſpendio, poſtquam Hiſpani ex vitæ inſtituto diffidentiam conceperint, & offenſionem per diverſas occaſiones illatam, ſatis clarè teſtentur.

Cardinalis etiam regi demonſtrabat, prudentiæ ductum ſequendum, nec Italiam penitus omittendam in eo periculo; uteretur potius, id quod neceſſitas requirat, authoritate, qua apud Sabaudum polleret, ut aliquem locum munitiorem impetret, ad tranſeundum in Italiam, ſi tertium opus eſſet arma inferri. Rex, cujus judicium ſapientia æquè pollet ac æquitate, continuo agnovit pondus iſtius conſilii: adeò ut Serviento mandaret, apud Sabaudum hærenti, ut peteret ſibi Pinierolam, Suſam, Avilianam aut Savillanam, ad tempus aliquod permitti, donec Hiſpani coërcerentur, à novis in vaſionibus abſtent.

Propoſitio hæc videbatur ſatis peregrina, ad offenſionem animi: Servienti tamen prudentia obtinuit in hac negotiatione, ad gloriam regis, & libertatem principum Italorum, quicquid deſiderabat. Tot tantiſque rationibus apud Sabaudum demonſtrabat Hiſpanorum conſilia ad bellum reſumendum, juſtumque metum Italiæ ſubjugandæ, ubi gratia Cyclopis ad ſummum ipſi obtingeret, unde intelligere cepit, quantâ curâ ſecuritas & defenſio ſibi eſſet quærenda.

Servientus rectè dijudicabat, diffidentiam, principum malum familiare, non facilè permiſſuram locum tanti momenti, eumque in manus alienas tradi: ſed ubi per animum reduceret ingenuitatem, quâ Rex nuperrimè

Digitized by Google

mè reſtituiſſet majorem imperii partem, ſummumque gloriæ gradum in defenſione fæderatorum conſtituere, tandem perſuaſit Pinierolæ deditionem, donec Hiſpani compertum darent inſtitutum Italiæ deſerendæ. Pacta cojêre & ſignata ſunt Mireflorij, nono decimo Octobris, hoc eodem anno, & continuò executioni data.

Non dici poteſt, quo faſtidio Mediolani gubernator rem intellexerit, & quo animi ſenſu conquereretur literis ad Sabaudum datis. Reſponſum tamen tulit non minus fortitudinis, quàm prudentiæ plenum: ſuum factum, cuivis principi convenire; locum longe rectius in poteſtatem regis Chriſtianisſimi deponi, quam cuiquam credi, poſtquam per clementiam ipſius recuperaſſet imperium, quo per cæterorum bella excidiſſet.

Politica reminiſcentia.

PRinceps ſapientiæ laudem meretur, qui pacem conſtituens, prævidet pericula belli ingruentis; & qui ad conſervationem reipublicæ, in felici tranquillitate, ſequeſtro & fiduciario aliquam urbem permittit, ut ſub authoritate magni Monarchæ ab ærumnis aſſeratur. Quicunque enim ſibi ſecuritatem in protectione promittit potentisſimi alicujus, rempublicam conſtabilivit, pacem ſuis aſſeruit, terrorem hoſtibus objecit, audaciam invaſionis declinavit.

Longe diverſa hæc ſunt commoda, ad utilitatem cujuscunque loci, quem permittere poſſit: unde ſapientiæ non vulgari attribuitur, ſi tempeſtatem præveniat, ad imitationem Naucleri prudentis, qui naufragium integrum metuens, jacturam aliquarum facit mercium, laudatè accommodatis conſiliis ad temporis neceſſitatem. Etiam in lucro ponet, aliquo oppido cæterorum redemptam ſecuritatem.

Satis compendii auferet princeps, inquit Auguſtus apud Suetonium, ſi res ſuas extra periculum noxæ ponat. Urbs pomærium proferet quidem, ſed à violentiâ nunquam aſſeretur, niſi per regem potentiſſimum. Ferdinandus rex Neapolitanus, ſapientisſimè conſtituit, per inopiam pecuniarum, & penuriam vitium, quæ ad recuperan-

Digitized by Google

dum regnum erant neceſſariæ, Gallis id poſſidentibus, ratione fæderis defenſivi & offenſivi, quod pangebatur, Venetis, qui eum admittere negabant, permittere Tarentum, Brunduſium & Travam, præter Monopolium & Suliquanum, ſub fide reſtitutionis, ſi ducenta millia Ducatorum rependeret, quos ſumtus in ejus gratiam fieri erat neceſſe.

Sola vero prudentia poteſt demonſtrare, nullis aliis operosè conquiſitis exemplis, longe ſapientius amitti partem cum ſecuritate, quam pertinaciter conſervationi ſtudere cum periculo evidenti reliqui penitus perdendi.

CAPUT LII.

Quando Sabaudus promiſerit Pinierolam regi.

QUemadmodum principum actiones longè facilius trahuntur in ſenſus diverſos, quod à reliquo genere mortalium accuratius perpendantur, & conſilia foveant abſtruſa, ita pactum illud Sabaudi plurimis dedit occaſionem divinandi, adeo ut non pauci judicare ſatagerent de alio ſcopo, quam verba ſonarent. Permittebat enim regi oppidum & caſtellum Pinierolæ duntaxat in ſex menſes, idque ſecurioris fidei ergo, de anguſtiis per ſuam ditionem recludendis, de apparatu bellico, annonâ & aliis neceſſariis concedendis, quotieſcunque uſus eſſet, ad tuitionem fæderatorum per Italiam.

Plurimi tamen credidêre, oppidum regi abſolutè permiſſum, etiam antequam Thoiraſius & Servientus Pariſiis abirent ad transactionem Queraſii inſtitutam. Ajebant Comitem Druini pacta ab exordio Januarii detuliſſe, fide datâ; de poteſtate transmittendâ. Sicuti autem id nunquam fuit declaratum, ita divinationi fit ſimile, ſcientia ob rationum certarum fundamentum nullum deficiente.

Id vero tandem in univeeſum dici poteſt, ſi Sabaudus conſenſit ad Pinierolam regi penitus permittendam, ut ſic

ſic reliquum Imperium conſervaret, actionem fecerit eximiæ prudentiæ, id quod modo verum fecimus: ſi & Rex procuravit hoc compendium ſuæ Coronæ, actionem iniit juſtisſimam, cum ſic antiquum, quod perierat per nimiam conniventiam anteceſſorum recuperârit dominium.

Erexit trophæum gloriæ, armorum felici ſucceſſu per Italiam quæſitum; conſervavit partem juſtæ poſſesſionis, bellorum ſcito univerſalisſimo. Omnes omnino fæderatos trans Alpes protexit, & ambitionem Hiſpanorum definivit. Quæ rationes juſtitiam adeo evidentem trahunt, ut gravisſimè perſuaſerint potiori parti mortalium, Pinierolam abſolutè fuiſſe traditam.

Nam præter omnem rationem caruiſſet rex omni fructu victoriarnm, expenſis quinquaginta millionibus, ſine ullo operæ pretio. Quorſum tantæ ad aſſerendos fæderatos prudentiæ ſollicitudines, tanti ad ſuperandas anguſtias conatus, ſi Hiſpanis liberè permittantur uſurpationes continuatæ. Id vero fuiſſet renunciare juribus legitimis.

Erat etiam, cur de veritate pactorum dubitaretur, forſaſſis ex effectu, qui ſemper negabatur, & in conventibus diſſimulatus, hactenus delituit in occulto ſecretorum. Quicquid ſit, prudentiæ Cardinalis debetur, qui omnium optime novit conſilia ardua per taciturnitatem rectisſime confici, ubi figmenta laudem ferunt, modo utilitate polleant, ſine labe injuſtitiæ.

Politica reminiſcentia.

QUamvis disſimulatio plerunque vertatur vitio inter particulares, ſummè tamen eſt neceſſaria principi, ut ſumma conſilia occulta relinquantur. Sapientisſimi quiq; nunquam convertunt aciem oculorum ad ſcopum: faciunt, quod meditantur, & ſæpisſimè non meditabantur quæ dicunt. Quibus cor in labiis verſatur rectius circulos recreabunt, quam ardua patrârint: adminiſtratio enim reipublicæ theatrum eſt, ubi actores ſæpius faciem & veſtem permutant.

Quicunque optimè tegit inſtitutũ, habetur induſtrius, & facilius ſcopum obtinet: adeo ut implicitus cum homine

ſub-

ſubdolo, negotii molem ſentiat. Quod ſi omnia, utut ſunt vera, propalentur, nihil fuerit occultum, nullus ardua ſequeretur effectus optatus, cum notitia tumultus ſit ſignum, ut ad arma concurratur. Licet negare, quæ ſecréta proſunt aut nobis, aut amicis, nullâ cuiquam mortalium facta injuriâ. Prudentiæ ſummæ fuerit, communicare quæ non taceri iſtis, illis vero conſtantisſimè pernegari debeant.

Sic Ludovicus Maurus, dux Mediolani, pactus erat cum Carolo VIII. ut anguſtias in Italiam moventi regi aperiret, & in cæteris faveret, quod tamen regi Neopolitano, Pontifici maximo, & Petro Medicæo nunquam confiteri voluit, tametſi rumor id ferret, & indicia pene manifeſta apparerent. Hæc igitur infitiatus aſſeveranter, diu tenuit ancipites, ut quo ſe verterent vix ſcirent.

Sic veriſſimum, veritate alicujus inſtituti negatâ, dubitandi rationem inſenſibiliter imprimi animo etiam obſtinatiſſimo. Quamvis autem integram illi non applicent fiduciam proteſtationibus, in contrarium factis, iſti tamen obſtacula quævis remorabuntur, inſtituto impediendi dilato.

CAPUT LIII.

Subſidiorum Curia interdicitur.

DUm Cardinalis eximia prudentia in arduis occupatur, alia quædam per regnum ſuboriebantur, ſilentio non involvenda; cum maximè genius illius qui omnia diſponit, per inſtitutum axiomata quædam miniſtris apprime utilia expedierit. Sumptus vægrandes ultra quadriennium in bella effuſi, ærarium exhauſerant; factiones apud reginam matrem & Aurelianenſem, imponebant neceſſitatem conficiendæ pecuniæ, ad ſuſtinendam armorum potentiam, quam meditabantur.

Hinc rex cogebatur novum popularibus imponere onus, eo majori cum ſenſu animi, quod jam ex Cardinalis ſuggeſtione nonnulla ſuſtuliſſet, ad eos exonerandos. Neceſſi-

Digitized by Google

ceſſitas tamen cujus imperium abſolutius eſt mandatis principum, uſum eatenus diſtulit, donec rerum curſus in pacem ſecuram deſineret. Unde Rationum Curia nihil difficultatis nexuit, quin promulgaret edicta parſimoniæ oblata: id quod à Curia ſubſidiorum impetrari non potuit.

Comes renuntiat, ſeſe adfuturum ipſis, ad eadem præſtanda, ex authoritate regis: ibi omnes eo tumultus ſunt prolapſi, ut Curiâ egrederentur, quaſi ea fugâ declinare liceret officium promulgandi. Sic ſane Comes ingreſſus, ſubſellia invenit vacua. Quæ imprudentia in contemptum authoritatis regiæ vergebat; in exemplum ſumta pernicioſum, cum magiſtratus ſint inſtar primi mobilis, quod univerſos cælorum orbes trahit inferiores.

Ubi vero populares hoc modo poſſent in ſeditionem deduci, & ſubſidia regi debita negare, quæ ſuo jure, per neceſſitatem Reipublicæ poſtulat, id quod diximus. juſtitia & prudentia punitionem exemplarem efflagitabant. Privantur igitur exercitio muniorum, jubentur quidam ſupplicationum magiſtri, adeoque conſiliarii ſummi ſenatus, juſtitiam exercere illius ſortis, & pronuntiare de cauſis illius fori.

Per aliquot menſes id fiebat, ut recordarentur in poſterum, voluntatem regis non impunè contemni, cùm ſic redderentur indigni, qui floribus liliorum inſiderent, ad quorum ſplendorem conſervandum neceſſaria contribuere recuſarant.

Politica Reminiſcentia.

NUllam offenſam rex gravius punire debet, quam quæ contemptum trahit. Quemadmodum enim is ſubditos nullo negotio continet in obſequio, quem venerantur, ita minimè curant mandata, poſtquam incontemtum incidit. Sapientiſſimi Politicorum ſemper exiſtimârunt, reverentiam eſſe fortiſſimum authoritatis columen. Splendor ſolem facit venerabilem mortalibus; & authoritas principis ſubditis majorem ingenerat reverentiam & obſequium.

Ubi per contemtum violari incipit, nihil fiet; conculcantur ipſius ſtatuta, voluntas nullius eſt ponderis, adeo ut

ut invaſores metuere poſſet. Equidem contemptũ majora pericula, quam odium trahere dixerim, cum rex exoſus poſſit timeri, metu populares in obſequio continente: qui vero in contemptum ſit prolapſus, neque metum, neque amorem feret, extremæ confuſioni proximus.

Odium plerunque ſuſcitat perduelliones, contemptus autem gravius graſſatur, cum & metũ offendendi adimat, & audaciam nocendi indat. Ex omnibus autem metûs ſpeciebus nulla eſt gravior, quam ubi magiſtratus culpam incurrunt, à voluntate & mandato principis diſcedentes. Non facilè in eum conſurgitur, qui à magiſtratu honoratur; & viceverſa, temere offenditur, quicunque exiguo eſt æſtimio.

Deberent autẽ reverentiam authoritatis maximè colere, quod exemplo ſuo populares valeant continere in officio: cedant potius majeſtati ſupremæ per obedientiam, quam ut ſuo exemplo perduellionem ſuadeant, mandatis recuſatis. Illa oppoſitio confuſionem rerum infert irreparabilem, & vim extorquet, ad perurgenda Edicta, unde populares continuo de illorum injuſtitia ſuſpicantur.

Secundum omnia iſta, non minus reverentia & obſequii debent regi, quemadmodum juſtitiam debent ſubditis. Blandientur ſibi per vanitatem periculoſam, ſi credant, ſeſe inſtituros, ad circumſcribendũ illius potentiam, cum præſentem ſuppliciter rogare queant, & ipſius voluntatem implere debeant. Omnis ipſorum poteſtas evaneſcit ad aſpectum regiæ; quotiescunque ipſi lubet agere, nefas eſt, mandatorum cognitionem ſumere, niſi ad libertatis indultæ modulum, quemadmodum univerſæ ſtellæ diſparent, ad Solem orientem.

Eam autẽ largitur libertatem, ut queant humillimè docere, ſi quæ offendunt, non autem abſolutè rejicere, & cum contemptu impedire executionem: cum ſane conſuetudo promulgandi Edicta non per neceſſitatem fuerit introducta, aut per dependentiam regum ex Curiis ſuperioribus, ſed ut cum majori ſubmiſſione executionem adipiſcantur, etiam exonerentur mandatis, quæ aulicorum importunitas regi extorquere ſolet, nullo reſpectu aut juſtitiæ, aut reipublicæ.

CA-

CAPUT LIV.

Rex fœderatur cum Duce Bavariæ & Electore Trevirenſe.

SUmmæ curæ videbatur regi, adverſus arma Imperatoris muniri, quod id temporis offenſiorem teſtaretur animum, ob ſuppetias principibus Germaniæ ſubmiſſas, & quod Mediovicum cum cæteris ex Epiſcopatu Metenſi divulſis locis, recuperare Imperator inſtituiſſet. Hinc Cardinalis, cujus oculi ad cōmoda reipublicæ ſunt pervigiles, demonſtrabat regi, conſultum fore, ut de iis certior fieret, qui expeditionem invadendæ Galliæ juvare poſſent: neminem autem majoris fiduciæ occurrere ad hoc inſtitutum, præter Ducem Bavariæ, & Electorem Trevirenſem, quibus principaliora ad transeundum pateant clauſtra.

Utiliſſimè ipſorum requiri fœdera, ut copias hoſtiles à veſtibulo arcerent, aut ſaltem non augerent. Iſtud conſiliū rex interpretatus effectum prudentiæ ſolitæ, poſt quam providentia tanti miniſtri primas fœderum diſpoſitiones paráſſet; jubet rex, negotium ad umbilicum deduci. Convenit autem in pactis, ut utrinq; ſincera, bona & conſtans amicitia vigeret, & firma arctaque obligatio in mutuam defenſionem per octennium.

Sic rex teneretur novem millia peditum, & duo millia equitum, præter tormenta, & apparatum bellicum, qui conveniret & neceſſarius eſſet defenſioni, tum recens conquiſitarum, tum hæreditariarū provinciarum præſtare: ita tamen, ut Electori integrum eſſet, vel copias, vel pecuniam ad illas ſuſtentandas ſumere. Elector Bavariæ itidem tenebatur, tria millia peditum, & mille equites regi præſtare, cum apparatu conveniente & neceſſario, ad defenſionem provinciarum, vel hæreditate, vel armis obtingentium, ſi qua vis hoſtilis irrueret; eâdem libertate regi relictâ, ut vel copias, vel pecunias ſumeret.

Promittebant præterea reciprocè, arma hoſtilia nunquam

Digitized by Google

quam inferre, quacunq; ratione, neque directè, neque indirectè. Hoc modo Gallia vallum duxerat ex illa parte, adeo ut licuerit ſine metu & periculo ullo ſubigere Mediovicum, & partes ab Epiſcopatu Metenſi avulſas, imperatore debilitato, per Sueci irruptionem, maximè ubi Bavari ſuppetiæ ſubtraherentur.

Politica reminiſcentia.

NUllus omnino invenitur princeps, quacunq; demum ſuperbiat potentia, qui cõmodum ſummum fœderum defenſivorum repudiet: paucisſimi ſuis viribus nituntur, qui licet ſatis potentiæ habeant, ad reſiſtendum hoſtibus, non tamen ſine periculo & multo damno patriæ id præſtiterint; cum aliis potentioribus fœderatos nemo ne lædere quidem cogitet. Caput, nobilisſimum membrorum, non dedignatur operam illorum, neceſsitate adigente: Et Deus coronam impoſuit capitibus potentisſimorum Monarcharum, quam circum dedit conditione, ut mutuis auxiliis ad conſervationem mutuam egeant.

Hæc de fœderibus defenſivis in genere dicta ſunto: ſed & particulariter profuerit, eo confugere, ubi principum vicinorum aliquis tam proſpero armorum uſu floret, ut metuatur: magnæ per eas occaſiones fuerit prudentiæ, fœderibus implicare, qui cũ ipſo arma jungere poſſent; id quod principibus mediocris potentiæ eſt familiare, ut fortunam victoris ſequantur.

Sic enim noſtra potentia non tantum apprimè augebitur, ſed hoſtis debilitabitur, ut nocere nequeant. Magno prudentiæ uſu pollet, qui cavet, ne ad unum hoſtem & alter accedat cum potentia utriusque coaleſcens majorem formidinem incutiat. Sic Comes Charoloti, filius Philippi Burgundi, omnem operam adhibuit, ut cum Carolo Ludovici XI. regis fratre unico duce Normanniæ fœderaretur, cum ſciret, eâ ratione vel tertiam partem virium regi ſubtrahi, damno longe minori metuendo.

CA-

Digitized by Google

CAPUT LV.

Rex legatos mittit ad regem Marocci.

NOn ſatis habebat Cardinalis, reddidiſſe regem per omnia venerandum, apud omnes Europæ principes, niſi & per mare potentiam ipſius extenderet. Hinc copiam navigiorum conſtruit, & rei maritimæ peritos contrahit. Eo conſilio mittit Moleræum, Raſilium & Chaalarum ad regem Marocci, qui fædus cum eo contraherent, littoraque Barbariæ ſuis ad commercia redderent libera.

Jam ante inſtituerat diſpoſitionem ſecretam, unde iſti benevolè excipiuntur. Raſivillius Commendator agmen ducebat, thalaſſiarchæ nomine, qui ſibi legârat Chaalarum in ea claſſe. Recipiuntur excenſuri à duobus Alcaidibus, & duabus cohortibus militum. Ocyus admittuntur ad regem, idque cum honore, quem votis concipere poſſent; adeo venerabile eſt nomen regis noſtri apud Exteros.

Primum caput legationis petebat libertatem centum octuaginta captivis Gallis, qui per illam provinciam erant diſperſi: aſſenſum eſt promptiſſimè, rege Marocci nec redemptionis pretium ſuſcipiente, ut teſtaretur, quanti faceret regem noſtrum. Oblatum tamen munus veſtiarium centies mille librarum, à rege miſſum: quod nec Procurator ſuſcipere volebat, niſi & Rex noſter reciperet equos, à ſuo rege offerendos, ut demonſtraret ſtudium benevolentiæ erga nos.

De hinc agitantur conditiones pactorum, ut Gallis liceret ſecurè excendere per illa littora, & provinciam frequentare; quod nullo negotio impetratum. Hæc pactorum ſumma, Omnes omnino Gallos, & quicunque literis regis Chriſtianiſſimi gauderent, portusque ſubirent, à captivitate faciebat immunes, & quorumcunque tributorum nomine penderent duntaxat Tavalium ſeu decimam, ab omni tempore ſolitam.

Ut amicitia conſtaret, mittendos reciprocè legatos, Rex Marocci ferret per provinciam quodvis genus monachorum, qui tamen ſolummodo præſentibus Gallis adminiſtrarent ſacra. Hæc pacta ubi ſignantur, Razivillius Conſules conſtituit Marocci, Malæ & Saphii; adeo ut deinceps Galli omnis libertatis uſu fruerentur in quovis genere commerciorum.

Politica reminiſcentia.

SI commercia maximè ditant regna, nemo ambiget, maritima eſſe maximi emolumenti, cum lucrum illic fiat immenſum, & nihilominus juſtum. Vix enim terreſtre, cujuſcunque demum fuerit conditionis, quindecim ad ſortem centeſimam aut viginti refert, nec tamen per omnia, ubi & multa patrantur, uſuram redolentia, Mare autem duplicat, ſortem etiam aliquando longe amplius, nulla querimoniæ occaſione.

Maritimum commercium reſpublicas exiguas fecit & opulentas & potentes, unde proceres & magnates opibus immenſis cumulantur, præter commoda omnigena. Eſt tamen ratio, quæ illud maximè commendet, ut ſcilicet principes ſic mari æque ac terra evadant potentes, qua geminata potentia plurimum majeſtatis acquirunt, cum inde metuantur.

Fruſtra ſuſcipietur commercium maritimum, niſi triremium ſufficiatur copia, & alia navigia ſolidiſſimè compacta; ne opes congeſtæ piratis in prædam concedant. Princeps igitur, maritimæ potentiæ avidus, apud vicinos miram adipiſcetur venerationem, ſi expeditione geminâ polleat, quocunque modo irritetur. Comus Medicæus, primus Hetruriæ dux, politicorum utique per eam tempeſtatem facile primus, promptum habebat dicere, principem nunquam ad ſummam authoritatem perventurum, niſi conjugium hoc inſtituat, quemadmodum corpus duobus brachiis remigat.

Illa potentia maritima Angliæ conciliat ſummam authoritatem; quâ ſi excludatur, impotentiam induet cum egeſtate. Cum autem illius curam gerat, inſtitutis egregiis per

Digitized by Google

per longum annorum curriculum, nihil ipſi deerit, adeo ut ardua quæque ſuſcipere valeat. Nunquid hoc ipſo cardine verſantur vires Hollandorum, tametſi ipſorum reſpublica exiguo luſtro mortalium cenſeatur, ut univerſam Hiſpaniæ potentiam ſuſtinere queat. Id vero ipſum Genuenſi reipublicæ opulentiam conciliat.

Magnus Dux Hetruriæ inde numeratur inter maximos Italiæ principes. Et ſi circumcirca diſpiciamus, patebit, omnes noſtros vicinos invigilâſſe commerciis maritimis: meminimus etiam Henricum Magnum, regem laudatiſſimæ memoriæ, cujus prudentia æque ac fortitudo rempublicam reſtituit, unice deſideraſſe, ut commercium Galliæ redderetur, poſtquam bello civili eſſet defunctus: cui negotio legerat Præſidentem Janinum, qui per ſeriem pactorum Hollandicorum rationem & inſtitutum commercii ſtabiliendi addiſceret.

CAPUT LVI.

Nova conſtituitur Curia Iuſtitiæ apud Pariſios.

POſtquam Parlamentum Pariſiorum ſumma difficultate laboraſſet, in promulganda Declaratione regia, adverſus eos, quicunque Aurelianenſi fuiſſent authores evadendi extra regni limites, cenſuit Rex, neceſſario eos in jus vocandos, ut merita ferrent ſupplicia culpæ illius affines: ſed cauſam Parlamento permittere hærebat, quod optime norat, regium non eſſe, authoritatem ſuam ſenatui permittere, aut periculo contemptus exponere, quod futurum erat, ſi Parlamentum perrexiſſet cauſam Regiam negligere, ſupplicia differre, inquiſitioni ſuperſedere.

Rationes extabant, cur id metueretur, vel ex faſtidio manifeſto, quod oriebatur ex Polettæ reſtitutione, non ſecundum Parlamenti votum limitatæ, adeo ut

authoritati inde aliquid decederet, ne parem cum rege authoritatem porro uſurparet. Accedebant etiam plurimæ benevolentiæ vincula Senatoribus cum Aurelianenſis & Reginæ matris miniſtris. Denique conſiderandum veniebat, graviſſima quæque in eo negotio appariturа palam, cum taciturnitas per ſenatus conſulta plurima conſtare nequeat, tametſi alto ſilentio eſſent premenda.

Hinc regi viſum, Curiam Juſtitiæ conſtituere, lectis viris & per uſum rerum, & per integritatem vitæ ſpectatiſſimis, quibus poteſtatem faceret ſummi judicii; cum neceſſitas judices quosdam extra ordinem requireret, qui caſtigarent inſolentiam monetariorum, & nummos falſos, & acciſos protrudentium, ne commercia ulterius læderentur. Utrumque munus iisdem judicibus imponendum videbatur; eâ etiam manſuetudine ad placandos animos, ut Rex pro ſolita prudentia & benignitate majorem eorum partem ex ipſo Parlamento legeret, qui convenirent in Palatio, Juſtitiæ ſede ſolita.

Parlamentum tamen, gratiæ iſtius negligens, novas inveniebat difficultates, ad conſtitutionem illam ſanciendam, adeo ut Rex Curiam neceſſum habuerit transferre in armamentarium, conſcriptis in eam duobus Conſiliariis intimis, ſex magiſtris ſupplicationum, & totidem Senatoribus ampliſſimis, quos ſingulos propter merita eximia collegerat: ad decimum Auguſti tribunali aperto.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum Rex caput eſt juſtitiæ, ita ejusdem adminiſtrationem committit, quibus viſum eſt. Mare diſtribuit pro lubitu aquas omnibus fluviis per canales ſubterraneos, quaſi venas & arterias terræ, ubi tamen nulli fas diſtributionem illam ſuggillare. Sol, ſcaturigo inexhauſta luminis, quocunque mundus fruitur, ſplendorem aſtris communicat, ſecundum modulum à Deo præſcriptum, ſine ulla querimonia partium inæqualium.

Et

Digitized by Google

Et Rex, quem Deus circumdedit authoritate ſuprema, ut popularibus juſtitiam diſtribuat, munus illud delegat pro arbitrio, juxta illam poteſtatem & limitem, prout reipublicæ ſalus exigere videtur. Parlamentis plerunque adminiſtrationem committit, quæ tamen recordentur, authori iſtius dignitatis licere, eandem recipere, definire, aut cum aliis communicare, quotieſcunque viſum fuerit.

Authoritas Senatus in rebus publicis, aut Civitatibus liberis, non poteſt immutari à principe, cum authoritatem cum ipſis partiatur, conſtitutus interim ipſe, qui prudentiæ illorum ponat limites: non tamen eadem ratio Parlamentorum, quæ in republica Monarchica conſtituuntur, ubi magiſtratibus alius non convenit honos, quam qui miniſtris authoritatis ſupremæ, ad juſtitiam illius nomine reddendam debetur. Similes cenſeantur nubibus, per Solem de terra in altum eductis, quas condenſat, & depurat, ut characterem imprimat ſuum, nunquam projecta poteſtate, aliarum excitandarum, quibus eundem conferat favorem: Adeo ut potentia illorum videri poſſit ſurculus aut ſtolo, ex authoritate regiâ enaſcens, ſalva ſemper radici facultate, ad producendos ſimiles.

CAPUT LVII.

Sententiæ latæ adverſus complures.

Conſtituta hæc Curia Juſtitiæ, inceptabat opus magno ſtudio integritatis, adverſus adulteratores monetæ, aut turbatores tranquillitatis publicæ: hinc ſumpta complura ſupplicia ex utroque crimine, ad exempla ſtatuenda. Inter factioſos Senellæus & Valius ad perpetuum remigium damnantur, Dux Ruaneſius, Marchio Veterivillanus, & Marchioniſſa Fargiſi capitibus truncantur per effigiem, cæterorum ſuppliciis in annum proximum projectis.

Quemadmodum vero jus necis etiam jus facultatum trahit, ita nemo ambigebat, quin omnes damnatorum fortunæ in fiſcum reciderent: hinc Rex, apud Trecas cum eſſet, in eum finem, ad ſummum judicium conſtituit Curiam dominii, ex conſiliariis intimis, & ſupplicationum magiſtris, qui aulam ſequerentur. Hi judicârunt & promulgarunt, fiſco addictas, Coronæque inſertas facultates Comitis & Comitiſſæ Moreti, Ducum Elbævii, Bellagardiæ, & Ruanneſi, Marchionum Boſſi, Veterivillani, & Surdeaci; præſidentis Coniæi, & quicunque præfecturam aut munus publicum gerebant, dicebantur privati.

Sic præfectura Picardiæ aufertur ab Elbævio, collata Cheureuſiæ duci; Dux Bellagardiæ exuitur Burgundia, quam Princeps deinceps adminiſtraret; Marchio Veterivillanus, legatus Regis per Champaniam, locum facit Senneterrano; munus præſidentis, quo hactenus functus erat Coniæus, ſuſcipit Lamonionus; longo ordine ad reliqua munia. Permovit autem regem maximè, ut eousq; procederet, & in factioſos jure ageret, fortunasque & munia fiſco adjiceret, tricarum continuum ſtudium, quod identidem patebat, in famoſiſſimis regni urbibus corripiendis.

Suum fecerant marchionem Valenſæum, qui Caletum permitteret; Luperius aggreſſus fuerat Marchionem Moncaurelem, ut Ardreſiam itidem concederet; Centurio Valius ſuſpendium meruit, ex tentata Veroduni Citadellâ. Nomine Aurelianenſis adnumerati erant Bulioneo ſexagies mille aureorum, ut Sedani obfirmaretur, quod Regni portam jure dixeris, quâ Exteri pro lubitu irruerent. Capti erant per univerſas Galliæ provincias complures nobiles, qui copias ſcribebant, ad fulciendam factionem.

Non ignorabat Rex, Reginam matrem, & Aurelianenſem miſiſſe viros magnæ notæ in Hiſpaniam, Angliam & Hollandiam, adeoque ad omnes principes vicinos, qui militem impetrarent, quantum poſſent. Nulla igitur ratione ferenda erat impunè tanta protervia, in detrimentum reipublicæ: patientia ulterior traxiſſet ſummâ in juſtitiam. Difficultas illa in Parlamento Pariſiorum ſuborta, de promulgando ſtatuto regio fruſtra prætendebat innocentiam

reo-

Digitized by Google

ſeorum quorundam, cum executio eſſet prolata ultra ſextum menſem, etiam in contumaces, ex conſideratione priſcæ alicujus ſanctionis.

Nihil reliquum erat, crimen læſæ reipublicæ, iis impingi, qui diſſidio regiam familiam laceraſſent, ad detrimentum authoritatis regiæ, conati eſſent complura munimenta corripere, copias hinc inde per Galliam conſcribere, prolatis millenis calumniis ad gloriam regiæ majeſtatis obfuſcandam: nihil unquam reliquum erat, inquam, reos facultatibus & muniis pacatè frui, & fiſcum effugere, poſtquam per abſentiam non licebat animadvertere in ipſorum perſonas, quæ meruerant. Hinc Rex juſſit executionem ſtatuti publicari, cui Parlamentum præſtitit obedientiam.

Politica Reminiſcentia.

INter diverſas potentiæ ſpecies, quæ principibus eſt collata, legum ſanctio eſt illuſtrior nota authoritatis, non tantum ad caſtigandos populares, ex juſtitia cælitus commiſſa, ſed etiam ad leges & ſtatuta promulganda, quæ converſationem popularium dirigant: hinc juriſconſultus ait, Voluntatem principis pro lege haberi. Democraticus ſtatus hanc authoritatem permittit populo, ſed Monarchicus eam reſtringit inter manus regias, adeo ut nullum ſtatutum agnoſcat, niſi ſigillo majeſtatis roboratum.

Quemadmodum autem poteſtatem habent legum condendarum, ita integrum ipſis eſt, eaſdem immutare, aut intendere, pro emolumento reipublicæ. Niſi enim hanc poteſtatem ferrent, naturæ legibus tantummodò viveretur, prout cordibus popularium inſitæ ſunt, ex ſolo rationis inſtinctu, aut ex arbitrio authoris noſtri ultimi Flammis proinde tradenda forent univerſa volumina Imperatorum Theodoſii, & Juſtiniani, præter noſtratium regum ſanctiones, quaſi in libertatem popularium impingerent, eo quod ſingulæ ſuo principio notentur, nullæ adeo ſint, licet antiquiſſimæ, quin aliquando novitatis inſignia tulerint.

Id demum foret popularibus extremam ingerere licentiam, & oculos ad rationis uſum occludere, quæ monet, principes noſtrates eandem cum priſcis poteſtatem nactos, ad derogandum, aut arrogandum ſtatutis, quantum res ferrent; adeo ut poſteris nunquam ſit adempta poteſtas ſequendi ſuperiorum temporum exempla. Vulgi eſt error, damnum ex quacunque legum immutatione metuere? fateor equidem, ſine juſta cauſa nihil facilè immutandum, ubi vero illa occurrit, immutatio omnino utilitatem conferet.

Quicunque leges condidêre, omnia & ſingula incommoda non potuêre diſpicere, & vel hinc ſucceſſoribus occaſionem reliquêre, eas immutandi, ne confuſionem manifeſtam impunitati permittant. Critici ingenii eſt, ſtatuta abſolute rejicere, propter novitatem, cum antiquitas non ſatis impedimenti adferat, ad priſca quæque ſervanda, quorum uſus eſſet per eam tempeſtatem, nec novitas ſatis cauſæ ferat, ad rejicienda, quæ hoc ſeculum poſtulat.

Etiam Ulpianus aſſerit, poſſe principes leges immutare in alias meliores; & Cicero actione inſtituta adverſus Verrem, audacter pronunciat, antiquitatem poſthabendam novitati, ad majus emolumentum. Univerſa profecto Gallia laudavit Hugonem Capetum, quod legem, de æquabili ſucceſſione liberorum regiorum immutaſſet, adeo ut ſemper ſit comprobatura immutationes, quæcunque authoritatem regiam conſervant & illuſtrant.

CAPUT LVIII.

Cardinalis recipitur Dux & Par Galliæ.

Poſtquam Rex conſtituiſſet omnia per Galliam ad eam ſoliditatem, ut factiones turbandæ pacis facultatem amitterent & libertatem principibus & populis Italiæ, per pacta Queraſiana reddidiſſet; juſtum ducebat, novo aliquo honorum titulo coronare officia Cardinalis, quod

Digitized by Google

quod ſumma illa negotia per ipſius maxime ſapientia conſilia eſſent peracta. Nemo dubitabat, quin Ducis & Paris titulus jure deberetur, quoniam cum ſummâ gloria functiones ſummorum ducum, quos Galliæ hiſtoria memorat, obierit, reipublicæ adminiſtrationem, & provinciæ alicujus præfecturam auſpiciis regiis geſſerit, exercitui præfuerit cum ſummo imperio.

In iſtis geminis negotiis prudentiam & fortitudinem cum ſummo ſplendore exeruerat, ut Exteri æque metuerent, ac genuini Galli lætabantur. Hinc Rex, qui maxime omnium admiratur eminentiam iſtius genii, poſtquam experimentum ſubinde feciſſet, illum honorem ipſi conferre nihil diſtulit. Expediuntur literæ regiæ, cum laude eximia, quod dignitas iſta rarius obtingat viris tantorum meritorum, & ſecundum res geſtas tantæ gloriæ.

Curia illas comprobat, non tantum ſine ullâ tergiverſatione, ſed etiam cum magno elogio, particulari addito teſtimonio, quantum ipſi Gallia deberet. Ipſis jus jurandum præſtat in Palatio, ad quintum Septembris, cum eum deducerent Princeps, Duces Momorantii, Cheureuſiæ, Reſii, Crequii, Vantaduri & Monbaſonii, Mareſchalci Eſtræus, Vitrius, & Effiatus, præter immenſum cæterorum procerum numerum, qui ſubſequebantur, ut præſentia ſua teſtarentur, quanti apud ſeſe eſſet officiorum ratio, unde dignitatem eam promeruiſſet.

Illuc convenerant omnes Curiæ: ingreſſus in Magnam, jus jurandum dicit, de ſtudio recto & fideli Regi in ſummis, maximis & graviſſimis negotiis præſtando; de juſtitiâ æquabili, & pauperi & diviti adminiſtrandâ; de vitæ inſtituto, ad normam laudatiſſimi, fortiſſimi, & cordatiſſimi Ducis & Paris, uti Gallia ſolet, dirigendo: Exinde locum capit ultra omnes alios Duces.

Juxta ſummos iſtos honores non poſſum tacitus præterire, pro inſtituto magnorum geniorum, quibus modeſtia eſt cordi, & medioximos, gloriæ eximiæ unicè ſtudentes deſpiciunt, noluiſſe eum per magnam Palatii portam, ubi myriades mortalium præſtolabantur, honoris

Digitized by

ergo exhibendi, exire, ſed oſtium ſecretum elegiſſe, ubi à nemine obſervaretur. Deſiderabat etiam, non publicitus celebrari, ex more antiquisſimo, per iſtiusmodi occaſionem. Ibi ſanè eloquentia Curiæ deſudâſſent, cum actiones & merita, unde veneratio oritur, ſupra omnem ſermonem eſſent.

Politica Reminiſcentia.

REx nunquam obliviſcetur, officia eximia per dignitates & honorum inſignia rependere, ſemper memor, gloriam virtutis eſſe alumnam: præmia actionibus per fortitudinem & valorem ſuſceptis deberi, adeo ut injuſtitiam committat, quicunque ſplendorem Coronæ procuratum negligat. Nemini autem majori jure honores ſummi deferuntur, quam qui eos obeunt, cum nomina maximè convenientia imponantur ſubjectis ſignificatis, ut actiones frequentisſimæ conſiderentur ex merito.

Ducis autem nomen propriè convenit ductori copiarum, & reipublicæ gubernatori, per auſpicia principis. Eo ſenſu priſci Galli id ſumebant, ad etymologiæ rationem, quas functiones etiam Juſtinianus in Novellis attribuit iſti dignitati. Neque per Scriptores priſcorum ſeculorum indicia extant, perpetuam fuiſſe, niſi poſt Diocletiani aut Conſtantini tempora, ubi gubernatores provinciarum & limitum, exercituumque ductores dicebantur Duces & magiſtri armorum, uti Ammianus, Marcellinus docet.

Ante tamen Tacitus, qui Trajano imperante vixit, Duces nuncupat imperatores exercituum, quæ dignitas evaneſcebat, nec ultra exercituum expeditionem durabat. Sub poſterioribus Imperatoribus, & ultimis noſtris Regibus affixa fuit perſonis particularibus ad perpetuitatem. Patet id ex Gregorio Turanenſi, antiquisſimo hiſtoriographo, ubi animadvertitur, Regem Gantramum dediſſe Ducatum & gubernamentum univerſi Regni Eudaſto per quinquennium: non quod ea dignitas id temporis adeo fuerit ſtabilis, quin poſſeſſores aliquando privarentur; cum & iſti fuerit collata ad conſtitutum tempus, idemque author

author referat, primarios quoſdam tum amiſiſſe dignitatem Ducalem ; conferebatur tamen plerunque ad dies vitæ.

Parium dignitas non adeo antiqua eſt, quamvis ſit, eminentisſima, quoniam Pares anteibant quaſcunque Regni dignitates ; quod addiſcere licet ex Philippi primi, Ducis Burgundiæ exemplo, qui ibat ante Ludovicum Andegavi ducem, fratrem majorem, in ſolenni Sacro Caroli VI. nepotis, propter Paris dignitatem, quâ frater major carebat.

Vulgatisſima opinio attribuit inſtitutionem Carolo Magno ; nullo tamen alio argumento, niſi quod hiſtoria de illâ catenus ſileat : putanturque creati, ad dijudicanda gravisſima reipublicæ negotia, quæ in Parlamento, coram Rege diſceptabantur. Cum inſignis ille princeps eum ordinem in Regni negotiis conſtitueret, ut id vindicaret ab ærumnis, quas poſtremi Merovingii attraxerant ex delitiarum uſu.

Priſci inveniuntur tituli, quibus comprobatur, Comites Champaniæ habuiſſe in Provincia ſeptem magnates, dignitate Parium illuſtres, qui ad ſolennia comparebant, & ad judicia rerum gravisſimarum. Germania tales etiamnum alit, ſummos juſtitiæ moderatores apud principes ; ferunt quidem nomen, ſed valde imperfectum ad excellentiam Gallicæ dignitatis, quam inſtitutam credimus, ad ſplendorem Regis & obſequium, adeoque ad jusjurandum ab eo ſuſcipiendum in Sacro ſolenni : jus etiam habent conſilia ſuggerendi in adminiſtratione reipublicæ.

CA-

Digitized by Google

CAPUT LIX.

Synodus Religionariorum, quos Reformatos vocant, celebratur Charantoni.

POſtquam Religionarii, qui ſibi nomenclaturam Reformatorum ſumunt, obtinuiſſent ex Brevi regio ab exordio anni labentis, facultatem cogendi Conventus Nationalis, ad omnes verbi miniſtros per Galliam, ut ordinem & confeſſionem receptam porro ſtabilirent; viſum eſt Cardinali, ut Conventus à rege indiceretur Charantonum; ut ſub oculis ipſius minus haberent licentiæ, ad factiones renovandas, quibus alioqui ſtuduiſſent pro more, Conventuum per Aquitaniam & Occitaniam.

Tenuit hoc inſtitutum, additur præſes nomine Regio Gallandus Conſiliarius regius, cujus integritas eximebatur omni ſuſpicione: eum adigebantur ſuſcipere per diverſa teſtimonia authentica, quibus edocebantur uſum Conciliorum conformem, per priora Ecceleſiæ naſcentis ſecula, quæ venerari profitentur. Injunxerat rex ante omnia, caveret, ne ulla ibidem fieret propoſitio, quam quæ confesſionem ſpectat, aut diſciplinam; imperaret ſilentium, regio nomine, ſi ad alia dilaberentur; ſtuderetque regulas quasdam ſancire, quas Cardinalis propoſuerat, tanquam neceſſarias ad ſectam iſtam in obſequio continendam. In quem finem & prudentiam & fidem enixè adhibebat.

Perſuadet ante omnia, ne ullus unquam fieret Conventus Nationalis, niſi præſente Regis fiduciario, qui obedientiæ teſtimonium perhiberet, ad tranquillitatem illorum certiorem. Pervicit etiam, ut à miniſterio verbi excluderentur omnes omnino extranei, quo nomine etiam comprehendebat Gallos non genuinos; ut miniſtris nefas eſſet, ſine permiſſu regis exire regno, ad præveniendas cujusvis generis colluſiones, ſocietates, & clientelas

cautelas cum hoſtibus reipublicæ, ſecundum leges regni, & ad inhibitionem particulariter à rege factam.

Eâ denique prudentiâ eſt uſus, ut miniſtris interdiceretur omnibus negotiis & politicis & militaribus, adeo ut liber Berrouti, apud Montalbanenſes miniſtri, damnaretur, quod aſſereret, miniſtris eſſe vocationem à Deo particularem, ad ferenda arma. Superſedebo cæteras ſanctiones, ad politiam ſectæ ſpectantes recenſere, ne extra oleas vager, præter inſtitutum hiſtoriæ: acquieſco, iſtas annotaſſe, ad pacem regni neceſſarias, qui effectum prudentiæ admirandæ Cardinalis præbuit, ut ſic inhiberentur à ſtudio factionum, adverſus regis commoda, per Conventus ſuos; ut ſic quaſcunque cum Exteris colluſiones abrumperent, omni refugio, defenſione & tutelâ in benevolentia regis conſtitutis.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum religio arctiſſimum eſt vinculum, ad congregandos populares in conſpirationem boni publici; ita nullum gravius diſſidium, quam ex diverſitate fidei. Fax eſt ardens, ad diviſionem reipublicæ inflammandam; aqua fortis, ad ſeparandos etiam moderatiſſimos. Hinc Reges Ægypti, ut diſſidia inter populares foverent, & viceverſa potentiæ ſuæ arctius ſubnecterent, impeditis conſpirationibus ad eandem ſeditionem ineundam, conſultiſſimum putarunt, divinitates diverſiſſimas ipſis proponere colendas.

Si enim alio crocodilo divinos exhiberent honores, alii aquilam colerent, alii canem adorarent, aut cuicunque ſubjecto ſacrificarent, nunquam concordiam inituri videbantur, qui graſſanti tyrannidi ponerent obſtacula. Cum autem axioma hoc non tantum ſit impium, & directè impingat in legem Salvatoris, pernicioſiſſima habetur ab univerſa politicorum familia; quod diſſidium in fide, in duas aut tres diſcedat partes, inde facilius populares ad ſeditionem adverſus Principem prolabantur.

Gallia à ſexaginta annis experimentum dedit graviſſimum; adeo ut Reges noſtri, niſi coacti fuiſſent tolerare

illam

Digitized by Google

illam diverſitatem, quemadmodum ſapientes naucleri funes laxant ad tempeſtatem, cum intelligant, obluctando promoveri certisſimum naufragium, rempublicam multis calamitatibus liberare potuiſſent, modo in principio ſatis providè occurriſſent. Ubi vero ſapientiora deficiunt conſilia, quam ut hæreticis omnia media perduellionis eripiantur, quorum numero cenſentur colluſiones cum Exteris, dominium factioſorum & turbulentorum, Conventus pro lubitu coacti, deliberationes de quibuscunque rebus, nullo principis ſcitu; quicunque illam libertatem coërcuerit, inſigne paci columen ſtatuit.

Ubi etiam uſum armorum adimit, qui tamen nunquam foret permittendus, facultatem abſtulerit ejusdem nunquã recuperandæ. Neceſſum itidem eſt, inſolentiam illorum diligenter reprimi, hæreſios indivulſam comitem. Ferocia laborant inſatiabili, ut nunquam colant quietem; cui domandæ unum ſupereſt medium, ut repulſam ferant omnium ad religionis exercitium non neceſſariorum.

Oppoſitio in forti & vivido principis genio, ſiſtit currentes, cum per ipſius debilitatem, & facilitatem quævis indulgendi, gravius tumultuentur, ſemper parati ad ampliora petenda, ſpe potiundi conceptâ. Id vero amplius contribuit ad obſequium colendum, quo tranquillitas firmatur maximè, cum alioqui facillimè ad rebellionem transferantur. Obedientia enim verum felicitatis principium apud populares; quæ radicem perduellionis extirpat.

CAPUT LX.

Lotharingia turbatur.

ADulto anno Rex pertæſus, Lotharingum ulterius abuti clementiâ, cum is pergeret turbatoribus reipublicæ favere, caſtigandum cenſuit. Hinc factioſi ſibi delegerant aſylum; ubi exercitus quindecies mille armatorum

Digitized by Google

ſum ferox, verno tempore conſcriptus, ſummam rerum fulciebat, Aurelianenſe extra regni ambitum digreſſo, Prudentia adeo eos defecerat, ut crederent, copiis iis in Galliam irruentibus, torrentes ex ſummis montibus in planitiem effuſos, identidem augeſcere, quovis camporum ſpatio, ſic populares confluxuros.

Quaſi vero Rex Cardinalis ſapientiſſimis conſiliis adjutus, non inventurus eſſet rationem, illarum copiarum delendarum, etiam antequam luſtratæ ducerentur. Magno tamen fuit regi ſolatio, eo labore levari, cum fortuna, & fortean Cardinalis prudentiâ rerum curſum ita diſpoſuit, ut Imperator à rege Sueciæ preſſus Lotharingi exercitum expeteret auxilio. Hinc ad aliquot menſes Aurelianenſis poſthabito commodo, in Germaniam ducit, ineſcatus vano ſummi imperatoris apud exercitus Auſtriacos titulo.

Idem vero paſſus, quod canis venaticus, qui duos inſectatus lepores, neutrum cepit; cum Aurelianenſem deſtitueret inopem, immemor quid ipſius recepiſſet familiaribus. Deinde non progreſſus usque ad armi luſtrium ab Imperatore conſtitutum, ſeptem millia per viam amiſit, qui à ſignis dilapſi intra pauculos dies, vel panico terrore, vel aliquo ſiniſtro caſu, ut redintegrare copias & exercitum nullus poſſet. Summam ipſi ægritudinem animi adferebat illa confuſio, ut Nanceium reverti cogeretur, tum ut promiſſa Aurelianenſi exolveret, tum ut ſuppleret exercitum, quem imperator in Germaniam reduci avebat.

Cardinalis vero optatum eum caſum non amittebat, quin edoceret, quanto ſui ipſius cum diſpendio regem offendiſſet, & factiones per Galliam adverſus regiam majeſtatem foviſſet. Compertum erat, Aurelianenſem vanis ſpebus lactari, non tantum de valido exercitu per provinciam conſcribendo, ſed etiam de ingentibus copiis ex Germaniâ & Belgio, adſciſcendis, quarum ope irrueret in Galliam, regemque ad votorum ſummam præſtandam adigeret.

Qui nunquam non diviſiones inflâſſet per familiam regiam, colluſiones particulares cum turbatoribus exercuiſſet;

cuiſſet; magno cum honore excepiſſet. Fargiſi conjugem, confidentisſimam, etiam poſt regiam benevolentiam perditam; nullum non principem Exterum à ſtudio in Galliā conaretur divertere; illorum offenſiores animos aucupatus, ſibi quæſiviſſet. Quæ omnia nihil conſideràſſet, fundamento fluxo inædificari, ad ruinam inevitabilem, dum Rex tot generoſa patraret facinora, ad eum caſtigandum, quot ille inſtitutis inanibus laboraret, ad ſucceſſum nunquam deducendis.

Politica reminiſcentia.

ÆGroto facilè inſultatur, ſed non diu, niſi mortuo leoni illudant lepores. Poteſt fieri, ut potentisſimus princeps hinc inde occupetur, viribus diſtractis, quæ aliquando cedant, & hoſti non valde valido permittant irruptionem: ſed ubi ex deliquio redeunt vires, graviores ictus expectantur. Sic Galliæ inſultabat Sabaudus, Henrico magno adverſus Ligiſtarum potentiam; ſed ubi Civilia deſiêre bella, Sabaudus vim armorum ſenſit, exutus ferè univerſo imperio.

Principes igitur calamitoſo nullam addent calamitatem, ſed ſemper memores ſortis humanæ, vices fortunæ metuent, cum in eandem posſint cadere ærumnam, irritatâ talione. Deinde & metiendæ fuerint vires ad inſtitutum, cum innumeri caſus posſint evertere robuſtisſimos. Occurrit hoſtis, qui copias concidat aut disſipet; conſequitur neceſſariorum penuria, durisſimum telum; ingruit panicus terror, qui fortisſimum quemq; in fugam vertat; ſunt etiam animi popularium, aliquando ab armis alienisſimi, qui malint agriculturam exercere, quam rapto vivere.

Miles enim ex popularibus conſcriptus, plerunq; eſt ferox ruſticorū domitor, ſed trepidus ad hoſtiles concurſus: quod ſi ſupplementa ſumantur ex delectibus, jam invitis canibus venatus inſtituetur. Expeditiones etiā non æquè facilè conficiuntur, uti peregrinationes, adeo ut vetus illud ſemper conſtet, Anceps ſemper belli alea.

CA-

CAPUT LXI.

Lotharingus inſtituto excidit.

CUm jam conſtitutum eſſet, Lotharingum docere, male offenſam eſſe per tricas & conſilia peſſima virtutem regiam, nihil tamen præter juſtitiam exactum ſatisfactionis, quod ſecundum jus æquiſſimum inſtituerentur actiones. Sic Rex viam placidiſſimam iniit, cumque Barrenſem poſſet occupare Ducatum, ex negata fide & homagio, & inde manu armata irrumpere in Lotharingiam, ad repulſandam injuriam illatam; ſatis tamen habuit recuperare, quæ ipſe poſt anteceſſores præter omnem rationem ex Epiſcopatu Metenſi uſurpaverat.

In particulari, dum arma regis per Italiam diſtinerentur, uti occaſiones quærebat Galliæ affligendæ, ut majorem apud Auſtriacos promereretur gratiam & authoritatem, imperatorem induxerat ad Mediovicum occupandum, quod cuſtodiendum ſibi relinqueretur; quem locum inter præcipuos Epiſcopatus Metenſis numerat. Et Imperator ab Hiſpanis perſuaſus, gaudebat eum munire, contra quamvis rationem, & ad inſtitutum jurium noſtrorum invadendorum, authoritatisque regiæ lædendæ, ob patrocinium ſuſceptum.

Cardinalis, cujus virtus nequit ſufferre iſtas injurias, pace per Italiam conſtituta & firmata, Imperatore per Germaniam valde perplexo, regi ſuaſit, ut Mediovicum reciperet per juſtitiam, poſtquam injuſtè fuiſſet uſurpatum exiguo rationis momento ad detrimentum Galliæ. Regi nihil opus fervore ſuggeſto, ad conſervandam reipublicæ gloriam; itaque facilè id inſtitutum ſumpſit, copiis ad fines Lotharingiæ productis, Duce Forcæo.

Is per viam profligaverat legionem Leodienſium, quam Mars dux ultra limitem in Galliam deduxerat: tum mandata recipit, de Vico & Mediovico ſubigendis. Vicum præter vim oppoſitam deditur: Mediovicum repugnat, ex ſpe

Digitized by Google

ſuppetiarum, qua propugnator fallebatur. Nuntiarat Oſſæ Imperatorio fiduciario, quo inſtatu eſſet oppidum, & quanta penuriâ laboraret, ad diuturnam obſidionem, niſi ſubveniretur. Reſponſum, mirari, quomodo dux Lotharingiæ, qui toties promiſiſſet Imperatori conſervationem illius loci, nihil minus curaſſet.

Lotharingus enim receperat Imperatori, tueri locum, ſuis ſumptibus munitum, tantoque ſtudio, ut aliquando operis deferret pecunias curru penſili, quo ſolebat frequentius uti. Sic igitur ad Ducem; ſed is metuens tempeſtatis temerè concitatæ, ne in ſuum redundaret caput ſuppetias palam ferre non auſus, ſatis habuit, mandare Marſali gubernatori, ſibi addicto, ut militem ſubmitteret, cum annona & apparatu bellico, quantum poſſet.

Auxilia autem illa nimis fluxa ad locum invalidum nihil faciebant ad repulſanda arma regia; nam gubernator ad paciſcendum adigitur, ut liceret diſcedere, niſi intra ſextum diem compareret exercitus, ad opitulandum potens. Cum autem exercitus ille non compareret, quod Lotharingo minus eſſet virium, quam malevolentiæ, diſcedit, ut mortales intelligerent, uſurpationes propter injuſtitiam minus bene aſſerere occupata; adeoque populares in calamitates belli præcipitari, ubi princeps ad vindicandam injuriam ſatis potens læditur.

Politica reminiſcentia.

USurpationes ſine injuſtitia non inſtituuntur à quovis principe accedit ultra injuſtitiam etiam imprudentia magna, maximè apud principem imbecilliorem, qui operam contribuat. Brenno licuerit reſpondiſſe per arrogantiam Romanis, Neque injuria, neque injuſtitia corripi aliena, ſi facultas obtingat; quin potius antiquiſſimam mundi legem ſic ſervari, quæ fortiſſimo cuique permittat, quæcunque corripere queat.

Apud Chriſtianos autem lex iſta locum non habet, quibus juſtitia determinat principum libidinem, tametſi natales & ſucceſſio, unde jus in reſpublicas obtingit, repagula ſatis valida debeant ponere, ad ſecuritatem. Uſurpatio etiam Cæſari, in errore paganiſmi viventi, condonetur: qui

verò

verò Chriſtiani nomen profitetur, tenetur inſtituta ſua ad normam Chriſti ſalvatoris exigere. Ex omnibus quidem motibus animi, ambitio contumaciſſimè repugnat diſciplinæ, cum nunquam expleatur. Sed princeps vel inde gravius obligatur ad reprimendos motus, qui eum impellunt ad corripienda aliena, quod ex pura animi libidine incendium belli patriæ inferat, & ex ardore concupiſcentiæ præter rationem ſanguinem & vitam popularium prodigat.

Optandum foret, ut principes eam curam de ſanguine ſubditorum conſervando ferrent, quam Pericles geſſit, primus Græciæ per illam tempeſtatem dux, qui uſuram hujus vitæ depoſiturus, beatum ſeſe prædicabat, quod nullus Athenienſium veſtem mutaſſet ſua cauſa. Pacem ſanè ardentius amarent, & conſervatio ſubditorum ſatis cauſæ inferret, ad ardorem ambitionis extinguendum, cum norint, alieni uſurpatorem attrahere in patriam arma, & ſubditos exponere millenis periculis & ærumnis.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER IX.

M. DC. XXXII.

CAPUT I.

Dux Lotharingiæ mittit ad regem, qui de pace ageret.

PRudentiores intelligunt inanem operam popularium qui ampliandarum cauſa facultatum, mapalia ripis fluviorum inſtruunt, ubi ad quamcunque pluviam aquæ alueum egrediuntur, & undarum impetu proruunt, quicquid violentiæ obſtat, ubi nemo ambigat, ſtructuræ tã levi imminere ruinam. Æquè inanes fuerint principis minoris conatus, qui ut authoritatem & famam indipiſcatur, inju-

Digitized by Google

injuſto inſtituto in gloriam potentis
cujus arma poſſeſſionem injêre victo
cii negligentes, in obluctantium per

In eo numero habeatur temerit
nomine Imperatorio occupantis, c
munire inſtituit, cum tamen præſidi
ipſum obruere, & omni conatu fru
enim id recuperans, univerſo mund
ille operam luſiſſet. Non vero hic ſt
cæo & Schombergio Mediovicum
poſt exiguam luctam fecit dedition
Marſacum, quò Dux maximè nitel
merandum, quæ Anteceſſores ejus e
uſurpabant.

Quamvis autem Dux ambitione t
verſus Galliam flagraret, adeo cæcos
videret, poſt promptam Vici ſubacti
bus propugnaculis, quæ circumdede
ciam brevi periculis & exitio expon
am regis haberet præ viribus ſuis &
placuit, familiarium aliquem mitter
nes regi exponeret, nulla mentione in
ſerendi, quod avebat reſumere & pr
quamque occaſionem propitiam, aut
perator vel Hiſpanus eſſent ſubmiſſu
prudens ſpem denuò deſtitueret; tam
dices odium pene hæreditarium iſt
Galliam.

Politica reminiſcen

PRincipibus per Monarchiæ vaſtita
dantur, ne pro lubitu agant, & imb
Sunt enim Monarchica imperia tan
nalia, quo confugiant, quicunque mi
bus, quam ut ſeſe tutentur adverſus v
norum. Quemadmodum vero Mo
Dynaſtiis & imperiis coaleſcit, ita au
um principes aliquando ſpiritus inflar

tendere, ut vel mitius induant frænum, Monarchia in aliam familiam tranſlata, vel tabulas naufragii colligant, ſi ſors Monarchia in partes, ex quibus conſtructa fuit, dilaceretur.

Nec fortuna ſemper deeſt fortitudini, ſed magis illudit, dum parva extollit. Aſſyriorum Monarchiam abiiſſe in duo imperia ſumma docent ſacræ literæ: & Alexandri Magni vaſtiſſima Monarchia continuò in quatuor diſceſſit regna. Quot coronæ ex ramis imperii Romani ſint nexæ, quot ſceptra ex immani illo trunco exſculpta, patet.

Occaſionem audaciæ non rarò præbuêre jura aliqua longius accerſita, quæ ad immunitates valuerint, uti Ilienſes à Romanis quicquid obtinuêre, & ad imperii ſummam nihil pertigerint, niſi ut odium foveant, & aliquando exitium per præcipitantiam inferant. Accedunt etiam ſuggeſtiones malevolorum, quibus æquitas fortaſſis minus cordi; quod Romanis objici ſolitum, qui ſociorum fidelem operam rependerint plerunque oppreſſione.

Poſſet etiam ambitio, principum animis inſita, uti privatorum genios exercet avaritia, ſuſcitari ex Monarchæ vitiis & ſiniſtris inſtitutis. Cum autem imperiis conſtituti ſint termini creſcendi, & intereundi ita felicem fecerit eventus, qui declinantem offendat rempublicam.

CAPUT II.

Sermones inter regem & Lotharingum.

CUm Lotharingus videret, temporis anguſtias ſibi circumdari, & ex quacunque mora Rex alia per provinciam poſſet corripere munimenta conſtituit ipſus adire regem Metis Mediomatricum tum hærentem, ut eum demulceret fuco ſubmiſſionis, & curſum victoriarum per pa-

Digitized by Google

cta pacis ſimulatæ frangeret. Inſtitutum laudaſſes
gennitate& ſinceritate prodiiſſet. Rationis enim
perant culpæ & offenſæ pœnitentiam cum reluiti

Ab hac tamen mente ille erat alieniſſimus, d
mento odii adverſus regem totus jaceret, cui ta
rima debebat, & educationem in aula regia dil
accedebat patientia octo annorum, ſi quando an
duceret, ad homagium & fidem de Ducatu Bar
ſtandam, cum tamen proximo à morte Ducis
anno eum ſubigere potuiſſet, ob officium neglec
tumaciter: diſſimulatis etiam per annos com
injuriis, tricis & irritamentis, quibus regnum G
tabat.

Hæc omnia tamen ille ventis tradiderat, regi
venire ſeſe ad ſatisfactionem. Metas etiam tranſi
ſexto Decembris, fronte ad veram ægritudinem
ſi erroris impoſita. Rex appropinquanti obvi
principem Joniviſlæ, cum ſuis & reginæ curribu
tur ad dimidiam leucam ab urbe, deducitur in h
habetur liberaliter cū univerſa familia ex juſſu re
aliquantulam quietem abit ſalutatum regem,
primitus teſtatus ſubmiſſionem, nullo alio refu
clementiam lecto; quo animo ſumpſiſſet hono
ſalutandi.

Rex omnia civilitatis ſigna expedit, quæ n
offenſam non dedecerent. Poſtea ſermones inſtit
nihil circuitu uſus, liberè coarguit certiſſima pe
conſiliorum teſtimonia, quæ dux conabatur exc
juſtitiâ pallium mutuatus. Nullam tamen alia
bat rationem, niſi Breti, conſiliarii intimi, quem
rat, proterviam, qui locum offenſioni feciſſet, p
rigorem in limite provinciæ, ubi jura Galliæ ſc
addebat Mareſchalci Mariliaci fidē, de regis inſti
& bellum & exitium minitaretur.

Reſpondet rex, nemini non licere jus ſuum p
quouti poſſet, circa ullius injuriam, adeo ut juſ
us, quam rigori tribueret inquiſitionem à Bre
tam. De invaſione nihil metueret, cum fidem
rium daret modò ipſe ab omni conatu adverſo

& officium faceret; tametſi exitium eſſet paratum, ex certiſſima notitiâ projectæ ſalutis, quam inſtigatores perverſorum conſiliorum præſtare nequirent. Vice autem verſâ, offerrre ſeſe patrocinium lubenter adverſus arma regis Suecici victricia, quæ ad limitem Lotharingiæ proceſſiſſent, vindictamque ob injurias quaſdam, de quibus ille querebatur, minitarentur.

Tanta clementia procedebat rex, ut dux cogeretur eodem momento agnoſcere, offenſionem jure optimo exprobrari, unde majori attineretur obligatione, quod armis regijs facile potuiſſet affligi proteſtatur igitur, nimis parvas ſibi eſſe vires adverſus ipſius potentiam, in tuitionem, ſed minus etiam eſſe voluntatis ad id audendum.

Politica reminiſcentia.

SOlent natatores in trajectu fluviorum, obliquare inſtitutum, ne in adverſas fruſtra pugnent aquas: & principes, ſi exitium vitare velint, non impingent in potentiam exertam, ubi exercitus victorioſus graſſatur. Nam neceſſitas derogat ambitioni, ut conſulatur ſaluti. Durum eſt, fortiſſimum virum ab inſtituto diſcedere; ſed quid fortior Hercule? qui tamen adverſus duos nunquam auſus eſt eadem opera pugnare: id enim tricorpori Geryoni, aut centimano Briareo convenerit.

Vidimus aliquando ferociſſimum leonem, tanquam manſuetum, in foveâ deambulare, aut laqueis conſtrictum recumbere; non quod ferociam animi poſuerit, ſed quod neceſſitatem agnoſcat, qui arctius adducerentur etiam nimio conatu eluctandi, ad vulnera ſpontanea. Satius igitur vel propriam agnoſcere temeritatem, vel fortunæ incuſare ſolitam protervium, quam adverſus neceſſitatem inſurgere, nullo operæ pretio, certo ſalutis exitio.

Juriſconſultis pronum eſt clientibus ſuadere, ut vexam redimant, quod Niciæ, Athenienſium laudatiſſimo uluvenit, qui non innocentiæ diffiſus, ſed populi temere ruen-

re ruentis metuens, accuſatoribus pretium adnum
referente Plutarcho, ut cauſam deſererent. Sors ar
longè eſt periculoſior, quæ imperium accidat, adi
vitam relinquat dubiam. Eo igitur ex periculo
dum, quantum fieri poſſit, ne arcus nimium te
rumpatur.

CAPUT III.

Pacta inter regem & Lotharingum.

QUemadmodum autem Rex magnis adduceba
tionibus in diffidentiam promiſſorum, cum
tiones etiam juſtiſſimæ intendant plerunque ranco
pud animos caſtigationis impatientes; ita ſibi ex
Marſalum, tanquam depoſitum præter verborum
am. Conſenſit Dux, pactus de pace, quam menſe
Mo Vici obſignat, & exinde diſcedit à quibusvis c
nibus, ligis, ſocietatibus & machinationibus, quæ u
interceſſiſſent ipſi cum quocunque principe, in p
cium regis, regni, & provinciarum, quas obſequio &
cinio complecteretur.

Nihil etiam auderet adverſus fædera & pacta, q
iniviſſet cum rege Sueciæ, & duce Bavariæ, ad aſſe
Germaniæ libertatem, & ligā Catholicam, tum ad
onem & protectionem principum, amicorum, & f
torum, qui Galliam reſpicerent. Obligabatur inſupe
lum pangere fædus cum quocunque principe, abſ
gis ſcitu & conſenſu; ex provincia dimovere ōmnes
nò hoſtes regis, univerſos etiam ſubditos, contra
tatem regiam regno egreſſos, quibus in poſterum n
ſitum permitteret, nec ſecuritatem præſtaret; cavere
que, ne per provinciam ſcriberentur exercitus, aut
copiæ, adverſus regiæ majeſtatis commoda.

Rex promittebat reciproce, ut veram & ſinceran
retur benevolentiam, protegere ipſius perſonam
provinciam adverſus quosvis, adeo ut optima fide

redditurus eſſet Marſalum, poſt integram pactorum executionem. Sic igitur locus ille in poteſtatem regis tranſit decimo tertio Januarii, & Aurelianenſis, qui Nancei hoſpitabatur, diſcedit, & nemo non credebat Ducem ſeſe ad quietem compoſiturum, quoniam pacta iſta officii limites reſtituiſſent.

Potuit enim regis clementia, qua erga ipſum fuerat uſus, ſpiritum refractarium captivare, & metus amittendi Marſali, quod ad leges depoſiti tradiderat, fidem verborum ſervare. Quoniam autem nullus penè locus ſatis eſt munitus, ad coercendum genium, odio & ambitione; veris apud mortalium genus, perfidiæ magiſtris, ubi ſemel imperium obtinuere; ita per ſeriem actionum ſequentium univerſo mundo planum fecit, transactionem ex diſſimulatione, ad conjurandam tempeſtatem, quæ imminebat, niſi cederet, fuiſſe ſuſceptam, cum conditiones nunquam conſtituiſſet implere; quod rerum curſus docebit.

Politica reminiſcentia.

QUamvis parvorum principum interſit magni, vicinorum, eorumque potentiorum nunquam irritare arma, difficulter tamen ad id animũ inducunt, niſi per vim adigantur. Utut deſint vires, ſuperat tamen ambitio. Sed viceverſa, uti ſolitum eſt deſiderio per inhibitionem, incendi, videtur ſtudium augendæ authoritatis novas ſumere vires ex inhibitione, quam armorum imbecillitas determinat.

Imprudentiſſimi quique limites revellunt impotentiæ, ut ſeſe fortunæ ludibrio proſtituant, poſtquam illa pavit & excæcavit ſpebus vanis: Sapientiores vero ex neceſſitate trahunt virtutem egregiam, in qua norunt Philoſophorũ familias conſtituiſſe ſummi boni compendium, ut ſcilicet ſua ſorte vivant contenti, deſideriis intra cancellos potentiæ redactis.

Quocunque autem genio ferantur, fatendum erit, poſtquam temere ſeſe impedierint aliquo inſtituto, adverſus quemvis principem potentiorem, qui eos per neceſſitatem armorum cedere cogat, ad paciſcendum de pace, omnem ingenuitatem & ſinceritatem eſſe colendam. Fruſtra enim

Digitized by Google

diſſimulationi fucũ violentiæ in pactis adhibitæ
cum violentia injuſti uſurpatoris, libertatem quid
mulandi poſſit conferre, diverſa tamen ratio valea
potentiam victoris, qui injuriis provocatus ad cor
arma, jus habet, ex uſu belli, leges victo ſcribendi,
licet diſpendioſa extorquendi.

Fateor equidẽ, privatum, cui vis eſt allata in tr
do, non obligari, ob injuſtam violentiam, ad ſince
cùm alioqui ad obſequium per authoritatem le
principis, aut ex juſto legum metu obligetur. Sic
aliquis minor, à potentia tyrannica oppreſſus, a
dandam, nunquam obligabitur ad aſſenſum ingen
inſtitutum ſervandi promiſſi; ſed inferior in bell
adigitur ad pacta votis contraria, ubi ex diverſa co
tione tantundem debet adferre ſinceritatis, quant
obligatur ad ſatisfactionem.

Exterminaretur enim fides, quotieſcunque c
bellicis tranſigitur, cum altera pars belligeranti
rumque imbellior cogatur per vim, aut ex metu c
nes ſubire ingratas. Quemadmodum autem princ
divinitatis fert characterem, ita ſummæ felicita
imitationem ipſius. Hinc infertur, cum Deus ſit i
tas, potiſſimum requiri veritatem in pactis, quæ
tas ſemper habuit ſacra & inviolata.

Nullis igitur promiſſis impediatur, niſi ex prude
deliberatione; ubi vero ea facit, fidem & ſincerit
tegram addet, tametſi aliquo detrimento mulcte
cauſam ſibi ipſi imputabit, poſtquam arma irrita
ſus: adeo ut præter rationem violentiæ imputet ju
ſtigationem

Saguntinis vitio vertitur apud Plutarchum, quo
ſincere cum Hannibale egiſſent, negata fide obſequ
cuniæ numerandæ, cujus ſummã ad trecenta mill
torum exegerat, ut obſidionem ſolveret, cum jam
tuiſſent ſub ipſius diſceſſum compendio priori ut
Hannibal ex impoſturâ irritatior, obſidionem r
deditionem extorſit, viros tunica viliori tectos,
familiari veſte amictas extorres egit.

CAPUT IV.

Imperator & Infans gubernatrix Belgii Lotharingo promittunt protectionem.

OMnes omninò hoſtes Galliæ cum ſummo audiebant tædio regis compendia per Lotharingiam: unde Imperator Montecuculium mittit ad Ducem, qui animum adderet, certioremque redderet, quam primum ſeſe Sueci conatibus expediviſſet, exercitum validum, ad vindicandam injuriam illatam ſubmiſſurum. Sic Baro Leidæ ab Infante adeſt, qui eadem aſſeveraret, perſuaderetque nec arma, nec ærarium regis Hiſpanici unquam defutura, quandocunque communibus conſiliis imperator conſultum duceret, occupata recuperare.

Ipſa etiam regina mater, tametſi omni genere rationum obligata ad regis commoda promovenda, conſtituit, ex Chantalupi ſuggeſtione, cum majora deficerent, perſcribere ad Parlamentum Pariſienſe, ut excitaret, ſi poſſet, Perduellionẽ, quam ſine dubio Pariſii eſſent ſumpturi, plurimis per regnum urbibus idem auſuris, qua ratione regis retraherentur ex Lotharingia copiæ, ad iſtud incendium reſtinguendum.

Hoſtis ille tranquillitatis publicæ occaſionem erat aucupatus ex faſtidio Parlamenti, quod oboriebatur, quod rex principaliores Metas evocaſſet, quibus graviter exprobraret malum inſtitutum, de literis, quas ſuperiori anno memoravimus, promulgandis. Adeo ut lectione tantum opus ſit, ſi ad oculum cognoſcere velis illius ſtylum, qui ſeſe ſemper facem ſeditionum præbuit. Quicunque unquam frequentarant reginam matrem, induci non poterant, eas à genio ipſius proceſſiſſe, tametſi manu propria ſignatas; indicio ſumto ex improbis vaframentis iſtius turbatoris.

Sciebat enim, ex pace ſibi contemptum deberi, & authoritatem in bellis ac turbis inveniri. Callebat ſenſũ Dominæ, quæ

quæ extremè in cardinalem exacerbata, facile admitteret, quicquid illum premere poſſet. Suggerit igitur, genium iſtum Galliæ propitium id unum agere, ut pax cum Hiſpano frangeretur, rege irruptionem in Belgium ſuſcepturo; unde diverſi Hiſpanorum exercitus, adeoque imperatoris poſſent inundare Galliam, urbes famoſisſimas corripere, provincias exinanire, oppida expoliare, populares ad peram redigere, templa diruere, ſacra abolere, equeſtrem ordinem evertere, domicilia regia ſolo complanare, potiorem Gallorum partem interneciori dare, aut ærumnis mancipare; quorum ſingulorum cogitatus incuteret horrorem.

Politica reminiſcentia.

ID verò principibus æmulis eſt ſolitum, ut quietem ſimulent, ubi maximè bello ſtudent, licet in occulto agitatis conſiliis. Pacis adeo venerabile eſt nomen, ut per naturam nefas videatur, bellum ſumere: cum autem deſiderium nocendi non audeat in nervum prorumpere, animantur alii, qui æmuli facultatibus adjuti, vim parent & inferant actore uno proſtituto, tot inſtigatoribus frigidam ſuffundentibus.

Cum Romani rerum ſummam eſſent conſiliis amplexi, & orbis imperio inhiarent, nullum facile bellum ſponte inierunt, niſi aut injuriis laceſſerentur, aut ſociorum causâ ad arma traſirent. Lumen Græciæ Corinthus ob violatos legatos periit: & Tarentum eandem ſortem ſubivit; ſed utiliſſimum inſtitutum augendi imperii fuit cauſa ſociorum ſuſcepta, ubi ſumtus refundebantur, vel emolumentum ex hoſte quærebatur.

Quoties illi bellum nuntiari fecerunt, aut ſponte irritarunt, ut terriculamentis plebem in officio continerent ferocientem? Ita non raro inter ſeſe commiſere, quos ſingulatim abſoberent; quod Maſiniſſæ poſteris uſu venit: ubi arbitri tandem provinciæ opimiorem partem abſtulere. Neque vero raptus Sabinarum inſtitutus fuit à Romulo ob conjugiorum penuriam, ſed ut cauſa eſſet debellandæ viciniæ.

Quicunque verò medius eſt, inter partes bello diſſidentes,

tes, ſolet impelli ad ſcopulos, ut periculum fiat virium hoſtilium: ſed nemo ſubvenit naufragium paſſo, niſi ubi commodum illuxit tempus, non pereunti, ſed vindici; qui tamen ſuum, non ſocii afflictisſimi emolumentum quærit, quod ille ſatis habere debeat, naufragii tabulæ collegiſſe, ab interitu ultimo aſſertus, etiam vindici graviter inde obligatus. Præſtabit igitur pacem colere, à partium ſtudiis alienari.

CAPUT V.

Cur regina mater voluerit perdere Cardinalem.

IStos panicos terminos placuit reginæ matris manu ſignari. Mirandum ſanè, quibus fucis collegium illud impelleretur ad ſeditionem, quod tamen reipublicæ ſemper fuerat firmisſimum fulcrum. Id agebatur, ut Cardinali adverſaretur, tametſi omnia illius inſtituta, ad quæ animum regis flectebat conſiliis ſapientisſimis, Galliam ad novos gloriæ honores promoverent; quod per conſervationem Caſalæ, & Pinierolæ aſſertionem demonſtrarat.

Inſtabant, ut exitium tanti miniſtri quæreret, cujus prudentia validisſimum eſt propugnaculum, quod rex ad defenſionem reipublicæ objiciat; cujus actiones totidem dixeris fulmina, quibus in nihilum redigantur conſilia ambitioſa Auſtriacorum. Sic ante omnia conſulebatur, ut rex pacem Germaniæ conciliaret, tametſi evidentisſimè pateret, illam anno ultra milleſimum ſexcenteſimum viceſimo ſecundo initam fuiſſe cauſam quarumcunque ærumnarum, quibus fœderati noſtri conflictantur. Id tempus reſpirandi Imperatori indultum, contulit omne commodum, in oppresſionem Palatini & complurium principum.

Non poſſum non adnotare, ſummam Chanthalupi protervi am in his ipſis litteris commiſſam, qua per reginam matrem propalari volebat fiduciam in prognoſtica Aſtrologorum,

gorum, quibus certior ſibi videbatur, Cardinalem ultra tertium aut quartum menſem nō valiturum nihil animadvertens, hanc fiduciam præſupponere aliam longè funeſtiſſimam Galliæ; unde odium mereretur apud quoſcunq; genuinos cives.

Verum enim verò vituperium & eventus & literarum redundavit in ipſum, dramatis authorem, qui ſatis induſtriæ inierat, ad ſignum à regina matre extorquendum, cujus utique benignitas ſolem refert, nocere neſcium, niſi ex conjunctione cum aſtris ſiniſtræ influentiæ. Unde Parlamentum nihil attendit, tanquam ad figmentum ab Hiſpanis animatum, qui id temporis extremo languore exercebantur, ne rex ſuppetias in Germaniam mitteret, dum ſubditorum virtutem fœderatorum rebus afflictis applicat.

Metuebant etiam ne duæ Coronæ, pace rupta, bellum ſumerent, ad quod rex, ut verum fateamur, à plurimis invitabatur: nunquam tamen aſſenſum, ex potiore conſideratione pacta integrè ſervandi, quam vicinorum poſſesſiones uſurpandi.

Politica reminiſcentia.

INter cæteras cauſas non poſtrema fertur, quæ politicorum ſapientisſimos induxit, ad fæminas ab adminiſtratione reipublicæ abſtinendas, quod facillimè præveniantur, ſive motibus animi, ſive ſiniſtris conſiliis. Satis habent, ad repudiandum negotium, actorem diſplicere, aut gratioſis diverſum videri. Quemadmodum deſideria patiuntur extrema, ita diſſentiunt ab exoſis; ſicuti viceverſa familiare ipſis eſt, gratioſorum nævos comprobare.

Naſcuntur enim in eâ diſpoſitione, quæ mediocritatem neſciat, ſive odio, ſive amore ſemper ſummo, adeo ut ardentius & ament, & oderint. Sic etiam ubi ab uno deſiderio in alterum tranſeunt, paratas ſemper videas ad propalandum univerſo mundo, quam nihili fiat, quem modo impensè deperibant. Hinc regum ſapientisſimus, cujus etiam calamus à Spiritu Sancto ducebatur, ait, Fæminarum iram non habere parem.

Quod

gitized by Google

Quod ſi præter dium contingat, inſtitutum propenſioni ipſarum adverſum, quemadmodum bellum è diametro incurſat timiditatem ipſis inſitam, nihil unquam fiet, quacunque juſtitia aut prudentia, quin nigro lapillo, id notent. Fruſtra oneris perſuadere, expedire uſum armorum, & bellum in provinciam alienam transferre, cujus princeps conſtituiſſet aut nos, aut fæderatos invadere: operam luſeris, ſi exponas, ſapientiſſimos quosque principes ſemper bellum à republica removiſſe, adeo ut diligenter caveant, ne incendium apud vicinos reſtingueretur, quod ſcirent, idem domi ſuæ excitandum.

In vanum explicueris rectius præverti morbo lethali, qui reipublicæ minitatur, quam ut de remedio cogites, ubi potentiam ad integrum exitium effudit. Nihil deniq; egeris, ſi edoceas, popularium onera, ad ſuſtentandas copias foris, longe inferiora eſſe calamitatibus bellorum inteſtinorum. Fertilitas provinciæ popularibus ſemper ſufficit vitam commodam, adeo ut neceſſitas nunquam videatur nocitura, quamdiu commerciorum & agriculturæ conſtat libertas, quæcunque ſubſidia aut tributa demum imperentur.

Diverſiſſima vero ratio, ubi hoſtis arma infert: tum enim ſubſidiis, ad tuitionem propriá neceſſariis, reſpublica minus caret, hoſte ad portas ſemper excubante, oppidis vel amiſſis, vel expoliatis, villis combuſtis, lati fundiis ſterileſcentibus, captivitate pronisſima, ad extorquenda redemptionis pretia, millenis feloniis graſſantib⁹. Neq; alii quærendi judices, præter ipſos populares, qui felicitatis ſummã in eo ponunt, ſi bellicis tumultibus & terroribus carere liceat, ſi tympana obmuteſcant, tormenta fragorẽ premant: cum viceverſa in deſperationem collabantur, ſi hoſtem ad portas videant, qui extorres agat, quasvis calamitates inferat, undiquaque angat ad ſummam neceſſitatem, etiam viarum uſu ſublato.

Rationes iſtæ adeo ſunt graves, ut ſiniſtrâ opinione præventum, aut malo aliquo conſilio occupatum eſſe oporteat, quicunque contrarium judicarit. Suntq; ad emolumentum reipublicæ tanto notabiliores, quod imperator Carol9 V. in ſermone cũ Franciſco I. de ſubditorũ ingeniis ſponte fate-

fateretur, Gallos & Hiſpanos adeo propenſos eſſe ad tumultuandum, ut in bellum adverſus principem proprium eſſent evaſuri, niſi foris invenirent exercitum armorum.

Hinc inter ſummas cauſas, quibus Hiſpaniæ pax conſtat, id inſtitutum memoratur, quod armis ferendis aptos expeditionibus longinquis occupet; dum Gallia ferè nunquam caret bellis civilibus, ex penuria provinciarum longinquarum, quæ popularium arma expoſcant. Expeditisſimum igitur conſilium, ut in protegendis fœderatis occupentur. Id vero fuerit Themiſtoclis imitari exemplũ, qui ferocientem Athenarum juventutem ab otio diſtraxit, armatis ducentis triremibus, ut periculum fieret virtutis adverſus Perſas. Sic Romani, ut Hannibalem ex Italia retraherent, conſilium invadendæ Africæ ſumſerunt.

CAPUT VI.

Lotharingus matrimonium Aurelianenſis, cum principe Margaretâ optat.

QUemadmodum Lotaringiæ dux nullam aliam mentem in pace concinuanda cum rege gerebat, niſi ut declinaret juſtum ſupplicium, quod temeritati debebatur; ita vix expectabat pactorum confirmationem, quin novis ſtuderet tricis. Quamvis vero rex benignè de ipſius ſubmisſionibus ſentiens, ad regem Sueciæ, qui Lotharingiam veniebat inundare miſerat, ut malum averteret, non tamen deſinebat ille novis conſiliis adverſus Galliam implicari.

Compertum eſt enim, eodem tempore ipſum fidem dediſſe regi Vici, & eandem violaſſe per alia conventa Nancei cum Montecuculio, qui nuperrimè advenerat. Ut autem nullam infidelitatis rationem omitteret, perficiendum putavit matrimonium inter Margaretam ſororem & Aurelianenſem, quem millenis artibus huc induxerat. Noverat, plerosque Galliæ liberos ſcaturiginem præſtitiſſe bellis

lis civilibus, quæcunque rempublicam crudeliter afflixêre, ſi ſpiritus natalium nequiret expectare ordinem imperandi: nec ignorabat, Aurelianenſem coquere aliquod faſtidium adminiſtratæ reipublicæ, tametſi inſtitutum illius exteri mirentur, quo Gallia beatur: hinc igitur deprompſit per aliquod menſes, quicquid ipſe & familiares adinvenire poſſet, ut matrimonio iſto implicaretur.

Pfalſeburgenſis ſoror major ducis, conciliatrix erat princeps; quæ naturæ dotibus felix, amore digna, artis nihil prætermittebat ad captivitandum Puylaurentium, ſpe facta matrimonii reciproci, ſi Aurelianenſem ad ducendam Margaretham ſororem induceret, ut ſic ferret glorioſum affinitatis ſummæ nomen. Huc enim impensè ferebatur, tum ob Regis orbitatem, ut jam certam conciperet ſpem de ſorore Reginâ Galliæ futurâ, tum ut familiam in Galliæ Regnum translatam firmius fulciret.

Hiſpani, quantum in ipſis erat, fervorem negotio ſubdebant, gnari utique, vires Galliæ nunquam ſuperari, niſi per diſſidium committantur, cui matrimonium hoc apprime conveniret: ſic enim Aurelianenſem regi fore irreconciliabilem, facile inducendum, ad irruptionem, ſi exercitum duceret, qui equeſtrem ordinem in partes diſtraheret, rege tantopere intra Regnum occupato, ut patrocinium principum per Germaniam eſſet abjecturus.

Cardinalis qui non patitur, regem quicquam ignorare, factione illa comperta, rei ſeriem exponit, unde Rex gravem apud Lotharingum inſtituit querimoniam ſatis tempeſtive. Is autem ſuſceperat rationem diluendi vituperii, additis etiam proteſtationibus ſolennibus, ſæpius iteratis, quas jurejurando grandi exaggerabat, utqui nunquam in eam actionem conſenſurus eſſet; hinc in ſancienda pace nulla mentio, adeo ut Rex ne cogitaret quidem perſuaſus.

Quamprimum autem Rex Metis eſſet digreſſus, conficitur matrimonium, nullo Regis conſenſu quæſito, contra inhibitionem clariſſimam à Rege factam. Ea utique non parum turbaverat mentem, quod minimè ignoraret, neminem unquam Exterorum in matrimonium dediſſe aliquam propinquarum principi regio, quin rigorem armo-

rum regiorum ſenſerit. Ipſus igitur palam nihil agebat, omni negotio parenti Vaudemontio & ſorori Pfalſeburgenſi cui ſors non multum nocere poterat, permiſſo.

Politica Reminiſcentia.

LEges fundamentales Galliæ non permittunt principibus regiis matrimonia, abſque ſcitu regis. Si quæras, ubi illæ inveniantur ſcriptæ, curioſos poſſem remittere ad librum aliquem tabularum publicarum, ubi ex juribus regiis agit. Quemadmodum vero liber ille ætatem trium aut quatuor ſeculorum non excedit, conſuetudo autem eundem cum regno natalem referat auſim viciſſim quærere ubinam legem Salicam, à mille ducentis annis inviòlatè in Republica inveniant?

Sola conſuetudine viget; neceſſum enim ad illam recurri in plurimis occaſionibus, quam legem agnoſcimus, quæ fronti impreſſam ferat non tantum imaginem juſtitiæ, evidentiorem quam ſcripturæ, ſed etiam proniſſimum illius uſum apud populares. Venerationem ſane nemo iſti negarit, quin lex fundamentalis regni habeatur, cum obſervata legatur ab exordio Monarchiæ, in emolumentum utique reipublicæ ſancita.

Maximè tamen turbæ conſequuntur matrimonia, adeo ut audacia ea temere contrahentium à regibus nunquam non fuerit punita. Sancitam autem fuiſſe ab ipſo exordio Monarchiæ Gallicanæ, probari poteſt exemplo Merovæi, Childerici filii, qui nonus extat in catalogo regum. Is auſus ſibi jungere Brunehaldim, non conſentiente patre, juſtitiæ rigorem ſubiit, merito ſuſcepto ſupplicio. Ibi Prætextatus Epiſcopus Rothomagenſis, qui matrimonio ineundo ſtuduerat, accuſatus fuit in Concilio Pariſienſi, tanquam de crimine; primusque limites obedientiæ in hoc genere egreſſus, impune non tulit.

Sic Sanctus Bernhardus, excuſaturus regi Comitem Châpaniæ Theobaldum, quod inſtituiſſet elocare liberos ſine regis conſenſu, dicebat, talem culpam non facilè cadere in tantam probitatem. Sic Philippus Comes Namurci, frater Balduini, qui Flandriam Comes obtinebat, tutor Johannæ

Digitized by Google

hannæ & Margarethæ neptium, ex eodem Balduino progenitarum, promiſit pactis initis regi Philippo Auguſto, nunquam illas præter regis voluntatem elocandas.

Scribit etiam quidam noſtratium hiſtoricorum, id factum ex obſequio & jure ſupremo, quo reges noſtri uterentur in matrimonia eorum hæredum, qui proximè attingerent rempublicam, poſſentq; regni tranquillitatem turbare. Nunquid vero in tabulis regiis patet jusjurandum Magnatum Gallicorum, quod Carolo V. fuit præſtitum, & claris verbis docet, nunquam ſeſe per matrimonia, aut aliam quamcunque rationem cum hoſtibus, perduellibus, & refractariis reipublicæ ſeſe conjuncturos.

Inter cætera crimina, de quibus lis movebatur duci Alenſonio, & illud legitur, quod matrimonium inſtituerit inter filium & Ducis Eboracenſis, principis Anglicani filiam, abſque conſenſu Caroli VII Idem Carolus VII. ab aſpectu arcuit filium, Ludovicum XI. tametſi majorennem, quod matrimonium contraxiſſet cum Carolotta Sabauda, abſque ſuo conſenſu, quod tamen effectum non habuit, donec permiſſionem dediſſet ; unde Dux Sabaudæ fere interitum tulit.

Angliæ quidam hiſtoricus, licet Galliæ inimicus, clare dicit, matrimonium inter Annam Britannicæ Armoricæ & Maximilianum Auſtriacum, cui pacta fuerat à cunis, ruptum fuiſſe, quod Rex non conſenſiſſet, Quod ſi quis arbitretur hanc permiſſionem non poſſe matrimonium irritum facere, adducam in contrarium Ludovici Balbi exemplum, qui duxerat Auſigardin, abſque conſenſu parentis, quam tandem coactus fuit deſerere, etiam poſt prolem ſuſceptam, ipſus majorennis, & Adelhaidem ducere, cujus filius legitima ſucceſſione regnum eſt adeptus, notus nomine Caroli ſimplicis.

Addam denique illud Judithæ, quæ Carolum Calvum habebat patrem: ea enim nupſerat Balduino Comiti abſq; conſenſu parentis, quamvis eſſet vidua Regis Angliæ & vidit matrimonium irritum pronuntiari à Nicolao I. & ab Epiſcopis Galliæ, adeo ut cogeretur, poſt impetratum conſenſum, redintegrare nuptiarum ſolennia Antiſſiodori.

CAPUT VII.

Matrimonium Aurelianenſis cum Margarethâ Lotharingicâ diſceptatur.

QUamvis Puylaurentius impenſe deſideraret matrimonium Aurelianenſis, attamen pro ſolita diviſione familiarum principalium, diverſum ſentiebat Præſes Conjæus, qui abſentia iſtius intimi captatâ, dum Bruxellis auxilia ab Hiſpanis expeteret, diverſas rationes ad avertendum Aurelianenſem exponebat.

Non fugiebat eum, ſi Aurelianenſis duceret Margaretham, & Puylaurentius Pfalſeburgenſem, ſuam quod reliquum eſſet authoritatem perituram. Occurrebat poteſtas conjugis apud animum principis, ubi ex amore prævalet, metuebat etiam non præter rationem genium Margarethæ, quæ credebatur inſtinctus Pfalſeburgenſis ſecutura, ubique dominantis. Animum etiam inducebat, matrimonium hoc nulla ratione rumpendum, & ſibi imputatum, ob cenſum honoris apud Aurelianenſem, ad recuperandam Regis gratiam, facultatumque uſum, viam intercluſurum penitiſſimè.

Ex iſtis cauſis veriſſimis Coniæus impugnabat matrimonium, validis argumentis apud Aurelianenſem, ne perficeretur, tametſi conſilia nullis aliis rationibus niterentur in ſpeciem, niſi ſtudio Aurelianenſis juvandi, & commodorum augendorum. Libertatem igitur aliquando ſumit iſtis ſermonibus, Cum maxima ipſius gloria, & quæcunque potentia connecteretur cum benevolentia regia, non temerè ullum fore inſtitutum ſuſcipiendum, quo majeſtati regiæ, redderetur irreconciliabilis, id quod per hoc matrimonium fieret.

Cumque Principes nonnunquam excuſentur, per præcipitantiam & nimiam promptitudinem prolapſi ad ea, quæ regibus diſplicerent, nunquam tamen committendum, ut penitus à benevolentia rejiciantur; cum nonnullis

ſis caſibus evenire queat, ut faſtidioſi partem hæreditatis ampliorem nanciſcantur, aut alios favores pro votis auferant, nefas tamen omnia prorſus rumpere, cum verum utrique ſit, à Majeſtate ipſis ſummum obtingere ſplendorem, ad venerationem, quemadmodum aſtra mutuentur à Sole lumen, quo in oculis noſtris coruſcant.

Cum autem iſta conſilia nihil premerentur ſilentio, ſuſpectum eum fecere univerſæ Lotharingorum familiæ Crediderim equidem, aliquid apud Aurelianenſis animum valitura fuiſſe, quod is ſemper propenſionem ſit teſtatus ad colendum regem ex officio, niſi Puylaurentius Bruxellis rediiſſet, qui ad primum occurſum evertit omnem illius ſtructuram.

Intimus hic, cui inclinationes Aurelianenſis plurimum permiſerant poteſtatis in animum inceptabat rationes ſuperiores impugnare tantâ curâ, ut Aurelianenſis ab illius conſiliis ſeſe expedire non poſſet. Oſtendebat, nullum fore dubium, quin Rex aliquando id matrimonium eſſet habiturus ratum, poſtquam ipſus legiſſet defunctam, quam matrimonio jungeret, licet & ipſa familiæ Lotharingiæ impenſe faveret. Nihil adeo impar hîc, nec illîc, cum plures Galliæ reges & familiâ Lotharingica ſibi conjuges delegerint, & ipſa Margaretha neptis eſſet, ex filia Galliæ prognata.

Exponebat, errare non poſſe, ſi ſequeretur veſtigia Henrici Magni, qui nihil diſtuliſſet, ſororem Margaretham in familiam Lotharingicam elocare, qua ſola ratione, ut pote graviſſima, Rex induci poſſet, ad conſenſum. Quod ſi per Numinis favorem aliquando eſſet geſturus coronam Galliæ habiturum univerſam familiam Lotharingiæ, quæ per Regnum magni eſſet nominis, & authoritatis, ſibi addictiſſimam.

Politica reminiſcentia.

SI fratres germani, eodem ſanguine orti, plerunque diſſident, & apud ſuosmet animos non ſemper inveniunt rationem concordiæ colendæ; nemo mirabitur, duos Principis alicujus intimos diverſo animo, diverſa agitare conſilia, ad diverſos ſcopos. Id enim agitur, qui priores ferat apud animum principis, non ad emolumentum & gloriam illius, ſed ad proprium compendium. Rectius igitur Princeps rebus ſuis conſulet ex propria prudentia.

Cum autem ea ſors ſit mortalium, ut domi cæcutiant, foris lyncei, adeoque princeps præ cæteris egeat fideli conſilio, tum ob negotiorum gravitatem, tum ob animum plerunque voluptatibus mancipatum, à moleſtia rerum agendarum alienum; optandus eſt unus aliquis, qui arbitrium & rerum & principis ſuſcipiat. Nam ſi plures excubent, qui auribus inſinuent diverſa, eaque contraria, hærebit animus anceps, in majori faſtidio, quam ante deliberationem; adeo ut plerunque eligat deteriora.

Etiam pejus habebit, poſtquam iſtis vel illis rationibus callum ſumpſit, ut ſponte nequeat redire ad mentem ſaniorem, & ab inſtigatore pertinaciſſimè obfirmetur. Quod autem diverſæ proferantur rationes; neminem moveat, cum nihil adeo ſit ineptum & abſurdum, quin dicendo explanari queat, ut averſiſſimæ menti incipiat minus diſplicere, donec benevolentiam integram mereatur.

In eam partem maximè valent exempla, quæ animum trahunt, quem rationes tantummodo ducunt. Quam fallax vero ſit uſus exemplorum inde patet, quod adjacentia rem graviſſime mutent, quæ tamen neque literis conſignari, neque mente ſatis agitari, neque rectiſſimè applicari poſſunt. Illuſtrant igitur verius, quam probant; & ſcitum eſt, Regulis ſtandum, non exemplis.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Matrimonium conſummatur.

RAtiones iſtæ primâ facie videbantur ſatis habere momenti, nullum tamen habituræ fuiſſent pondus apud Aurelianenſis animum, ſi ex ingenuitate propoſitæ fuiſſent, Regem nempe defunctum induci voluiſſe ad cicurandam familiam Lotharingorum, quæ ipſum ſatis exercebat, ut ſororem illi insereret; Defunctam Aurelianenſis conjugem exiguo eo conſtantis matrimonij tempore, tantum incendium per aulam ſuſcitaſſe, quod magno cum labore vix fuerit extinctum. Affinitatem Henrici III. cum Lotharingis majorem obtuliſſe facultatem & audaciam, ad ſceptrum ipſimet extorquendum.

Verum enim vero iſta ille ſurdis auribus, & clauſis oculis prætemavigabat, amore Pfalſeburgenſis ebrius, quæ velum obduxerat oculis, ut tantundem relinqueretur luminis, quantum ſufficeret ad Aurelianenſem in illam affinitatem implicandum. Hæc enim princeps, ingenio admodum verſatili, quaſvis adhibebat machinas, ad felicem inſtituti ſucceſſum: ſic optimè nôrat, formam ſucci plenam mirâ pollere poteſtate, ad animos captivandos, nullo alio lenocinio, niſi ſolo aſpectu frequentiore; omnem movebat inde lapidem, ut Aurelianenſis ſæpi⁹ occurreret Margarethæ; adeo ut formæ gratia novas adderet vires rationibus Puylaurentii & ſectariorum, qui nihil faciebant reliquum.

Eâ ratione Aurelianenſis ſubjicitur legibus àmorum, matrimonio Nanceii conſummato, in præſentia monachi Ciſterrienſis, qui authoritatem à ſuperiore non habebat, niſi à Cardinale Lotharingiæ, Epiſcopo ſcilicet Tullenſi, cui ipſi ſanè nihil erat authoritatis, ut iſti adminiſtrationem ſacramentorum committeret, quod à juriſdictione Lotharingiæ, cum omnibus illius Regulæ, eximeretur. Aderat & Abbatiſſa Remiremontii, cum quâ Marga-

garetha fuerat educata, præter Elbævium & Puylaurentium, teſtimonii ferendi cauſa. Duo tamen Bernhardini inſerviebant matrimonium conſecranti; ut negotii ſumma regem celaretur.

Metuebantur enim arma regia, ne continuo Lotharingiam repeterent, ad vindicandum hanc contumeliam: accedebat etiam dubitandi ratio, an matrimonium ritè eſſet valiturum, adeo ut Vaudemontius in hæc verba prorupetit, ut ut filia reginam Galliæ nunquam ageret, fore ſaltem Abbatiſſam Remiremontii, ut inhibitionis regiæ gravitatem notaret.

Politica Reminiſcentia.

INter quamplurima ſubjecta, quæ principis potentia complectitur, poſtremum non eſt matrimoniorum cura: quod authoritate quorundam Canoniſtarum poſſet comprobari, qui per omnes Scholas Theologiæ celebrantur, terminis luculentiſſimis. Sed ſine teſtimoniis illorum, cenſeo recurendum eſſe ad uſum communem, ſi verum hoc dilucidare velimus.

Scimus enim, Imperatores primum determinaſſe qualitatem & conditionem connubentium; definiviſſe, quis aptus, aut ineptus eſſet ad nuptias, adeo ut ipſa Eccleſia mutuata ſit ab illis legibus Decreta in eam rem conſcripta. Secundum illa Decreta Eccleſſæ reges noſtrates conſtituere novas conditiones, uti patet ex Statuto Blæſenſi, quo Henricus III. matrimonia declarat nulla & irrita; quæ proclamatione caruiſſent, Eccleſia diverſum judicante.

Quid verò authoritatem contulit Decreto Concilii Tridentini, niſi regum noſtratium declaratio. Cùm autem ab illorum ſigillo ſuſcipiat valorem & authoritatem, nemo negaverit ipſis facultatem novi iſtius impedimenti facniendi. Sic coſtituêre non obſtante iſto Decreto, hæreticos non obligari in contrahendo matrimonio ad præſentiam ſacerdotis Parochialis, ubi habitent, tametſi æquè valerent illa matrimonia.

Sic invenire licet etiam ſtatutum, ſola noſtrorum Re-

Regum authoritate firmum, quemadmodum Britanniæ Armoricæ conſuetudo declarat nulla & irrita tutorum matrimonia, cum pupillis contracta, ſi præter juſtitiæ permisſionem fiant, tametſi Eccleſia aliter judicet. Ex quibus rationibus clarè eluceſcit regum noſtratium jus, ad ſubditorum matrimonia prohibenda.

Quomodo vero illis authoritas iſta negetur, cum potentia ipſorum inprimis conſtituatur ad tuendam reipublicæ tranquillitatem, familiarumque ſingularum, quam omnes nôrunt ex matrimoniis maxime pendere, id quod Theologorum princeps agnovit, præter experientiæ locupletisſimum teſtimonium. Nemo igitur porro ambiget.

Quod ſi quæras quâ ratione posſint id inſtituere impedimentum, diſtinctè reſponderim, ad impedimentum generale neceſſariam eſſe legem & Declarationem univerſalem, ut popularibus de voluntate Regum conſtet, ubi factum meminimus per ſtatutum Ludovici XI. ad promulgandas proclamationes. Ubi vero tantummodo agitur de matrimonio aliquo particulari, declaratio particularis rem expedit, ut particulares contracturi admoneantur, de inhibitione ritè edocti.

CAPUT IX.

Electores Imperii Catholici cupiunt neutrarum eſſe partium.

DUm Rex Metis Mediomatricum hoſpitaretur, Electores Catholici in eam trepidationem devenerant, ut cogerentur ad regem confugere, armorumque patrocinium implorare, poſtquam Rex Sueciæ tanto fortunæ applauſu perſequeretur victoriam in Palatinatu inferiori, ut omnes periiſſe ſibi viderentur, niſi Rex opem ferret, Tum enim Auſtriacorum vires adeo debilitabantur, ut ſummo conatu ſubſiſterent. Sciebant etiam, Reges noſtros ab omni tempore præſtitiſſe Eccleſiæ refugium, flagellum

utrique hæreticorum, & patrocinium Apoſtolicæ Sedis, adeo ut Eccleſiaſtici nullo non tempore huc, ex tempeſtate, tanquam ad anchoram ſacram, & portum gratiæ confugerint.

Minimè fugiebat, hodiernum ſceptri Gallicani moderatorem, factionem hæreticam ex Regno extirpaſſe, & pietatem & juſtitiam æquè actionibus conferens. Ex iſtis rationibus leguntur, qui auxilium implorent: Epiſcopus Herbipolenſis caput legationis præ cæteris dicitur, quod crederetur incendio maximè correptus, & inde querimoniam præſens eſſet inflammaturus, ex calamitatum ſerie, quam conſcripſerat. Baro Teniffius, nomine Electoris Colonienſis, & Kutnerus nomine Bavari eum comitabantur, qui nihil prætermisêre in recenſione miſeriarum progreſſum hæreſios Catholicorum mala, Sueci ambitionem, Eccleſiæ detrimentum & Galliæ diſpendium.

Adhibebant etiam quævis artificia, ut Regis animus aliquam æmulationem conciperet, quæ ipſum à Sueco diſtraheret, aut ambitione tentaretur, adipiſcendi Imperii, ſi patrocinium ipſorum ſuſciperet. Rex autem de Sueci inſtituto planisſime edoctus à legatis, nihil alienum fieri à quovis victore, & pacta fœderis initi conſtare reponebat, continuo animadvertit, jacturam illam, & metum penitiſſime pereundi in ſuſcepto negotio, quod ambitioſa Auſtriacorum conſilia ſuſtentabat, expresſiſſe querimoniam illam extremam.

Sic neutiquam inducebatur, ut bellum profanum faceret ſacrum, aut crederet, Sueci inſtitutum Eccleſiam petere, dudum certior, Imperatoris faſtum, & conſiliorum limitem quæri. Miſericordia tamen ex ærumnarum ſenſu inanes noluit dimittere, quin apud Suecum intercederet, ad ipſorum ſecuritatem. Etiam ad Cardinalem inviſebant, rege ſalutato, qui ex Zelo erga Eccleſiæ commoda, eos eximiis benevolentiæ ſignis excepit, proteſtatus, conſilia quæcunque Regi eſſet ſuggeſturus, poſtquam enixè id quærerent, ſemper fore favorabilia.

Ubi autem de mediis cum ipſis diſceptâſſet, quibus ſalus ipſorum ſtare poſſet, ingenuè cogebantur fateri, cum Sueciæ

Digitized by Google

Sueciæ Rex directè feratur in partes Imperatoris, non poſſe ullam inſtitui transactionem, niſi ipſi à partibus illis diſcederent. Hoc deliberarent, ne Regis interceſſionem prorſus inutilem experirentur: cum nihil ſit, cur Suecus parcat, exercitum imperialem ſuſtentantibus, tum per pecuniarum collectas, tum per annonam, & apparatum ſubmiſſum.

Sermo hic, licet pari prudentia & ſinceritate prolatus, mire durus videbatur, ob propenſisſimum in Auſtriacos animum. Quoniam vero diſpendia particularia maximè afficiunt, ita teſtabantur in ſpeciem magnam ſubmisſionem ad omnia, quæ regi viderentur, ut patrocinio ſuo ipſum implicarent. Tandem multis ultro citroque dictis, placuit, ut Rex apud Suecum intercederet ad impetrandã quietem mediis inter partes; quod ſperarent, per ea paciſcenda emerſuram aliquam transactionem, aut tempus ſaltem aliquid opportunitatis pariturum, ſi quâ tempeſtatem effugere poſſent.

Politica reminiſcentia.

NUnquam Principes majorem exhibent induſtriam, quam ubi petitioni plauſibili prætextum quærunt: cum autem ille religionis altius deſcendat in animum, præ cæteris, videntur ſibi plurimum proceſſiſſe, ſi eum conſiliis applicent: ſub illa ſpecie ſæpisſime occultârunt ambitionem vægrandem. Hinc ſagacisſimi negotiatores non facile fidem habent, quæcunque cum ſpecie pietatis proponuntur.

Fides, quam profitentur, Zelum magnum confert ad commoda Eccleſiæ; ſed eadem fides docet, lupos non raro ovillâ contegi; ſic fructum arboris teſtari de illius bonitate, & nullâ majori certitudine de principum propoſitionibus judicari, quam ex actionibus inſtituti, tanquam ex genuinis conſiliorum fructibus.

Achas rex, ut Eſaiam deciperet, hypocritam induebat, primo reluctatus mandato, quod permittebat aliquod miraculum, ad certitudinem promiſſæ valetudinis: ſimulabat enim, tantâ ſeſe in Deum reverentia & metu moveri,

ut eum tentare religioni duceret, ex nimiâ confidentiâ. Plurimi ſane eodem utuntur figmento, ex ſpe alicujus compendii. Et ut verbo dicam, ſummæ eſt prudentiæ, non cuivis habere fidem, qui Eccleſiæ commoda obvertunt, donec de ipſorum propoſitionibus maturius examinatis ſtatui poſſit.

CAPUT X.

Rex mittit Marchionem Breſeum ad Guſtavum Adolphum, regem Sueciæ.

CArdinalis edocebat regem de propoſitionibus neutralitatis, quas legati Ligæ Catholicæ videbantur proferre. Rex oculis in Marchionem Breſeum conjectis, cujus prudentia & virtus poſſent hanc negotiationem ad felicem deducere ſucceſſum, eum jubet ad regem Sueciæ contendere, ſi forteanaſſentiretur. Metis paulo poſt is digreditur, Moguntiam pervenit, quinquaginta nobilibus ſpontaneis comitatus, qui illius Regis videndi tenebantur ſtudio, cujus victoriæ ubique terrarum cum gloria eximia celebrarentur.

Breſeo ad Moguntiam appropinquanti Suecus obviam ire jubet duas turmas equitum, cum ſuo curru penſili, ut honorem haberet. Producitur Breſeus, qui ſecundum ſalutem cum reverentia victori conveniente dictam, ajebat; Regem ſuum ex vicinia mittendum cenſuiſſe, qui victoriarum uſum congratularetur. Ubi Suecus honorem & civilitatem legatis Galliæ ſolitam reddidiſſet, de rebus præſentibus ſermonem inceptat.

Breſeus laudabat, Regem ſuum cenſeri filium Eccleſiæ primogenitum, adeoque protectorem; unde ex officio in gratiam Catholicorum rogaret magnopere, liceret ipſis neutrarum eſſe partium, interpoſitâ fide, de mente eorum omnium ab Auſtriacis diſcedendi, adeo ut illorum arma nullo prorſus modo eſſent foturi aut fulturi. Regem eo libentius hanc ſupplicationem ſuſcepiſſe, quod eam exiſtimaret

maret

Digitized by Google

maret apprimè utile ipſius inſtituto, in Germaniam transeundi: cum non exiguo poſſit eſſe momento, ſi à partibus Imperatoris revelleret Electores Colonienſem & Trevirenſem, Ducem Bavariæ & alios principes Catholicos complures.

Sic ferè alterum amputari brachium, & tertiam virium partem reſecari. Cæterum putare ſeſe, Regem Sueciæ debere eos habere neutros, qui Imperatori nulla auxilia præſtarent, poſtquam unum Imperatorem ſibi ſumſiſſet debellandum: quod ſi ſacra relinqueret intacta, quæ plurimum apud populares poſſent, brevi intellecturum, quantum hoſtium fervor remitteret.

Politica reminiſcentia.

QUorum intereſt, aut vi, aut vafritie diſturbant pacta; ubi ad minimum aliquid temporis corripitur, quod commodè intervertatur. Quamobrem cautio ſit ſumma, antequam pacta firmentur, quid eventurum ſit, ne quid præter opinionem fieri queramur, aut invitis extorqueatur, quod noceat aut nobis aut fæderatis, quorum debet eſſe altera cura.

Deinde videmus, ex vitæ inſtituto privato, non licere homini ſemper eſſe, uti vult, ſi res non ſinat. Dandum eſt aliquid amicis, etiamſi non per omnia comprobemus ipſorum poſtulata: neque etiam omnia fuerint danda, & permittenda uni alicui amico, quin cum cæteris conſtet vinculum amicitiæ. Præclarè Cicero diſputat, de amicitia, an ita deceat amicitias necti, ut nunquam ſolvi queant; & an ita ſint exercendæ inimicitiæ, ut locus ſemper relinquatur amicitiæ ſanciendæ.

Mediocritatem Veteres vocabant auream, quod ſapienti enixè quæreretur, uti aurum avaro. Sed ambigo ego, an unquam inveniri, adeoq; ſervari vel uno momento queat; uti ſcimus, æquilibrium humorum in corpore humano doceri, non monſtrari.

* * *

CAPUT XI.

Rex Sueciæ reſpondet Gallo.

REx Sueciæ petitionem à Marchione, nomine regis factam, per ſummum honorem audit, ſed magno genio præditus, ex templo fundum penetrat eorum, quæ principes Catholici promitterent, adeo ut explicaret ſinceritatis inopiam in propoſitionibus illius tranſactionis. Volupe erat, errorem indicare, & ſpatio trium aut quatuor horarū, quas colloquio impendere placuerat, mentem adverſam docere, ex literis etiam interceptis.

Arguebat impoſturam, quâ circumvenire conarentur Regem Chriſtianiſſimum, præter injuriam, quam ſibi attraxiſſent per contumaciam abſurdam, & calamitates perpeſſas, cum diverſis vicibus eos benigne invitâſſet, ut hoſtes ſuos defererent, ut imperia ſua pacate gubernarent, collecta mediocri, quam petiiſſet, inſtitutâ. Producebat etiam, quid Liga conſtituiſſet in conventibus Landeſuti & Ingolſtadii, prorſus adverſus iſtas propoſitiones, & Bavari literas, qui per ferventiſſimas proteſtationes, de hoſtilitate ejerandâ, copias auxiſſet, munimenta inſtruxiſſet, dimiſſis hinc inde literis pecuniariis ad militem ſcribendum; adeo ut palam teſtetur, temporis ſibi quæri uſuram, donec opportunius agere liceret.

Reſpondet Breſeus, malum illud principum Catholicorum inſtitutum non poſſe excuſari, quantum attineret ad anteriora, de quibus literæ teſtarentur; ſperare tamen ſeſe, in poſterum alios futuros, ſecundum pacta ineunda; alieniſſimum eſſe regem ſuum ab illorum malo inſtituto comprobando; ſi autem æquitatem colerent, quod regia majeſtas ſperaret, & ipſi promitterent, rogare iterum, ut neutris eſſe liceret, armiſtitio quindecim dierum indulto, quo temporis ſpatio conveniri poſſit de capitibus pactorū ex æquo & bono.

Sue-

Digitized by Google

Suecus igitur fidem dat, de ſuſcipiendâ transactione in Galliæ gratiam, absque qua ille à ſeſe nunquam eſſet paſſus impetrari veniam Electori Bavariæ, & cæteris Catholicis Principibus, illatæ contumeliæ. Eo enim propendebat, ex irritata vindicta; cum nimis prudens intelligeret, per neutras partes hoſtem mire debilitari, & promulgatis pactis publice notum iri, quo animo ipſe eſſet erga ſacra, & Imperatorem ſic tepidiorem facilius confici.

Politica Reminiſcentia.

EA vero prudentia ornat principem, bello implicitum, ſi ſacra non impugnet, quæ propugnatoribus plurimum animi addunt; cum nihil glorioſius ducant, quam pro iis conſervandis ſanguinem & vitam profundere. Singulis enim momentis in oculos ingeruntur præmia æterna, quæ cælum ſervet. Quod ſi laurea, ludorum Olympicorum præmium, acutisſimos ſubdebat ſtimulos in arenam progresſis; dici nequibit, qua virtute inflammetur animus ad aſpectum opulentæ Coronæ, quam cælum oſtentat.

Inſtruuntur, mortem obventuram, eo nomine ſpoliandam, cum felix ſit tranſitus ex morte, quæ ſingulis diebus nos deducat ad ſepulcrum, in vitam immortalem; ex ærumnis per hæc inferiora inevitabilibus, ad bona infinita; ex lamentis ad gaudium incomprehenſibile; & ex conflictu ad victoriam & triumphum. Cum igitur inſitum ſit ingenio mortalium magnis præmiis vehementer moveri, non poterit dici, quantum hoc præmium augeat audaciam.

Timidisſimi animos ſumunt ad propugnanda ſacra, adeo ut prima Eccleſiæ ſecula dederint experimenta gravisſima, ubi ad tuendum illius ſplendorem infirmitas fæminarum & puerorum triumpharit altisſimam Imperatorum virtutem; ſic videas, eum arma corripere, ad opem Eccleſiæ ferendam, qui nunquam cogitarat domicilium deſtituere.

Tacitus memorat, Judæis pronum eſſe in bello oppetere, quod

quod aliam credant vitam. Et Cæſar annotat, Druydes Galliæ fuiſſe invictos in bello, quod ſtatuerent transmigrationem animæ, unde turpe foret, jacturam vitæ recuperandæ metuere. Verum enim vero quo tandem animo fuerint Catholici ex fide vitæ æternæ & præmiorum cœleſtium, quibus animantur? Neque enim fortitudo hominis in robore & lacertis conſiſtit, ſed in animæ ſacrario, & in audacia, quæ omnem metum ex corde eliminat, & calore generali illud inflammat, ut quasvis difficultates ſuperare queat.

Quis vero neſciat, fidei ſummum inter cætera hoc eſſe effectum, ut animas ſanctis ardoribus, quibus ſuccenditur, repleat, viresque addat, ad deſtruenda, quæcunque adverſus gloriam Dei inſurgunt. Nullum mortalibus deſiderium, quod tantum ardoris ſubjiciat mentibus, ac Zelus inde ortus. Is mortales privat ſenſu in quibusvis tormentis, plagas convertit in delitium, voluptatem invenit in gravisſimis laboribus, & quamvis infirmitatem reddit generoſam.

CAPUT XII.

Transactio principum Catholicorum per Germaniam, cum rege Succiæ.

POſtquam regi Succiæ viſum eſſet Principibus Ligæ Catholicæ neutras indulgere partes, interpoſito etiam quindecim dierum armiſtitio, donec media expedirentur, capita quantum fieri potuit æquisſima, ad votum ferè ipſorum transacta ſunt iſta.

I.

Liga ſepararetur à fœdere, commodo & colluſione cum imperatore.

II.

II.

Revocaret copias ſuas ex imperiali exercitu.

III.

Reſtitueretur Palatinatus.

IV.

Dux Bavariæ, & alij principes Catholici redderent Ordinibus Proteſtantibus & Evangelicis, quicquid uſurpâſſent ex illorum bonis ab anno milleſimo ſexcenteſimo decimo octavo.

V.

Non permitterent Imperatori, ullas copias ſcribere in ſuis provincijs.

VI.

Regi Sueciæ traderent loca quædam, veluti obſides, ad ſecuritatem pactorum ſervandorum.

VII.

Secundum has conditiones promittebat Rex Sueciæ, nullum facere actum hoſtilitatis adverſus ipſos, neque etiam ullas collectas exigere.

ÆQuiora ſane capita proponi non poterant, ad Principibus neutras partes indulgendum. Si enim Imperatori nulla auxilia præſtarent, nec Suecus ullum ab illis accipiebat emolumentum; quin etiam deſtituebat, quæ armis poſteà ſuperavit. Præter victorem, nemo jure queri po-

ripoterat. Honor tamen, quem regi habebat, ad ſignandum impulit. Eodem tempore Varennæus, qui circa Sarapontum verſabatur, pacta retulit, ut, quos attinerent, transmitterentur.

Rex, ubi pacta recipit, Charnaſſæum ad Ducem Bavariæ, Electores Colonienſem & Trevirenſem, principes Ligæ, qui ea perſuaderet, mittit. Eos in magna formidine armorum Suecicorum inveniebat, quæ ante veſtibulum ſtreperent, omni obluctandi ſpe abjecta: tanto nihil ominus ſtudio erga Auſtriacorum commoda fervebant, ut facilè agnoſceret, univerſas tranſactionis propoſitiones regi ab Epiſcopo Herbipolenſi factas, ad eum ſcopum tendere, ut impetus Sueci retunderetur, dum ipſi munitiores, opportunius agerent.

Politica reminiſcentia.

CUm harmonia conveniat omnibus rebus, maximè verò homini, ne duplicem animam gerat, aut cor à labiis diſcordet: Sunt qui ſinceritatem euſque colant, ut malint vitâ privari, quam mendaciolum dicere. Alii tamen partem veri occultant, aſperſo falſo: quæ omnia à patre mendacii oriuntur, qui primis authoribus generis humani mixturam veri falſique appoſuit, ut deciperet. Nequaquam moriemini, inquit: ubi hoc verum fuerit non continuò morituros, aut à Deo propitio per gratiam in æternum cælorum regnum transferendos.

Quo loco habenda ſint ſtrategemata, alias vidimus: laudantur apprimè, ob compendium ſumptuum & ſanguinis: juſſa etiam legas à Numine adverſus Cananæos interdicto ſubditos. Sed qui in rebus agendis impoſturas nexerit, ſanè hoc pallio nunquam texerit improbitatem, cùm hoſtilia profiteamur, hic autem ſinceritatem depromamus.

Longiſſimè differunt inimici facta & dicta, ab amici ſpecie; ſic conſtat ſocietas humana, adeo ut Solem è mundo tollere videantur, quicunque fidem ſuſtulerint Foro cedat opor-

Digitized by Google

oportet, qui auro præſente careret, aut, quod præ auro valet, fide: In pactis & tranſactionibus liberum eſt, re integrâ, hoc aut illud flagitare aut amittere: ſed ubi jam conventum eſt, periit libertas, adeo ut ſemper placere debeat, quod ſemel placuit.

CAPUT XIII.

Charnaſſæus non poteſt perſuadere Ligæ partes neutras.

DIſpoſitio illa animorum pactis contraria, Charnaſſæũ non admodum perculit, quod Cardinalis quem nihil fugit, dum eminentiſſimum genium uſque ut fundum negotiorum demittit, ante monuerat, nullam fortè opportunitatem tranſigendi oblatum iri. Studium tamen quod ſuggeſſerat ad Eccleſiæ commodum, adigebat ad omne genus ſuadelæ, ut media ad optatam tranſactionem amplexarentur neceſſaria, quæ eo majoris facerent, quod Liga, quâ unirentur, diceretur Catholica, cujus duo membra principaliora Eccleſiaſtico charactere fulgerent.

Verumenimvero primum pactorum caput offendiculo erat, cum abs ſeſe impetrare non poſſent, ut ab Auſtriacis diſcederent. Charnaſſæus non deſtitit Duci Bavariæ demonſtrare, Si Eccleſiæ commodum profiteretur, nihil ad eam conſervandam omitteret, & ſuis, & cæterorum principum Catholicorum provinciis. Cum igitur tantummodo agatur de ipſius conſervatione, ut adverſus Sueci arma aſſeratur, quod futurum eſſet, ſi ab Auſtriacis recederet, nullam difficultatem ſibi videri reliquam.

Nulla tamen diſpoſitio ad iſtas rationes occurrebat; adeo ut Dux apertè diceret, non poſſe ſeſe eouſque deſcendere, ob graviſſimam cauſam querulandi, quam ſic Imperatori eſſet præbiturus. Reſpondit tamen ille, non videri id metuendum, cum principis cujusq; commodum

proprium alieno compendio rectè præferatur: hinc Imperatorem nihil oblocuturum, ſi ipſus neutralitatem cum rege Sueciæ colat, ad evitandum patriæ exitium, quod alioqui appareret ineluctabile.

Hic tamen ſermo, licet æquè ſanæ rationi, ac pietati conveniret, nihl quicquam apud illius animum valuit. Eadem Electori Colonienſi ſuggerebat, quem ex regio juſſu inde adiit, ubi tantundem effecit, quod Auſtriacorum commoda ad Eccleſiæ emolumentum collata, tanti faceret, ut videretur æquius laturus ſacrarum ædium demolitionem, altarium profanationem, ſacrariorum expoliationem, & ſacerdotum ac monachorum graviſſimas ærumnas, quam ut ſuſtineret, Auſtriacos humiliari, & ad eam neceſſitatem deduci, quæ legitimis imperiis ambitionem includit: Hinc cauſam illorum nullus deſerere ſtatuit.

Politica reminiſcentia.

DE amicitiæ juribus multi multa dixêre. Videas amicos, quos vere dixeris menſales, qui menſas opiparas ſequuntur, quod canino generi eſt ſolitum. Alios nuncupes æſtivos, qui ad ridentem fortunam adſunt, ſed horridâ hyeme offenſi, diſcedunt. Ita videmus hirundines, & ciconias nobiſcum ſtabulari per æſtatem, frigus autem non ferre, & ſub autumnum repetere climata temperatiora.

Sed quid fiet de amicis feſtivis, qui hyeme æque ac æſtate perſtant, modo feſtive habeantur: canes utique venatici, ex captura ſibi partem, operæ pretium, tollentes. Theſei & Pirithoi amicitia celebratur ex Antiquitate, quod alter in alterius Crimen & carcerem tranſierit, nullo vitæ ſervandæ aut amittendæ, ſed ſummo fidei frangendæ & amicitiæ lædendæ penſo.

Dux autem amicitia coëat, vel ex connubio paret, ut nempe neceſſitas reciproce ſublevetur. Quod ſi nulla ingruat neceſſitas, neque experimentum fiet fidei. Itaque in rebus anguſtis probantur amici, adeo ut turpem ſubeant infa-

infamiam, quicunque deſerunt amicitiam infelicem, fortunæ ut pote, non amicorum ſocii & amici.

Eſt tamen ubi ab amicitiâ diſcedere jubeat ſalus populi, quæ ſemper ſuprema lex eſſe debet. Principes ſunt cuſtodes & paſtores popularium, quibus conſulere debent pro re nata, omnibus occaſionibus ad eum ſcopum converſis, per legem naturæ promptiſſimam, quæ ſui eſt conſervatrix. Imperat idem lex Salvatoris, quæ proximum vult diligi, ad modulum noſtrimet, non ſupra noſmet; Rectiſſime igitur pactis inſeretur, niſi tacite utrinque intelligatur, ſalus populi.

CAPUT XIV.

Breſæus fruſtra petit aliud armiſtitium.

OCcæcationem mentium mirandam notare licebat, quam cum ſtupore conſideres, ubi duo iſti Electores, ſi neutras ſubiiſſent partes, conſervare poterant & ſacra & profana, quæ alioqui exponebantur Suecorum violentiæ. Quis vero mirabitur, eos contempſiſſe illam tranſactionem, ex interceſſione Regis permiſſam, & poſtmodum audaciſſimè Regi imputaſſe calamitates Eccleſiæ per Germaniam illatas. Quaſi vero, qui media certiſſima ſalutis præſtabat, culpam everſionis ferre poſſet.

Si vero ipſi, repudiata tranſactione, patriam in id incendium præcipitavêre, quod poſtea vidimus coortum; cur conqueruntur minus de ſeipſis, cum media ad finem aliquem deducentia repudians, ſibi ipſi imputare debeat, quod votis excidit. Tandem inſtituunt prorogationem armiſtitij petere, poſtquam quindecim illi dies effluxiſſent, ut deſpicerent alias tranſactionis vias.

Ipſe Rex, ut graviorem haberet exprobrandi occaſionem, & ut nullum prætermitteret caſum ad Eccleſiæ commodum, per Marchionem Breſæum, qui iterum in Germaniam abibat, ob eum finem, vehementiſſime id petebat. Cum autem Rex Succiæ ipſi demonſtraſſet,

 nul-

nullam aliam leniorem ſupereſſe viam, præter neutralitatem, quam repudiarent, uti vidimus, ambages autem & dilationes hoſtibus ſuis conferre tempus, quo obfirmentur & muniantur, negabat id ſibi faciendum; adeo ut ipſorum pertinacia occaſionem dederit potioribus victoriis.

Politica reminiſcentia.

SUmmam imprudentiam parvi principes produnt, ubi victoribus, à quibus alioqui certiſſimam metuunt ruinam, nihil ſeſe accommodant. Nulla ipſis juſta excuſationis cauſa, cum neceſſitas legitima ſit actionum noſtrarum excuſatio, etiam Juſtitia obliget infirmiores, ad ſubeundas fortiores leges. Creſcit tamen illorum error, ubi ſine ullo proprii compendii damno, nullo niſi neutrarum partium vinculo, poſſunt pacem indipiſci.

Cæſar ducum priſcorum fortiſſimus, ſuadet tranſigendum eſſe quacunque conditione, quæ ſecura fuerit, potius quam in bellum obſtinari adverſus potentiorem. Ex duobus utique malis ſemper eſt eligendum minus; unde Nauclerus laudem meretur qui ad evitandum naufragium deſerit ſpem opulentiſſimam. Tanta eſt inter mortales fallacia deſideriorum, ut Sapiens moneat, cavendum enixè à malo potius, quam bonum incertum perſequare.

Evenit enim non rarò, hic qui ſortem meliorem expectat, commodum oblatum rejiciat, in facturam votorum, adeo ut doleat, ſecuritatem oblatam tranſiiſſe. Sic Tyrus pænituit, licet tardius, repudiatas, quas Alexander magnus offerebat conditiones, ne cogeretur longam inire obſidionem, cum ex illa pertinacia ædificia ſuperba everterentur, major pars incolarum interiret, & reliqui ſubirent captivitatem.

Sic dubitari nequit, principes Catholicos obligari ad tranſigendum cum victore, ſi ſacra paterentur detrimentum ex bello ulteriore: nec ullum fœdus extat, quod contrarium exigat, poſtquam ipſi pagani tantam ibi æquitatem animadverterint, ut prudentiſſimi illorum obniti nunquam

quam voluerint. Quæ verò væcordia, rempublicam cujuſcunque mortalis. prætuliſſe cauſæ divinæ? Quæ ratio feret, templa Deo univerſi conditori dedicata, profanari & everti, ut princeps aliquis terrenus majorem adipiſcatur gloriam.

Cum autem principes ſuſceperint ex manu Dei coronas, juſtisſimum fuerit, ut in ſignum gratitudinis religionem qua colitur præferant ambitioni fœderati principis. Quid ex contemptu tam prophano expectaverint, ſi abuti perrexerint, præterquam malum, quod Deus Salomoni minitatur, quod fœdus & mandata non ſervaſſet, ille, Coronam ipſius eſſet comminuiturus, quam famulo conſtituiſſet tradere?

CAPUT XV.

Rex Galliæ patrocinium ſuſcipit Archiepiſcopi Trevirenſis.

EOdem tempore commeabat Charnaſſæus frequentius ad Electorem Trevirenſem, ut demonſtraret eadem, quæ Ducem Bavariæ & Electorem Colonienſem monuiſſet; majori tamen cum ſucceſſu; quod occurreret ſævæ trepidationi. Sueci enim oſtium pulſabant, & Hiſpani Confluentias, oppidum inſigne occuparant, cum cæteris alicujus momenti locis, adeo ut parum præter Hermeſteynium ſupereſſet.

Miſerat Scotkium, cubicularium, ad regem Sueciæ, ut tempeſtatem graviſſimam averteret, qui peſſime exceptus, quod non tantum provinciam, Trevirenſis milite premeret, & grandem collectam Ligæ permitteret, ſed etiam nuperrime corripuiſſet Stolbergæ caſtellum trucidato Solmenſe, comite juvene, cum duobus familiaribus; etiam literæ tantillũ teſtarentur reverentiam: id demum reſponſi tulit, Diſpiceret Trevirenſis crumenam inflare, ad laute excipiendos hoſpites, quos in provinciam attraheret.

Non latere ipſum pacta cum Gallia inita, quib⁹ teneretur principes Catholicos in provinciis conſervare, modo neu-

tris ſtuderent partibus; id ſibi conſtitutum, quamprimum Elector ſatisfeciſſet officio, & legibus pactorum, quæ poſtulabant, ut ab imperatoris partibus diſcederet: quod ſi hæc minus placerent, ſatis ſeſe inventurum mediorum, quæ poſt ſocios eum redderent faciliorem.

Reſponſum hoc videbatur admodum ferox, licet æquiſſimum, cum promitteret neutras partes colenti, & pactorum leges ſervanti, benevolentiam. Nihil enim poterat amplius expectari à principe, per actus hoſtilitatis irritato. Elector verò, per naturam timidiuſculus, pavere, Suecos ſingulis momentis ad oſtium videre, calamitatem Herbipolenſis recordari, ſpolium reliquiarum metuere & hinc conſtituere, regi ſeſe dare protegendum, qui ipſi recepit pacem cum Sueco ſarciendam, & omne patrocinium, adverſus quamcunque violentiam ſuſcipiendum.

Non tamen dici poterat, ſtudium Auſtriacorum abjeciſſe, cum identidem compertum daret, quo tenerrimæ animi propenſiones vergerent, ſed ſciebat, per neceſſitatem urgentem nemini fas eſſe, cum proprio exitio aliis opitulari, maximè verò ubi naufragium totale imminet. Ex iſtis igitur rationibus Trevirenſis quæſivit refugium apud regem. Quamvis autem propenſio in Galliam non admodum integra eſſet, oblata tamen, nempe deditio aliquot munimentorum per limitem, collectio virium in metropolim, propriæ perſonæ ad majorem pactorum fidem exhibitio obtinuêre, ne repulſam ferret.

Erat autem perſona ejus gravior, quod per arbitrium regis, & Electorum Saxonis ac Brandeburgici diſpoſitionem erga regem Imperatori omnis facultas præcideretur, regem Hungariæ filium, in regem Romanorum promovendi, quod quærebatur: adeo ut rex patrocinium illius lubentiſſimo ſuſceperit animo, neutrarum partium indulgentiâ apud Suecum impetratâ,

Politica Reminiſcentia.

QUamvis Neutralitas ſponte parũ ſecuritatis conferat, cum plerumq; medii provinciam doleant victori parere; diverſa tamen ejus ratio fuerit, ubi patrocinio nititur poten-

potentisſimi alicujus Monarchæ, qui ex vicinia omnē præſtat tutelam. Vix conſuluerim principi minori, ut ſeſe patrocinio alicujus Regis ſubdat, niſi vicinioris, ne per invaſionem ſuppetiæ differantur, & poſt neceſſitatem, adeoque nimis tarde adducantur, ad defenſionem.

Notum eſt, exercitum ex diuturnis itineribus minui, milite à ſignis dilabente; & copias perductas magis egere quiete, quam conflictu, unde clientelæ, quas reges noſtrates per Italiam inſtituêre, non admodum læto ſucceſſu gaudere potuerunt. Sic Ludovicus XII. patrocinium ſuſcepit Johannis & Hannibalis Bentivoliorum; qui juſſi ſunt Bononiâ exire, cum id minus metuerent, nullo regis auxilio eos tutante. Octavianus Fregoſus idem patrocinium optavit, nec tamen Ducatum Genuenſem ſervare potuit. Piſa etiam manus tendebat Gallis, deſerta tamen, cum copiæ non ſatis tempeſtive poſſent ſubmitti, ad illius tuitionem.

Diverſa vero ratio complectitur principem, ad veſtibulum regis potentisſimi, ubi nihil facilius eſt auxiliis ſubmittendis. Rex per honorem debet illius provinciam adverſus quosvis aſſerere, adeo ut nullum inde conſurgat improperium. Lex enim protectionis obligat clientem, ad quamvis reverentiam & honorem patrono exhibendum, cum ea ſubmisſione, ut officii immemor, patrono jus præbeat provinciæ corripiendæ.

Patronus vicisſim debet patrocinium adverſus quosvis, ut eum ab omni oppresſione aſſerat liberum. Hinc patrocinium, quod Rex potens & vicinus ſuſcipit, evadit ſecurum, inprimis ubi princeps cliens ſatis habet prudentiæ, ad obſervandas Neutralitatis leges, quę hoc ſaltem poſtulant, ut neutræ partes foveantur aut lædantur.

Cum enim ita agat, nullum omnino præbuerit anſam invaſionis, adeo ut victor, contumeliam illaturus, culpam injuſtitiæ inſignioris ſuſcipiat, quam ut Princeps minor unquam teneatur ſeſe aperire, ubi periculum evidens exitii apparet. Fateor, inſtitutum illius neutri placere, attamen neutrum offendit: quo caſu neuter juſtam habuerit cauſam ad provinciam corripiendam: ſed ſi ſeſe aperiat adverſus magnum aliquem principem, patriæ imminentem, exitium vix vitabit.

CAPUT XVI.

Rex Mareſchalcos Forcæum & Effiatum mittit in Germaniam.

QUam primum principes Catholici per Germaniam propoſuiſſent neutras partes cum rege Sueciæ inire, Cardinalis, cui oculus ſemper pervigil ad utilitatem & decus gloriæ regiæ augendum, cenſuit exercitum ſatis validum eſſe ſubmittendum, ut rex teſtaretur, ſecuritatem expromtam, ſi eam quærerent; poſtquam copias validas veſtibulo ipſorum admoviſſet, ad opem neceſſariam ferendã, & avertendam violentiam, quam ex revolutione rerum ab Imperatore metuere poterant.

Conſtabat ille exercitus viginti quatuor millibus pugnatorum, ſub Imperio Forcæi & Effiati conjuncto. Cum igitur Elector Trevirenſis iniviſſet neutralitatem ſub patrocinio regis, neceſſarium viſum; vel ipſius aſſerendi gratiâ, munimenta tradi; quod Imperiales, qui hoſtium numero habent quoscunq; ambitioni ſuæ minus foventes, ea eſſent correpturi, uti inceperant, quo eventu Trevirenſis uno vitato ſcopulo, in alterum collideretur.

Facilè iſtanc intelligebat neceſſitatem, quæ etiam promiſſum de ſuſcipiendo præſidio Gallicano extorſit. Hinc ſummi duces eum poſt pacta firmata, ad exolvendã promiſſorum fidem perurgebant, cum aliquid tergiverſationis videretur addere executioni, poſt ſecuritatem à Sueco impetratam, ne quid ſiniſtri metueret, ex regis gratiâ, cujus patrocinium ſubiviſſet. Inſtabant, ut effectum promiſſorum præſtaret, cum iniquum eſſet, ipſum patrocinio Regis gaudere, & munimenta aliis permittere.

Caſtellum igitur Hermeſteynium, ad rationem depoſiti tradit, quod munimentum eſt magni momenti, tum propter ſtructuram, tum propter ſitum naturæ, adeo ut poſſit Rheni tranſitum occludere, quo alluitur. Duodecim cohortes Gallicanæ, duce Saludiano, qui diutisſimè cum

Electo-

Electore erat negotiatus, præter Charnaſſæum, imponuntur. Eodem modo metropolin ſtatuerat occupare, ſi authoritate valuiſſet: Capitulum enim, ab imperialibus ſeductum, eum per vim ejecerat, ut locum cederet Comiti Iſemburgico, qui præſidium Hiſpanorum ſatis validum introduxerat.

Philippiburgum itidem tradere ſatagebat, niſi cuſtos mandato de Gallis recipiendis ſpreto, jugum obedientiæ excuſſiſſet, proteſtatus, nemini ſeſe loci copiam facturum, niſi quem Imperator diceret. Hinc Hiſpani arbitrati ſunt, Electorem ad eam diſpoſitionem delapſum, forte & Confluentias traditurum Regi: unde præveniendum rati, præſidium injecerunt ſatis validum ad defenſionem.

Quemadmodum vero locus ille majoris commoditatis, quam roboris, ſitus eſt in angulo, quem Moſellæ caſus cum Rheno efficit, jam ſolus Rhenus dirimebat Gallos ab Hiſpanis; quod ſepimentum poterat ſufficere ad pacem colendam, niſi Electoris Trevirenſis commoda aliquando dimicandi obtuliſſent occaſionem.

Cum enim Rex teneretur ipſum protegere, nec aquæ tanti fluvii potuêre extinguere fervorem ad quotidianos ferè conflictus, ex quavis occaſione ortos. Sic non diu quietam habuêre viciniam, quin concertationes leviculæ inter utrumque exercitum naſcerentur, adeo ut rancorem traxiſſent, per diuturniorem viciniam.

Politica reminiſcentia.

Quicunque medium ſeſe videt inter Monarchas diffidentes, vix unquam rectiſſimè conſulet rebus ſuis, cum fortuna paſſibus erret volubilis ambiguis, & in nullo loco tenax ac certa permaneat. Sed quid agas, ubi graviſſima imminet tempeſtas, quâ fuerit pereundum, niſi ut alicubi refugium quæras, & ſalutem. Parata invenies apud alterutrum auxilia & patrocinium, ſed aliquando tanto pretio emendum, ut ſors periclitetur.

Solent

Digitized by Google

Solent enim homines ex alienis diſpendiis ſua facere compendia, adeo ut longe veriſsimum ſit illud vulgatum, Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt. Præſtat tamen jacturam facere, quam cum mercibus naufragio interire. Verum enim vero, absque ullo metu viveret cliens, ſi patroni mentem noſſet, cui diffidere cogitur, ob tantos in animis mortalium receſſus, adeo ut fratrum gratia quoque ſit rara, & Mediolanenſis docuerit Ducatus, nec ſanguinis neceſsitudinem, nec tutoris ſacratiſsimum nomen apud pleroſque valere, ab ambitione penitiſsime abreptos.

Ubi vero Juſtitia ſignat frontem, & cordis teſtatur motum, tanquam Numini credendum eſt: id quod trepidantes vix concipere queunt, cum ad quodvis folium ſtrepens concutiantur, & omnia habeant ſuſpecta, imbecillitatis propriæ conſcii, & à faſtigio authoritatis delapſi. Hinc promptiſsimè promittunt, in periculis; ſed iisdem liberati, temeritatem damnant, ex conſideratione grandioris damni.

Quæ perverſa ratio mortalium etiam cælos pertingit, quos votis onerari ſolemus, ubi naufragium inſtat, etiam facultatibus ſuperiora promittentes, cum nemo facile præſtet minima, adeo ut pretium periiſſe videatur, quod tabulis ſalutaribus impenditur. Sic evaneſcit memoria pontis, qui tranſitum præbuit, & oblivioni traditur tutelaris, poſt ſuperata præcipitia.

CA-

CAPUT XVII.

Treveris obſidetur, & reſtituitur Archiepiſcopus per exercitum regis.

VErum enim vero Cardinalis, cujus conſilia ſemper conſervandam cenſebant pacem inter duas Coronas, expeditum habebat remedium in armis Sueci, ut Hiſpanos hinc inde ejiceret. Ubi convenerat, Moguntiâ exit Mareſcalcus Horn, octo millia equitum, & viginti ſex cohortes peditum, optime inſtructas trahens. Rhingravio demandatæ erant partes Confluentiarum ſubigendarum, quam medio Junio aggreditur tam fortiter, ut Hiſpani poſt paucolos dies certis legibus diſcederent: ſic locus traditur Gallis, poſtquam incolæ ſumtus obſidionis & itineris rependiſſent.

Hinc Hiſpanis ſubiit pavor, ut alia quædam loca ſponte dëſererent, vel ſaltem nihil repugnarent aut armis aut precibus: ſolam Treverim ægerrimè faciebant miſſam, quod multum fiduciæ collocarent in novis munimentis & præſidio ſatis valido, ut locum aſſererent. Effiatus à rege jubetur obſidionem ſumere; quo cum contenderet cum exercitu, mors, nec Alexandris, nec Cæſaribus parcens, ipſi lucis hujus uſuram ademit Luſſelſteynii, gloriam optime præſtiti officii per prudentiam eximiam, in conſiliis & legationibus; per fidelitatem ſummam in adminiſtratione fiſci, & per virtutem inſignem in imperio ad exercitum, non abſtulit.

Nuntium hoc Regem dolore affecit; cumque nullum temporis momentum eſſet perdendum, ne Hiſpani in metropoli firmius munirentur, miſit Rex Eſtræum cum ſummo Imperio, cujus prudentia & virtus per plurimas occaſiones eluxerant, adeo ut ab anno milleſimo ſexcenteſio viceſimo quarto titulum Mareſchalci merito ferret. Celeribus Pariſios linquit, ut maturius ad exercitum perveniret, ubi inveniebat Comitem Arpajovium,

&

& Comitem Suſæ Campiductores, ſuſceptâ cura exercitus à morte Effiati. Progreſſos verſus Treverim, expectitâ ſententia cujus partes ſequerentur: cum autem mallent illi obſidionem ſuſtinere & vim vi repellere, cogebatur Arpajovius exercitum producere, juſsis eodem tempore copiis vim expedire: id quod adeo promtè factum, ut incolæ ſeſe viderent obſeſſos poſtridie, præter omnem opinionem.

Comes Iſemburgicus, cui locus non videbatur ſatis validus, ut illuc includi ſeſe pateretur, abierat Gravemakeram, octingentis primo militibus ſubmisſis; cum autem vires exercitus Gallicani perpenderet, neceſſarium duxit, præſidium augere adeo ut trecentos equites, & ducentos pedites adderet, qui magnum apparatum rerum neceſſariarum trahebant. Cum in eum finem illos produceret, Eſtræus, id temporis adventans, ea objecit obſtacula, ut pervenire non poſſent.

Ad anhelum nuntium mandat Comiti Suſæ, & Vicecomiti Arpajovio, ut loco convenienti trajicerent: qui eluctati, hoſtem è longinquo conſpicantur: projiciuntur viginti velites, Duce Alexi legato, qui omnia rectius ſpecularentur, ſed illi longius progreſſi, quam par erat, conflictu ſeſe diſtineri vident, à quinque turmis equitum, adeo ut pedem neceſſario retraherent.

Opem tamen tulit in tempore Mulinetus cum viginti-quinque nobilibus, quos ſequebantur Cohortes Luſernæ, & Rupe Baritauti, tandemque Cardinalis, quæ ſuper veniebant, ducibus Marchione Monii & Coeslini. Ibi vero dimicatum fervidè, tanto niſu virium, ut utrinque ſæpius iteraretur pugna, expeditis gladiis: donec equites Comitis Iſemburgici, poſt diutinam obſtinationem, cogerentur recedere, unde peditum ordines turbati, & omnes confuſi in fugam verſi, quos Galli perſequebantur, tergo hærentes, donec nox terminaret ardorem victoriæ, & recedentium conſuleret ſaluti.

Imperialium cecidêre octuaginta nobiles, quadraginta dedêre manus, curri cum apparatu exhilararunt victores, duo vexilla ad regem Cheſelleſius Bautruvius detulit. Au-

xiliis

Digitized by Google

xiliis iſtis fuſis, Eſtræus cui obſidionis ratio nō per omnia placebat, eam inſtituit diſpoſitionem, ut præſidiarii non longe poſt cogerentur facere deditionem. Capitulum ætebatur immanitatem, recepto principe legitimo: capitur urbs ad certas leges, & Equitem Seneterranum accipit gubernatorem.

Secundum felicem iſtum ſucceſſum non deſiit reliqua loca ſubjicere, ubicunque Hiſpani eſſent nidulati: Sic tandem Archiepiſcopum in poſſesſionem provinciæ & redditυum reſtituit, ut frueretur bono, ex patrocinio Galliæ orto, cæterorumque calamitates ex loco ſecuro ſpectaret.

Politica Reminiſcentia.

INter regum actiones illuſtriores, quibus annumeratur tuitio clientum ſpontaneorum, potisſimam contulerit gloriam, potentiâ ſic in ſummum gradum promotâ. Nihil eos divinitati facit ſimiliores, quam ubi ſuas vires infirmioribus mutuant. Quod ſi ſignum debilitatis prodant principes minores, fortunam ſecuti victricem, notam feret certisſimam ſummæ potentiæ apud Reges, non proſtituiſſe opem implorantes.

Protegere oppreſſos, maxime convenit majeſtati, quæ nunquam feret rivalem coronæ poſſeſſæ, & inde arma expedit communia omnibus cæteris principibus, qui hinc opem quærunt. Sic etiam evadunt arbitri omnium vicinorum, quibus volupe eſt, litem magno monarchæ permittere, cujus arma juſtitiæ duntaxat mancipari ſciunt. Hinc etiam invicti fuerint, cum certum ſit, eum, qui benignam manum tendit amicis, ut à periculo præſenti conſervet innoxios, totidem conciliare ſibi defenſores ad quamvis neceſſitatem; adeo ut ad quodvis inſtitutum arma illorum habeat expedita ſuis uſibus.

Summo honori ducitur Principi, ſi ſolus ſibi ſufficiat, ſine aliorum patrocinio, per abundantiam & pecuniarum, & militum: Defuerit tamen aliquid ad illius gloriam, ſi arma minus expediat in auxilia vicinorum oppreſſorum. Tyrannis altum ſapit & audet, per uſurpationem alieni,

juſti-

juſtitia vero viceverſa gloriam conſtituit p[illegible] [illegible]preſſionem violentiæ illatæ. Quod ſi aliquando Prin[illegible] [illegible]m inducat, út arma extra provinciam differat, fæderat[illegible] ſolummodo ſuſtinebit, fidei ſuæ commiſſos, aut injuria[illegible] [illegible]llarum vindicabit.

CAPUT XVII.

Imperator recurrit Romam, ut fædus G[illegible]lliacum Suecia ſolvat.

PActa Galliæ cum Sueciâ, & diſpoſitio pra ſens Electoris Trevirenſis, tantam trepidationem Au[illegible]triacis incutiebant, ut nimis debiles ſibi viderentur, ad tempeſtatem conjurandam, quæ imminebat graviſſima, unde Romam confugiunt, ut Eccleſiæ Germanicæ calamitates exaggerarent in idem emolumentum, quod Hiſpanus aliquando illic inveniſſet. In eum finem mittitur Cardinalis Paſmanus, qui ſane cauſæ nullus defuit, ut Pontificem maximum his negotiis intricaret.

Urgebatur Cruciata, quam Pontifex denuntiaret, ad conſervationem Catholicorum per Germaniam, ad ſiſtendos hæreſios progreſſus, & ad Eccleſiam in priſtinum ſplendorem reſtituendam. Ille palam & ubique mille calumnias adverſus Suecos evomebat, ærumnas Eccleſiæ, & principum Catholicorum miſerias crepabat; ſed cautus reticebat, ea omnia inferri, non ob aſſerta, Eccleſiæ jura, ſed ob comprobatas Auſtriacorum injuſtas uſurpationes.

Manibus pedibusque obnixe operam dabat, ut Pontifici perſuaderet, Regem Sueciæ, alterum utique Attilam, conſtituiſſe Romam obſidere, & Pontificem inde ejicere: habebat etiam in mandatis ſingularibus, ut depingeret fædus Galliæ cum Sueciâ inſtaretque apud Pontificem, ut miſſo Nuntio vel Legato extra ordinem, nodum illum ſcinderet, Eccleſiæ Catholicæ pernicioſiſſimum.

Savel-

Digitized by Google

Sauellii dux, Imperatoris legatus, & alter Hiſpaniæ juſſi erant ſuccenturiari. Cardinalis Borgias, nuper Hiſpaniæ clientibus inſertus, propter Archiepiſcopatum Hiſpalis, quem rex Catholicus ipſi contulerat gratuito, Cardinalium ſuffragia non tantum in particulari ambibat, ſed etiam in Conſiſtorio perorabat cum fervore eximio, ſatis apertè ſuggillato Pontifice, qui Auſtriacos, imo ipſam Eccleſiam deſtitueret in occaſione graviſſimâ; nihil oblitus verba aculeata, etiam proteſtatus ampliſſimè, de officio regis Hiſpanici, Eccleſiæ præſtito, & de tempore in ejus optimis inſtitutis promovendis.

Quemadmodum verò plurimi Conſiſtoriales ignorabant ſummam rerum Germanicarum, quomodo ærumnæ aliquorum principum Catholicorum ex propriâ culpa eveniſſent, ita primo in partes aliquantulũ diſcedebant, ubi Hiſpaniæ clientes tantum fervorem prodidere, ut Pontifex jure de illorum inſtituto quereretur. Poſtquam autem Põtifex Conſiſtorium de veritate rei edocuiſſet, quæ agerentur, expoſuiſſet, & Cardinalibus clarè demonſtraſſet, bellum Germanicum non eſſe bellum ſacrum, ſed profanum, ita cauſam decidêre, ut Auſtriaci non multum inde retulerint ſatisfactionis.

Illorum clientes à Pontifice hoc tulêre reſponſum, Imperatorem ſibi attraxiſſe malum præſens; pecunias & exercitus, quos ad inundandam Italiam, ad expoliendam Mantuam, & ad territandam Sedem Apoſtolicam adhibuiſſet, ſatis fuiſſe progreſſus Sueci cohibituros repagulis fortiſſimis objectis. Sed & legatorum admonitiones, & Nuntiorum adjurationes fuiſſe illuſas, Germaniam neglectam, Suecos contemptos, Italiam invaſam & ſedem Apoſtolicam coactam ſecuritatis ergò, & ut patrimonium Sancti Petri conſervaret, theſauros expromere.

Cæterum poſſe ſuam adminiſtrationem potius aliquid calumniæ, quam vituperii ferre; officia, quæ reddidiſſet, & porrò reddere conſtituiſſet, ſatis arcere vituperiũ, & comprobare ſollicitudines. Quæ Eccleſiæ ſpectarent emolumenta, ad ea ſeſe lubentiſſime collaturum pro virili, quod tamen parum videretur, poſtquam Eccleſiæ theſauros exantlaſſet per Italiæ bellum; adhibiturum utique quæcun-

que remedia, ad extirpationem hæreſios, & Catholicorum defenſionem convenientia.

Sic ſanè Pontifex centies mille ſcutatos Imperatori erogat, ad ſumptus belli; & ut ad hanc opem temporalem jungeret remedium ſpirituale, Jubilæum univerſale promulgat, omnes omninò populos exhortatus, ut precibus ſuis opitularentur Eccleſiæ Germanicæ. Id quod imperialium actorum deſideria non explebat, adeo ut Roma diſcederent, non admodum læti.

Potuiſſent facillimè obtinere, uti aliàs, fulmina & excommunicationes adverſus Galliam, vel etiam regnum exponere prædæ, ſi Gregorio XIV. vita ſuperfuiſſet: verumenimverò nunc alio in ſæculo vivitur Detracta eſt ſpecies ſacrorum Auſtriacis, quâ ambitioſa contegebant inſtituta; & Cardinalis, cui notum quantum interſit rerum publicarum, Romam habere propitiam, non neglexerat, in bonum Eccleſiæ & regni, annotare, & per occaſiones obſervare Auſtriacorum inſtitutum firmiſſimum, de Italiâ occupandâ, & de ſede Apoſtolica ad incitas redigenda, ut de illius Decretis, cenſuris & fulminibus pro lubitu poſſet diſponere.

Hinc igitur Pontifex qui animum gerebat iſta conſtantiſſima veritate munitum, & obvallatum, non potuit circumveniri, adeò ut principes Catholicos Germaniæ reprehenderet, quod Eccleſiam præſentibus expoſuiſſent calamitatibus, in gratiam illius familiæ neglecta regis gratiâ, qui protecturus veniebat Eccleſiam, & principes querulos, modò conſtituiſſent à peſſimo inſtituto recedere.

Politica Reminiſcentia.

ANtonius Perezius optimè dicebat Henrico Magno, Gallos quidem neminem invenire virtute parem, quos univerſo terrarũ orbe conquærendo ſufficere crederet, ſi ad fortitudinem congenitam accederet favor urbis, potentia maritima, & conſilium ſtabile, ex viris illuſtribus compoſitum. Hæc enim tria principem reddunt mirè potentem.

Hoc igitur curriculo rerum videor de concordia erga

ſedem

Digitized by Google

ſedem Apoſtolicam colenda ex officio dicere, quam ſanè apprimè neceſſariam duco, ſive calamitatum ſummam avertendam ſpectem, quæ ex diſſidio plerunque oritur, ſive expendam populorum aſſenſum in quovis reipublicæ inſtituto. Imperium in animas eſt mirè potens ac ſcrupuloſum, vel metu fulminum & anathematum, quo principes coercentur.

Sidus illud lucidiſſimum Eccleſiæ dicebat cum ſummo judicio, fulmina ea, licet injuſtiſſima, eſſe metuenda; tum propter executiones à Vicario Salvatoris pronunciatas, quæ coram Deo admirandæ ſunt conditionis, in convertendis regnorum clavis tum propter trepidationem in animos popularium ſparſam, qui ex templo credunt, principem à Deo reprobari, quemadmodum à ſanctâ ſede rejicitur, unde non tantum reverentiam ipſi debitam perdunt, ſed etiam plerumque tranſeunt ad inobedientiam & ſeditionem.

Iſta ſanè fulmina ſuſcitarunt incendium tempore ultimæ Ligæ, cujus flammæ Galliam undiquaque corripuerant. Hac ratione Navarra conceſſit in poteſtatem Hiſpanorum, dum Ludovicus XII. concertaret cum Julio II. Quod ſi concordia cum ſede Apoſtolica ab iſtis ærumnis tutatur non exiguum perinde emolumentum conferet reipublicæ, per comprobationem ſupremæ authoritatis.

Hoc freno populares continentur in tranquillitate, ut jugum obedientiæ videatur leve: hinc amor erga principem ſuſtentatur in mentibus, ut tolerabiliora fiant tributa ad alendos exercitus indicta, adeo ut ſummatim liceat dicere, nihil occurrere adverſi, quod ſedes Apoſtolica comprobet; ut vel hinc queas perpendere, quantum reverentia ſacrorum valeat.

Regi Numæ nulla potior induſtria, ut actiones ſuas populo Romano comprobaret, quam ut referret, ſeſe omnia ex conſilio Nymphæ Egeriæ inſtituere, quam Deorum internuntiam ſcirent. Immanis profectò erat Augurum potentia, quos interpretes rerum divinarum & humanarum credebant, ut inſtituta & Conſulum & Imperatorum vel tollerent, vel firmarent. Sic nulla potior extabat ratio, ad inſtitutum quodvis collaudandum, etiam

militum animos inflammandos, qui executioni legebantur quam perſuaderent, grata habere ea Deos.

Eodem modo nemo ambiget, Pontificum maximorum ſuffragium eſſe medium efficaciſſimum, quo popularibus perſuadeantur inſtituta principum, ut vel inde quietius degant, nullo adminiſtrationis faſtidio. Verũ enim vero & Pontifices exiſtimaverim plurimum debere Galliæ, quam nullo non tempore habuere refugium, aſylum, fulcrum & patrocinium: cum & illorum commoda noſtris comprehendantur.

Galli enim non intelligunt quasvis Hiſpanorum ſubtilitates, alieniſſimi ab ambitioſis conſiliis, quæ apud Auſtriacos pateſcebant, in oppreſſionem libertatis Eccleſiaſticæ: ne dum ut ſedem Apoſtolicam ſibi ſubjiciant, Decretorum domini, ſed ut Eccleſiaſticos æquè ac Pontificem ſummum integros præſtent & conſervent: cum ſatis habeant, Pontificem ſemper eſſe benignum, probum & prudentem, qui inimicorum artibus non pateat, pater communis audiat, & nemini ex ſuggeſtionibus malevolorum procuret malum.

CAPUT XIX.

Cardinalis terminat diſſidium inter Epiſcopos & Monachos:

POſtquam rex rediiſſet ex Lotharingiâ, Cardinalis, quem nihil in tranſigendo effugit, cùm genio polleat, ad ſummum imperium nato, ſuſcepit diſſidium inter Epiſcopos & Monachos componendum, qui ab aliquot ſeculis tumultuabantur. Monachi privilegiis innixi, quæ à ſede Apoſtolica obtinuerant, præſumebant agere cum populo docendo & abſolvendo præter Epiſcoporum permiſſionem: Epiſcopi verò, quibus omnes omninò populares diœceſium ſubmittuntur ex jure communi, impugnabant iſtam præſumptionem identidem. Privilegia illa monachorum ferebant ægerrimè, adeo ut poſtularent eorum invaliditatem

Digitized by Google

tem ſolennem, quod ultima Eccleſiæ ſecula contrarium uſum perhiberent. ex quo, uti videbatur, ejus in ſplendore ſervandæ eſſet petenda amuſſis.

Diſſidium hoc admodum fervebat ab anno maximè proximo, qui publico dederat libellos aliquos, à monachis Angliæ propalatos, & videbantur Monaſticam præferre reliquis Eccleſiæ ſummis muniis, adeo ut perſuadere conarentur aliquatenus, Monachos magis eſſe neceſſarios, aut ſaltem utiliores Eccleſiæ, quam paſtores ordinarios. Et ut verum fateamur, audaculæ erant iſtæ propoſitiones, quas præter ullius offenſionem liceat dicere temerarias.

Quid verò de compoſitione iſtius diſſidij ſperes? Finges ne, univerſam ſocietatem monachorum, ſummè vaſtam & potentem, privilegia à ſede Apoſtolicâ collata projecturam? Quid denique à Prælatis impetrandum fuerit, ſi authoritas illorum adeo atteratur in adminiſtratione Sacramentorum, & verbo promulgando, cum per tempeſtatem Eccleſiæ naſcentis monachi ſimpliciter eſſent in cenſu Laicorum, adeo ut in Eccleſiis Epiſcopalibus ſuſciperent Sacramenta ex manu Epiſcoporum, aut fiduciariorum.

Quemadmodum verò præter Cardinalem nemo inveniebatur capax conjurandæ tempeſtatis, cæteris ne mutire quidem audentibus, ad propoſitiones, quibus utique acquieſcerent; hanc provinciam haud gravatè ſubivit, tametſi perpetuis occupationibus, quæ ſummam Chriſtiani orbis, complectuntur, ſine ullo interſtitio diſtrahatur: Zelus utique erga gloriam Dei, & Eccleſiæ emolumentum, otium ſuſcipiendi negotij imperavit.

Accerſit igitur omnium familiarum Monaſticarum duces ſingulatim, quod ſciret, rem in conventu publico, cui omnes intereſſe auerent, diſceptatam minori ſucceſſu proceſſuram, quam ſi rudentem uno niſu diſrumpere ſatageret, cujus tamen fila ſingula nullo negotio confringuntur.

Quemadmodum autem univerſæ antiquitatis momenta in numerato habebat, exponebat inſtitutionem primorum monachorum, qui univerſi per interceſſionem Epiſcopi fuerint Deo conſecrati; adeo ut Epiſcopi reciperent vota illorum, & perinde eos inſtruerent, directores utique conſcientiarum. Addebat, ſi prima ab origine rerum negotium

gotium repetatur, Apoſtolorum adminiſtrationi, quibus ſucceſſiſſent Epiſcopi, fuiſſe ſubmiſſos à filio Dei, quicunque facultates divenderēt, & expeditius conſequi poſſent: cumque profeſſionem vitæ Evangelicæ particularem ſuſcipiant, præ cæteris mortalibus eis convenire ordinem in Evangelio inſtitutum.

Seſe validitatem immunitatum neutiquam vocare in dubium, poſtquam à Sede Apoſtolica eas impetrare licuerit, cui ipſus nimium obſequium aut reverentiam voviſſet ut minimè examen ſanctionum inire ſuſtineret: poſſe nihilominus hoc referri, ad ordinem à Chriſto & Apoſtolis inſtitutum, quantum adminiſtrationem Sacramentorum & promulgationem verbi divini ſpectet, errari non potuiſſe. Neque ſemper expedire latiſſimum poteſtatis collatæ uſum, cum ſapientiſſimi quiq; cum ſumma modeſtia eam geſſerint.

Nec verò ipſos negaturos, quin obligentur aliquid remittere ex prætenſionibus, ad ſedandum tumultum, quem Eccleſia ſuſtineat cum ſcandalo, & doleat hæreticis libertatis traducendæ occaſionem præberi: pacem iſtam longè commodiorem fore ad gloriam Dei, quam quæ illi procurare poſſent particularibus emolumenta; honorem ipſis conciliaturam, ſi ſic omnibus omninò populis planum faciant, moderatos animos, & humilitatem, monachorum eſſe præclariſſima ornamenta. Univerſum perinde mundum eos impenſius culturum ad majorum familiarum Monaſticarum ſplendorem, & potiorem popularium ædificationem.

Sperare etiam, hoc inſtitutum magnæ utilitatis futurum coram Deo, ſi meritum obedientiæ & ſubmiſſionis, erga Prælatos ordinarios adderent, quibus Deus utique ex proprio ore directionem populorum injunxerit, ad opera charitatis, quæ deſiderarent exercere, ſuſcipienda. Invitiſſimum ſeſe eo inducendum, ut proponat Epiſcopis eſſe juriſdictionem ordinariam in ipſorum perſonas, & jus viſitandi Monaſteria; ſed ut relinquantur in libertate integra, ad functiones Monaſticas obeundas, videri ſibi, non recuſandam dependentiam, quæ promulgationem verbi divini, & adminiſtrationem Sacramentorum, maximè Euchariſtiæ & Pænitentiæ ſpectent; imò aſſentiendum ad illam facultatem revo-

Digitized by Google

revocandæ poteſtatis, quam ab illis ex præſcripto Concilii Tridentini ſuſcepiſſent, cujus cogitata omnia fuerint vera.

Rationes iſtæ tantâ æquitate pollebant, ſed majus acquirebant pondus ex ſermonis gratia, ut potentia ejus ab omnibus familiaribus, adeoq; quovis appropinquante, ut qui omnia ſubigat, nullum obſtaculum agnoſcat, intelligeretur. Sic tandem ſinguli acquievere in ordine præſcripto. Erant quidem rationis minus capaces, qui à principio ex minutulis difficultatibus renitebantur, ſed prudentia illius ſumma eos deducebat ad ſcopum deſideratum: adeo ut diceres, jam non eſſe eosdem, qui ante propugnaverant tanto conatu indepedentiam, ſive immunitatem abſolutam, quæ nullum Ordinarium agnoſceret.

Conſcribitur Declaratio, in qua fatentur, non poſſe ſeſe agere cum populo abſque impetrata licentia & approbatione Epiſcoporum, & abſque examine peracto; quibus integrum eſſet, eam licentiam revocare. Sic etiam nec poſſent, nec deberent confeſſiones ſecularium ſuſcipere, niſi prius eſſent comprobati, cum eadem dependentia, qua Epiſcopi poſſent etiam revocare eandem licentiam, ex ineptitudine notoria, & ſcandalo publico.

Sic ſinguli ſua appoſuere ſigna & Epiſcopi exemplaria declarationis divulgabant. Sic eminentiſſimus Cardinalis diſſidium iſtud terminavit, quod tanto cum tumultu ab aliquot ſeculis conſtrepuerat, ut de tranſactione ſpes omnis videretur periiſſe.

Politica reminiſcentia.

ÆStimium & authoritas ampliſſimi alicujus viri per rempublicam celebris, ab omni ætate comperta ſunt media aptisſima quibuscunque turbis componendis, cujuscunque demum illæ fuerint generis. Judicia ejus characterem pene quemvis imprimunt animis, cumq; univerſi eum contemplentur, uti genium excellentisſimum, cui Cælum indulſerit lumen & ſapientiam exortem, nefas ferè creditur quicquam obloqui.

Hic tantum ipſi involuntates mortalium confertur imperium ut à ſententia nemo diſcedat: hinc poteſtatem ſuſcipit imperii abſoluti, adminiſtrationis inconcuſſæ, & judicii univerſalis, cui nemo ſeſe opponat. Fama de

Digitized by Google

Medici ſcientiâ proſperrimâ plures ægrotos juvat, quam ipſa remedia, adeo ut iſta opinio ex ſolo aſpectu reſtaurationem valetudinis potuerit perficere.

Sic certiſſimum eſt, fiduciam apud animos popularium acquiſitam, plus poteſtatis ferre ad perſuadendum, quam ulla alia ſuadelæ adminicula, undecunque demum conquirantur, adeò ut ſola præſentia magnam aliquando ſeditionem ſedaverit. Authoritas Phocionis Athenienſis & Catoni; Romani per diverſas occaſiones mira præſtitere. Sola verò induſtria Apollonii Thyanei philoſophi potuit componere tumultus inter plurimas Aſiæ civitates coortos.

Cùm Julius Cæſar trajeciſſet in Africam, ſolus potuit perduellionem Legionum Romanarum compeſcere, fervente ſeditione, quas eo deduxit, ut exauctoratas poſt graviſſimas demum ſupplicationes tandem reſtitueret. Et Pupilius Lenas Conſul ſatis potentiæ invenit in auhoritate acquiſita, ut præſentia ſua graviſſimam ſeditionem plebis Romanæ adverſus Senatum frangeret.

Fatebimur ſtupendùm quid occurrere in ſeditione populari, ubi plebs ex rabie murmurat, ſpumas ciet inſtar maris æſtuantis, contingit & trucidat obvia, nullo pudore, per violentiam, flocci facit arma, ſudes, lapides, & quævis caſtigationis inſtrumenta, ruit, trahit, proſternit quoſvis occurentes & tamen ad alicujus viri graviſſimi aſpectum hæret ſubitò ex conſideratione authoritatis eximiæ, quam animi dotes, & merita in rempublicam acquiſivêre.

Quicunque verò potentiam authoritatis & famæ novit, nihil ſtupebit; gnarus utique, plus ibi reſidere poteſtatis, ad perſuadendum quæ expediunt, aut ad repudianda noxia, quam in omnibus rationibus & artibus induſtriæ humanæ. Hinc in mentes imprimeent quævis ſenſa, adeo ut motum cordibus, linguis & manibus conferant, voluntatibus univerſorum mortalium in quamcunque partem verſatis. Neſcio quis character majeſtatis inde ſubeat in frontem benemeritorum, ad vim pene inferendam ſententiæ conſtitutæ, ut eâ repudiata, illa ſenſa ſequamur, ſummæ imprudentiæ ſponte rei, per ullam oppoſitionem.

CA-

CAPUT XX.

Aurelianenſis abit Bruxellas.

IN felicitatis parte non poſtrema poterat Lotharingus collocare pacem à benignitate regis obtentam, cui accedebat ſumma Cardinalis gloria, qui eandem conciliaverat Eccleſiaſticis Galliæ. Quemadmodum vero aër vix unquã ſudum ſervat diutinum, quin aliquæ nubeculæ recurrant, ad turbandam ſerenitatem; ita vix unquam pax ſatis firmatur in republica, quin ſubinde cauſa alicujus tumultus ſuboriatur; Id quod hoc tempore contigit.

Aurelianenſis enim conſtituerat ire Bruxellas, ſed dilato hactenus itinere, quod nunc demũ executioni permittit, ut copias Hiſpanorum, Puylaurentio promiſſas certior haberet, & in Galliam irruptionem faceret, inſtituto invicem penſiculato, ad expeditiorem finem. Sic igitur Nanceio digreſſus, à recta viâ ſecedit Remiremontium petens, quo Margaretha redierat, ut ſatisfaceret amoribus pro more matrimoniorum recentium.

De hinc Veſontionem tranſit, ubi aliquantulum ſubſtitit, donec per agrum Luxelburgicum deſcenderet Bruxellas. Theonis villæ relinquit Coniæum & Monſigotum, repetitis ab illo ſigillis, & calamo ab iſtoc, cui ſubſtituit Guilleminum Non poſſum autem ſilere, jacturam benevolentiæ iſtis obtigiſſe, ex Puylaurentii faſtidio, quod auſi fuiſſent rationes producere adverſus matrimonium, cui promovendo ille advigilabat. Ex eo enim tempore ſexcenta conciliabat tædia, impatiens omnium domeſticorum obloqui audentium, quos exigere ſingulos ſtatuebat; tantũ valet amor & ambitio, ad occæcandas mentes.

Cum Infanti gubernatrici renunciaretur, Aurelianenſem non longe abeſſe à Bruxellis, jubet omne ipſi debitum honorem expediri, adeò ut cum ſummo honore exciperetur, & à principe, & ab Hiſpanis, qui ſuis rebus pronum videntes, certatim ſuppeditabant quæ deſideraret. Introi

 tum

voluptas nonnunquam interrumpebatur per ęmulationes, & litigia, quæ inter complures illius, & reginæ matris ſequaces cooriebantur.

Politica Reminiſcentia.

CUm ſummo periculo appellantur Exteri in rempublicam, ubi ad ſeditionem fulciendam opitulatum rogantur: cui ſic fomitem addi nemo ambiget, per vaſtam ſpem ſuppetiarum vægrandium, ut inſtitutũ procedat fervidius; ſapiens verò nullam inde concipiet fiduciam. Hoc vero ſiniſtram mentem arguit, ab illis expectare copiarum & facinorum mira, qui ſemet ægrè tutantur. Si quos habeant Libertinorum ſectæ addictos, diſciplinæ capaces, viros ordinis boni pertæſos, ſacrorum contemptores, & rapinarũ ſtudioſos, ad evertenda cum pulviſculo obvia, ubi pedem inferunt, eos ſubmittere auent.

Quæ verò væcordia, viris cerebroſis, adeoque rationis expertibus ardua committi. Hinc videas, cum ferantur nullo ſtudio in commodum vocantis, ita non facilè ſeſe objiciunt periculo, libertate rapiendi gaudentes, ut populares millenas ſentiant violentiæ ſpecies; ubi verò prodeundum eſt in aciei novaculam, torpent, frigent, trepidant. Quod ſi parum fiduciæ in militem externũ ſit collocandũ, minus etiam operæ expectabis à ducibus ipſorum. Aut enim exiguæ fuerint virtutis, & præter rationem exiges officium, quod præſtare nequeunt: aut dotibus ad ducendas copias fulſerint, & metues potius, quam confidas.

Neque enim dubitandum eos, niſi compendia inveniant ſua munimentum aliquod, ſi queant, invaſuros; aut ubi facultatem promtam minus adipiſcantur, conſilia tamẽ agitare pernicioſa, donec media diſpiciant, quibus poſtmodum utantur ad opportunitatem. Cum Carthaginenſes accerſiviſſent ad exercitũ quosvis Exteros, Gallos, Hiſpanos, Græcos, fugitivos, extemplo animadvertêre rempublicam laborare, quemadmodum annotat Polybius.

Tacitus cauſam hanc rei reddit, ubi ait, exercitus, qui ex peregrinis conflentur, non ſubſiſtere, niſi ad fortunæ favorem, diſſipari ad ejusdem ſortem adverſam, quod ſtudio nullo

nullo animentur. Cum Imperator Conſtantinopolitanus accerſiviſſet decem millia Turcarum, qui ſuppetias ferrent, non diſtulit imprudentiam luere: illi enim fortiores ſibi viſi, provinciam miſſam facere non voluêre, adeò ut conditioni deploratisſimæ, ſub quâ Græcia gemit, fecerint principium.

Nec Galliâ egrediemur, quin ſpecimen occurrat iſtius prudentiæ, cum eandem nullus caſus expoſuerit gravioribus periculis, quam Angli & Hiſpani ſubinde advocati: adeò ut vulgò ſit notisſimum, eos per disſidiorum civiliũ portas irruiſſe, quæ pandebantur, pedem adeo fortiter fixiſſe, ut nunquã potuerint exterminari, niſi poſt gravisſima bella, & funeſta prælia. Prudentisſimus itaque habebitur princeps, qui eorum opera per quasvis ſeditiones uti noluerit; ubi verò eò clementiæ proceſſit, ut ex maleferiatorum conſiliis arma adverſus ſuperiorem corripiat, nunquam tamen ſibi advocavit Exteros.

CAPUT XXI.

Aurelianenſis conſtituit ſeſe conjungere cum Gonſala Cordubenſi.

UBi Aurelianenſis videt anni tempus opportunum, ad ducendum exercitum, conſtituit Bruxellis exire, & cum Gonſala Cordubenſi ſeſe conjungere, qui Treveri eũ præſtolabatur. Antequam autem diſcederet publicè fuit auditus; ut Infantis gubernatricis gratiam auferret: Ea deducendum curat in hoſpitium à proceribus aulæ omnibus, ſubmittit tres capſas, quæ & magnificentiam, & animi feſtivitatem abunde teſtarentur.

Prima tecta erat corio ambram optimam redolente, acu inſuper picta, phrygionum opera, cujus clavis, ſera & inſignia ex auro diverſicolore; & gerebat geminam veſtem opulentisſimam. Altera tecta erat ſerico villoſo, optimi muricis & attalici laboris, & gerebat lintea variorũ uſuum, ad ſummam elegantiam. Tertia ferebat quævis genera edu-

Digitized by Google

eduliorũ, ex ſaccharo & opere dulciario. Addebat fiſtulas ignivomas, & duos equos eximios, feſtivitati potius, quàm labori aſſuetos.

Nec tamen obliviſcebatur, principaliores ex ſectariis demereri & cingulis & adamantibus, & torquibus aureis, quibus regis Hiſpanici imago pendula pretium & gratiam augebat. Sic igitur digreſſus Aurelianenſis, per ſolitam diligentiam contendit Treverim, quo Gonſala Cordubenſis proceſſerat, ut inde, quod credi volebat, in Palatinatum tranſiret, rebusque Hiſpaniæ defatiſcentibus opem ferret, quas rex Sueciæ turbaverat; ſed animus erat, cum Aurelianenſi irruere in Galliam, id quod vero ſimilius erat.

Politica reminiſcentia.

PRincipes diverſis motibus agitantur: hunc faſtidium exagitat, ut fortunæ incrementum emendicet vel apud populares, vel apud Exteros; ignarus utique, pretium operæ ubiq; repeti, quod de ſumma rerum fuerit reſecandum, uti Normannos in Angliam tranſiiſſe memorant Hiſtorici. Iſtum exterminat inimicorum potentia, ut hoſtium gratia vivere cogatur: uti Themiſtocles & Demaratus ex Græcia abiere in Aſiam, tam ſplendida ibi uſi fortuna, ut ſolitum haberent dicere, Perieramus, niſi periiſſemus.

Excipiuntur autem, quemadmodum Themiſtocles, à Monarcha Aſiæ licet multo auro redimendus, ad animum vindicta explendum, cum ſummo favore, non propter perſonæ gratiam, quæ popularibus plerunque potior, vel ſaltem par; nec propter ulla merita, cum reipublicæ maximè nocuerint; ſed quod tantundem debilitentur hoſtium vires, noſtris creſcentibus, tametſi nullius eorum ſit uſus.

Ubi vero extorribus lubet redire ad ſuos, quemadmodũ nemo tam projectæ fuerit prudentiæ, ut credat, eos ſervitium quærere, aut vanis honorũ umbris paſci, cum ad ſummum imperium contendant, & ob eam cauſam ex patria diſceſſerint; devinciendi ſunt civilitatis officiis quæ memoriã benevolentiæ non tam citò exuant, ſed vel ex aſpectu crebro refricent.

Qui

Qui vero ludibria illa benevolentiæ recipit, puerorum ætatem, quam crepundiis devinciri ſcimus, caveat, ne ſic obligari ſeſe putet per liberalitatem, ut curam reipublicæ conculcet. Scitum eſt illud Trajanum, hoſtium dona non eſſe dona, quocunque demum fuco offerantur. Quæ nolim intelligi in detrimentum hoſpitalitatis & neceſſitudinis, quibus jus ſuum ſemper debet conſtare, quocunque ſæviente bello; ſed ut meminerimꝰ; Principes privatim amare, publicè odiſſe, cùm ſalus populi proprio commodo ubique ſit præferenda.

CAPUT XXII.

Faſtus Gonſalæ Cordubenſis; & diverſum inſtitutum.

REx Hiſpaniæ ex aulâ dimiſerat ineunte Januario, iſtũ ducem, qui exercitui per Palatinatum præeſſet, & in Galliam tranſiret, legatus extra ordinem ad regem, ut viam quæreret rebus Germaniæ componendis: exinde adiret Archiduciſſam, quæ quid facto opus foret, porrò imperaret. Adeſt Pariſiis, abit ad fanum Germani Læi, ubi rex ad mediũ Martium ſubſiſtebat. Rex eum habet regiè & ſplendidè; ſclopetariis exercitum in ejus oculis adeò induſtriũ imperat, ut jam de ſcientia aciei explicandæ, & pugnæ prudenter ineundæ, ad ſummorum ducum peritiam, nihil dubitari poſſet.

Poſtea inviſit Gonſala ad Cardinalem, civilitate eximiâ exceptus: cum autem nullos unquam ſermones contuliſſent, ſubibat Hiſpanica vafrities, ad circumveniendum, ſi qua Cardinalis fidem haberet ſpecioſis ſermonibus, de Germaniæ rebus. Is verò demonſtrabat, conſilia Imperatoris & Hiſpani nimis aperta patere, & bellum Germaniæ præter fundamentum cenſeri ſacrum; unde pronum erat intelligere, inanes fore technas, cum nulla impoſtura valere queat adverſus prudentiam tanti miniſtri.

Ex eâ cauſa moram traxit non longam in aulâ, quàm longe diverſo conſilio adierat, quam ut honores & civili-

tatis

tatis officia ſuſciperet. Cùm autem diſcederet, rem fecit prorſus adverſam cæterorum legatornm conſuetudini, repudiato ſcilicet enſe, quem adamanribus diſtinctum, cum cingulo ad decem millia aureorum æſtimatum, rex dono miſerat: ut planum faceret, quo animo ex Hiſpania exiviſſet, nempe ut Galliam turbaret, unde nefas duceret, ulla munera recipere, quæ remiſſiorem malevolentiam poſſent poſtulare.

Repenſum tamen id paulò pòſt vidit per Guranum, enſis illius latorem: ubi enim amanuenſis Gonſalæ munera quædam offerret, eandem repulſam tulit, hiſce verbis; Nihil ſeſe recipere à quoquam miniſtro Hiſpaniæ, qui liberalitatem regis contemſiſſet, cum nihil magis Pariſiis poſſet circumveniri, quam Caſalæ. Poſtquam igitur per aliquot dies in aula iſta fuiſſet, redit Bruxellas, ut inde Treverim excurreret, mandatis Infantis inſtructus, de præſtolando Aurelianenſe, qui ſub finem Maji illuc conceſſit.

Gonſala eum excepit cum omni honore, quem excogitare poterat; obviam procedit, cum omni nobilitate Hiſpanica, ſplendida eum cænâ, cum ſectariis honorat, hoſpitii locum cedit. Huc confluebant Gonſalæ & Merodis copiæ, quibus jungeretur Comes Embdanus, niſi alibi diſtineretur. Aurelianenſis cum illis deliberat de ſumma rerum, ut qui crederet, potiorem copiarum partem in Galliã ducere; oſtendere tamen ei, Hiſpanos nondum conſuetudinis pertæſos, quæ plus ſpei quam ſubſidii præbet opem implorantibus.

Hic rex, ex Cardinalis ſuaſu, advigilarat, ad conſilia illorum impedienda, dum ſatis negotii in Germania, & in Belgio faceſſeret, ne quid in vicinos audere poſſent: id enim temporis Hollandi, cõmunicato cum rege conſilio, obſiderant Trajectũ Moſæ, exercitu adeò valido, ut univerſæ Hiſpaniæ, & Imperii vires ſalutem præſtare nequiverint obſeſſis. Gonſala enim neceſsũ habuit univerſas eò convertere copias, cum illa obſidio Hiſpanos faceret occupatiſſimos adeò ut Aurelianenſis ex eadem neceſſitate impetraret, quantum poſſet; unde Marchionem Fargiſium in Hiſpaniam miſit, qui ſuppetias ampliores expoſceret. Progreditur tamen Nanceium usque, fiducia Lotharingi, qui quod deeſſet virium ſuppleret,

Poli-

Politica reminiſcentia.

IBi demum prudentiæ ſpecimen prodit ſummus Miniſter, qui odoratur principis Exteri conſilia, in fovendis ſeditionibus, & hoſtilem immittit exercitum, qui domi tumultuetur. Sic certo certius frangitur inſtitutum, cùm ad incendium domeſticum potiùs reſtinguendum, quam ad excitandum per viciniam ſit properaturus. Prævenire & diſtrahere, ajebat Alphonſus Arragoniæ rex; ſumma ſunt bellorum compendia, quibus mediis agi non nuper ceptum, cum famoſiſſimi per antiquitatem duces eo confugerint; neceſsitate quavis urgente.

Sic Syracuſani effecere; ut Lacedemonii in Atticam irruerent, ne Nicias in Sicilia admodum attritus, auxilia quæ efflagitabat, ferret. Sic Hannibal conſuluit Antiocho, ut provincias Philippi pervaderet populabundus, & auxiliares copias, quas Romanis adjunxerat, domi occuparet, & à ſummâ rerum retraheret. Sic Avitus, dux Romanus, provinciam Teneterorum invaſit, ne Anſibariis ſuppetias ferre poſſent.

Neque enim ſatis eſt, numeroſum conſcribere exercitum, ad defenſionem reipublicæ, & ſeditionem compeſcendam, cum prudentia æquè ſit neceſſaria, ad diſtrahendas vires hoſtium, uti virtus expoſcitur ad pugnam. Quin îmò prudentia tanto majus præſtat compendium; quod partes rebellium per diverticula frangit, & inde eam impotentiam redigit, quæ facinora ardua neget, & facilem victoriæ præbeat locum, cum prius violentia vix propulſaretur.

CA-

CAPUT XXIII.

In jus vocatur Mareſchalcus Mariliacus.

CIrca hanc tempeſtatem ſententia lata eſt in Mareſchalcum Mariliacum, quem attentum & captum meminimus anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo, & cuſtodiæ mancipatum Menehuti. Non ignorabat Cardinalis, virorum inſignium ſupplicia nihil eſſe præcipitanda, ne juſtitiæ tenor imputetur vindictæ; hinc cenſuit, ſententiam aliquouſque differendam, non tantum ex morâ ſolitâ, ſed etiam nimiâ, ne quid ſententiæ conſtituendæ poſſet deeſſe.

Succurrebat etiam, aſtra ſummis cælorum Orbibus affixa, tardiſſimè moveri; inde Regibus, quos Deus ſupra mortalium genus extulerit, convenire minus promptam juſtitiæ executionem, quam cæteris. Lubet autem reum iſtum inter eos numerare, qui ſunt alicujus notæ, non propter natalium ſplendorem, aut merita in rempublicam, ſed propter munus, quod Regia benignitas in eum contulerat, tametſi id potius ageretur, ut ſic Reginæ matris importunis liberaretur precibus, quam ut merita cenſerentur, cum inopia illorum non poſſent regis provocare liberalitatem.

Tum ſanè Aulicorum prudentiores non abſtinebant Regis electionem, ad tam ſplendidum munus carpere palam ſuggillantes, perverſa illius machinamenta in quovis munere, quod obiviſſet in actiones inſigniores tranſiiſſe; virtutem illius traducebant, nihil diſſimulantes, tantos honores minimè convenire viris illius farinæ.

Meminerant apud Henricum Magnum nullam unquam ejus fuiſſe habitam rationem, adeo ut ad Aulam non acceſſerit, niſi imperante Reginâ matre, quæ ipſi in matrimonium dederat filiam quandam ex Mediceorum ſurculo quodam ortam antequâ Corona Galliæ ſibi

illam conjunxiſſet; quæ ipſa pro compendio facultatum poſſidebat honorem nominis, & ſpem fecerat ſummorum bonorum, quæ alioqui ne cogitare quidem fuiſſet auſus.

Curricula annuli penſilis, quæ id temporis recreationem ſummam complectebantur, iſti laudem virtutis, quam præliorum nullus unquam uſus negaverat, contulêre. Imperii militaris tyrocynium fecit per Champaniam, ſub Engulemiſmenſi, ubi annonæ curam geſſit, quâ tam avarè eſt defunctus, ut tum à Rege tuliſſet ſupplicium ob graviſſimas querelas, niſi Cardinalis interceſſiſſet.

Politica reminiſcentia.

Adnaſcuntur ſtolones arboribus, & familiis; illos licet amputare, hos non item. Inhumanitatis enim foret, quos vel natura, præter legem dedit, vel pauperies ante ſuſceptos honores ſanguinis fecit participes, deſtituere. Compactum eſt Solis lumen in ſuam maſſam, quod tamen reliquis ſtellis diffunditur: & unus eſt princeps reipublicæ, qui redditūum partes elargiatur cuicunque, nulli regulæ ſubjectus, quam liberalitas reſpuit.

Splendor familiæ opulentiam adoptat aliquando ex matrimonio, aliquando Eccleſiaſticis dignitatibus: ſic videas anguſtia rei familiaris premi primogenitum, ex numeroſâ ſobole, & ſumptibus ad familiæ jura & ſplendorem ſuſtinendum neceſſariis, dum poſteriores vel arte, vel marte ad altiora conſurgunt. Videas Archiepiſcopali, adeoque Cardinalitia dignitate præcedere ultimo natos.

Sed matrimoniorum ratio vel Athenienſem Virginem Imperatori Conſtantinopolitano conciliat, philoſopho patre natam; vel, Themiſtocle judice, præfertur gener cordatus, licet fortunæ contumeliâ egenus, locupletiſſimo inerti, quod ille opes acquirere, hic diſſipare nôrit. Sicilia eo jure ceſſit Suevis & tandem univerſa Hiſpania cum regnis & provinciis opulentiſſimis familiæ Habsburgenſi.

Sed

Sed virtute acquiruntur favitores; ſat habet favitorum, quem penes eſt virtus. Quod ſi virtus deſit, & ſpes animi efformandi honores conciliet, idem agas, ac ſi puero arma viri aptare coneris: ut recte ille monuerit, Fortunam, uti tunicam, aptam eſſe optandam, quæ nimis longa & laxa impediat maximè; brevior autem & arctior, quam par eſſet, nuditati tegendæ minus ſufficeret, & cæterum pene ſuffocaret.

Graviſſimus autem error inde oritur, & peſſimè deſinit; quod patronus virum nihili in eum finem extollat, ut ejusdem operâ fideliſſimâ utatur, ille vero jam ſuæ fortunæ admirator, temerè imitetur Icari auſa & altius aſcendat, quam alterum ferre queat remigium; unde veriverbio locus factus, Tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant. Quicunque igitur ſortis ſuæ fuerit memor, minus errabit.

CAPUT XXIV.

Crimina Mariliaco intentata:

DUm Citadella Veroduni ſtrueretur, rex eum gubernatorem dixit: ibi ille prædas egit ex operis, ut quæ demonſtrata ſunt, præter illa in dubio, ob inopiam teſtimoniorum relicta, prodigiorum vicem ferant. Ubi præſidium acceſſit eâdem opera & militi & ſtructuræ adimebat; ipſius provinciæ Legatus eo proceſsit violentiæ, ut à ruſticis exigeret quæcunque ad ſuſtentationem familiæ requirebantur: complures pagi per tranſactionem ſolvebant annuum cenſum, ne militi præberent hoſpitia.

Nonnulli paciſcebantur penu & annonam, quam plerunque primâ adferebant vice, cum deinceps pretio ſatis amplo addiceretur. Quicunque pagus jugum iſtius tyrannidis detrectabat, certam expectabat perniciem & expilationem, cum miles ſciret, eam fore licentiam impunem, & hoc inſuper gratū hoſpitiorum diſtributori. Quod commercium adeo clam peragebatur, ac ſi mandato regis con-

veniret quemadmodum ea omnia judicibus ſunt facta planiſſima.

Ad Rupellam anno viceſimo ſeptimo, poſt milleſimum ſexcenteſimum munia nonnulla obiit, quæ tantum ipſi bonæ famæ contulêre, ut commendator Valanſæus, cui ſolitum eſt quæque ſuis vocitare nominibus, aliquando ad regem dixerit palam, ubi de homine minus cordato eſſet ſermo, Eum Mariliaco non væcordiorem. Id temporis ille per literas, & interceſſionem ſectæ in animum Reginæ matris inſtillabat ſemina diffidentiæ, & odii adverſus Cardinalem, unde ſiniſtri caſus ad univerſæ Galliæ oculos exurrexêre.

Nec deſiit exinde incendium illud fovere per ſummam ſollicitudinem & induſtriam, ut nondum potuerit reſtingui. Dum rex in Italiam tranſiiſſet, Cardinalis ipſi in gratiam Reginæ matris impetravit imperium in Champaniæ exercitum; ubi tanta proterucia ex pane militari ſubducebat, ut aliquando tertiam, plerumque partem ſurriperet quartam, adeo ut qunita vix unquam acquieſceret.

Cum Rex mandaret, ut copias in Italiam tranſmitteret, tot uſus eſt tergiverſationibus, vel ut regio inſtituto peſſimum adderet ſucceſſum, id quod ſectarii impensè optabant, vel ne cogeretur diviſum poſſidere imperium trans Alpes, quod per Champaniam exors habebat, unde Regis conſilia in ſummam abibant confuſionem, niſi Cardinalis eximia prudentia, & ſummorum Ducum virtus, quibus Rex ſalutem exercituum Italicorum commiſerat, collabentes ſuſtentaſſent res.

Vix fidem merebitur tam diuturna tolerantia, ſi ad ſecula priora conferatur, ubi Mareſchalcus Giæus, ex illuſtriſſima Regni familia ortus, qui obiverat ſub tribus Regibus ſumma miniſteria; thalaſſiarcha Chabotus, vir ſui temporis fortiſſimus, & qui cum Anna Momorantio rempublicam adminiſtrabat, Mareſchalcus Bieſius, primicerius Pojerus, Johannes Montacutius magnus Galliæ magiſter, Petrus Eſſartius & Semblancæus, rigidum ſuſtinuêre ſupplicium, ob idem, tametſi longe minus crimen peculatus,

Reve-

Digitized by Google

Reverentia tamen habita fuit reginæ matri, cui Cardinalis diſplicere noluit, ut regi omnia ſpecioſis præmunirentur textibus, in ſalutem delinquentis. Secundum omnia vero ſeditioſæ tricæ, cum fratre & ſectariis in aula inſtitutæ in èxitium Cardinalis, & Reginæ matris tam illuſtrè diſſidium, quod etiam in Dupæo negotio viſus eſſet, Regis animum adeo offenderunt, ſive ſummam ſpectaret ingratitudinem, quâ ſummum Miniſtrum incurſabat, cujus interceſſione Rex omnium optimè nôrat omnes omnino honores & beneficia ipſi obtigiſſe, ſive indignaretur, ſibi vim ferè illatam ad perdendum Cardinalem, cujus tamen prudentiſſimo inſtituto reſpublica ſuſceperat commoda, quibus paria hominum memoria non inveniebat; ut coactum ſeſe ſentiret manum retrahere, & reum juſtitiæ permittere, quæ ſecundum leges regni vindicaret violentias tyrannicas, quas in populares exercuerat.

Politica Reminiſcentia.

QUicunque miſellam plebem opprimit, crimen committit, quod cælum uſque pertingit, ut à Deo vindictam injuriarum extorqueat. Ita enim comparatum eſt, ut miſeri hoc commodo præ divitioribus gaudeant, in recompenſationem bonorum fluxorum, ut Deus ſibi acceptum ferat, quicquid ipſi patiuntur, cum particulares pro totidem ſui corporis membris agnoſcat; adeo ut violentiæ conſiderentur illæ, tanquam Deitati illatæ, & impunitæ relinqui nequeant.

Magnis ſatis eſt datum virium ad tuitionem quas plebi negavit Deus, ut ipſius patrocinium ſuſcipiat: unde regibus, qui vivam potentiæ divinæ imaginem gerunt, vicarii utique Cæli in terris, injunxit, ut eorum rationem reddant. Ex hoc juſtiſſimo fundamento facta ſunt Statuta Galliæ, quæ non minus quam leges Romanæ ſeveris ſuppliciis ſubjiciunt Præfectos & Duces, qui Miſeros auſi ſunt immolare avaritiæ ſuæ.

Hinc Regum noſtratium æquiſſimi ſeveritatis voluère ſtatuere exempla juſtiſſimæ in ſummos Regni viros,

iſtius tyrannidis & violentiæ convictos. Neque enim convenit, miſellos populares, qui ægerrimè ſufficiunt ſummis vitæ necesſitatibus, per extrema incommoda ſuſtinent tranſitus & hoſpitia copiarum maximam adeo partem onerum publicorum ferunt, ad explendam præfecti, aut Imperatoris effrenem avaritiam adigi.

Id vero foret, eos moleſtisſimo paupertatis faſce opprimere, aut ad deſperata propellere conſilia, quæ tanto ſunt periculoſiora, quod Magnates, tanquam in agrum fertilem in animos ipſorum plerumque ſui ſpargant ſemina faſtidii, ut germina disſidii exoriantur, quæ adoleſcentia inſerviant odiis ad bella civilia concitanda. Iſtis vexationibus nihil offenditur minus rex, quam quiſpiam cæterorum popularium.

Eſt enim caput ſubditorum, ut eos regat; cor, quod vitæ ſcaturiginem ſervet; & fons ſpirituum acvirium, quibus vigeant. Unde fieri nequit, ut nimius ex illorum venis eliciatur ſanguis, quin ipſus langueat & debilitetur. Si enim aliqua necesſitas inopinata poſtmodum ingrueret in rempublicam, non inveniret apud ipſos, quo ſubveniri poſſet. Quod ſi Exteri, nimis induſtrii ad compendia quælibet ex faſtidio popularium extrahenda, in regnum irruant, nullo negotio ſeditiones ſuſcitabunt, ex ſpe lenioris imperii.

CAPUT XXV.

Supplicium extremum Mareſchalci Mariliaci.

IUdicium conſtituitur, cauſa inſtruitur, juxta leges juſtitiæ uſuales, accuſatur Mariliacus, ducitur primum ad fanum Menehuti, inde Verodunum, ubi crimina eſſent commiſſa, & informationes ſumebantur, ut teſtes majori cum facilitate producerentur. Hinc abire cogitur in caſtellum Rueli, ubi cauſam dijudicandam rex tradidit cuſtodi ſigillorum, cui additi erant viginti duo alij

alij judices à rege ipſo lecti per integritatis laudem, & merita inſignia.

Propinquis nihil non licuit magno numero, & ſummâ libertate cauſam ipſius agere: illi nullas artes, quæ poſſent animum pervertere, omittunt, ut judices adducerent in mitiorem ſententiam, qua vita ſervaretur: timorem etiam objiciunt ex recommendationibus & comminationibus, quæ extra Regni limites coortæ, authores habebant potentiſſimos, quibus patrocinium ipſius obtrudi poſſet.

Poſtquam diſcuſſæ eſſent informationes, interrogatoria, dilutiones, cui negotio tempus bimiſtre impenſum, Commiſſarij perfectam cauſæ concepêre cognitionem; cum facta eſſet copia amicis & advocatis ipſius Compendii, quo & accuſationum capita & excuſationum ſummæ continebantur, ad molem non parvam. Adeo æquabiliter cum eo actum, in rejiciendis judicibus, ut Commiſſariorum non nemo, qui informationes compoſuerat, à judicio abeſſe juberetur, cum aliquot aliis, quorum rejectionem rex non improbabat.

Permiſſum, ex judicibus aliquem, qui collegis argumenta manſuetudinis ſuggerebat, quaſcunq; inductionis vias ingreſſus, ut eum abſolverent, in numero judicum ſedere, tametſi ex rigore Statuti potuiſſet excludi. Ipſius rex tantam addidit clementiam, ut nemo à partibus regiis ſubmitteretur, qui rei condemnationem perurgeret; quin potius judices omnes accerſit, dicitque palam, ad majorem ſententiarum libertatem, Non aliam ſeſe ab illis petere juſtitiam quam quæ minimo ſubditorum conveniret.

Denique bis rogatur reus, antequam ſententia prônunciaretur, poſt interrogatoria omnium longiſſima, trium utique dierum integrorum, diceret, quæ porrò defenſioni inſervirent: reſpondet ille, nihil ſibi reliquum, omnibus ſic ſatisfactum. Hæc ſumma fuit manſuetudinis & gratiæ, ad reum ſalvandum, & judicio liberandum.

Quomodo vero potuiſſet à rigore Statuti quadrageſimi ſexti, uti vocant, liberari, quod Parlamentum habuit ratum, & flagitat, ut peculatus à quocunque commiſſus puniatur in corpore & facultatibus? Nulla erat ratio, ut

immunis fieret à ſupplicio per Statutum Blæſenſe conſtituto ubi jubentur, Omnes duces & membra cohortis qui convincerentur exegiſſe pecunias, ut hoſpitiis pagorum & domiciliorum parcant, ſupplicium mortis ſubire, ſine ulla ſpe gratiæ, hac inſuper addita, ob enormiora crimina clauſula, Quod ſi per importunitatem aliamve viam Reges veniam indulgerent, inhibentur cuſtodes ſigillorum, eam ſignare, & judices eam attendere.

Neque vero in poteſtate judicum erat, fraudem facere legi, qua prohibebantur clementiam regiæ majeſtatis reſpicere. Deinde nullam cauſam inveniebant neque in re, neque in criminibus, quæ ad manſuetudinem eos flecteret, cum nihil authoritatis acquiſiverit in ullo munere quod Rex meritis evertendis contulerat, niſi quod graviſſimè vexaſſet populares. Jam autem magiſtratus tenentur defenſionem popularium ſuſcipere accuratam, quod ſola juſtitia eos non ſinat eſſe omnibus modis inopes.

Cum & rapinæ plurima falſa trahant, perpetuasque ſuppoſitiones, quæ mortis ſupplicium unicè inferrent, jam major ſeveritas judicibus incumbebat. Nec reſpublica detrimentum patiebatur in morte illius, qui nihil unquam eſſet de ipſa commeritus, quod tantillam ferret notam; quin imo author fuiſſet factionis illius, quæ Aurelianenſem hoſtilibus armatum copiis contra Regnum concitarat.

Qua ratione vero deſiderari poterat, Cardinalem, cujus merita revera adeo ſunt ſpectata, ut regi poſſent errores omnium reorum, quibus veniam quæreret, contegere & memoriam obliterare, gratiam regiam fatigare ad indulgendum, cum penitiſſimè haberet compertum, eum conſenſiſſe, & fortè propoſuiſſe ipſius exitium, cum & dexteram offerret, ad facinus tam execrandum? Nunquid fatendum; poſt tam graves & juſtas rationes, indulgentiam in hoc caſu vituperio notandum fuiſſe, adeoque injuſtitiæ nomen ſumpturam?

Hinc duodecim ex judicibus ſententiam ex rigore legũ ſumunt; capitis eum damnant, declarantque reum &

con-

Digitized by Google

convictum peculatus, concuſſionum, collectarum, exactionum, impoſturarum & ſuppoſitarum acceptilationũ, feloniæ & oppresſionis in ſubditis regiis. Sic poſtridie, octavo ſcilicet Maji, capite truncatur in planitie Grevæ, quo deductus fuerat ex Caſtello Rueli.

Politica Reminiſcentia.

BEatam illam rempublicam, ubi legum eſt accurata obſervantia, prædicabat ille priſcus: verè beatam utique dicemus, quod leges amputent quævis reipublicæ noxia, inſerant omnem utilitatis ſurculum. Nec vera felicitas in ulla alia re conſiſtit, niſi in immunitate malorum ingruentium, juxta poſſesſionem bonorum ad ſplendorem. Contemptis legibus, opprimitur populus uſurpantur aliena, graſſatur, inobedientia, fervet ſeditio, pervadit violentia, omnia adeo crimina, quæ peſtilentiæ inſtar corripiunt ſaniora, in ruinam reipublicæ concurrunt.

Juſtitia viceverſa, quæ ſolâ legum obſervantia conſtat, amputat univerſas illas calamitates, ſingulis ſua confert, tranquillitatem indulget, ordinem ſervat, & uſum bonorum permittit liberum. Juſtinianus Imperator eleganti utitur vocabulo ad Prætorem Lycaoniæ, quod in Conſtitutionibus extat, dignum regum domiciliis frequentioribus inſcribi, ut recordentur, quantum emolumentum in rempublicam redundet ex obſervantiâ legum.

Quæcunque inquit, ad juſtam reipublicæ adminiſtrationem pertinent, Conſtitutionibus principum ſunt definita: hinc boni regiminis inſtituendi avidus nunquam errabit, ſi eas ſibi proponat vitæ exigendæ regulas. Sic omnes norunt, principem non ritè dici legem vivam rei publicæ, niſi illas interpretetur, & mandata illis obſervandis accommodet. Severitas, quam hic exerit, laudabitur, utilis utique ad conſervandam rempublicam à confuſionibus, quæ bono publico obſunt, immunem.

Licet rigor ſuggilletur, nunquam tamen violentiæ feret vituperium, cum ad leges conformetur, à quibus illa eſt

alienisſima. Optandum, ut magna cura rependat officia & ſibi & reipublicæ præſtita; nullus tamen permittet, ut leges in contemptum abeant, & inprimis quæ popularium obſequium ſervant, adeoque oppreſſionem arceant. Quid vero profuerit legum ſanctio, ſi poſt conſtitutiones in transgreſſor, esarmentur minarum fulgure, tingantur rigore, nullo juſtitiæ exercitio, aut operæ pretio? Sic ſagittæ vane implent pharetram, niſi educi queant, & arcui aptari: Sic magiſtratus fiet ſtatua immobilis, aut phantaſma chimericum, terriculamentum ſcilicet ſomniantium, & crepitaculum puerorum, ſi in fervore negotii evaneſcit & diſparet ſine ullo effectu, quem ut in mundo producat conſtituitur.

CAPUT XXVI.

Rex dehortatur Lotharingum de bello.

CUm Lotharingus eâ duntaxat ratione Vici pacem cum rege inivisſet, ut opportunius, ex ſenſu animi bellum redintegraret, videbatur ſibi commodam nactus eſſe occaſionem in diſpoſitione illa negotiorum, maximè in Aurelianenſis inſtituto, quod in Gallia coquebat: hinc militem ſcribere incipit, & nonnulla loca munire. Rex mentem illius planisſimè diſcit, ex literis interceptis, quæ de malevolentia abunde teſtarentur, per verba ſpecioſisſima, ut regem conjiceret in negligentiam limitis illius aſſerendi adverſus quemcunque caſum.

Nonnullæ ſcriptæ erant manu parentis, aliæ calamo Pfalſeburgenſis, quæ non tantummodo ſummã faciebant Aurelianenſi fiduciam armorum Lotharingicorum, ſed etiam invitabant eum, ut ſibi vigilaret, & ad ſuſcipiendam Galliæ coronam, quæ verbis clarisſimis dicebatur brevi in manus ipſius perventura, omnia diſponeret. Inter ceptæ itidem erant quædam Puylaurentii, ad Pfalſeburgenſem, quibus eam faciebat certiorem, ardua quædam inſtituta, quæ diſpoſuerit, fore infallibilia.

Acce-

Digitized by Google

Accedebat Cardinalis oculus acutisſimus, qui penetralia principum Exterorum ſcrutatus, factionem omnem in aperto cernebat, maxime vero & clientelis & colluſionibus in ipſo Regno perplexis. Juſta tum Regi cauſa, arma Lotharingiæ inferendi, ad exterminandum Ducem, provinciamque corripiendam; niſi Cardinalis, qui nunquam conſulit bellum ſuſcipiendum, præterquam ab inani pacis ſtudio, potius cenſuiſſet, mittendum Guronum, qui & quereretur de injuſto inſtituto, & tentaret animum ad ſaniora conſilia revocare; etiam inſtituto clarius perſpecto, ordinem executionis expiſcaretur.

Gratum hoc regi, Guronus mittitur, adit Ducem, ſalutat nomine regis, additque Regiam majeſtatem non ſatis admirari poſſe, quod ipſe poſt pacta ante quatuor aut quinque menſes inita, quibus ſpopondiſſet, omnem cum Aurelianenſi & quibuscunque Galliæ hoſtibus abrumpere communicationem; nihil ominus in præjudicium pactorum Aurelianenſem revocarit Nanceium, ut is armatus in Galliam irrueret, rogatis etiam & Imperatore, & rege Hiſpaniæ, ad copias ſubmittendas, cum ſponte ſciret, tantummodo ſuas producendas, ad augendam Galliæ gloriam.

Verba iſta, teſtimoniis fulta certisſimis Ducem reddebant perplexum, ut nihil reſponderet, niſi diſſimulationes ſatis rudes, ex quibus Gyronus melius intelligebat ipſius conſilia, ac ſi per veram pænitentiam prodidiſſet infidelitatem. Non tamen ſemel tantum ſermones miſcuêre, nec ille ſemel tantum connixus fuit animum in viam rectam reducere errantem. Objiciebat enim regis clementiam, quam eſſet expertus in pactis Vicianis, cum Rex ipſi ſuperveniſſet imparato & admodum debili, nec Auſtriacorum arma opitulari poſſent, unde provincia potuiſſet exui. Noluiſſe tamen Regem eo jure uti.

Deinde alternabat metum, ſi conſideraret, per diverſas rationes, quas explicabat, quam facile rex eſſet confecturus copias in Galliam immittendas; qui tum infortunio futurus eſſet proximus, ad ſævitiam armorum, ſi re-

ſi regia majeſtas magna ſerie rationum perurgeretur, ad vindicandas tot injurias. Eſſe cur credat, Regem Hiſpanorum per Italiam, & Anglorum ad Rupellam triumphatorem, iſtas quaſcunque copias diſſipaturum, quamprimum in aciem prodiret majeſtas regia.

Rationes iſtæ adeo juſtæ erant & prægnantes, ut quemvis alium principem, prudentiæ tenaciorem, abſtraxiſſent ab inſtituto bello, niſi nimio flagrâſſet odio in Galliam.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum amicorum dona non ſemper ſunt ſalutaria, ita inimicorum munera aliquando carent noxâ. Ibi enim poteſt latere ſimultas, quam aliæ rationes graviores comprimunt, donec occaſio ſeſe præbeat; & hîc conſtare poteſt virtutis ſtudium, ex conſcientiæ inſtinctu, ad famæ immortalis gloriam; adeo ut conjugum fides non ſemper ſit integerrima, quod vel Romanorum Regum hiſtoria docuerit; & hoſtium odium ultra gloriam nihil efferatur, quemadmodum magnanimo leoni ſatis eſt ſtraviſſe catulos allatrantes, & Cyrus Cræſum habuit conſiliariũ intimum, uti Alexander Magnus etiam Darii mortem vindicavit.

Conſilium Priſci rem ſacram habuêre, non minus, quam amicitiam & hoſpitalitatem, adeo ut Barbaros deſpicerent non tantum propter mores agreſtes & feros, ſed etiam propter inhoſpitalitatem, & nullum teſſerarum uſum, conſtituto etiam ad eum finem ſacerdotio, cultuque divino, in violatores rerum ſanctisſimarum, quibus maximè gauderet ſocietas humana.

Verum enim vero par animadvertitur perverſitas in conſiliis dandis, uti in donis reciprocandis. Quid ſibi quærant principum intimi, per gloriam dominorum, notius eſt, quam ut denuo admoneam. Suadent illi, commodis Principis identidem prolatis, ſed ut ſua diſpiciant compendia: ſic felicem ſequuntur, & gratiarum largum: minus proſperum deſerunt; omni ſpe delapſo etiam inſultant.

Quid

Digitized by Google

Quid vero de hoſtili dicemus conſilio? Sincerum fuerit primitus, ſed in utriusque commodum: in fervore negotii vix tale crediderim, cum ibi & ſtrategemata valeant, & diſſimulationes in transactionibus locum inveneriut. Poteſt tamen animus ad pacem compoſitus, vel hoc modo bellum veluti deprecari, vel juſtitiam armis ſuis addere, & favorem quorumvis mortalium mereri.

Tutisſimum fuerit, & amicorum rationes, & hoſtium conſilia ad trutinam defæcati judicii expendere, ut quæ optima ſunt diſpicias, & quæ convenerint eligas. In eo ſane plurimum aberravit Xerxes, quem Themiſtocles monitum volebat, ut fretum Helleſponti, quod ponte ſtraverat, ſervaret, adverſus Græcorum inſtitutum, qui reditum ipſi intercludere conſtituiſſent. Credidit Perſa hoſti, & Græciam irretitam ſummo liberavit periculo.

Solemus auri argentive monetam oculis & manibus verſare, an proba ſit; Lydio lapidi affricare, an livorem ducat minus ſincerum; diſſecare, ut viſcera pateant, nonnunquam vitioſa & inducta probâ materiâ; ſagacisſimi in aulam imponunt, ad ignem liquandam & excoquendam, qui aliena ſeparet; omnibus eſt in uſu ſtatera ad pondus exigendum, adeo ut laudatisſimo nemini fides habeatur, niſi ex ſuperiori aliquo examine: mirum igitur, Principibus conſilia non è re, ſed è perſona probari, aut rejici. Plurimum tamen valent motus animi in utramque partem.

CAPUT XXVII.

Rex præmittit exercitum; & ipſus ſequitur.

NUllis igitur rationibus poterat induci Lotharingus, ut partium ſtudio abiret, poſtquam fumi vaſtarum ſperum ab Auſtriacis mentem obfuſcaſſent. Non tamen aperuit ſeſe tum plane, ſed usque dilato reſponſo, donec Aurelianenſis advenisſet; adventabat autem armatus, ut irruptionem faceret in Galliam. Cum etiam interea apparatus

paratus belli magnus fieret, pronum erat judicare, quam alieno à pace eſſet animo.

Quæ cum rex intellexiſſet, Effiatum jubet ex agro Trevirenſi movere in Lotharingiam, ipſe certus, eodem contendere, jam toties edoctus, quantum virtutis præſentia principis ſufficeret Gallis. Jubentur & aliæ copiæ, hinc inde conſcriptæ, ad limitem Lotharingiæ confluere, quæ ipſum præſtolarentur, donec alicui negotio vacaret, quod tum urgebat. Neceſſum enim habebat, promptius excurrere Caletum, cujus præfectus renuntiabatur factioni Aurelianenſis acceſsiſſe, fide interpoſitâ, de fideli adverſus quosvis opera.

Locus ille magni eſt momenti, & alias introitum præſtabat Anglis, quibuscum Aurelianenſis jungebatur. Hoc malum ne inveteraſceret, cautio erat: remedium tamen cuivis accidiſſet laborioſius, quam regi, ob diſtantiam locorum, cum ſic rex Pariſios relinqueret, & à Lotharingiâ longius recederet. Ipſius tamen, qui per vigilantiam ſæpius egregias tulit victorias, laborem itineris vertit in delitium; gnarus utique à pueritiâ, ſapientisſimè Imperatorem illum in facie obverſa numi ſingularis conſignaſſe media, quæ reipublicæ Romanæ conciliaſſent imperium Orbis, Romam ſcilicet, & manibus & pedibus alatam, ut intelligeremus, per vigilantiam evaſiſſe illam in dominam Mundi.

Hinc nullas unquam turbas civiles aut extraneas ita metuit, quin ex templo præſens eſſet ut inopinantes obrueret malorum conſiliorum ſedulos, & ſic conatus non operoſisſimè redderet inutiles. Abit ergo ex fano Germani, ineunte Majo, excurrit Caletum, introducit poſtridie ſex cohortes ex legione Navarræâ in Citadellam, jubet Valanſæum exire, & alicubi privatum eſſe, curam loci tradit Rамburæo parenti, donec aliter videretur: poſt biduum recedit, & eadem diligentiâ recurrit in Lotharingiam, ut Ducem illum edoceret, inſtitutum illud æquam injuſtitiam, & temeritatem prodere, & audaciam illatis armis caſtigaret.

Poli-

Politica Reminiſcentia.

CUm Deus reges conſtituat, tanquam imagines ſuæ potentiæ, ſimul injungit illis, ut contumeliam majeſtati illatam, quam contulit, æque ac ſubditorum errores vindicent. Nemo ambiget, quin ad eam partem officii præſtandam inſeruerit dexteræ gladium tanquam certisſimum ſignum poteſtatis collatæ, qua ſibi ipſis de injuriis illatis ſatis faciant.

Quicunque ea virtute languet, ut toleret contumeliam, brevi in contemptum vicinorum delabetur, omnes omnino experietur infeſtos, ipſum adeò Deum adverſum, qui offenditur nimia conniventia ad obfuſandum majeſtatis ſplendorem, quem fronti impresſit, adeò ut patiatur otioſus, indignam honore privari. Particularibus nulla ad repulſandam injuriam conceſſit arma, præter principum juſtitiam, quibus tutelam inferiorum mandavit: regibus autem ex diverſa ratione poteſtatẽ dedit caſtigandi quoſcunque aggreſſores.

Neminem agnoſcunt ſuperiorem, qui arbitrium disſidiorum ſumat, judices utique controverſiarum ſuarum adeo ut jus armorum corripiendorum nullis limitibus circumſcriptum gerant, niſi ex prudentiæ quam juſtitia comitetur, inſtituto. Primum mobile à nullo cælo mutuatur motum; & reges ſummæ utique cauſæ per rempublicam, nullo circuitu authoritatis ſuperioris ad bellum gerendum clauduntur. Sufficit, cauſam armorum oblatam eſſe: unde non poſtremum ex Eccleſiæ aſtris fulgidisſimis id bellum vocat juſtum, quod vindicandæ injuriæ ergò ſuſcipitur: & Archidamus apud Thucydidem ait, bellum juſtum eſſe adverſus eos, qui temerè offenderint.

Nulla autem gravior offenſa Principem irritabit, quam ubi exercitus conflatur ad invaſionem, & pacta violantur mitisſimè conciliata, poſt abolitas priores injurias. Hinc leges politicæ non tantũ bellum permittunt, adverſus obſidionem ceptantes, aut provinciam depopulantes, cum nullo jure ad excipiendam obligentur illam

conte-

contumeliam ; ſed etiam ſatis habent, malevolentiam perſpexiſſe.

Non levis fuerit prudentiæ, diverſam ſervare rationem, cum duces cordatisſimi quique nunquam non exiſtimaverint, præſtare præcipitari bellum in provinciam alienam, quam noſtræ inferri : Quod ſi & infidelitas accedat contra pacta, & fidem datam, jam ſumma intelligitur ex jure Principum fieri injuria. Equeſtris ordinis viri jugulum invicèm petunt, ad primum vitium promiſſi, unde Principes id minus ferunt, ob conſequentia, quin bellum ex templo denuntient.

Soli Hiſpani, per ambitionis palpum ajunt, ventum & plumas & promiſſa auferre, ſed æquiſſimi quique politici docent, ſic illudi principibus, ubi promiſſis coëunt pacta, quæ mens neutiquam ſervare conſtituerit. Homero ſolitum fuit dicere, Eum hoſtis numero habendum, qui promittat, quæ præſtare nolit.

CAPUT XXVIII.

Aurelianenſis venit armatus in Lotharingiam.

CUm Rex eſſet Lauduni, ex curſore, quem Forcæus ſubmiſerat, intelligit, Aurelianenſem tranſiiſſe Malaturi, quod eſt pagus exigui momenti, inter Verodunum & Metas, ut in Lotharingiam eluctatus, cum ducis copiis jungeretur. Accurrit ſubinde alius, qui nuntiaret, Aurelianenſem primo adventu bellum feciſſe, & cohortem Velitum, ab Effiato nihil ſiniſtri ſuſpicante miſſam, conicidiſſe ; tametſi Dux teneretur liberum permittere tranſitum copiis regiis: & ſic hoſtiles copias in Galliam effudiſſe.

Hinc Rex cogitur ad exercitum promtius ire & expeditum & numeroſum, cum & Effiatus ex Germaniâ eſſet reverſus ; & Dux Chaunius, præter Eſtræum dudum juſſi, nobiles in limitem contraxiſſent. Sic ad quintum decimum Junii adeſt ad Menehutum, impetu ad Lotharingum oppri-

Digitized by Google

opprimendum paratiſſimo, ſi quicquam moveretur, aut ſuas cum Aurelianenſis conjungeret copias adverſus Galliam: ſapuit tamen rectius. Effiatus, temporis parcus, exercitum admovet Ponti Muſſonii, & incolas adeo terruit, ut portarum reſerarent clauſtra, præter omnem vim.

Idem pavor ipſum Ducem corripiebat, ut apud animum diſpicere inciperet, idem præcipitium; quod ſub exordium anni tam ægre evaſiſſet, patere. Petit igitur Effiati colloquium, quo excuſabat adventum Aurelianenſis, proteſtatus, quod eum nunquam accerſiviſſet, certiorque de quibusvis fidelitatis teſtimoniis regi offerendis. Id effiatus renuntiat regi, qui minime conſultum putabat, ſecundam offenſam prætermittere impunem; cum verbis nulla poſſet ineſſe fides, poſt certisſimam notitiam inſtituti perverſi, & odii flagrantis adverſus Galliam: Hinc igitur procedit Vaubecurtium usque, in Lotharingiam pervaſurus.

Refertur interea, legionem equitum, magiſtro Leoncurtio, non longe iſtinc abeſſe, ad Ruvræam: jubetur igitur, ut Dux cautius diſceret agere, Comes Aletiſij ſexaſſumere equites, præter ſcloperrarios, & triginta manipulares ex Cardinalis, & ducentos gregarios ex regis excubiis, equis ſtrigoſis impoſitos, & legionem illam profligare: id quod illo dicto citius, cum tanto fervore peractum, ut ex ſerie, quam rex præſcripſerat, ducenti quinquaginta adverſarii caderent, plurimis ſauciis & captis, quinque vexillis præter grandem equorum numerum, ad peditum amplius commodum raptis.

Ex parte regiorum nullum inſigne patuit damnum, quod intra ſeptenos cæſos, & nonnullos vulneratos ſtetit, cum Dux Halvinus, velitum regiorum caput, & Buchavennæus referrent brachia globulis plumbeis pertuſa. Duabus inde leucis Calabrius ſcribebat equites Lotharingi auſpiciis, quem triginta velites ex regiis, & totidem ex Schombergiis adeo impetuosè oppreſſerunt, ut defenſioni nullus eſſet locus, ſed captivitati inopinatæ.

Rex progreditur, & loca per Lotharingiam hinc inde corripit: ſic Barladucum ad primum fecialem redditur;

 fanum

ſanum Michaëlis conſequitur, quod Rex triumphabundus ingredi voluit, ductis, quos cæperat ad Ruuræam captivis, cum univerſo exercitu, ut incolis pavorem incuteret, quibus inſolitum erat, tantam aſpicere majeſtatem. Hinc jubet poſſeſſionem juſtitiæ inire Neſimundum, ſupplicationum magiſtrum, in foro ſupremo Lotharingiæ, quod hic celebratur cum autem officiales recuſarent fidem juratam præſtare, interdicit ipſis munia, ſubrogatis aliis, ut dux Lotharingiæ, per pauculos dies videret perniciem paratiſſimam, quotieſcunque auderet in Galliam impingere, projecto officio.

Rectiſſimè equidem comparavero Principem iſtum exilem territorio, cui pronum eſt, cælo exhalationes offundere, & nubibus inde conflatis Soli obtenebrare; unde tamen paulò pòſt exiliant tempeſtates, grandines & fulmina, quæ univerſam illius ſpeciem deturpent, ſegetibus luxurioſiſſimis proſtratis. Quicunque enim perpenderit ardua illius inſtituta, quemcunque apparatum, & omnem conatum ab initio imperii, inveniet evaſiſſe omnia in tempeſtates graviſſimas, quæ in provinciam exundarint per calamitates ſævas; diſparuerint etiam, ad nubis, qua tonitru generatur, evanidum interitum.

Politica reminiſcentia.

CUm nullum cenſeatur bellum juſtum, ex ſententia æquiſſimorum Philoſophorum, quam quod idem fuerit abſolutè neceſſarium; nunquam licebit Principi, illud ſumere, niſi ex cauſis graviſſimis. Nemo non ibi collocat ſcaturiginem malorum fatalium, cum reſpublica impietate, violentia, extorſione & crudelitate diſtrahatur, feneſtra millenis confuſionibus pandatur, innocentes morte immaturâ corripiantur, locupletiſſimi, divexentur, & panis quotidianus pauperibus eripiatur. Quis igitur unquam bellum faciet præter graviſſimas cauſas, aut vim neceſſitatis ſummam?

Quicunque autem princeps fine belli ſuſcepti excidit, maximè feret ſuppliciũ temeritatis, quod vires ad inſtitutum non exegerit: videbit enim continuo aut exercitum

proſli-

Digitized by Google

profligari, aut leges ſatis infames præſcribi. Cum cogitaret gloriæ & potentiæ facere compendium, relabetur in ſummas anguſtias, quas optimè vitare potuiſſet, ex prudentiæ uſu, & conſideratione Numinis, quod regnis & imperiis ſuos conſtituit terminos: nobisque definivit locum, antequam naſceremur, adeo ut fortuna non minus, quam vita circumſcribatur.

Quantiſcunque igitur ſollicitudinibus differamur, ad augendam fortunam ad prolongandam vitam, ne momentum quidem addiderimus, niſi Cælum voluntatibus faveat. Promptum hic eſt diſcere, maximè induſtrios & fervidos minus proficere, genios perpetuarum tricarum ſtudio perplexos in ea ſæpiculè incidere pericula, quæ aliis parabant, principesque qui ſeſe putabant ingenioſiſſimos captatores captos eſſe, & fallaciis proprijs irretiri.

Sagaciſſimi quique è longinquo ſpeculantur inſtituti eventa, impetum ferventem minimè ſecuti, & judicio actionum arbitrium permittunt: gnari utique, imperium præcordiorum trahere imperium in fortunam, imitati Cæſaris prudentiam, qui nunquam exercitum duxit, niſi prius conſtituiſſet quatuor iſta. Primum habebat, vires hoſtium exactè pernoſcere, quos erat invaſurus, cum commodis & incommodis. Alterum cenſebat, exercitum parare, vel antequam illi, quid futurum eſſet, reſciſcerent, ut inopinantes, ſi quiret, opprimeret. Tertium complectebatur omnem apparatum & belli & annonæ, quem neceſſitas ad ſubſiſtendum exigebat. Ultimum rejiciebat in machinas, inſtrumenta, & quæcunque ad ſummi negotii executionem uſui eſſent.

Iſtæ diſpoſitiones Cæſari per diverſas occaſiones promovêre inſtitutum ad felicem ſucceſſum, adeo ut plerunque exiguo temporis ſpatio patraret admiranda. Quicunque ad victoriarum iſtarum imitationem adſpirat, exemplum prudentiæ ab eodem petat, cum præter illam non evitaverit tantundem ſubire infortunii, quantum ſomniaverat gloriæ.

CAPUT XXIX.

Dux Lotharingiæ mittit, qui regi offerat obſequium:

FRuſtra ſplendorem eximium induerint aſtra ad exortum Solem, qui matutino tempore è tenebris progreſſus, primo aſpectu illa recondit. Fruſtra fluviorum maximi, qui mortalibus ex undis rapaciſſimis metum incutiunt, latitudine alvei ad æmulationem cum Oceano invitantur, cum appropinquantium undas univerſas ille abſorbeat, tanquam tributarias. Fruſtra Princeps exilis potentiam armorum explicuerit ad vires immanes Regis potentiſſimi, cum ſic vix obtineat ſpeciem minimæ ſtellæ, cui ad exortum Solis, nec ſplendor, nec uſus relinquitur.

Id demum Lotharingus fateri eſt coactus, tametſi invitus, cum copias profligari, & oppida corripi videret: adeo ut Curtriſonum ocyus ad regem mitteret, qui omne obſequium deferret. Rex, qui ſciret per curriculum victoriarum ſemper præferre pacem bello meminerat, infidelitatem diffidentiæ ſufficere æquiſſimas cauſas: neque credere poterat, verum inceſſiſſe pacis deſiderium, cum inſtitutum adverſus ſpeciem abiret, hinc pergit die Mercurii, qui erat viceſimus tertius Junii, Nancejum verſus, adeo ut poſt biduum attingeret Liverdunum, duabus leucis remotum, cum parte exercitus, altera ad Nancejum uſque progredi juſsâ.

Jam intelligebat Dux, regem non inani operâ procedere ad caſtigandam temeritatem Galliæ infeſtam; cumque exercitus numeroſus inſtaret, mittit vallinum, cubicularium primum, & Janinum actuarium intimum, qui denuo offerrent omne obſequium, cum ampliſſimis mandatis ad tranſigendum. Teſtabantur illi regi, Lotharingum impensè dolere, quod ſeſe rebus Aurelianenſis admiſcuiſſet, additis ducis nomine proteſtationibus ſum-

Digitized by Google

ſummis, de ſtudio & fide in poſterum inconcuſsè ſervandâ ex officio: paratum eſſe, ad præſtandum homagium Barrii, & fortunas ſuas cum Gallia conjungendas: neque deſinebant côpias omnes offerre, quæ cum regiis conjungerentur, omnemque operam ipſius, ad quodcunque bellum gerendum; adeo ut regi copiam facerent, majoris fidei ergo, aliquot oppidorum, ad rationem depoſiti

Rex humaniter excipit, quod ſciret, plus gloriæ obtingere ex ſubmiſſione hoſtium, qui ſe victos fatentur, quam ſi conculcentur & expolientur: etiam revulſis omnibus pene clementiæ limitibus, promittit alteram hanc veniam, ad tranſactionem ipſi exoptatam, modo poſſet ſecurus fieri promiſſorum. Cum autem alia fidei teſtimonia requirerentur, quam ſuperiora, ne denuo facultate perverſorum conſiliorum abuteretur, rex eos ad Cardinalem ablegat, quocum pactorum ſummam conſtituerent.

Politica reminiſcentia.

QUamvis omnes omninò principes longe plus potentiæ & opulentiæ poſſideant, quam tranquillitas animi exigat; plures tamen ambitionis inſtinctum ſecuti, neglectis prudentiæ legibus, novis quotidie implicantur conſiliis. Videntur profecto oculos avertere à poſſeſſis, ut alienis extimulent concupiſcentiam: ſic enim ſolida & vera pacis commoda diſpiciunt, ut umbram gloriæ incertam, ludibrium videlicet bellorum, perſequantur.

Inſtitutum potentiæ intendendæ ſuſcipit infinitas ægritudines, adeo ut animadvertere liceat, mentem illorum, ne inſtitutis cancellos circumdari patiantur, ſemper per incerta vagari. Accidit etiam plerunque, ut viribus non recte ad inſtitutum applicitis, rempublicam evertant, prolapſi in infamiam, victis paratam, dum majorem potentiæ ſomniant ſplendorem. Deus enim arrogantiam caſtigat, cum ſegetem moleſtiarum graviſſimarum ex ſpinoſo deſideriorum campo colligunt, ut qui thro-

num potentiæ ſatagant maximè efferre, graviori involvantur ruinâ.

Sic ſanè infans, à nutricè deſertus, antequam ſine adminiculo incedere queat, minus corruet, quam princeps ambitione divexatus in medio Imperio: Infans enim, ex adminiculi inopiâ trepidus, arripiet obvia, nihil ulterius audens; ſed princeps, ſemel illo malo occæcatus, nimiâ confidentiâ inflatur, & præceps ruit, conſiliis perplexatur, quæ facultates excedant, & per ærumnas compertum facit, Eum à pernicie non longe abeſſe, qui neminem metuat. Quanto rectius præfigerentur termini deſideriis, ut mens perpendat, non ampliſſima imperia principem beare, ſed moderationem deſideriorum compingere ſub rectæ rationis imperium, ſi quæ turbent.

CAPUT XXX.

Altera tranſactio pacis cum Duce Lotharingiæ.

QUem proſperum ſucceſſum minus expectare liceret ex tranſactione iſta, Poſtquam Cardinalis manum admovit? Nam virtus ejus & conſilia protulerant jam limitem Galliæ, erexerant plurima trophæa ad gloriam Regis, novis additis palmis: unde nihil dubitandum videbatur, quin iterum Lotharingos edoceret, Monarcham iſtum & virtutem & coronam jure hæreditario à regibus Galliæ priſcis obtinuiſſe, quibus gloriæ fuerit, priſcos Lotharingos ſubjugaſſe. Neque enim metuebat Auſtriacorum auxilia, quæ ſperabantur, adeo ut nulla omnino futura eſſet tranſactio, niſi pignora eximia & ſecura præſtaretur fides.

Hoc enim ſermonis principium ſumebat Cardinalis, ut omnem ſpem ſui circumveniendi perderent, inani deinceps verborum lenocinio & vanis fidelitatis proteſtationibus. Duo erant, quæ fiduciarios diſponere videbantur ad ſubeandam ipſius ſententiam, & neceſſitas ineluctabilis, quæ duci aut perniciem, aut tranſactionem imperaret,

Digitized by Google

ret, & difficultas ſumma, de inſtituto credendo, niſi effecta conſequerentur; cum nihil moveretur tot calamitatibus, quas exantlarat, quin per magis propitiam occaſionem reſtauraret bellum, adjutus Auſtriacorum auxiliis, qui ipſum faſcinabant ſpecioſis promiſſis.

Tam falſo ſimile apparebat illa commutatio mentis, ut Cardinalis ægerrimè fidem adhiberet: cum autem conjectura aliquid aſſequeretur, eum ſibi ſcopum in tranſigendo proponebat, ut regi tanta commoda obtineret, quæ Lotharingo facultatem intercluderent tertii erroris, niſi exitium ſponte eſſet quæſiturus. Colloquium inſtituitur Liverduni, ubi poſt complures conteſtationes convenit, ut Dux intra ſextum diem oppidum & caſtellum Stenæi in manus regis traderet: quod inde à triduo conſequeretur oppidum & caſtellum Jameſij, pignora utrique fidelitatis, cum univerſa annona, armis & apparatu præſenti, ad annos quatuor.

Quo tempore elapſo eadem loca redderentur bona fide, ad eandem conſtitutionem, qua nunc traderentur: liceret interea regi militem imponere, ad quemlibet numerum: incolæ jusjurandũ præſtarent, obſtricti ad quietem colendam, nullo ſiniſtro auſu. Præterea Dux poſt triduum Regi traderet oppidum & munimentum Claræmontij, in quæ jus Rex putabatur habere, lite in Parlamento Pariſiorum pendente, ut poſtea poſſideantur à Rege per integram proprietatem & ſupremitatem, modo Duci ſolvatur pretium, ad quinquageſimum denarium, juxta canonem ad rationes revocatum, per fiduciarios utrinque legendos.

Dux teneretur regi præſtare intra annuum tempus fidem & homagium de Ducatu Barrenſi: ſi quæ lites eſſent, aut moverentur, ex fiduciariis utrinque dictis definirentur, qui convenirent Pariſios, quotiescunque regi placuerit, ad quævis diſſidia amice terminanda. Conventum etiam, ut Dux quinque priora pacti Viciani capita religiosè ſervet, quibus hac tranſactione novus accederet vigor, adeo ut nullo modo ab illis debeat recedere: tandem & liberum regiis copiis tranſitum per provinciam permitteret.

Cardinalis viceverſa promittebat nomine regis, ut Duci redderentur oppidum & caſtellum Barrii, oppidum & caſtellum Divi Michaëlis, Pons Muſſonii, & quicquid omnino arma regis ipſi eripuiſſent: copiæ & ex agro Lotharingiæ deducerentur: perſona & provincia Ducis adverſus quoſcunque aſſererentur. Cardinalis omnes iſtas conditiones regi perſuadet, quæ diſplicere non poterant, compendioſæ utique & ad ipſius gloriam, & ad Galliæ emolumentum, ut ſic otium concederetur, ad reſtinguendum incendium, quod genii quidam perduelles, Aurelinenſis nomine abutentes, operosè excitabant hinc inde in Regno. Sic igitur tranſactio ſigillis firmatur Liverduni, die Junii viceſimo ſexto.

Politica reminiſcentia.

CUm homo ſit natus liber, nulli niſi parentibus ſubdictus, quos tamen propediem deſerit, alimenti proprii ſagax; nihil mirum, difficulter coli obſequium, adeo ut vim adferre credatur Naturæ, communi matri, qui aliorum libertati deroget, aut inſidietur. Inter omnes autem omnino mortales nemo liberiorem ſeſe putat, nemo majorem ſibi licentiam ſumit, quam qui per Natales æminet, aut per virtutem.

Hinc verum apud principes exulat, cum gratiſſimi ſint adulatores & voluptatum arbitri, adeo ut Clitus ab Alexandro Magno ob linguæ, licet temulentæ, liberiorem uſum vitâ fuerit privatus Tum vero certatim adulatores animum ex virtutis ſenſu confuſum & proſtratum, illecebris libertatis adeo titillarunt, ut rationis uſus demigrarit in libidinem, quidvis agendi. Exinde alius viſus Alexander, multum mutatus ab illo, qui ſudores laborum, & ſanguinem vulnerum, cum gaudio ferebat, ut ab Athenienſibus celebraretur, jam vero Macedones faſtidiret, & totus, quantus eſſet, devictæ Nationis mores luxurioſos indueret.

Quod ſi animus magnæ libertati aſſuetus redigatur in anguſtias, firmitatem cancellorum frendens conſiderabit; ſed oſtium apertum nactus, ruet uti lacus ageribus ruptis

Digitized by Google

ruptis, qui prius ſtagnabat placidus. Sic violentia ignis explodit globum graviſſimum, per iſtam conſtipationem fortior. Quid igitur ſperes obſequii à genio conſtricto, niſi ut libertatem nactus, eadem utatur. Ita ajunt, lupum in foveam delapſum, ex captivitâtis pudore indignabundum abſtinere oviculâ, quam ſi exiliat, ſponte repetat, ſed jam liber. & devoret. Nec præter rem vincula parantur, & cancelli ferocibus beſtiis; hominibus vero imperantur & obſides, & pignora, ut, cum maximè velint, minus noceant.

CAPUT XXXI.

Dux Lotharingiæ reconciliatur regi.

POſt transactionem pactorum Rex abit ad Pontem Muſſonii, ubi Cardinalis Lotharingiæ ipſi adeſt, qui de promiſſis fratris caveret: ſic Stenæum committitur Lambertiæ, cum legione ſubeunti; & Pleſſius, centurio legionis Picardiacæ, occupat Jameſium, introducta illa legione. Et rex viciſſim reddit, quæ per Lotharingiam corripuerat: Cumque Rex pernoctaret Siccoprati, Dux adeſt ad obſequium præſtandum, teſtatus magnum dolorem, quod tantæ fuiſſet cauſa moleſtiæ, obnixè rogans, ut memoriam præteritorum aboleret.

Rex ducem excipit cum omni apparatu benevolentiæ, quam optare licuiſſet, aſſeverans, nullam ſibi præteritorum fore recordationem; ſed & credere, eam ipſum ſumpturum vitæ rationem, quæ præteritorum nihil refricaret in poſterum. Dux prodebat quaſcunque proteſtationes de obſequio fideliter colendo, tametſi nihilum quidem pactorum cogitaret exequi. Sic Rex revertitur in Galliam, & ad Pariſios redit, cum mallet ductum benignitatis ſequi; quam diffidentiæ, cujus cauſæ nondum erant obliteratæ, indulgere.

Politica reminiſcentia.

SEmper majorem meruit laudem in principe nimia fiducia, præ diffidentiâ, ubi res periculo caret & damno: potior enim eſt diffidentia, ubi ſecuro eſſe non licet ex verbis alterius, & fiduciæ ſumma periculum invitat. Æquè errat, qui nemini fidit, & qui cuivis fidem habet. Quemadmodum prudentiæ eſt, fiduciam coërcere per metum juſtum infidelitatis; ita fortitudinis non poſtrema eſt nota, diffidentiam projicere, metu illo ſublato.

Accidit enim aliquando, ut fiducia, quæ inimico occulto additur, animum illius flectat, & ad officium reducat, adeo ut à ſiniſtro inſtituto diſcedat. Sicuti diffidentia ſummè lædit amicitiam ſinceram, ita fiducia neſcio quam vim occultam trahit, ad captivandos hoſtes acerrimos. Neque enim immoti ſunt motus animorum, adeo ut aliquando clementia & benignitas eos potius convertat, quam violentia, id quod in leonibus obſervare licet.

Quamvis terra ſponte ſit mala, carduis & ſpinis producendis aptisſima, redditur tamen quotidie melior, adeo ut granum optimum producat, manu diligenti exculta: ſic genii, licet parum fidelitatis gerant, & per naturæ vitium ad impoſturas inclinent, ſæpisſimè ad rectum rationis uſum reducuntur, per benevolentiæ teſtimonia.

A Venetis ſpecimen aliquod mutuari liceat, qui captum Mantuæ principem, hoſtem acerrimum, & in exitium ipſorum juratum, non tantum libertati reddidêre, ſed & ſummum armorum imperium addidêre. Is autem, cum ex tanta fiducia ſeſe victum videret, miram virtutem in cauſa illorum propugnandâ oſtendit. Et Auguſtus, poſtquam fiduciam in S. Cinnam reſumſit, & is accuſaretur de cæde intentatâ, conſulatum contulit, ſupplicio abſtinuit; unde eum ſic devinxit, ut neminem prorſus haberet fideliorem, & ad obſequium promptiorem.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

Aurelianenſis Maniſeſto atroci impugnat Cardinalem.

SUperius diximus, rege ad invadendam Lotharingiam parato, Aurelianenſem tranſiiſſe, ut copias in Galliam effunderet: ibi arma regis, qui accurrerant maturè, moram nullam indulgebant, Lotharingi etiam copiis, quas ſibi adſciſcere ſperabat, ſecluſis cum alioqui ad inſtitutum minus habuiſſet virium, & rerum curſus per Occitaniam, ad mentem factionis, in vægrandem non abiret perduellionem.

Ex Lotharingia igitur digreſſus, petit agrum Baſſinianum ut Andeloti hoſpitaretur decimo tertio Junii die, ubi, qui & benevolentiâ & calamo ipſius abutebantur intimi, ſub nomine ipſius promulgarunt Manifeſtum, quantam mens concipere queat, ſeditionem ſpirans. Scatebat proteſtationibus ſpecioſis de colendo rege, unde perturbatores reipublicæ nunquam non rapuêre prætextum ſiniſtrorum conſiliorum. Quaſi vero emolumento regis inſervirent, perturbatores Regni, qui obſident & expugnant urbes, opprimunt ſubditos, ærarii redditus corripiunt, equeſtrem Ordinem perduellione implicant, nullo penſo clariſſimarum & abſolutarum inhibitionum.

Neque enim proteſtationes quicquam ferebant præter velum ſpecioſum, quo intimis Aurelianenſis placebat amicire impatientiam, animorum gehennam, quod viderent, Aſtrologorum præſagia, quæ à biennio mortem regi denuntiabant certiſſimam, unde fortunam propitiam ſuis commodis & votis adſtringerent, omni carere effectu. Hinc ad calumnias delabuntur adverſus Cardinalem, per exaggerationes adeo abſurdas, ut vel inde minus fidei invenirent: adeo verum eſt, maledicentiam nimiam, & extra ſimilitudinem veri nullum omnino imprimere characterem in animis mortalium.

Quis

Quis enim crediderit, perturbatorem tranquillitatis publicæ, hoſtem regis & familiæ regiæ, quod in eo Manifeſto deblaterabant, qui per prudentiæ uſum regi in Lotharingia obtinuerat intra ſpatium quindecim dierum quævis gloriæ compendia, etiam præter vota? Quæ ratio occupandæ reipublicæ, quod Aurelianenſis & auribus & calamo inſtillabant, qui ſumma ſollicitudine eundem reconciliarit Galliæ, poſt primam ſeceſsionem, ad expeditionem Pedemontanam nunquam inducendus, niſi de certo Aurelianenſis reditu conſtitiſſet.

Sic pronum fuit poſtmodum ipſis extorquere confeſſionem iſtius calumniæ, cum regi perſuaderet clementiam, & ſummam magnificentiam, ad reditum in Galliam denuo procurandum. Quæ vero inde exculpetur ratio corripiendorum armorum, adverſus ipſum? Cum nulla penitus extet, nemo non ad oculum videt, calumnias illas atroces nihil atterere ipſius gloriam, quin imo, ad moſchi & civettæ naturam, quibus fragrantia ex fimo & cloacâ intenditur per eandem antiperiſtaſin & luctam contrariorum, quâ ignis per ſævisſimæ hyemis frigora vim geminat; univerſæ illæ calumniæ, quas maledicentia in ipſum evomere potuit, ſuavem famæ eminentis odorem, quam officiis & virtutibus humanâ pene ſorte ſuperioribus acquiſivit, admodum auxêre.

Dicam tamen aliquid de ſenſu ipſius, quantum iſtam rabiem ſpectat; vero verius omnino eſſe, eum potius Galliæ ſortem doluiſſe, quam ut paveret ob propria compendia per illam tempeſtatem, nulla prorſus inquietudine animi tentatus. Univerſi enim illi conatus animum vehementius obfirmabant; fulmina illa, quotquot iſti jaculabantur, ex rupe conſtantiæ reſiliebant, quæ ex plurimis complurium annorum ictibus ex non diſpari officina obduruerat, adeo ut quæcunque moles procellarum, quæ interitum minitabantur, id unum effecerint, ut univerſus terrarum orbis intelligeret, miniſterio reddi gratiam immotam.

Poli-

Digitized by Google

Politica Reminiſcentia.

HOc demum inſtitutum miram injuſtitiam protendit, ubi ſummi miniſtri officia calumniis rependuntur: ſi enim beneficia ex quovis juſtitiæ genere merentur gratitudinem, nulla fuerit ratio, injuriis laceſſere atrociſſimis famam illius, qui nullo non momento vacat bono publico. Priſcus ille dicebat, principum eſſe, male dicentiam referre ex beneficiis: hinc ſanè celeberrimi ex antiquitate, adeoque univerſi, qui regibus noſtratibus ſumma præſtitere officia, ſuſtinuere impetum ingratitudinis.

Redeamus in memoriam iſtius Monarchiæ ultimam contemplemur univerſos ſingulatim, qui ſummam reipublicæ, auſpiciis regum adminiſtrarunt, & neminem non inveniemus, tanquam ſcopum invidiæ, & vituperii exercendi. Cauſas alibi retulimus, nunc hoc unum duntaxat addimus, gratiam principis, beneficia ab ipſo recepta, & gloriam ex actionibus laudatis naſcentem ſatis cauſæ ad odium concitandum præferre; tantum poteſt invidia in aulis principum.

Neque verò malum hoc noſtræ Monarchiæ eſt ſingulare, cum longe ſit vetuſtius & univerſalius. Athenienſes enim legimus Themiſtocli indixiſſe exilium, viro illius ſeculi amplisſimo, etiam ſummis in rempublicam meritis clarisſimo. Ipſe Phocion poſt diuturna officia ab iisdem Athenienſibus capitis damnatur, & cicuta hauſta animam reddit. Sic Coriolanus odium fert, in jus vocatur, & extorris agitur apud Romanos, quibus ſola neceſſitas agnitionem erroris attulit. Quoties verò Moſen Iſraëlitæ exercuêre ſeditionibus, quem Ægyptus miracula in gratiam popularium patrantem admirabatur:

Millena alia exempla, ſi opus eſſet, planum facerent, malum hoc eſſe epidemicum: deploratisſimum nihilominus, vel ob ſummam injuſtitiam, cum iniquisſimè divexentur viri bene meriti de republica, & admodum utiles; vel quod ſoleant turbæ & ſeditiones ſubnaſci, cum calumniæ in eum tantum finem promulgentur. Sic Manlius Capitolinus nullam aliam invenit rationem tumultuandi ad-

adverſus Camillum, poſtquam urbem à Gallis aſſe
ſet jam captam, præter quam ut calumniaretur eu
populum, cui perſuaſum ibat, correptas eſſe ærari
curias.

Verisſimè utique dixerimus, calumniam ſemen
per præbuiſſe ad ſegetem rebellionum, quaſcunque
lia ſenſit, ex quibus tamen nullum compendium
runque redierit ad earum authores, præter odium & i
miniam.

CAPUT XXXIII.

Aurelianenſis tranſit in Burgundiam.

VUlgo ajunt, canes nunquam vehementius oblat
lunæ, niſi cum pleno fulget orbe, ad ſplendorem ſ
mum: ſic patet genios factioſos, qui benevolentia &
mine Aurelianenſis abutuntur, nunquam altius inf
tubam calumniarum adverſus Cardinalem, niſi ubi m
mam ille indipiſcebatur gloriam ex Hiſpanorum auſis
presſis, ex Anglorum temeritate caſtigatâ, & ex Saba
ac Lotharingi coërcitione.

Innotuêre orbi querimoniæ illorum, & libelli diffa
torii, in fervore ſummorum negotiorum excluſi: quem
modum vero Luna, noctis arbitra, curſum minime i
bet, ob quoscunq; tumultus per inferiora, ita ſummus
miniſter, qui per merita adſcenderat ad clavũ reipubli
à Numine utiq; indultus Galliæ, qui inſtar aſtri pro
disſiparet nubes, quibus odium & invidia Gallorum co
batur detrahere, curriculum perrexit, nullo penſo & m
corum, qui inſtitutis virtutis intercederent.

Hinc curas ſolitas geminabat, ut in cineribus ſuffoca
igniculos ſeditionis, qui incendiis ſpargendis paraban
Aurelianenſis tranſierat cum bis mille equitibus, quos
Leodienſi agro, ex Wallonibus & Germanis college
Ducibus Metternico, Canonico Treverenſi, & Grang
Leodienſi, in Burgundiam, ubi literæ Momorantii, qui
nuntiabatur, rerum ſummam in Occitania nondum ad
tum & uſum deductam, ſuasêre aliquantulam moram.

C

Cum jam quatuor aut quinq; à Divioduno abeſſet leucas, ſcribit ad Majorem & ſcabinos, deinde & ad Parlamentum, ut moræ faverent, ſuppeditatis neceſſariis exercitui; perſuaſus, ex ea conniventia exorituram occaſionẽ introeundi, & urbem occupandi. Huc tamen minime propenſos dolet: nam literas quidem reverenter accipiunt, ſed ad regem mittunt, rogato Aurelianenſe, ne quid offenderetur ex eo inſtituto, ſi regia mandata expectarent, quæ ad amuſſim ſequerentur.

Cives interea jubent armari, expediunt tormenta ad defenſionem, ſi qua opus foret; turmam equitum, ſub urbium Divi Nicolai incendio fædantem, ad progreſsũ ulteriorem, impetant, tormentorum uſu repulſant, vicenis cadentibus, inter quos Centurio Leodienſis Aurelianenſi magnum expreſſit dolorem; adeo ut poſtridie diſcederet. Copiæ autem ſenſu iſtius infortunii & ignominiæ adeo irritabantur, ut vindictam jurarent, quam per ferociam abunde teſtabantur, incendiis per omnes fere pagos viciniæ ſparſis, poſtquam agreſtes ex violentia extremâ nudaſſent omnibus facultatibus.

Politica Reminiſcentia.

TEmeritatis ſummæ fuerit, navem vento & Oceano permittere, præter gubernaculi uſum & naucleri prudentiam. Fluctabit illa, hinc inde dilata donec fame diſpereant navigantes, aut ad ſcopulos alliſi naufragio hauriantur, aut ad barbaras nationes diſpellantur, captivitati mancipandi: adeo omñe malum temeritatem conſectatur, ſalute in ſolius prudentiæ uſu conſtitutâ.

Id vero agunt principum intimi quibus volupe eſt fortunam Oceano temerè committere, ex vana natalium ſpe, quibus omnia ſubmiſſionem debeant & obſequium. Coluntur quidem illi non immerito, quod ſummum principem ſanguine attingant, & ſpem ſummi imperii, ex fatorum curſu concipere queant; ſed duos Soles non fert mundus, & regnum licet ampliſſimum, duobus regibus nimis eſt anguſtum.

Peſſi-

Peſſimè autem vindicatur officium, quod Principi ſummo debetur & redditur, per injurias & calamitates, cum id laudem potius ferret. Temeritas ſocios ubique quærit, etiam vi & dolo facit, ne ſola errare videatur, cum tamen multitudo peccantium exiguum præſtet patrocinium adverſus rectæ rationis uſum. Nam quid ſolatii invenerit naufragus in tabulis circumnatantibus alienaram navium?

Stulta ea eſt perſuaſio temeritati fortunam ſperare propitiam: Subdola eſt, & vitrea, cum ſplendet, frangitur. In facinoribus heroicis licet id animadvertere, ſed apud genios eximios, quorum numerus eſt exiguus. Pauci numerantur Timoleones, paucisſimi Sullæ, quibus temeritas ſemper fuerit fauſta: ſed quanta eorum multitudo, quos fortuna deſtituit, & ludibrio expoſuit, propediem præcipitandos? veluti Pompejos & Marios, adeoq; Sertorios meminimus.

Reſpicienda itaque fortuna, ne ipſius fiducia nimia audeamus, quæ in rectam rationem impingunt, ſemper recordati, etiam optima conſilia, ad prudentiæ ſtateram penſiculata, ſæpisſimè cadere peſſimè; ut à temeritate eo longius recedamus.

CAPUT XXXIV.

Aurelianenſis cogitur Burgundiam deſerere.

DIſpoſitio hæc Divioduni, ad Aurelianenſis inſtitutũ parum commoda, non ſolam præbuit cauſam, cur ille ex provincia ea diſcederet, cum Forcæus calcaneo ferè inhæreret. Cum enim Rex in Picardia eſſet factus certior, Aurelianenſem in Galliam irrupiſſe, nullum temporis momentum ſtatuit perdendum, ad curſum perduellionis interrumpendum: dudum gnarus, principiis fervidè obſtandum, antequam copiæ contrahantur, & munimenta aut urbes famoſæ corripiantur.

Jubet igitur decem millia peditum, ex copiis per Lotharin-

Digitized by Google

tharingiam diſtributis, duo millia etiam equitum aſſumere, veſtigia legere, & quodcunque inſtitutum turbare: adeo ut poſt pacta Liverdunij ſancita, otium in provincia ſubſiſtendi non relinqueretur Aurelianenſi. Viſum etiam regi, in eundem finem ſubmittere Schombergium, qui mille quingentos nobiles, gravis & levis armaturæ, præter nongentos ſclopetarios deſultorios, ex legione excubiarum lectos duceret.

Cum enim duos iſtos duces tergo hærere videret, progredi neceſſum habuit, diligentius quam inſtituerat. Conſtabant autem Aurelianenſis copiæ milite collectitio, eoque extraneo, qui ſumma gaudebant violentia, adeo ut quævis oppida, quocunque modo munita, & portarum clauſtra objicerent, & obſequium in regem colerent. Auſæ ſunt aliquæ ad Corconam quadraginta fere mulas corripere, quos incolæ per vim receptavere, intra pomæria deductas, temeritatis pœnam morte luentibus duodecim raptoribus.

Id Aurelianenſis adeo graviter tulit, ut oppidum obſidere conſtitueret, niſi Epiſcopus Menatenſis, cujus fides & virtus celebrantur, ad primum nuntium contraxiſſet centum nobiles, præter quadringentos pedites, & in oppidum ingreſſus, defenſionem paraſſet; adeo ut Aurelianenſis, cui non diutius licebat alicubi tardare, cogeretur diſcedere. Pervagatur univerſam Galliam, nullo operæ prætio, niſi ut progrederetur uſque etiam in Occitaniam; poſtquam Cardinalis, ſecundum regis auſpicia, omnia ubique rectiſſimè compoſuiſſet.

Politica reminiſcentia.

IPſa prudentiæ ſumma imperat, ut ne unquam perduellio contemnatur, quantuculacunque ejus fuerint principia; ſed primæ, quæ coeunt per agros copiæ profligentur. Solent, fortunæ occærandi permiſſi, ex viribus non contemnendis fiduciam concipere, exercitum exiguum nihil adverſi auſurum; ſapientiſſimi tamen quique didicerunt ex uſu rationis & rerum humanarum, exigua principia ſæpenumerò traxiſſe periculoſiſſimam molem.

Perduelliones enim rectè comparantur fluviis, qui alveos dilatant per ipſum lapſum, in numeris rivulis ſuſceptis. Neque vero ignorari debet inconſtantia rerum humanarũ, cum & negotia militaria legibus fortunæ impenſius ſubjiciantur, præ cæteris omnibus. Sic enim hoſti grande permittitur compendium, ſi contemnatur, & ex contemptu oriatur negligentia ad reſiſtendum, quam ille negligentiam convertat in exſtruenda munimenta, & copias contrahendas, adeo ut poſtmodum difficillimam præbeat victoriam, cum primitus exiguo negotio potuiſſet à progreſſu diſtineri.

Pharao quidam, ſic enim reges Ægypti audebant nuncupari, ex imprudentia contemnebat Chaldæos, ad ſuggeſtionem procerum Memphiticorum, qui exaggerabant, principem natalibus priſcorum regum ortum, vaſtiſſimæ provinciæ dominum, arbitrum pacis & belli celebratiſſimum, proſtituere authoritatem ex quovis ſigno metus, quem tantillus hoſtis conaretur injicere. Supplicio ſanè non caruit, ubi Chaldæi irrupêre, vim armatam circumtulêre, ad illius exitium.

Exigua cura obſidentium hoſtium, & fiducia murorum viriumque Ninivitis interitum conciliavere, per ſecuritatem epulantibus, ad jacturam imperii. Vel minima ſcintilla immane fecerit incendium; & exile principium perduellionis everterit imperium quodcunq;, niſi ab exordio inſtituatur reſtinguendi ratio. Sic videas violentiſſimam tempeſtatem ex aura leni ventorum procedere, & graviſſimas aëris tenebras naſci ex debili nube.

Sæpiſſimè profecto bella immania extitere ex parvis principiis, cum per rempublicam ſemper reperiatur faſtidioſorum copia, qui principis indignabundi inſtitutũ ſuſcipiant, vires augeant, niſi præveniantur; accedit etiam ſtudium prædandi, quod plurimis volupe eſt, ex patrocinio tanto, ad libertatem agendi, rapiendi, populandi. Summum mali remedium ſumitur ex prompto occurſu, ut primæ perduellionis copiæ, per agros emicant, tanta vi urgeantur, quæ vix otium relinquat cogitandi, quò cæteris lubeat quietis eſſe.

CAPUT XXXV.

Momorantij faſtidium.

DUx Momorantij Aurelianenſem in Occitaniam invitaverat, certiorem factum, deſtatuminando in ea provincia inſtituto, dum ſibi ipſi perſuadet nimiam in univerſa provincia concitanda fiduciam. Grandes ille coquebat ęgritudines inde ab anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo nono, ob Edictum de conſtituendis Electis, quæ nova munia plurimum ipſum attinebant.

Quemadmodum enim officium gerebat indicendorum tributorum, quæ rex à popularibus petebat, cum id ordines prius & inprimis Præfectus præſtarent, non rarò centies mille libris in ſuos uſus interverſis, ita ægerrimè ferebat hoc detrimentum, ampliſſimis ſumptibus alioqui aſſuetus. Etiam Emerius, Ærarii ſummus quæſtor, in Occitaniam miſſus anno triceſimo primo, ſupra milleſimum ſexcenteſimum, ut Edictum illud obſervantiæ traderet, adinvenerat mediam viam, ut ſcilicet tributa indicerentur à fiduciariis, ex quorum creatione rex tantūdem ſuſciperet commodi, ac ex conſtitutione Electorum? qui tamen nihil minus agerent, quàm quæ ordines definirent, adeò ut Gubernator provinciæ compendiis ſolitis frueretur.

Hanc autem rationem Effiatus, Emerio Superior & omnium ſummus, approbare noluit, vel ob ſimultatem ex communi in exercitum Pedemontanum imperio ſusceptam, vel ob iniquitatem rei, cùm nefas ſit, Gubernatores provinciarum tanta emolumenta à popularibus ſumere cùm ſic onera creſcant, nullo ad regem redundante commodo: adeo ut Momorantii faſtidium viam illam mediam, ab Emerio propoſitam, reddiderit inutilem.

Deinde animo conceperat munꝰ ſuum Mareſchalci per caſtra & exercitus univerſos regis, quod non multū aberat à functionibus univerſis Conneſtabilis, cum autem eâ ſpe, propter æquas rationes excidiſſet, qui ſemper plus virtutis,

mnia in circulum revoluantur. Quod ſi eam ſortem patiantur ſumma imperia, & familiæ ſummæ, nemo mirabitur, medioximarum & infirmarum familiarum viciſſitudines. Majorum merita & honores plurimum ſanè conferunt ad excellentiam, cum infimis per multa egregia facinora, quibus nonnunquam ætas deficit, ſit eluctandum, antequam ad eos gradus pertingant, in quibus iſti ſunt nati, vel juvenes conſiſtunt, unde Cicero ſeipſum vocat novum hominem, qui ad rempublicam acceſſerit, nullus majorum famoſis ſignis notus.

Verumenimverò virtute ſunt parta monumenta illa majorum, virtute ſunt eadem conſervanda, ne novi homines eadem, qua ultimi Majores, via ad ſummos honores contendant, natalibus alioqui laudatis per ſocordiam antiquitatis. Sic videmus, è re anguſta complures per parſimoniam perveniſſe ad magnum cenſum; liberos etiam eidem parſimoniæ innutritos, cenſum aut ſervaſſe, aut intendiſſe; ſed parſimoniæ ignaros poſteros, dilapidaſſe ipſum fundum, quem pari parſimoniæ, ſed alienæ, permittere cogerentur.

In utroque genere plurimum graſſatur fæminarum & faſtus & luxus, de quibus ſæpius monuimus: quæ per naturam à rebus gerendis remotæ, & ex virium imbecillitate patrocinio maritorum ſubditæ, partes obſequij ſument & colent, ne univerſam familiam evertant, ſibique ipſis exitium accerſant.

CAPUT XXXVI.

Momorantius non poteſt à male inſtituto reduci.

EX hoc inſtituto enixè laborabat potiorum Epiſcoporum & Nobilium partem in Occitania in partes Aurelianenſis pertrahere, poſtquam in provinciam reverſus eſſet, ut ſuos faceret, cum optimè ſciret, populares inſtar ſtellarum parvarum firmamento, quæ motu particulari, de-

ſtitutæ, ad illum cælorum ſuperiorum volvuntur, ſecuturos ducem. Hanc negotiationem ille ex voto promovebat, in propriæ tandem gloriæ diſpendium, cum certum ſit, ex nimiâ facilitate complurium, ipſum tanquam arctiore vinculo perduellioni fuiſſe adſtrictum.

Quemadmodum verò fieri nequit, ut iſtiusmodi inſtituta diu teneantur in occulto, rex & Cardinalis extemplò rem intelligunt: ubi leges juſtitiæ promptum requirebant ſupplicium. Cardinalis tamen, qui noverat, principibus ad ſeveritatem non eſſe tranſeundum per iſtiusmodi occaſiones, niſi poſt uſum clementiæ, ſuadet regi, ut induſtrii alicujus viri interceſſione uteretur, qui genium errantem revocaret ad officium; cum & virtutis eſſet virum ſummæ notæ à naufragio ſervare, in quod per imprudentiam fervidiorem præcipitaret.

Negotium imponitur Epiſcopo Arelatenſi, & Emerio, qui nomine regis indicarent cauſas, juſtæ diffidentiæ: ſi rationem officii haberet, intelligeret, particularium non eſſe rempuplicam ſuo modulo metiri, aut pro arbitrio adminiſtrare, quod regiarum eſſet partium: bonum provinciæ ex perduellione & bello malè quæri adverſus confuſiones naſcentes: fortunæ incrementum perduellione non ſtabiliari, ſed ſubverti, poſtquā rex ſatis habuerit potentię ad cicurandos vicinos omnes, nihil reliquum facturum, ad ipſum opprimendum & cum conſiliis exitio immolandum: natales denique flagitare obedientiam eximiam: cùm majores integro ſemper vinculo ſeſe adſtrinxerint regibus, gloriæ illi inſignem facturum maculam, per actiones contrarias in ſuum ipſius detrimentum.

Rationes iſtæ nimia potentiâ & juſtitiâ turgebant, ad eum à vanis conſiliis revocandum, ſi tantillum voluiſſet illis examinandis impendere otii: ſed faſtidium, & ſimultas nimis altas egerant radices in animo, ut libertate perditâ, obſtinatam inſtitueret ſemper negationem, de ullo ſiniſtro conſilio, adverſus regi debitum obſequium; adeò ut nihil deſineret tricas ceptas perurgere, ad ſeducendos quoscunque inſtituto utiles. Quis ſatis miretur hanc oppoſitionem & mentem cæcam?

Sed quis ſatis contemplabitur benignitatem Cardinalis, qui

qui ſumma ægritudine afficitur, quotieſcunque regem cogitur ad rigorem deducere, tametſi juſtiſſimum: unde obſtinationi cedere nondum voluit, id agens, ut rex nova mandata in eundem finem Sondevilio daret, majoris fiduciæ ergò, ex confidentiâ priſcâ. Jubetur igitur à rege diligenter ire, poſt inſtructionem à Cardinale ſuſceptam, ad Momorantium, ne is ab obſequio recederet, aut perduellioni ulterius miſceretur, ad extorquendam à rege perniciem. pervadit, adeſt, omnem operam adhibet, induſtriæ & familiaritatis nihil obliviſcitur: in vanum tamen omnia, cum inſtitutum obfirmaſſet ille, & compluribus ſeſe obſtrinxiſſet.

Politica reminiſcentia.

SUmmo cum periculo obſtinatio ſumitur in ſiniſtris conſiliis, ubi aures obturantur ſapientiſſimis admonitionibus, quæ ſucceſſum exitialem inde oriturum demonſtrant. Magnates in eam obſtinationem inducti, plurimorum malorum cauſam dant, per tumultus graviſſimos, donec in barathrum calamitatum collabantur, ubi impediti, non rarò cæteros complices in eandem perniciē trahunt.

Quamvis Alexander Magnus æquâ fortunâ & virtute uteretur inſigniter tamen erravit, per contemptum Magorum & Sapientûm Ægyptiorum, qui ſæpius monebant, Babylonem caveret, ex notitia fati. Cum enim conſilium ipſorum flocci penderet, illuc tranſire omnino conſtituit, ubi à Theſſalo medico própinatum hauſit venenum, lucisque hujus uſuram depoſuit.

Summæ aliquando fuerit prudentiæ, ſententiam mutaſſe, unde non exigua laus conſurgit, quando mala derelinquuntur conſilia. Fluviorum proprium eſt nunquam redire ſurſum; ſed ſapientis eſt, curſum inſtituti interrumpere, viamque diverſam inſtituere ab ea, quæ in grande duceret infortunium. Nemo unquam multoties mutaverit exercitium actionum laudatorum, qui inconſtantiæ ferat vituperium; nec adeò immotus in perverſis, qui pertinaciam teſtetur in continuatione.

Conſilia enim ſuſcipit cum reverentia, quibus utitur ad potiora diſpicienda, cùm ſciat, levitatis non eſſe, ab errore recedere noto & damnato, Mavult fateri imprudentiam quam eam ſemper fovere, gnarus utique, ſuperiorem evadere, qui per eas occaſiones det manus. Pertinacia verò nullam penitus fert excuſationem, quæ nos detinet in perduellione, adverſus obſequium principi debitum: nemini enim mortalium fas eſt, arma corripere adverſus ipſum, quocunque prætextu.

Deus regum dextras gladio armavit, adeò ut nefas ſit, ullum ſubditorum eum arripere, niſi ipſius auſpiciis. Magnates vituperio non carent, ubi bellum excitant, cum non parum gloriæ ferant ex pacis ſtudio, decepti interim, quicunque boni publici velo ſperant ſalvari. Nemo enim adeò hebeti eſt ingenio qui credere velit, perduelliones ex eâ causâ oriri, cum omnes rectiſſimè norint, authores ex ſola ambitione & commodo privato propelli.

Quandocunque tamen neceſſum fuerit, rempublicam conſtituere, quemadmodum nulli omnium membrorum jus eſt in partes principales, cor ſcilicet & caput, ita nulli reperientur Magnates in quocunque regno, quibus fas ſit, præter injuriam, temeritatem & inſolentiam, leges dare, & principi præſcribere. Hinc Marcellus, licet in tenebris paganiſmi educatus, aliquando dicebat, à Diis immortalibus petendos eſſe & precibus & votis principes probos; quicunque autem obtigerint, amandos, colendos, metuendos.

Id ſentiebat vir paganus: ex omnibus tamen Nationibus quas ſuperficies terræ alit, nulla minus excuſationis habuerit, quam Chriſtiani, quibus Deus ſexcenties in utroq; fœdere injunxit obſequium erga reges, ut eos venerentur, etiam patienter ferant, ſi quæ ſuboriantur confuſiones, ex errore.

CA-

CAPUT XXXVII.

Momorantius ingeminat tricas, poſtquam Aurelianenſis Occitaniam eſt ingreſſus.

QUamprimum Aurelianenſis in Occitaniam pervenit; Momorantius, qui aſſeveraverat, equeſtrem ordinem expeditum fore, ad primum illius aſpectum, compluriaque oppida & munimenta portas recluſura, fervidius inſtat operi, ut plurimos in factionem induceret. Eatenus regem diſtulerat lenocinio verborum, miſsis ſeptenis ad aulam ex ordine & intervallo curſoribus, qui fidelitatem certisſimam deferrent: ſed eo rerum curriculo expiaverat disſimulandi tempus.

Sic ſanè omnes amicos & clientes evocat, quicunque fidem dediſſent, ut effectis eam teſtarentur, adeo ut diverſæ coitiones, quæ penè apertè fiebant adverſus regis commodum, notarentur. Aurelianenſis ſeſe nuncupabat, per literas patentes & compita, uti viſum erat ipſius intimis, vicarium univerſalem regis, adverſus adminiſtrationem reipublicæ: oppida Albii, Baniolarum, Beſierii & Luneli, caſtella Baucærii & Aletiſii, præter plurima loca minoris nominis, perduellionem ſumſerant.

Conſpiciebantur in littore, verſus Narbonnam quinque millia Neapolitanorum, quos Hiſpanus ſubmiſerat: propalabantur adverſus quamvis veritatem complures enormes confuſiones, quas in adminiſtratione rerum committi perſuadebant, ad concitandos populares. Magnus numerus Prælatorum, Baronum & Deputatorum ſeducebatur, qui eo usque implicabantur, ut ex Ordinum conſulto Aurelianenſi offerrent provinciam, cum omnibus juribus, qui auxiliis egeret ad rempublicam rectius conſtituendam, & ad exterminandos adverſarios, quorum caput faciebant Cardinalem.

Promittebant etiam Momorantio unionem arctiorem, proteſtati, de nunquam deſerendis ipſius commodis; ſanciebant, nihil eorum, quæ Emerio de Electis promiſiſſent, in tabulas publicas referendum, omnia potius acta, cancellanda & rumpenda. Momorantius inde ſuo nomine mittebat mandata diverſis Nobilibus & aliis viris ſpectatis, ut vacarent pecuniis regiis per Diæceſes diſtribuendis. Eodem tempore ad Communitates ſcribebat, exhortatus ad mandata illa ſuſcipienda, ut animoſe accederent liberatoribus reipublicæ.

A rege colendo conatur abſtrahere Marchionem Foſſelium, Magolonæ gubernatorem, oblato munere Mareſchalci, quo ipſus tum gauderet, præter ſpem in futurum ampliſſimam: quod rex ſuis oculis legit in epiſtola perlata. Archiepiſcopum attinebat Narbonnenſem, præſidem Ordinum, & Emerium, quod nullo non tempore ſeſe fortiter oppoſuiſſent ipſius tricis: Sic non tantum ſcribebat quoscunq; poſſet milites per provinciam, & viciniam ſed & in Hiſpaniam mittit domeſticum cum Fargiſio, qui ampliora auxilia copiarum & pecuniarum rogaret.

Nihil denique omittebat, quod perduellioni promovendæ aptum cogitabat: adeq ut per tantas clientelas, ſi Aurelianenſis duntaxat tertium potuiſſet tardare menſem, antequam provinciam ingrederetur, inſtitutum ſucceſſu longe funeſtiore reipublicæ proceſſiſſet, quod omnibus, rerum illarum aliquatenus gnaris eſt notum. Parlamentum verò Toloſanum, quod ſemper inſignem præſtitit fidem in occaſionibus, commoda regia complexis, ubi notitiam injuſtæ temeritatis adverſus authoritatem regiam ſuſcepit, diverſas ſententias promulgat, ut obniteretur, & impetum coërceret.

Conſtituit igitur primũ, ut Procuratoris Generalis ſubſtituti per omnes præfecturas & tribunalia regia illius juriſdictionis neceſſaria diligentia inquirerent: deliberationes Ordinum, tanquã perduellionis & temeritatis plenas abolet: prohibet, ne quæ pecuniæ indicerentur aut diſtribuerentur ad mandata Momorantii: decernit adverſus omnes officiales Ordinum, & cæteros, qui deliberationes illas procuraſſent, ut apprehenderentur, ducerentur, compinge-

pingerentur in carcerem qui judicio ſiſti, & ſecundum ſtatuta damnari poſſent.

Cumq; Epiſcopus Albri oppidum ſuum Aurelianenſi tradidiſſet, Parlamentum univerſa illius bona & redditus corripuit, addito clariſſimo prohibitorio, ne debitores & villici quicquā ſolverent, aut proprio & privato nomine ſatisfacerent: quo generoſo exemplo reliquis omnibus Parlamentis præſtitit exemplum, cujuscunque reverentiam nihili habendam, præ regis commodo, & reipublicæ tranquillitate.

Politica reminiſcentia.

CUm Parlamenta juſtitiā ex manu regum in eum duntaxat finem ſuſcipiant, ut obſequium ipſis debitum ſtabiliant, & popularibus conſervent poſſeſſionem facultatum, nemo ambiget, eadē obligari ex officio, ut ſeſe fortiter opponant ſeditionibus, fortiſſimi utiq; tibicines authoritatis regiæ; quam ſi minus firment, ſummam officii partem deſerunt: potentiam Principis ratione depoſiti ſervant, qua utatur ad conſervationem boni publici.

Inutilem non relinquent, ubi turbatur populariū tranquillitas: neq; per illas occaſiones ſatis habebunt, obſequium tenuiſſe, quo cæmento & vinculo populares in ordine continentur decenti; ſed debent etiam authoritatem expromere, quæ ipſis eſt collata, ad illam Principis conſervandam, & ut valide reſiſtant disſidiis civilibus. Ab omnibus enim agnoſcuntur veluti leges animatæ & loquaces, quibus tradita eſt poteſtas pænarum & ſuppliciorum, ad ſeditiones ſuffocandas in ipſo ortu.

Hinc igitur iniqui fuerint, niſi reprimant, æquè ac milites per occaſiones pugnandi deſides. Quomodo verò defuerint officio, ſine grandi Summæ ingratitudinis culpa, cùm ex majeſtate ſolius principis refulgeant? Sol per naturam lumine veſtitur, quo in oculis univerſi coruſcat, cætera verò aſtra alieno & mutuatitio, non ſuo lucent: ſic regibus eſt potentia originalis, quam nemini mortalium, at ſoli Deo referunt acceptam. Diverſa conditio magiſtratus modo ſeipſum accuratius contempletur; is enim videbit, nihil ſeſe posſidere, nullo ſplendore valere, niſi ex Principis liberalitate.

Quæ

Quæ cum ita ſeſe habeant, per leges gratitudinis, æque ac ſubmiſſionis, debent ex officio ſeſe opponere, ubi illius incurſatur gloria. Sic enim, ubi omni niſu authoritatem regis tutantur, ſuam in particulari conſervant: dependent enim per inſtitutionem ex ipſius gratiâ, & ſic non poterunt in ſplendore convenienti conſervari, niſi per conſervationem authoritatis & potentiæ Majeſtatis ve.

Reges ipſis veluti animas præſtant, unde vitam & ſubſiſtentiam ſumunt: unde violata quæ regi debetur obedientia, authoritas magiſtratus, veluti nata ex illa, & eodem vinculo, quo nos principi obligamur, connexa, deſinet ſubſiſtere & integritatem ſervare. Sic rivuli dehiſcentibus ſcaturiginibus ſiccantur, & corpus vigore & motu caret, animâ, qua animabatur, ſeparatâ. In ſuum igitur commodum & gloriam propriam allaborant Parlamenta, quæ authoritatem regiam aſſerunt, cùm per illius deſertionem ipſis ſit pereundum.

CAPUT XXXVIII.

Rex principi complures provincias ſubjicit regendas per ſuam abſentiam.

QUemadmodum temporibus ſeditioſis ſemper metuenda eſt perduellio eorum, qui abſentiam principis aucupari, factioni accedere, & per rempublicam tumultuari poſſent, rex antequam recederet à provinciis, quæ Pariſios per viciniam contingunt, adminiſtrationem earum conſtituit tradere principibus regiis: unde literæ authenticæ expediuntur quæ poteſtati principis Condæi ſubmitterent Nivernenſes, Bituricenſes, Burboniſes, Turones Pictavos, Auniſios, Sanctios, utramq; Marchiã, Limovices & Arvernos, quos contineret in pace, & obedientia debita; certus de fidelitate & ſtudio illius erga regiã majeſtatem, præter prudentiæ & induſtriæ laudem, quæ

curam

Digitized by Google

curam eximiam adhiberent, ne quid ſiniſtri inter ea obtingeret.

Literæ illæ ferebant eximiam poteſtatem, adeò ut impingerent in judicia plurimorum quibus minus conſultum videbatur, principibus regiis tantam indulgeri potentiam. Effectus tamen erat prudentiæ & conſiliorum non vulgarium, quæ Cardinalis hic producebat, quod ſciret, nihil penitus metuendum eſſe ex poteſtate alicui Magnati collata, cujus prudentia ſecuros reddat meticuloſos. Sic enim leges gratitudinis æque ac ſubmiſſionis eoſdem devinciunt, ut coerceant, quicquid regis gloriam flagellat: Sic intelligunt, per ſartam tectam regis authoritatem, & ſuam, in particulari ſervari.

Politica Reminiſcentia.

DIverſæ ſunt rationes demerendi, ex diverſis animorũ propenſionibus: aliis placent avaritiæ compendia, aliis imperat ambitio, ſed virtuti ſola fiducia, quæ ipſa viſcera commovet, & conſcientiæ tribunal conſtituit, quovis jurejurando tenacior. Docuit quidem hiſtoria omnium temporum, quanta ſit perverſitas animorum, apud pleroſq; ut ille dicere ſit auſus. Si pejerandum ſit, regni cauſa pejerandum fuerit. Extat Tarquiniorum hiſtoria, ubi nec vincula matrimonii nec ſanguinis reverentia ambitionem coercere potuêre.

Memorant ſanè priſcorum monumenta Semiramidem, Aſſyriorum dominam, Orbisque Monarcham, à rege & marito indulgentiam petiiſſe imperandi per triduum tantummodo, ſed cum ea poteſtate, quam nemo, niſi ſupremi ſupplicii avidus detrectaret. Annuit imprudens maritus, exuit regiam majeſtatem, eâdem circumdat conjugem, mandat & imperat abſolutiſſimum obſequium domeſticis præfectis, civibus popularibus, privatis degit, parum ſollicitus de perfidia conjugali, quod ex ſuo animo alienum judicaret, & nimio amore erga ſpecioſiſſimam juxta, & ſagaciſſimam fæminam arderet.

Verum enimverò impudica mulier imperat cædem mariti percuſſoribus ſubmiſſis, niſi ipſi percuti mallent, & ſic

libera-

liberatur ab imperio mariti, laxatis impudicitię frænis, quę procul dubio ille adducebat arctius quam impotens ferret libido. Tantum proſtibulum etiam privigni caſtitatem audebat tentare, ne ullum deeſſet vitium proterviæ.

Ambitionis ſtimulos, & amorum flammas priſci eodem cenſu habebant impotentiæ, maximè ubi uſus obfirmavit animos, ut extrema quæque potius ſuſcipiant, quam ut ab illa dulcedine ſeſe revelli patiantur: ſed iſta de otioſis intelliguntur, cum notum ſit, Naturam non adeò undiquaq; eſſe corruptam, quin inter ſpinas roſa enaſcatur, inter Magnates fides ſincera inveniatur, quam eo pluris fieri decet, cum rarior ſit, & plurimi rapere imperium, quam expectare malint, quod Tacitus ait.

CAPUT XXXIX.

Rex Declarationes promulgat adverſus factioſos.

DUm Momorantius omnia diſponit ad bellum, Aurelianenſis progrediebatur in Agrum Albigenſem, ubi Epiſcopus ipſi metropolim tradit. Aliquid quietis hinc indulget exercitui ex itinere defatigato, & digrediens Comitem Moreti cum quingentis equitibus relinquit præſidio; rectà abit Carcaſſonam, ubi clientelas habebat. Diſcit autem extremum ſtudium Mangoti Villarcuſii, qui ibi magiſtrum ſupplicationum agebat, quo incolas in obſequio regio contineret; tranſit Bitieram, ut novis munitionibus vacaret.

Hinc cogitabat excurrere Narbonnam, ut per clientelas ſatis validas urbem occuparet, tanquam poſticum, ad ſuſcipienda, quæ Hiſpania promiſerat auxilia, vel etiam ut ad quosvis caſus refugium pararet. Sed dolore non exiguo ſtimulatur, ubi factioſi extorres occurrunt, Archiepiſcopo nimium advigilante, cui cæteri regii miniſtri opem tulerant, ingreſſi urbem, qua ſic potiri licuit.

Cùm autem regi de omnibus & ſingulis probè conſtaret, etiam de Ordinum conſulto, de locorum quorundam

corte-

correptione, & ſummorum virorum tranſitu ad Aurelianenſis partes; exiſtimabat, ſuam ibi locorum requiri maximè præſentiam: idem viſum Cardinali, qui aſſeverabat; ſi rex eam ſuſciperet expeditionem, ſpatio ſesquimenſis, quod eventus comprobavit, univerſam illam diſſipatum iri tempeſtatem.

Conſtituitur iter, rex, antequã Pariſiis diſcederet, Parlamentum inviſit ex ratione ſolitâ, Declarationẽ promulgat adverſus quosvis Aurelianenſis ſequaces & ſtudioſos, perduelles pronunciat, impingit crimen læſæ majeſtatis, & perturbatæ reipublicæ, injungens regiis miniſtris, ut adverſus eos ex rigore ſtatutorum agant; cum teſtimonio nihilominus admodum particulari benevolentiæ in Aurelianenſem, ut ipſum nollet criminis reum facere, quin potius promittebat eadem Declaratio abolitionem integram erroris, ſi errorem intra ſesquimenſem à promulgatione agnoſceret.

Aliam faciebat Declarationem, quæ ad Parlamentum Toloſanum mitteretur, ut Momorantius pronuntiaretur reus criminis, quod læſæ majeſtatis vocant, lapſus omnib9 gradibus, dignitatibus, honoribus. Ducatus Momorantii extinctus & Coronæ unitus, facultates reliquæ fiſco addictæ eſſent: juſſo Toloſæ Parlamento, in jus eum vocare, conſtituto etiam, ut omnes omnino Prælati, Barones, Conſules & Deputati oppidorum, qui interfuiſſent, ſignaſſent, aut conſenſiſſent Ordinum conſulto, tenerentur intra quintum decimum diem à publicatione iſtius Declarationis, ſeſe ſiſtere Parlamento Toloſano, aut Præſidiali proximiori, ad improbanda, quæ conſenſiſſent, ſignaſſent & feciſſent. Sin parerent minus, rebellium numero haberentur, rei criminis, quo majeſtas læditur, lapſi omnibus honoribus & dignitatibus. Addicerentur clariſſima inhibitione, ne quæ pecuniæ indicerentur ex authoritate illius declarationis, quam conventus Ordinum ſanxiſſet.

Rex præterea diſertè mandat Mareſchalcis Forcæo & Schombergio, darent operam ante omnia, ne copiæ auſpiciis Aurelianenſis hinc inde ſcriptæ coirent, ſed ut diſſiparentur, antequam ad ſigna concurrere poſſent, & duci. Sic igitur Pariſiis exit ad undecimum Auguſti.

Ipſa

Ipſa nova, de ipſius itinere ſuſcepto tantum trepidationis ſeditioſis incutiebant, quantum virtutis genuinis conferebant Gallis, adeo ut factionis inſtitutum labeſceret. Primum paſſa eſt ea infortunium, quod Galliæ in ſalutem ceſſit, ex diviſione ducum, quam Forcæus & Schombergius in regis vertêre compendium: nam Puylaurentius, qui poſſidebat imperium in quoſcunque Aurelianenſis ſequaces, ægerrimè ferebat, Momorantium diſtribuere mandata militiæ omnia, unde tanta æmulatio ſuborta eſt, ut ſeſe invicem tolerare nequirent.

Accedebat Elbævius, alia præ Momorantio dignitate fulgidus, qui ſibi legati generalis partes apud Aurelianenſem expetebat, adverſante Momorantio, ne provinciæ, quæ theatrum tragædiæ præbebat, adminiſtratione excideret: adeo ut concordiæ cauſa ſeparandi viderentur, copiis partitis, quæ ſic infirmiores, victoriam dedêre minus operoſam exercitui regio.

Politica Reminiſcentia.

Diviſio factioſorum præſtat ſummum compendium; adeò ut quivis hoſtes ex diſſidiis ducum & copiarum facilè ſuccumbant. Fortunæ beneficium hoc debetur, ſi ſponte confundantur, nulla noſtra intercedente opera: quòd ſi induſtria accedere queat, nihil omittendum, vel ex emolumento certiſſimo, ad exemplum magnorum ducum frequentiſſimum.

Cum Coriolanus Romanis faceret bellum, Senatorum prædia exuſſit, plebeiorum facultatibus parſit, ut eos irritaret invicem. Hannibal ex diverſa ratione, Fabii prædiis parſit, reliqua populabundus contrivit. Thebani Mardonio conſulebant, principibus Græciæ munera mitteret grandia, quæ ſuſpicionem cæteris moverent & Cleomenius Athenienſis Trezenios adortus, ſagittas quaſdam in oppidum jaculatur, quibus circumdederat literas, ad ſæviſſimam ſeditionem concitandam, qua fervente, commodum ſpeculatus tempus evaſit ſuperior.

Sagaciſſimi Politicorum, ut malo iſti mederentur, ſemper cenſuêre, plures duces paris imperii & potentiæ non conve-

Digitized by Google

convenire exercitui, aut rebus proſperè gerendis, niſi ſaltem in particulari imperarent ſinguli adeo ut obſequium ad unum illorum reſpiceret. Extemplo enim licet animadvertere æmulationem, niſi caveas, quæ metuat alienæ gloriæ incrementum. Eſt etiam cuique ſua ſententia, adeo ut conſilium iſti placeat, quod ille rejecerit, unde ſæpiſſimè momenta rerum gerendarum tranſeunt inaniter.

Hoc incommodo ut carerent Romani, conſtituerunt alterutri Conſuli ſecures & ſigna ſummi imperii, idque per vices; ſic apud exercitum diurna erant imperia, eâdem viciſſitudine; nec tamen ſemper caruêre diviſionibus. Exercitus bene compoſitus referet corpus humanum, cujus ſingula membra capiti junguntur & uniuntur per nervos & tentigenes occultas, quibus motum quemcunque imperet: ſic etiam, ut diviſio caveatur, uno opus eſt capite, quod omnia mandata diſtribuat, & omnibus copiis motum convenientem inſtituto conferat.

Ageſilaus Rex Lacedæmoniorum, per Antiquitatem univerſam celebratiſſimus, ut Lyſandro obniteretur, & ex apice authoritatis acquiſitæ eum deturbaret, quasvis ejus ſententias tollebat, judicio prorſus contrario in omnibus. Sic plerumque evenit, ut per diviſum imperium alter in alterius ſententiam impingat; adeo ut odium, invidia & pertinacia brevi univerſum inſtitutum confundant, & omnem operam ſumptumque ludant.. Hinc ex eâdem ratione Lycurgus, inter Legiſlatores antiquos famoſus ſanxit, ut Reges Spartæ in conſeſſu Ephororum omnia pacis negotia facerent; ſed militiam & exercitum indiviſa potentia adminiſtrarent, & ut omnia ex ipſorum voluntate penderent.

CAPUT XL.

Alia mandata dantur Comiti Sueſſonum.

QUemadmodum tempeſtas ſeditionum ferax diffidentiam imperat, ne factio gliſcat liberius, remoto fræno, ita rex, Pariſios cum vicinis provinciis deſerturus, poteſtatem penè ſimilem Comiti Sueſſonum confert, in Pariſios & inſulam Galliæ, quam vocant, præter Imperium in exercitum, per Picardiam relictum, quem adiret per neceſſitatem: hoc modo igitur provinciæ citeriores ſummam colebant tranquillitatem.

Dicendum tamen de illo Picardiæ exercitu, Cardinalem ipſi ſolitam applicuiſſe prudentiam, ut maximo poſſet eſſe emolumento per rerum præſentium concurſum. Nemo ambiget, ſic conſtituiſſe tranquillitatem provinciis citerioribus, quod refrænarentur genii factioſis, quibus tumultuandi ſedebat deſiderium. Ad quemcunque enim concurſum copiarum, ſi quæ præter regis mentem ſcriberentur, paratus erat exercitus, ut ruina involveret, ruinam aliis meditantes.

Eodem tempore proceres Belgii, pertæſi tyrannidem Hiſpanorum cui plebs non erat ferendæ, cogitabant jugum excutere, & libertatem ſumere, ad Regem cofugiunt, patrocinio ipſius quæſito, adeo ut diverſas oſtenderent vias, ad invadendos Comitatus Artheſiæ & Flandriæ, quos juſto titulo vindicare poſſet. Rex vero, qui nunquam comprobaverat perduellionem ſubditorum, nec ſuorum, nec alienorum, difficultates nectebat de negotio penitus ſuſcipiendo, & fide auxiliorum ad illud inſtitutum interponenda.

Hiſpani tamen, quibus minus eſt religionis in obſervandis pacis legibus, & faſtigium imperii conſervant ex diviſionibus apud vicinos fotis, conſtituerant Aurelianenſi opitulari in perduellione, viresque ſufficere, quibus Occitaniam

Digitized by Google

niam ſibi ſubjiceret. Non quidem planam tulere repulſam, cum integrum ſibi vellet relinqui auxiliorum ſubmiſſionem, ſi fortè Hiſpani effunderentur in Galliam, & promiſſa executioni darent. Hinc anchoram diceres exercitum illum, quæ Hiſpanos in littore Occitaniæ deſtineret, ne excenſionem facerent, & talionem in Belgio ſentire cogerentur, ut ipſis in Galliam irrumpentibus, Galli par pari referrent, proceribus, qui ad perduellionem vergebant, nihil deſtitutis.

Dicam etiam, hunc exercitum Hiſpanis in Belgio tantam moviſſe ſuſpicionem ut partem copiarum per Hannoniam & Atreſiam objicerent, quibus apprimè egebant ad Trajectum Moſæ, adverſus Hollandos aſſerendum: adeo ut hinc illis tantundem auxilii & favoris præſtaretur, quantum Eſtræus ex agro Trevirenſi ſubmiſſus, quod illi deſiderabant, & in deliberatione verſabatur, cum exercitu, quem ducebat, vix præſtare potuiſſet.

Politica reminiſcentia.

EXercitus ut plurimum conſcribuntur, ad decernendum, diverſis tamen inſtitutis accomodantur, adeò ut prudentiores Principes potiorem, quam belli uſum inde trahant. Sola æmulatio ex loco aliquo munitiore hoſtem attinet, tametſi conſtituerit alicubi operæ ſumere pretium: ubi etiam invaſio quædam fiat, cogitur præſentes habere copias, ne quid detrimenti ſuſcipiatur. Quod non exiguum fuerit momentum, viribus ſic diviſis, & per diviſionem debilitatis, & ad facilem victoriam proſtitutis.

Dum aquæ magni fluminis in alveum arctantur, impetuoſius Deo currunt, ad tranſitum periculoſum: ſed in canales derivatæ, curſum ſumunt lentum, ad altitudinem longè breviorem, adeò ut nullo negotio transmittantur ſecurius: ſic copiæ hoſtiles non rarò adeò potentes occurrunt, ut impetus earum non præter rationem metuatur; quibus tamen præſentiſſimum objicias remedium ex diviſione, ut pars cogatur ſeparari ex emulatione loci alicujus occupati.

Sæpe numero ſanè principes redacti ſunt intra proprios terminos, ut patriam tutarentur, cùm exercitum in ſi-

CAPUT XL.

Alia mandata dantur Comiti Sueſſonum.

QUemadmodum tempeſtas ſeditionum ferax diffidentiam imperat, ne factio gliſcat liberius, remoto fræno, ita rex, Pariſios cum vicinis provinciis deſerturus, poteſtatem penè ſimilem Comiti Sueſſonum confert, in Pariſios & inſulam Galliæ, quam vocant, præter Imperium in exercitum, per Picardiam relictum, quem adiret per neceſſitatem: hoc modo igitur provinciæ citeriores ſummam colebant tranquillitatem.

Dicendum tamen de illo Picardiæ exercitu, Cardinalem ipſi ſolitam applicuiſſe prudentiam, ut maximo poſſet eſſe emolumento per rerum præſentium concurſum. Nemo ambiget, ſic conſtituiſſe tranquillitatem provinciis citerioribus, quod refrænarentur genii factioſis, quibus tumultuandi ſedebat deſiderium. Ad quemcunque enim concurſum copiarum, ſi quæ præter regis mentem ſcriberentur, paratus erat exercitus, ut ruina involveret, ruinam aliis meditantes.

Eodem tempore proceres Belgii, pertæſi tyrannidem Hiſpanorum cui plebs non erat ferendæ, cogitabant jugum excutere, & libertatem ſumere, ad Regem cofugiunt, patrocinio ipſius quæſito, adeo ut diverſas oſtenderent vias, ad invadendos Comitatus Artheſiæ & Flandriæ, quos juſto titulo vindicare poſſet. Rex vero, qui nunquam comprobaverat perduellionem ſubditorum, nec ſuorum, nec alienorum, difficultates nectebat de negotio penitus ſuſcipiendo, & fide auxiliorum ad illud inſtitutum interponenda.

Hiſpani tamen, quibus minus eſt religionis in obſervandis pacis legibus, & faſtigium imperii conſervant ex diviſionibus apud vicinos fotis, conſtituerant Aurelianenſi opitulari in perduellione, vireſque ſufficere, quibus Occitaniam

niam ſibi ſubjiceret. Non quidem planam tulere repulſam, cum integrum ſibi vellet relinqui auxiliorum ſubmiſſionem, ſi fortè Hiſpani effunderentur in Galliam, & promiſſa executioni darent. Hinc anchoram diceres exercitum illum, quæ Hiſpanos in littore Occitaniæ deſtineret, ne excenſionem facerent, & talionem in Belgio ſentire cogerentur, ut ipſis in Galliam irrumpentibus, Galli par pari referrent, proceribus, qui ad perduellionem vergebant, nihil deſtitutis.

Dicam etiam, hunc exercitum Hiſpanis in Belgio tantam moviſſe ſuſpicionem ut partem copiarum per Hannoniam & Arteſiam objicerent, quibus apprimè egebant ad Trajectum Moſæ, adverſus Hollandos aſſerendum: adeo ut hinc illis tantundem auxilii & favoris præſtaretur, quantum Eſtræus ex agro Trevirenſi ſubmiſſus, quod illi deſiderabant, & in deliberatione verſabatur, cum exercitu, quem ducebat, vix præſtare potuiſſet.

Politica reminiſcentia.

EXercitus ut plurimum conſcribuntur, ad decernendum, diverſis tamen inſtitutis accomodantur, adeò ut prudentiores Principes potiorem, quam belli uſum inde trahant. Sola æmulatio ex loco aliquo munitiore hoſtem attinet, tametſi conſtituerit alicubi operæ ſumere pretium: ubi etiam invaſio quædam fiat, cogitur præſentes habere copias, ne quid detrimenti ſuſcipiatur. Quod non exiguum fuerit momentum, viribus ſic diviſis, & per diviſionem debilitatis, & ad facilem victoriam proſtitutis.

Dum aquæ magni fluminis in alveum arctantur, impetuoſius Deo currunt, ad tranſitum periculoſum: ſed in canales derivatæ, curſum ſumunt lentum, ad altitudinem longè breviorem, adeò ut nullo negotio tranſmittantur ſecurius: ſic copiæ hoſtiles non rarò adeò potentes occurrunt, ut impetus earum non præter rationem metuatur; quibus tamen præſentiſſimum objicias remedium ex diviſione, ut pars cogatur ſeparari ex emulatione loci alicujus occupati.

Sæpe numero ſanè principes redacti ſunt intra proprios terminos, ut patriam tutarentur, cùm exercitum

 in ſi-

in finibus obſervari cernerent, qui hunc, vel illum vicinum obrueret. Deinde exercitus, quem princeps tempore belli ad limitem promovet, id ſemper commodi præſtat, ut patriæ ſecuritatem conciliet, ſive ratione Exterorum, quibus volupe eſt ex diſſenſionibus commodum colligere, per confinia ad invaſionem, ſive ratione faſtidioſorum, qui in viſceribus tumultuari poſſent per illius abſentiam.

Hæc opera ſatis eſt commoda, quæ vel ſola exercitum perpetuum flagitet, ut pax ſine belli aleâ ſervetur; quod equidem maximi facio, cum bellum nunquam ſuſcipi debeat, niſi ad pacem reducendam; unde longe ſatius fuerit, eandem conſtituere per ſuſpiciones ſponte præbitas, quam per viam armorum, ubi omnia plerumque ſangüine & incendiis confunduntur. Hinc nihil expectandum eſt, ut tum demum exercitus colligatur, ubi Exteri imminent limiti, & perduelles ſeditionem explicant; cum & hi & illi ſint præveniendi, per ſolum aſpectum exercitus numeroſi, qui audaciam ullius auſi ſupprimat.

CAPUT XLI.

Forcæus & Schombergius Mareſchalci, profligant exercitum Aurelianenſis.

Cum uterque Mareſchalcus, Forcæus & Schombergius, partem copiarum raptim duxiſſent in Occitaniam, otioſis non ſpectandum putabant perduellium luſum, quo exercebantur, præter defenſionem, ad invaſionem etiam parati. Ferveſcebat animus ex conſideratione principalium oppidorum, quibus conſtabat obſequium in regem, adeo ut etiam provinciæ proceres nonnulli, qui ex errore ſuggeſto redierant in viam rectam, fidem darent, de regis cômmodis adverſus quosvis promovendis.

Forcæo viſum, jam tempeſtive occurrere in oculos hoſtium;

ſtium, cumque apud Pontem ſancti Spiritus ſubſiſteret, donec cæteræ, quas mandarat, ſubſequerentur copiæ, regiis partibus conſultum putabat, ut partem militiæ præſentis in Vivareti præfecturam mitteret, quæ copias ad ſigna Vicecomitis Eſtrangæi coëuntes, profligarent. Sic partem ex legione Vaubecurtii, & Sauti, cum aliquot turmis equitum, duce Rupe Maſſebauto, mittit, qui cordatè excurrunt, potiorem illarum copiarum partem addomicilium Vicecomitis, quibus ille ſeſe ducem præſtabat, haud longe à Privaſio, inveniunt.

Cum autem duces & præfecti illarum copiarum deliberarent, expenſa conditione hoſtilium copiarum, conſtituunt illas aggredi, & vallum perrumpere. Pugna ibi cooritur acerrima, aſſultus à furore parum diſtans, & defenſio cordatiſſima: ſed poſt trihorium pugnæ Vicecomes Eſtrangæus ſuperatur, & captivus, in manus traditur Machauti, qui magiſterium ſupplicationum gerebat: in jus rapitur, & capitis ſupplicium ſubit Eſtrangæ, ut ſic exemplum ſtatueretur, quo cæteri perduelles moverentur, & vel formidine pœnæ perculſi, ſi mens non læva eſſet, ob tantum rigorem, licet juſtum, ad obſequium redirent.

Paulo poſt hunc conflictum Forcæo renunciatur, Baronem Perattum, Caſtelli Baurerienſis gubernatorem, & Roſtidem, oppidi centurionem, à Momorantio ſeductos, omnia machinarum genera adhibere, ut incolarum primores ſuos facerent, Aurelianenſemque cum exercitu admitterent: expeditus igitur occurrit, ut omnes ille conatus in ventum abierit. Non tamen potui Aurelianenſem intercludere à caſtello, quod exitium habebat ſingularem, adeo ut commeare liceret quævis horâ, præter oppidi pomæria.

Inſtruit igitur Puyeum, procuratorem regium, & Rochium Conſulem primarium, quid facto opus eſſet adverſus caſtelli injurias & vim, ſi quando in partes diſcederet, aut Aurelianenſis, copiæve ipſius introirent; tantam illi virtutem & induſtriam præſtitere, ut oppidum in obſequio Regis ſervarint. Cum autem minus conſultum videretur partem copiarum illuc compingere, unde per ſe-

 para-

parationem exercitus nimium debilitaretur, ſed ut vires integræ ſervarentur ad vim hoſtium repulſandam neceſſariæ, cum illi undiquaque confluerent; placuit quadringentos gregarios addere præſidio recens impoſito, quos accerſiverat ex Proventia, ubi Mareſchalcus Vitryus verſabatur cum exercitu.

Politica reminiſcentia.

NAtales ubi ſobolem dant numeroſam, etiam nomina conferunt ſubalterna, diſtinctionis ergo, ut ex eadem familia orti, dynaſtias & imperiola adipiſcantur, ſemper memores ſuæ ſcaturiginis & ſortis. Sic videmus, unum & eundem truncum in duas & plures arbores diſcedere quarum ſingulæ ramos extendant, qui in ramulos, & frondes deſinant: innituntur tamen univerſi ſuo fundamento, quo ſubruto, corruunt; ſed ſingulatim amputati, truncum nihil offendunt, quem etiam validiorem reddunt, ad virtutem cæteris intendendam, quæ diffuſa poſſet evaneſcere.

Naturam imitatur ars, uti adoptio in ipſius ſubſidium eſt adinventa. Truncum ſui generis & familiæ plantat ultimus author, ex fæce emergens, ut cathalogo laudatorum virorum inſeratur. Lis aliquando de præſtantia orta eſt, utrum potior eſſet, avorum gloria, an novorum hominum virtus. Themiſtocles, qui univerſæ Græciæ fuit dux prudentiſſimus, ſuggillatur, quaſi non legitimo eſſet natus matrimonio; ſed id opprobrium acrius extimulabat, ut per virtutem acquireret, quod aliis Natales darent.

Cum jam reipublicæ & utilis & neceſſarius eſſet, invidiâ non caruit, quæ virtutis eſt perpetua comes; ſed apud eos, quibus mutuatitia eſt gloria. Per jurgium audit, ſi qua gloria polleret familia, nuperam eam eſſe, nec cum ipſa natam, ſed poſt multa pericula partam; adeoque incelebrem. Aſſenſus eſt, ſuæ familiæ illuſtrandæ primum authorem, ſed adverſarium in recenſendis Majoribus etiam tandem ad ultimum perventurum quantumvis

Digitized by Google

tumvis annoſum, qui plebejum poſſet referre progenitorem.

Id vero enim unum intereſſe, quod adverſarius clauſiſſet ſtirpem; à Majoribus, degener quem illi ſuum agnoſcerent cum rubore, & ex ſolo nomine: adeo ut parietes privati, & lares oculos avertant, quoties abortivum fœtum, fumoſis imaginibus ſuperbientem, cogerentur ferre & aſpicere, qui meminiſſet tot egregios viros, tam conditos ſermones, tot ſumma facinora Majorum.

Sed quomodo ſuſtinebunt populares, dominum ſecuri percuti, quo modo regulum agnoſcebant? Cur terra haurit ſanguinem, quem aluit generoſiſſimum? Si princeps pater eſt patriæ, omnes ſanè liberi gement, & in lamenta effundentur. Tantum poteſt veſana protervia creſcendi, & aliorum vafrities.

CAPUT XLII.

Aurelianenſis caſtellum Baukariæ occupat.

Aurelianenſis interea ingreditur caſtellum cum multis equitibus, quod Vitryus edoctus, mittit legionem, quam conſequebatur ipſus: ibi vallum adeo ſolidum objicitur caſtello, ut difficulter Caſtellani vim oppido potuerint inferre, niſi cum ſumma ſua pernicie. Aurelianenſis tamen virtus imperat procinctum: cum autem Momorantius & Elbævius, qui præſentes aderant, per æmulatio diſſentirent, uter primum duceret agmen, inhibetur fervor, impetu in tormentorum fragorem mutato, qui oppidi ædificia dejicerentur.

Oppidanorum animus nihil movetur, creſcit fides, quaſi novis ſuſceptis viribus, adeo ut obſidionem caſtelli inceptarent. Sic conſcendunt turres quaſcunque, & campanilia, & jaculando caſtellanos divexant impigrè, per campos graſſantur, poſtquam Forcæus & Vitryus nova ſubmiſiſſent ſubſidia, adeo ut præſidium illud, rebus neceſ-

ſariis, ad ſuſtinendam diuturnionem obſidionem deſtitutum, angeretur,

Elbævius digreſſus ſubmittebat annonam & alia neceſſaria, quæ tamen ex præſidiis Vartabregam & fanum Romani diſpoſita, intervertebantur, bis aut ter raptis mulabus. Cùm & Forcæus eſſet certior, Elbævium magnum colligere apparatum Manfræni, quem obſeſſis adferret, ſecundo Septembris à Ponte Sancti Spiritus movet. Elbævium continuò in viciniâ hærentem, rejicit; Nualium jubet Monfrænium corripere, ex gubernatoris fide deditionis certus. Ingreditur ille, & omnem apparatum cum impedimentis Elbævii, in uſum regii exercitus convertit.

Cùm Caſtellani ſecundum hæc ſubſidiorum ſpem perderent, deditionem faciunt ſexto Septembris, ubi virtus & fides oppidanorum proverbio derogarunt, quo dici ſolet, Caſtelli dominum in oppido libere graſſari. Rex, ut operæ ferrent pretium, & alia appida ad idem obſequium invitarentur, immunitates diverſas indulget.

Politica Reminiſcentia.

ERant, qui negant oppida adverſus amiſſa caſtella ſervari poſſe, cum plurima exempla contrarium teſtentur. Ibi enim animadvertere licet, quemadmodum vires nunquam ferè ſunt æquales virtuti ad defenſionem expeditæ, ita non eſſe cur oppidum dedatur, ubi valli objiciendi oppidanis generoſis eſt facultas. Quicunqae eam curam ſuſcipit, hoc ordine procedet, ante omnia videat, an populares diſſideant aut aliquafactio caſtello faveat, ut omnes omninò complices, nulla interpoſita mora exterminet

Deinde reliquos & verbis & ſuo exemplo ad virtutem ſtimulet, ad ſpecimina fidelitatis. Expeditiſſimũ, ſepimenta per plateas figere, quæ militi defendenda committantur. Sedulam adhibeat operam, perficiendo vallo, quod caſtello objici oportet, & commeatum intercludit, ubi eum opponet militem, qui eruptiones repulſare valeat, ſi caſtel-

caſtellani aliquid eſſent auſuri. Si vero miles exercitatus deſiat, qui incolis permiſtus eam operam præſtet, alicunde fuerit accerſendus.

Ipſus obibit crebrius, quod eſt prudentiæ, ſtationes, ut ſingulos officii admoneat. Si oppidum alicubi ſit infirmiꝰ, & correptioni pateat, vitium diligentisſimè reparabit. Cumque eâ ratione ſeſe firmaverit, obſidionem inceptabit, & caſtellum impetet. Quemadmodum enim invaſio plus animi addit militi, quam defenſio, ipſe ſuos videbit generoſiores, quam qui defenſioni, ad rejiciendos aggreſſores tantummodo vacarent.

Omnium primum vero duxerim, ut caſtellani & obſidionem & vim tolerantes deſinant oppidum invadere, domi occupatisſimi. Impetendi igitur fuerint, ut nulla auxilia poſſint ſubire, nec annona & apparatus ſubvehi: ſic enim, niſi abundent neceſſariis, quod rarius ſolet, præſidium deficiet. Si qui mons excelſior & incommodior adjaceat, conſultisſimum, ex eo detonare, & ruinas facere: campanilia miles occupabit, ut frequentisſimè jaculetur, & obſeſſos exerceat.

Neque prætermittenda auxilia, quibus abſtinendis tranſitus & anguſtiæ occupentur. Sic tandem gubernatoris prudentia virtutem excitabit, oppidumque adverſus caſtellum captum aſſeret.

CAPUT XLIII.

Momorantius capitur.

SChombergius, qui alterum Regis exercitum ducebat, ad Tholoſam propius accedit; invigilans occaſionibus, quæ virtuti præberent materiam. Albyum igitur ſumit obſidendum; invitatus tamen prius ad liberandum fanum. Felicis in Carmania, cujus caſtellum corripuerant fratres quatuor, Judices nuncupati, Aurelianenſis ſtipendiarii. Mittit igitur Marchionem Ambræ cum copiis, eundem ſecutus cum exercitu, quantulus

 eſſet.

eſſet. Antequam vero perveniſſet, intelligit Ambranum, quatuor illis fratribus familiariter notum, oblatâ pecuniarum ſummâ, vim ſimul intentâſſe, ut illi beatos ſeſe crederent, ſi eo periculo defuncti, etiam opulentiam conſequerentur, caſtello ad primum Octobris tradito.

Aurelianenſis autem, qui ſuppetias & firmius adducebat præſidium, ex deditione caſtelli irritatior, Schombergium incurſandum cenſet, ut vindictam exerceret, vel maximè quod longè majores copias in ſuo videret exercitu Redierat Baukæria, ubi Elbævio partes aſſerendi caſtelli relinquerat: Momorantius comes ad pugnam ſtimulabat, Baro Lineriæ operam offert ſpeculatoris, qui Schombergii conditionem referret.

Ut autem nemini innoteſceret, & facilius inſtituto dèfungeretur, Franciſcani veſtem ſumit, quæ nihilominus proditionem arguit, cum cuivis obvio oſtentaret à veſte alienos mores & motus. Uterque exercitus ſatis invicem propinquant ad Caſtellum Audari: ibi Schombergius fit certior, Momorantium, qui Aurelianenſis ducebat exercitum, vim parare & impetum. Confert igitur cum Marchione Breſæ, cui primum regii exercitus agmen erat commiſſum, Campiductoris addito officio, & de ratione agendi diſceptat, in procinctum deſcenſurus.

Marchio prior Aurelianenſis animadvertit exercitum, ad geminatum ſclopeti ictum per viam inſtitutam, ubi exercitum Regium transmittere inſtituerat rivulum illius vallis. Cum autem ex hoſtium motu judicaret, occaſionem expectari, donec exercitus regius per pontem malè ſartum, eumque ſatis arctum per partes tranſiret, qui duobus millibus equitum, & quatuor cohortibus legionis regiæ, & ſex Chamblæanæ conſtabat, ut ſic poſtremum agmen invaderent, profligarent, & à ſuppetiis intercluderent: Schombergio renuntiat, conſultius ſibi videri, exercitui liberum & altiorem quærere tranſitum, ultra duo millia paſſuum

Digitized by Google

ſuum, ubi ocyus poſſet trajicere, hoſtibus nihil advertentibus.

Mareſchalcus adprobat conſilium ſagacisſimum, & ſequitur, adeo ut univerſus exercitus tranſierit, antequam hoſtis occurſaret. Explicatur ocysſimè acies per pratum ſpatioſum: proceditur paululum, ut cæteris trajiciendi copia amplior fieret, verſus caſtellum, explicantur ordines, & adeſt hoſtis trans rivulum.

Ibi par pari refertur inſtitutum. Schombergius cohortem audaculorum immittit in tranſeuntes, antequam convenire potuiſſent, ſclopetarii intonant, reſpondent adverſarii, equitum turmæ in ipſo impetu coërcentur foſſis: Lorerius tamen & Bauregardus Champrevius rimantur viam, & eluctantur cum quindecim manipularibus. Ibi Momorantius ſpeculatum progreſſus, in eos irruit cum centum nobilibus. Confligitur extremo conatu, ſed cum ſummo Aurelianenſis diſpendio.

Momorantius ſauciatur, Gomites Reæus & Foliadus occumbunt, quingenti, quibus annumeratur Comes Moreti, eos comitantur. Cum enim ſclopetarii regii in iſtos equites intonuiſſent, ordinibus turbatis, deſeritur Momorantius ab univerſis, ut vix quatuor aut quinque lateri hærerent. Animus tantum ferociæ conceperat, ut nihil moveri videretur, adeo ut per ſummam imprudentiam & temeritatem, quaſi ex vulneribus ſuſceptis mente motus, viam cum pauculis illis comitibus relinqueret, campos peteret, cohortem Schomborgii gravem incurſaret, feriret, ipſe in transcurſu & gladiis & globulis petitus, nullo prorſus penſo periculi, quaſi immortale ferret corpus.

Proruit usque ad excubias & Chamblæam legionem, ubi plurimis fiſtularum ictibus impetitur, donec equus multis vulneribus debilitatus concideret, ipſumque obrueret, ubi duces & milites excubiarum eum fecêre captivum. Aurelianenſis autem exercitus nihil avebat ipſum aſſerere: cum ſtuperet, & ſtationem ſervaret, æquo pavore & tædio perculſus: adeo ut Schombergius

bergius & Breſæus nullam conſpicarentur vim repulſandam.

Diſpiciunt igitur, quid facto opus eſſet, cumque perpenderent rerum ſummam præſentium, viſum eſt, poſt tam felicem conflictum, qui tot viris alicujus notæ attuliſſet exitium, capto etiam perduellionis authore & primo mobili, alterius periculum pugnæ non ſubeundum. Perſonâ enim Momorantii captâ de perduellione diſſipandâ non vanam ſuſcipi ſpem, integris regiorum copiis, quæ periculo carere non potuiſſent, in anguſtiis viarum, & ponte illo incommodo, ſi traducendæ fuiſſent ſingulatim ferè, etiam tormentorum ictibus exponendæ.

Horam tamen integram in campo prælii commisſi ſtant, præſtolantes hoſtium vim & auſum: cum autem illi nihil moverent, in ſuburbium & oppidum Caſtelli Audariani recedunt, quo Momorantius defertur, & aliquamdiu curatur, donec in locum tutiorem, ex Regis voluntate deduceretur.

Politica reminiſcentia.

SOlitum eſt militaribus ingeniis, poſt prælii grande compendium victoriam ad finem promovere. Dux vero prudens impetum coërcet ſuis limitibus, adeo ut fortunæ beneficio per moderationem animi ſemper meminerit utendum. Neque enim decet, ut voluptas illa, quam ex pavore hoſtium, ſecundum facinus proſperum colligit, oculis offundat vertiginem. Prudentiam igitur adhibebit, ne compendium præſens ex ſpe incerti commodi diſpereat.

Quicunque enim mediocri victoriâ non acquieſcit, ſortem cum fœnore exponit aleæ, cum alioqui ſit imprudentiæ famoſisſimæ, hoſtem ad extrema quæq; compellere. Neceſſitas ſanè pugnandi, quæ imponitur, metum eximit, animum igni replet, unum in quaternos concitat, & ſæpisſimè victoriam amiſſam reſtituit. Ex hac neceſſitate Locrenſium quindecies mille ſuperârunt centena hoſtium millia.

Recen-

Recenſet hiſtoria, Romanis recedentibus inſtitiſſe Lacedæmonios, ut naves repetere non eſſet otium; unde illi converſi, pedem fixêre, & leonino more pugnaces, ducentos proſtravêre totidem captis. Manlius Conſul, ut nemo hoſtium ſalutem obtineret, perſugiorum anguſtias ſedulo ſervabat, quod illi intelligentes, ex omni ſalutis ſpe præcisa, irruêre, & ipſum trucidavêre, ad internecionam reliquorum efferati, niſi poteſtas evadendi emicuiſſet.

Per eandem rationem Galli, ex Regno Neapolitano diſcedentes, videbantur Italorum ſapientioribus liberè transmittendi, etiam diſceſſu, ſi uſus eſſet, adjuto; cum ſatis gloriæ trahat ipſa victoria, quæ contemptim habita, indignum reddat victorem illius uſu.

CAPUT XXIV.

Rex petit reconciliari fratri.

EX captivitate Momorantii colligebat Aurelianenſis ſummum rerum diſpendium, quemadmodum miniſtris regiis inde optatisſimum acceſſit compendium, ſive perſonam Aurelianenſis ſpectarent, qui ipſo prælio non abſtinuiſſet, ſive Galliæ emolumentum expenderent, quæ hoc pacto liberata fuit factionis iſtius inſtituto, in ærumnas crudeles populares præcipitantis. Nemo non caſum illum attribuebat ducibus copiarum Aurelianenſium, quibus plus nimis erat virtutis, ſcientiæ militaris parum; cum tamen militis valor etiam languuerit.

Ne autem cauſas tam felicis cladis inquiramus, dicemus, Regi Lugdunum perlatum nuntium, unde ocyus diſcedere parabat, ex conſilio Cardinalis, qui aſſeverabat, poſt tantum compendium, ad ſolam præſentiam regiæ majeſtatis univerſam Occitaniæ provinciam ad obſequium redituram, quod eventus laudavit. Per gaudii iſtius rationem ex iſta victoria ſuſceptam non ſuſtinuit

nuit Rex ire, ex nimio ſenſu turbati animi, quo Aurelianenſem affligi facilè cogitabat, quin Ægabonum mitteret, qui eum de regiâ benevolentia redderet certiorem.

Is igitur ad nonum Septembris ſeſe dat viæ, hæc mandata juſſus perferre, Regem eâdem, quâ ſemper, benevolentia erga ipſum affici, paratum ad ipſum ſuſcipiendum, benignè in Aula habendum, & quæcunque per poſtremam Declarationem paterent, executurum: rediret ad ſua, ſtipendia, redditus & præfecturas, modo errorem verè agnoſceret, & omnes conſpirationes ac factiones, quibus ſeſe impediri eſſet paſſus, apud cives Regni & exteros, abdicaret.

Seceſſum, ſi quis allubeſceret, quem Rex modo poſſet comprobare, exortem ſuſpicionis, indultum iri, cum liberrimo uſufructu bonorum: Elbævium etiam reſtituendum, domeſticis, & ratione perſonarum & bonorum itidem cautum iri: Adeo ut teneriorem, magiſque benevolum animum ne optare quidem licuerit, qualem Rex per hanc occaſionem prodebat; nemo ſane non ſatis admirabatur eximiam iſtam manſuetudinem.

Politica reminiſcentia.

DIvinum quid ineſſe regiæ majeſtati nemo ambigit mortalium, ex conſideratione ſcilicet potentiæ, ubi tot milliones obediunt viro uni, fortisſimi vel paribus, vel longe minoribus prædito viribus; ſapientisſimi, non per omnia prudenti; ſenio præfulgidi juveni; armati denique inermi; & ferocisſimi manſueto. Deſines igitur Noachi ſortem admirari, cui juſſa ſunt animalium quorumcunque genera & ſpecies adeſſe ac parere. Idem enim Deus Imperium in univerſas & ſingulas, quas fecit creaturas tenet, ut principes conſtituat, & deſtituat, ex ſapientiæ arbitrio, & Univerſi commodo, maxime mortalium.

Sed majeſtatis divinæ radius gravisſimè elucet per clementiam, quâ principes maximè ad naturam Dei acce-

Digitized by Google

accedunt. Cum autem illa virtus ſubditos complectatur omnes, quibus errantibus deberi videtur; non raro tamen ſeſe & ad hoſtes extendit, cujuscunque conditionis. Pyrrhus ebriis militibus convicia in regiam majeſtatem conjecta remiſit, quod illi lagenàm incuſarent: Alexander Magnus Porum victum in Regnum reſtituit, provinciis & opibus auxit.

Nunquid licebit eandem gratiam inire apud neceſſarios, qui ex eodem ſanguine, imo ex eadem matrice originem ducunt? Barbarorum eſt, ſanguinem ſitire ſuorum, & quietem ex ipſorum internecione quærere. Ottomannica ſoboles, ſacris-nefariis operata, hoc ſibi uſurpet, & crudelitatem expleat. Leges Salvatoris opem inimicis poſcunt, & erroris veniam adeo promptam, ut Sol occiduus exulceratos animos relinquere non debeat. Frater germanus dicitur, quod ſit fere alter ex eodem germine; ſibi ipſi igitur nocuerit, qui ſeſe fratris germani benevolentia privari patiatur, aut ſiniſtro aliquo caſu eadem privatus, tranquillo poteſt eſſe animo.

CAPUT XLV.

Quæ Capita Aurelianenſis à rege petierit.

COntinuanda vero fuerit illa negotiatio: abit Ægabonus, reperit Aurelianenſem ægrum animi, quod perdito Momorantio nobilium plerique per Occitaniam dilaberentur. Metuit igitur Puylaurentjus, cum univerſa ſecta, qui non minus ſolliciti de propriis commodis, quam de principis ſecuritate, captivitatis horrorem, & juſtitiæ regiæ curſum ob oculus verſantem videbant, conſcii perduellionis ſuſcitatæ, quam Rex in perſona ipſorum punire cogeretur.

Ægerrimè etiam ferebant, quæ ſperaverant fortunæ emolu-

candeſcentiæ voluptatem potius inde trahat, quàm triſtitiam. Cum voluptate ſpectatur ex ſpecula navis hoſtilis adverſus tempeſtatem pugnare, ubi mali franguntur, vela lacerantur, furor ventorum & procellarum dehiſcere facit.

Diverſiſſimo ſpectatur oculo navis, quæ clariſſimum pignus fert: ad primum ærumnæ ſpectaculum conſurgit dolor, cor, & oculi in cælum eriguntur, ſuppetiæ promtiſſimè ſubmittuntur. Sic princeps generoſus dolorem concipit ex neceſſitudine afflictâ, aut amicitiâ periclitante, ubi caſus deploratus ingruit. Arma, quæ hoſtilia intulerant, non poſſunt ſenſa animi coërcere, cum certum ſit, veram virtutem nunquam delectari extremæ etiam hoſtis fortunâ.

Generoſa mens ſatis habet, victoria adepta, ſecundum quam omnia media quærit ſuppetiarum, adeò ut partem ægritudinis ſibi ſumat. Sic cordatus ille Romani exercitus imperator Macedones collatis ſignis vicit quidem, ſed à lacrymis ſibi temperare non potuit, ubi regem captum adduci vidit: adeò ut ex tribunali deſcenderet, ut eum tanquam virum illuſtrem, quem fortuna præcipitem egiſſet in illam calamitatem, ſuſciperet. Multò minus ſuſtinuit, ipſum pedibus advolui, quin erigeret ex ſenſu ærumnæ præſentis.

Sic Samnites, poſtquam binos Romanorum exercitus ad furcas Caudinas confeciſſent, etiam ſubjugum miſſos, de nocte tantum Capuam redire voluerunt, quaſi per miſericordiam inductis tenebris, ne ignominia tanta pateret oculis. Ex verò calamitatis ſenſu conſulibus reddere placuit imperium, faſces, lictores & domeſticos, quibus adventantibus occurrerent magiſtratus oppidanicum civibus, conſolandi gratiâ. Maiorem enim meretur caſus ſiniſter præclarorum virorum miſericordiam, ex præcipitio, cum illa confuſio non unam familiam, aut civitatem, ſed plerunque univerſam involuat Europam.

CAPVT LXVI.

Quam ægrè Aurelianenſis deſtituerit Momorantium.

AVrelianenſis hæc clementiæ regiæ teſtimonia re
per viciniam Caſtelli Audari, quamvis extrema,
bus urgebatur, ſuggerebant gaudium eximium , ta
plurimum angebatur ob Momorantii ſortem, adeò
nullam transactionem deſcenderet, niſi poſt omnem
natum, quo vitæ & libertatis ſecuritatem ipſi impetr
Ægabono ſatis habuit teſtari maximam voluptate
manſuetudine regis conceptam , quem rogatum vole
ut regiam maieſtatem faceret certiorem , quanto do
coqueret offenſam, quanto ſtudio omne in poſterum
ſequium ſuſciperet , à voluntatibus ipſius nunquam
ſtrahendus.

Addebat preces humillimas, ut gratiam per ſolitæ
mentiæ uſum applicaret Chaudeboni mandatis, in pri
verò, quæ Momorantium ſpectarent : accipere ſeſe
omni revētia, quæ offerrentur; ſed ex veniâ dilectiſſim
ri, qui alieno errore peccaſſet, ad beneficia magnum a
ſurum cumulum, quæ conſecutus, ſeſe ſiſteret ad arb
um regis.

Ægabonus reſponſum ad regem refert cum ad Pon
Sancti Spiritus eſſet, decimo ſexto Septembris: ſed Ch
debonus pridie abſtulerat mentem regis, cum iſtis ad
relianenſem literis, Nihil poſſe concedi, præter ea ,
Æbabonus renunciaſſet, grata haberet , ulteriora ur
deſineret, cũ poſtulata nec dignitati regiæ, nec reipub
bono, non deniq; proprio ipſius commodo convenir

Cum Chaudebonus eas literas adferret, Aurelian
doluit, quod non exiguo labore poſſet Momorantiu
periculo præſentiſſimo liberare. Puylaurentius tamen,
iam æmulatione nondum vacuus, ſollicitè eum dolor
leniebat, ſuggerens identidem , ex iis anguſtiis eſſe em

g

Digitized by Google

gendum, propter neceſſitatem abſolutiſſimam quæ aut perditionem, aut transactionem imperaret, non magno, penſo, quod animadvertere cuius licebat quacunque Momorantius eſſet conditione, ſuæ ſalutis & naufragii exitioſi trepidus.

Neque tamen Aurelianenſis tam promtè aſſentiebatur, quamvis vacillare cepiſſet animus: remittit igitur Chaudebonum, qui preces iteraret, ad prima poſtulata obtinenda. Hinc Bitierum regreditur cum parte copiarum, quibus hoſpitia per viciniam fuêre indulta, cum gubernator & cives introitum negarent. Sic non diu in eo, oppido ſubſtitit, digreſſus viceſimo primo Septembris, antelucano tempore, facibus ſuccenſis, quod exercitus regius nuntiaretur ingruere, ducibus Vitryo & Forcæo ad obſidionem inſtituendam, ad tres aut quatuor ſaltem leucas remotus.

Rex interea diſcedit à Ponte Sancti Spiritus, Nemauſium verſus, ubi Chaudebonus, ante triduum ad Aurelianenſem, reverſus, ab eodem denuò adeſt, & apud regiam maieſtatem novas preces de primis poſtulatis interponit, & inprimis, ut gratia Aurelianenſi habita, univerſos ſectarios complecteretur. Sed rex perſeverabat, nihil ſeſe à conditionibus illis receſſurum; ſpem tamen fiduciarius facit, Aurelianenſem ad concordiam deductum iri, ſi rex mitteret quo cum agere poſſet, in quo opere Puylaurentius ſudabat.

Inſtabant enim ea extrema, ut tutum non pateret refugium, poſt copias dilabentes, & Bitierenſes ad obſequium regis reverſos, renovato fidei ſacramento, adeo ut ipſum digreſſum, poſtea excluſerint. Neque enim introitum permiſiſſent, niſi à rege juſſi, cujus mentem per curſorem expetiverant, qui retulit, ſuſcipiendum eſſe cum domeſticis tantum, cum honore natalibus conveniente.

Placuit inſtitutum illud regi, & Aurelianenſe apud Bitierenſes ſuſcepto, mittitur Bullionius, fiſci inſpector, & Marchio Foſſæus, Magolonæ gubernator, quibus præter illas Ægabono commiſſas leges nihil additum. Adventantibus Aurelianenſis primo aſpectu teſtabatur, non poſſe ſeſe Momorantium deſerere, qui bellũ non ex ꝓpria cauſa,

ſed ſui gratia, ad exemplum cæterorum ſectariorum fe-ciſſet. In cæteris ſeſe paratum eſſe ex animi firmo propoſito regi obedientiam & officia, quæ deberet, præſtare.

Reſpondent illi mentem ipſius prorſus laudandam, quæ de naturæ manſuetudine teſtaretur: ſuppliciter tamen rogare ſeſe, ipſus perpenderet, ſi rationem illorum ſibi habendam cenſeret, quin eos intranſactione comprehenderet, regis multò pluris intereſſe, ne tranſigat quaſi per neceſſitatem, gratiâ ſubditorum rebellium extorta, qui tamen ſupplicium extremum à juſtitiâ emendicaſſent.

Tranſactiones inſtitui inter ſummos principes, eoſque pares, ſed iſtius, quam ſuſtineret conditionis, nullam habere viam, præter illam ſubmiſſionis, & erroris agniti, ad impetrandam gratiam. A manſuetudine regis non præter rationem ſperari favoris compendium. cum ſponte invitet, etiam non rogatus, ad refugium gratiæ, ut capacem ſeſe redderet in errorem prolapſus. Clementiam non ſine offenſa in dubium vocari, ſecundum iſta omnia. Suum non eſſe, Momorantio gratiam ſpondere, aut cæteris complicibus, præter domeſticos, cùm hæc tantum in mandatis habeant.

Poſſe tamen id aſſeverare, ſi commoda regis permitterent, gratiam regiam ad quoſcunque ab Aurelianenſe nominatos extendi, clementiam ſolitam ſpontè expeditam fore. Et ut omnia in compendium conferrent, neutiquam ambigendum, quin rex teneatur ex officio exemplum ſtatuere in eos graviſſimis ſuppliciis, qui principales fuerint perduellionis authores; cum tranquillitas reipublicæ id exigat, ad regiæ majeſtatis authoritatem ſervandam; ut exemplo coërceantur reliqui, & ſupplicio perduellioni irrogato, quod regiâ maieſtate removeretur.

Quamvis rationes iſtæ tantâ induſtriâ, tantâ clementiâ; adeoque prudentiâ Aurelianenſi proponerentur, ut tum ferè flecteretur ad abſolutum regi obſequium præſtandum; petiit tamen deliberandi tempus, ut ſcilicet de rerum ſumma cum Puylaurentio conſultaret: qui cùm nullam aliam ex anguſtiis elabendi cerneret feneſtram, quàm iſtanc tranſigendi rationem. Aurelianenſem induxit ad paciſcendum; teſtatus etiam, eò minorem hic ſumendam

diffi-

Digitized by Google

difficultatem, quod perinde compendium eſſet adepturus, ad conditiones commodiores per vim extorquendas.

Politica reminiſcentia.

PEr Philoſophorum choros liceat diſcipulis jurare in verba magiſtrorum, & cum Pythagoreis dicere Aut òs epha, ſed antequam ſine cortice natare didicerint. Facillimè enim aberrat mens tenella, ubi ductore deſtituitur, peregrina utique in rerum uſu, & ſcientiarum campis. Sed ubi ingenium matureſcere potuit, licebit à magiſtri ſententia diſcedere. per genium intelligentiarum, ut naturam, tanquam ducem optimam ſequamur, & diſputatis ſtolonibus arborem ſcientiæ, quæ bonum juxta ac malum præſtat, integram & nudam uſurpemus oculis

Æqua ratio poſſet Magnates ducere in republica, ubi non raro Princeps aliquis ſupremæ Maieſtatis obluctatur, & populares cum amicis ac clientibus facit conſiliorum participes, factionis complices. Liceat illis ex cæco obſequio regulis adeſſe & opitulari, cum illi ſint proxima obedientiæ obiecta: liceat ibi univerſam reverentiam effundere, ſed quæ ratione ſanâ temperetur, nec ſummam maieſtatem lædat.

Ipſi pueri, adeoque infantes, ſolo ſenſu ducuntur, adeò ut nulla alia ratione ab igni & candela arceantur; ſed ubi rationis evaſere capaces, argumentis dant locum, ut malum caveant. Sed quid judicii fiet de viris prudentibus, qui ultra puerum ſapere ſibi videntur bimulum? Venerentur illi maieſtatem regiam in principibus regiis, adorent etiam, ſi velint, ſolem orientem, tergum obvertant occiduo: ſed id faciant ex uſu rationis rectæ, quæ principes regios tanquam propriæ maieſtatis obnubilatores, aliquando caſtigat.

Cum autem Magnatibus liceat rationis uſum ſuſcipere, & de principum regiorum inſtitutis, adeoq; propriis emolumentis dijudicare, nemo adeo hebes fuerit, & proiectæ rationis, qui errantem & ſequi, & eundem in errore confirmare ſuſtineat, ut ſic in perniciem corruant: etiã memor, neceſſitudinibus paratam veniam, cæteris plerũnque ad

piaculares victimas reiectis, cùm pronum ſit principi, erroris culpam in miniſtros derivare, ſibi innocentiæ partes ſumere.

Noverat Ahitophel, ſagaciſſimæ mentis, parentem inveniam propenſiſſimam, etiam ante agnitam culpam, fervente crimine. Veniæ igitur per conſcientiam juſtitiæ regiæ exors, ad laqueum decurrit. Ita igitur colantur ſidera, ne Solem negligamus, qui exortus mutuatitium facilè delet ſplendorem: ita inſerviendum principi regio, ne majeſtas regia detrimentum patiatur.

CAPUT XLVII.

Quibus legibus ſit transactum cum Aurelianenſe.

PVylaurentius mentem Aurelianenſis ad Bullionium & Foſſæum refert: illi diſceptant, & capita pactorum iſta conſtituunt, per quæ Aurelianenſis errorem agnoſceret, ſuppliciter rogaret regem.

Primum ut errorem obliviſceretur & gratiam eius faceret, ipſus regiæ majeſtati promitteret, de cavenda recidiva, in quem finem quaſvis colluſiones cum Exteris & cum regina matre, quamdiu extra regnum, præter voluntatem regis verſaretur, eſſet projecturus.

Habitaret, ubicunque regi videretur, & vitam ad obſequium genuini fratris, verique ſubditi inſtitueret.

Cauſam fæderatorum nullus ſuſciperet, nec querulavetur, ſi rex promerita irrogaret ſupplicia.

Ad munia per familiam vacantia reciperet perſonas regi gratas & denominatas, remotis qui diſplicerent.

Conventum denique, ut Puylaurentius, princeps miniſter ſiniſtrorum conſiliorum, quibus ad bellum ſumendum fuiſſet inductus, teneretur regem ſincere edocere, de omnibus negotiis præteritis, ex quibus aliquid detrimenti in rempublicam poſſet redundare, impoſita culpa graviſſima, & regia gratia viciſſim penitus exoleſcente, inſtaret pactis.

Summa

Summa hæc fuêre capita pactorum, quibus Aurelianenſis eſt aſſenſus, unde certiſſimum propenſionis intimæ ſumitur teſtimonium, de ſubmiſſione & fide illius erga regem: Etiam ſignum appoſuit, ad majorem regis ſecuritatem. Sic Bullionius & Foſſæus nomine regiæ majeſtatis promiſere, recipiendum Aurelianenſem in gratiam, reſtituendum in omnia bona & redditus, cum libertate, tranquillè habitandi, ubi viſum foret; expediendam quantocyus abolitionem criminum commiſſorum, inſolatium domeſticorum præſentium, & Elbævii, nullâ fiducia cæterorum data.

Cùm rex illa ex manibus Foſſæi accepiſſet, rata habuit: unde concordia tot votis expetita, quo tanquam felicitatis publicæ fundamento certiſſimo nitebatur Gallia, fuit definita. Omnia perſonabant ſermonibus gratiſſimis de pace, rex indulget Exteris ſextum diem, quo tempore regnum Galliæ evaderent per Ruſſilionis comitatum: qui hinc inde dilapſi, à ruricolis reciprocè mulctabantur. Aurelianenſis habitatum abit Champinium, apud Turones, quo fruebatur, oſtentans ex facie quodvis animæ gaudium, datis etiam ad Cardinalem literis, benevolentiæ pleniſſimis.

Ibi calumnias adverſus ipſum ſuo nomine ſparſas improbat, aſſeverans, etiam mentem in illas nunquam conſenſiſſe, quem per fervidiores etiam animi motus ſemper magni fecerit ob fidem erga regem integram, & ob virtutes illuſtres, adeoque eximia in rempublicam merita. Hinc malacia poſt tempeſtatem horrendam, quâ Gallia agitabatur, ſucceſſit.

Politica reminiſcentia.

QUamvis reges teneantur aliquos ex principalibus ſeditionum authoribus caſtigare ex ſinceritate, quod poſtmodum dicemus, cæteris tamen parata debet eſſe gratia. Cæſar maiorem meruit famam, per promtam inimicorum reconciliationē, quam Hannibal per animi obfirmationem. Solebat utiq; dicere, nihil minus convenire iis qui ad ardua aſpirent, quā obſtinatè inimicitiis inhærere, unde vires magnis negotiis deſtinatæ, propriæ tantū defenſioni adaptentur, & vix ab inimicorum inſidiis liberēt.

CAPUT XLVIII.

Oppida Occitaniæ redeunt ad obſequium.

QVemadmodum tempeſtas ſolet cedere Soli, ita plu-ria oppida Occitaniæ, perduellione correpta, ad obſequium rediêre, quamprimum rex ad provinciam accedebat, inter cætera Baniolum, Albium, Aletiſium, Lunelum, Villanova, Magelona, Frontinincum & Bitierum. Tranquillitas autem integra apparuit, poſt Aurelianenſis pacta ſignata & firmata, omnibus ad officium reverſis.

Cùm autem neceſſarium eſſet, pacem provinciæ ſtabiliri, ad popularium ſecuritatem, iubet ex ſolo complanari Bieſconem, Lunelum, Caſtellum Peſenatis, citadellam Bitieri, & alia quædam loca, quæ à limite remota, perduellioni duntaxat præbebant nidos. Mandat etiam Machauto, ſupplicationum magiſtro, cui Marchio Tavannæ Campi ductor additur, complures perduellionis complices caſtigare, & perſonis ipſorum corripiendis, & caſtellis diruendis.

Denique ut deprecationem generalem à Provincialibus, ob commiſſam perduellionem exigeret, & omnia ritè conſtitueret, ordines cogit Bitietum, & ipſius adeſt primo Octobris, ut poſtridie exordiretur. Maieſtas regia fulgebat ſplendore ſolitu, quoties Iuſtitiæ aſcendit thronum, cui ad ſtabant Cardinales, Principes, Duces & Pares, Mareſchalci Galliæ, & alij Magnates, qui ad aulam confluxerant. Cuſtos Sigillorum iuſſus edocet Epiſcopos, Nobiles, & cæteros Deputatos, qui præſentes erant, enorme crimen perduellionis, quod poſtremis hiſce turbis fuiſſet commiſsū.

Hinc Archiepiſcopus Narbonnenſis humillimè rogabat veniam univerſæ provinciæ, cuius nomine proteſtabatur regiæ maieſtati fidelitatem inconcuſſam. Rex effectum clementiæ continuò præſtat, non tantum remiſſa noxa, quã contraxerant, ſed etiã firmatis immunitatibus

cum ſuppreſſione Electorum. Novum tamen ordinem ſtabilit, ad indicenda tributa, ſi quæ à provincia exigerentur.

Politica reminiſcentia.

NOn actum fuerit, perduelles profligaſſe ex agro, & ad privatos lares disjeciſſe, niſi princeps deinceps eum ordinem provinciæ perduellionis reæ præſcribat, ut adverſus alteram aſſeratur tempeſtatem, poſtquam prima eſt defuncta. Prudentem imitetur Medicum, qui ægrotum ex grabato productum, reſtituendis humoribus ad temperiem reducere laborabat, ut eâ moderatione utatur, quæ recidivam declinet.

Imprudentiſſimum inſtitutum omnes & ſingulos punit complices, cum major inde conſurgat tumultus, qui non unam turbet provinciam, ſed univerſum concutiat regnum. Conſultiſſimum, partem illorum acciri, ut crimen cognoſcant, ſubmiſſionemque & pænitentiam teſtentur, ut poſtmodum Clementia multitudinem amplexetur, cum juſtitia ſepoſuerit authores & duces ſeditionum, ad pænam exemplarem.

Sic Ariſtides monitus, quoſdem Athenienſium illuſtribus ortos natalibus, anguſtia rei familiaris premi, & tædio conſumi, quod authoritate privarentur, quas prius fruebantur in adminiſtratione Reipublicæ; & inde conjurationem adverſus populum iniviſſe, qua conſtituiſſent, Barbaris potius rempublicam tradere, quam tenui illa conditione ulterius uti: ſatis habuit, octo illorum, quos conjurationis intellexerat duces, corripere & caſtigare, exhortatus cæteros in exercitu, ut eam virtutem præſtarent, quâ infamia tam nefarii inſtituti deleretur: id quod longè maiorem habuit effectum, quàm ullus rigor.

Iudicum mediocrium eſt, inquirere in crimina particularium complicum, regum verò, quibus clementia majorem confert gloriam, quam ſeveritas, oculos claudent ad confuſionem, quam multitudo contraxit impropere, cum perduellioni nunquam implicetur, niſi à ſummis provinciæ viris ſeducta, quorum ſumma eſt culpa. Dicam etiam, convenientiſſimum eſſe, ut ſtatuta, provincialium ſenſui adverſa, & quæ perduellioni prætextum dederint, lenian-

tur,

Digitized by Google

tur, cùm periculoſiſſima ſit obſtinatio adverſus multitudinis voluntatem.

Prudentiæ nullus tribuerim, ſi cedas planè ipſorum deſideriis, cum id abiectum indicet animum, qui ipſis nimium inflectur, ſed ut mediam inſiſtas viam, exquiſitis mediis lenioribus, ad obtinendum eundem, quem propoſueras finem. Summus moderationis apex in eo verſatur, ut voti reddare compos, per ambages & tramites, licet diuturniores, ad ſcopum deductus.

Famoſiſſimus ſanè rationis triumphus apparet; ſi tempori aliquando & neceſſitati cedas, ubi ſatis habeas obtinuiſſe, non quæcunque volueris, ſed potueris, præter extremam popularium perniciem. Certiſſimum eſt, regi ius eſſe quæ recta ſunt conſtituere, quæ æquitatem redolent, & non rarò bono publico inſerviunt, oportet tamen, ut prudentia præſideat per omnia illius ſtatuta, qua caveatur, ne iuſſa plus detrimenti, quam emolumenti adferant.

CAPVT XLIX.

Complures Magnates rogant Momorantio libertatem & vitam.

QVamvis rex multitudini perduellionis res feciſſet gratiam erroris, Momorantii tamen crimen, tanquam primi authoris, non videbatur impune abiturum, niſi cæteris Gubernatoribus omnis libertas ſic præberetur tumultuandi pro lubitu, cùm & belli ſors, & ſua ipſius temeritas eum conieciſſent in regiorum miniſtrorum manus. Ex eâ ratione rex eum Toloſam deduci iubet, quò ipſus conſequebatur, ut in Curia urbis attineretur captivus, miſſis ſimul mandatis particularibus ad Parlamentum, ut in ius traheretur.

Interrogatur, teſtes producuntur, iuxta formam ſolitã conferuntur, & cauſæ ſupplicii extremi non operosè quærendæ erant, cùm captus eſſet, in regem armatus, quod ſponte agnoſcebat, lachrymabundus ad modum cæterorũ

reo-

CAPVT LXVI.

Quam ægrè Aurelianenſis deſtiterit Momorantium.

AVrelianenſis hæc clementiæ regiæ teſtimonia recipit per viciniam Caſtelli Audari, quamvis extrema, quibus urgebatur, ſuggerebant gaudium eximium, tamen plurimum angebatur ob Momorantii ſortem, adeò ut ad nullam transactionem deſcenderet, niſi poſt omnem conatum, quo vitæ & libertatis ſecuritatem ipſi impetraret. Ægabono ſatis habuit teſtari maximam voluptatem ex manſuetudine regis conceptam, quem rogatum volebat, ut regiam maieſtatem faceret certiorem, quanto dolore coqueret offenſam, quanto ſtudio omne in poſterum obſequium ſuſciperet, à voluntatibus ipſius nunquam diſtrahendus.

Addebat preces humillimas, ut gratiam per ſolitæ clementiæ uſum applicaret Chaudeboni mandatis, inprimis verò, quæ Momorantium ſpectarent: accipere ſeſe cum omni revẽtia, quæ offerrentur; ſed ex veniâ dilectiſſimi viri, qui alieno errore peccaſſet, ad beneficia magnum acceſſurum cumulum, quæ conſecutus, ſeſe ſiſteret ad arbitrium regis.

Ægabonus reſponſum ad regem refert cum ad Pontem Sancti Spiritus eſſet, decimo ſexto Septembris: ſed Chaudebonus pridie abſtulerat mentem regis, cum iſtis ad Aurelianenſem literis, Nihil poſſe concedi, præter ea, quæ Æbabonus renunciaſſet, grata haberet, ulteriora urgere deſineret, cũ poſtulata nec dignitati regiæ, nec reipublicæ bono, non deniq; proprio ipſius commodo convenirent.

Cum Chaudebonus eas literas adferret, Aurelianenſis doluit, quod non exiguo labore poſſet Momorantium ex periculo præſentiſſimo liberare. Puylaurentius tamen, etiam æmulatione nondum vacuus, ſollicitè eum dolorem leniebat, ſuggerens identidem, ex iis anguſtiis eſſe emergen-

gendum, propter neceſſitatem abſolutiſſimam quæ aut perditionem, aut tranſactionem imperaret, non magno, penſo, quod animadvertere cuius licebat quacunque Momorantius eſſet conditione, ſuæ ſalutis & naufragii exitioſi trepidus.

Neque tamen Aurelianenſis tam promtè aſſentiebatur, quamvis vacillare cepiſſet animus: remittit igitur Chaudebonum, qui preces iteraret, ad prima poſtulata obtinenda. Hinc Bitierum regreditur cum parte copiarum, quibus hoſpitia per viciniam fuére indulta, cum gubernator & cives introitum negarent. Sic non diu in eo, oppido ſubſtitit, digreſſus viceſimo primo Septembris, antelucano tempore, facibus ſuccenſis, quod exercitus regius nuntiaretur ingruere, ducibus Vitryo & Forcæo ad obſidionem inſtituendam, ad tres aut quatuor ſaltem leucas remotus.

Rex interea diſcedit à Ponte Sancti Spiritus, Nemauſium verſus, ubi Chaudebonus, ante triduum ad Aurelianenſem, reverſus, ab eodem denuò adeſt, & apud regiam maieſtatem novas preces de primis poſtulatis interponit, & inprimis, ut gratia Aurelianenſi habita, univerſos ſectarios complecteretur. Sed rex perſeverabat, nihil ſeſe à conditionibus illis receſſurum: ſpem tamen fiduciarius facit, Aurelianenſem ad concordiam deductum iri, ſi rex mitteret quocum agere poſſet, in quo opere Puylaurentius ſudabat.

Inſtabant enim ea extrema, ut tutum non pateret refugium, poſt copias dilabentes, & Bitierenſes ad obſequium regis reverſos, renovato fidei ſacramento, adeo ut ipſum digreſſum, poſtea excluſerint. Neque enim introitum permiſiſſent, niſi à rege juſſi, cujus mentem per curſorem expetiverant, qui retulit, ſuſcipiendum eſſe cum domeſticis tantum, cum honore natalibus conveniente.

Placuit inſtitutum illud regi, & Aurelianenſe apud Bitierenſes ſuſcepto, mittitur Bullionius, fiſci inſpector, & Marchio Foſſæus, Magolonæ gubernator, quibus præter illas Ægabono commiſſas leges nihil additum. Adventantibus Aurelianenſis primo aſpectu teſtabatur, non poſſe ſeſe Momorantium deſerere, qui bellũ non ex propria cauſa,

ſed ſui gratia, ad exemplum cæterorum ſectariorum feciſſet. In cæteris ſeſe paratum eſſe ex animi firmo propoſito regi obedientiam & officia, quæ deberet, præſtare.

Reſpondent illi mentem ipſius prorſus laudandam, quæ de naturæ manſuetudine teſtaretur: ſuppliciter tamen rogare ſeſe, ipſus perpenderet, ſi rationem illorum ſibi habendam cenſeret, quin eos in tranſactione comprehenderet, regis multò pluris intereſſe, ne tranſigat quaſi per neceſſitatem, gratiâ ſubditorum rebellium extorta, qui tamen ſupplicium extremum à juſtitiâ emendicaſſent.

Tranſactiones inſtitui inter ſummos principes, eoſque pares, ſed iſtius, quam ſuſtineret conditionis, nullam habere viam, præter illam ſubmiſſionis, & erroris agniti, ad impetrandam gratiam. A manſuetudine regis non præter rationem ſperari favoris compendium. cum ſponte invitet, etiam non rogatus, ad refugium gratiæ, ut capacem ſeſe redderet in errorem prolapſus. Clementiam non ſine offenſa in dubium vocari, ſecundum iſta omnia. Suum non eſſe, Momorantio gratiam ſpondere, aut cæteris complicibus, præter domeſticos, cùm hæc tantum in mandatis habeant.

Poſſe tamen id aſſeverare, ſi commoda regis permitterent, gratiam regiam ad quoſcunque ab Aurelianenſe nominatos extendi, clementiam ſolitam ſpontè expeditam fore. Et ut omnia in compendium conferrent, neutiquam ambigendum, quin rex teneatur ex officio exemplum ſtatuere in eos graviſſimis ſuppliciis, qui principales fuerint perduellionis authores; cum tranquillitas reipublicæ id exigat, ad regiæ majeſtatis authoritatem ſervandam; ut exemplo coërceantur reliqui, & ſupplicio perduellioni irrogato, quod regiâ maieſtate removeretur.

Quamvis rationes iſtæ tantâ induſtriâ, tantâ clementiâ, adeoque prudentiâ Aurelianenſi proponerentur, ut tum ferè flecteretur ad abſolutum regi obſequium præſtandum; petiit tamen deliberandi tempus, ut ſcilicet de rerum ſumma cum Puylaurentio conſultaret: qui cùm nullam aliam ex anguſtiis elabendi cerneret feneſtram, quàm iſtanc tranſigendi rationem. Aurelianenſem induxit ad paciſcendum; teſtatus etiam, eò minorem hic ſumendam

diffi-

difficultatem, quod perinde compendium eſſet adepturus, ad conditiones commodiores per vim extorquendas.

Politica reminiſcentia.

PEr Philoſophorum choros liceat diſcipulis jurare in verba magiſtrorum, & cum Pythagoreis dicere Aut òs epha, ſed antequam ſine cortice natare didicerint. Facillimè enim aberrat mens tenella, ubi ductore deſtituitur, peregrina utique in rerum uſu, & ſcientiarum campis. Sed ubi ingenium matureſcere potuit, licebit à magiſtri ſententia diſcedere. per genium intelligentiarum, ut naturam, tanquam ducem optimam ſequamur, & diſputatis ſtolonibus arborem ſcientiæ, quæ bonum juxta ac malum præſtat, integram & nudam uſurpemus oculis

Æqua ratio poſſet Magnates ducere in republica, ubi non rarò Princeps aliquis ſupremæ Maieſtatis obluctatur, & populares cum amicis ac clientibus facit conſiliorum participes, factionis complices. Liceat illis ex cæco obſequio regulis adeſſe & opitulari, cum illi ſint proxima obedientiæ obiecta: liceat ibi univerſam reverentiam effundere, ſed quæ ratione ſanâ temperetur, nec ſummam maieſtatem lædat.

Ipſi pueri, adeoque infantes, ſolo ſenſu ducuntur, adeò ut nulla alia ratione ab igni & candela arceantur; ſed ubi rationis evaſere capaces, argumentis dant locum, ut malum caveant. Sed quid judicii fiet de viris prudentibus, qui ultra puerum ſapere ſibi videntur bimulum? Venerentur illi maieſtatem regiam in principibus regiis, adorent etiam, ſi velint, ſolem orientem, tergum obvertant occiduo: ſed id faciant ex uſu rationis rectæ, quæ principes regios tanquam propriæ maieſtatis obnubilatores, aliquando caſtigat.

Cum autem Magnatibus liceat rationis uſum ſuſcipere, & de principum regiorum inſtitutis, adeoq; propriis emolumentis dijudicare, nemo adeo hebes fuerit, & proiectæ rationis, qui errantem & ſequi, & eundem in errore confirmare ſuſtineat, ut ſic in perniciem corruant: etiã memor, neceſſitudinibus paratam veniam, cæteris plerũnque ad

piaculares victimas reiectis, cùm pronum ſit principi, erroris culpam in miniſtros derivare, ſibi innocentiæ partes ſumere.

Noverat Ahitophel, ſagaciſſimæ mentis, parentem inveniam propenſiſſimam, etiam ante agnitam culpam, fervente crimine. Veniæ igitur per conſcientiam juſtitiæ regiæ exors, ad laqueum decurrit. Ita igitur colantur ſidera, ne Solem negligamus, qui exortus mutuatitium facilè delet ſplendorem: ita inſerviendum principi regio, ne majeſtas regia detrimentum patiatur.

CAPUT XLVII.

Quibus legibus ſit tranſactum cum Aurelianenſe.

PVylaurentius mentem Aurelianenſis ad Bullionium & Foſſæum refert: illi diſceptant, & capita pactorum iſta conſtituunt, per quæ Aurelianenſis errorem agnoſceret; ſuppliciter rogaret regem.

Primum ut errorem obliviſceretur & gratiam eius faceret, ipſus regiæ majeſtati promitteret, de cavenda recidiva, in quem finem quaſvis colluſiones cum Exteris & cum regina matre, quamdiu extra regnum, præter voluntatem regis verſaretur, eſſet projecturus.

Habitaret, ubicunque regi videretur, & vitam ad obſequium genuini fratris, verique ſubditi inſtitueret.

Cauſam fœderatorum nullus ſuſciperet, nec querulavetur, ſi rex promerita irrogaret ſupplicia.

Ad munia per familiam vacantia reciperet perſonas regi gratas & denominatas, remotis qui diſplicerent.

Conventum denique, ut Puylaurentius, princeps miniſter ſiniſtrorum conſiliorum, quibus ad bellum ſumendum fuiſſet inductus, teneretur regem ſincere edocere, de omnibus negotiis præteritis, ex quibus aliquid detrimenti in rempublicam poſſet redundare, impoſita culpa graviſſima, & regia gratia viciſſim penitus exoleſcente, inſtaret pactis.

Summa

Digitized by Google

Summa hæc fuêre capita pactorum, quibus Aurelianenſis eſt aſſenſus, unde certiſſimum propenſionis intimæ ſumitur teſtimonium, de ſubmiſſione & fide illius erga regem: Etiam ſignum appoſuit, ad majorem regis ſecuritatem. Sic Bullionius & Foſſæus nomine regiæ majeſtatis promiſere, recipiendum Aurelianenſem in gratiam, reſtituendum in omnia bona & redditus, cum libertate, tranquillè habitandi, ubi viſum foret; expediendam quantocyus abolitionem criminum commiſſorum, in ſolatium domeſticorum præſentium, & Elbævii, nullâ fiducia cæterorum data.

Cùm rex illa ex manibus Foſſæi accepiſſet, rata habuit: unde concordia tot votis expetita, quo tanquam felicitatis publicæ fundamento certiſſimo nitebatur Gallia, fuit definita. Omnia perſonabant ſermonibus gratiſſimis de pace, rex indulget Exteris ſextum diem, quo tempore regnum Galliæ evaderent per Ruſſilionis comitatum: qui hinc inde dilapſi, à ruricolis reciprocè mulctabantur. Aurelianenſis habitatum abit Champinium, apud Turones, quo fruebatur, oſtentans ex facie quodvis animæ gaudium, datis etiam ad Cardinalem literis, benevolentiæ pleniſſimis.

Ibi calumnias adverſus ipſum ſuo nomine ſparſas improbat, aſſeverans, etiam mentem in illas nunquam conſenſiſſe, quem per fervidiores etiam animi motus ſemper magni fecerit ob fidem erga regem integram, & ob virtutes illuſtres, adeoque eximia in rempublicam merita. Hinc malacia poſt tempeſtatem horrendam, quâ Gallia agitabatur, ſucceſſit.

Politica reminiſcentia.

QUamvis reges teneantur aliquos ex principalibus ſeditionum authoribus caſtigare ex ſinceritate, quod poſtmodum dicemus, cæteris tamen parata debet eſſe gratia. Cæſar maiorem meruit famam, per promtam inimicorum reconciliationē, quam Hannibal per animi obfirmationem. Solebat utiq; dicere, nihil minus convenire iis qui ad ardua aſpirent, quā obſtinatè inimicitiis inhærere, unde vires magnis negotiis deſtinatæ, propriæ tantū defenſioni adaptentur, & vix ab inimicorum inſidiis liberēt.

CAPUT XLVIII.

Oppida Occitaniæ redeunt ad obſequium.

QVemadmodum tempeſtas ſolet cedere Soli, ita plu-ria oppida Occitaniæ, perduellione correpta, ad obſequium rediêre, quamprimum rex ad provinciam accedebat, inter cætera Baniolum, Albium, Aletiſium, Lunelum, Villanova, Magelona, Frontiniacum & Bitierum. Tranquillitas autem integra apparuit, poſt Aurelianenſis pacta ſignata & firmata, omnibus ad officium reverſis.

Cùm autem neceſſarium eſſet, pacem provinciæ ſtabiliri, ad popularium ſecuritatem, iubet ex ſolo complanari Breſconem, Lunelum, Caſtellum Peſenatis, citadellam Bitieri, & alia quædam loca, quæ à limite remota, perduellioni duntaxat præbebant nidos. Mandat etiam Machauto, ſupplicationum magiſtro, cui Marchio Tavannæ Campi ductor additur, complures perduellionis complices caſtigare, & perſonis ipſorum corripiendis, & caſtellis diruendis.

Denique ut deprecationem generalem à Provincialibus, ob commiſſam perduellionem exigeret, & omnia ritè conſtitueret, ordines cogit Bitietum, & ipſus adeſt primo Octobris, ut poſtridie exordiretur. Maieſtas regia fulgebat ſplendore ſolitu, quoties Iuſtitiæ aſcendit thronum, cui adſtabant Cardinales, Principes, Duces & Pares, Mareſchalci Galliæ, & alij Magnates, qui ad aulam confluxerant. Cuſtos Sigillorum iuſſus edocet Epiſcopos, Nobiles, & cæteros Deputatos, qui præſentes erant, enorme crimen perduellionis, quod poſtremis hiſce turbis fuiſſet commiſſũ. Hinc Archiepiſcopus Narbonnenſis humillimè rogabat veniam univerſæ provinciæ, cuius nomine proteſtabatur regiæ maieſtati fidelitatem inconcuſſam. Rex effectum clementiæ continuò præſtat, non tantum remiſſa noxa, quã contraxerant, ſed etiã firmatis immunitatibus

 cum,

tur, cùm periculoſiſſima ſit obſtinatio adverſus multitudinis voluntatem.

Prudentiæ nullus tribuerim, ſi cedas planè ipſorum deſideriis, cum id abiectum indicet animum, qui ipſis nimium inflectur, ſed ut mediam inſiſtas viam, exquiſitis mediis lenioribus, ad obtinendum eundem, quem propoſueras finem. Summus moderationis apex in eo verſatur, ut voti reddare compos, per ambages & tramites, licet diuturniores, ad ſcopum deductus.

Famoſiſſimus ſanè rationis triumphus apparet; ſi tempori aliquando & neceſſitati cedas, ubi ſatis habeas obtinuiſſe, non quæcunque volueris, ſed potueris, præter extremam popularium perniciem. Certiſſimum eſt, regi ius eſſe quæ recta ſunt conſtituere, quæ æquitatem redolent, & non rarò bono publico inſerviunt, oportet tamen, ut prudentia præſideat per omnia illius ſtatuta, qua caveatur, ne iuſſa plus detrimenti, quam emolumenti adferant.

CAPVT XLIX.

Complures Magnates rogant Momorantio libertatem & vitam.

QVamvis rex multitudini perduellionis res feciſſet gratiam erroris, Momorantii tamen crimen, tanquam primi authoris, non videbatur impune abiturum, niſi cæteris Gubernatoribus omnis libertas ſic præberetur tumultuandi pro lubitu, cùm & belli ſors, & ſua ipſius temeritas eum conieciſſent in regiorum miniſtrorum manus. Ex eâ ratione rex eum Toloſam deduci iubet, quò ipſus conſequebatur, ut in Curia urbis attineretur captivus, miſſis ſimul mandatis particularibus ad Parlamentum, ut in ius traheretur.

Interrogatur, teſtes producuntur, iuxta formam ſolitã conferuntur, & cauſæ ſupplicii extremi non operosè quærendæ erant, cùm captus eſſet, in regem armatus, quod ſponte agnoſcebat, lachrymabundus ad modum cæterorũ reo-

reorum, qui ſe convictos dolent: Si regiæ maieſtati placeret vitæ facere gratiam, in illius officia repenſurum eandem, ut profuſo ſanguine expiaret errorem commiſſum.

Complures ſane, magni nominis, & inter cæteros Condæa ſoror, Cardinalis Valettanus, & duces Eſpernonius ac Cheureuſius, impenſiſſimè apud regem inſtabant, ut gratiam ipſi conciliarent: Ipſe Aurelianenſis mittebat Lauaupotum, qui pedibus advolveretur, & humillimè ſupplicaret. Verum enimverò crimen tanti momenti non videbatur ullo modo condonandum. Quomodo enim vitam referret ſalvam, qui regnum factionibus diſtulit, ut omnes omninò Magnates concitaret, quibuſcunque familiarius uteretur; manibus pedibuſque obnixè operam dedit, ut provinciarum non ultima perduellionem ſumeret.

Is etiam Aurelianenſem per univerſam Galliam circumduxit armatum, ut inſtitutum vehementius perurgeret; Hiſpanis tranſitum aperuit; auſus perduellionem per Ordines provinciæ ſancire; copias quantas potuit ſcripſit adverſus regem; qui denique nihil omiſit ad promovenda pernicioſa conſilia. Quæ verò conſiderationes prægnantes tantum crimen excuſaverint? Neque enim errarat per præcipitantiam, aut ex fervore animi, ſed ex deliberato egit, adeò ut ſucceſſum inſtituti factiones & tricas texuerit ab octo menſibus.

Venerandum ipſi nomen Maiorum contulerant merita, & ipſus indignum ſeſe fecerat, ut eorum ratio eſſet habenda, poſtquam exemplum fidelitatis, qua ipſi celebrantur, rejecit. Natalibus eſt ortus illuſtribus, ſed crimen ipſius gravius trahit pondus, & periculum inter viros illius conditionis, quod ex gratia petita ſequiora elicerentur compendia: cum ſupplicium criminis id commodum ferat, ut Nobiles in officio contineantur, & in metu iuſtitiæ regiæ.

Regi nonnulla præſtitit officia, per duas aut tres occaſiones, quæ tamen ad iſtam temeritatem comparata nihili eſſent, cum hic fundamentum regni erueretur, obedientia ex præcordiis popularium eliminaretur, authoritas regia deſtrueretur, & ſubditorum ærumna augeretur. Quid verò

verò Exteros dicturos fuiſſe cenſeas, de nimia iſtiuſmodi Clementia, quæ longiſſimè diſtat à prudenti rigore, cuius illi nobis quotidiana præbent exempla in minimis per patriam tumultibus?

Nunquid oculi penitus fuiſſet claudendi ad reipublicæ commoda, & ad conſtitutionem tranquillitatis generalis, ſi eam perduellionem libuiſſet tranſmittere impunitam? Verum dicam, regem deſiiſſe oportebat, qui iuſtitiæ dexteram cohibuiſſet, & legum ordinem ad iſtos caſus definitum turbaſſet. Hinc Mareſchalcus Chaſtilionæus ſalutatum regem abit, ut eâ occaſione ſuas cæterorum iungeret precibus, infit ad regem, & vultus & oculos ſupplicantium abunde teſtari, quantum numerum beneficiorum ſpargeret per unam Momorantii gratiam; at reſponſum tulit regia maieſtate omninò dignum: ſeſe regem haud fore, ſi particularium ſenſu duceretur.

Politica reminiſcentia.

REx graviſſimè læderet rempublicam, ſi particularium compendia haberet ante bonum publicum in univerſis ſuis actionibus. Imperatores laudati, etiam iuxta ſententiam coruſcantium illorum luminarium, quæ per Eccleſiam fulgent, rectè prætulerunt rempublicam & parentibus, & liberis. Eâ enim debet eſſe in conſideratione, ut illorum repudient voluntates, ſi quæ in detrimentum illius petere auderent.

Imprudentiæ profecto ſummæ argueretur, qui, ut particulari conſuleretur, univerſos vectores naufragio exponeret. Nihil enim eſt cauſæ, cur regnum in præcipitia novæ perduellionis conjiciatur, ut Magnati alicui conſtet uſura vitæ. Ipſa regis vita nulla modo ſpectatur, ubi reſpublica aleam ſubit; quo loco demum fuerit ulla particularium? Bonum civile, quod principes ſibi ſcopum præfigunt, idem eſt cum popularium emolumento, generatim ſumtò.

Quis verò ambigat, quin popularibus cedat commodo, ſi bonum publicum præferatur particularis illius ſaluti, qui vægrandem in ſe ſuſcepit culpam? Quemadmodũ leges maioris faciunt ſalute omnium, quàm rei cuiuſcunque ita princeps, qui eis tanquam norma uti debet ad vi-

tam

tam rectè inſtituendam, inſigniter errabit, niſi eandem ſequatur ſemitam: indignus qui diadema ferat, ſi impunitatem oppreſſioni quorundam ſubditorum applicet, ad connivendum perduellioni cæterorum, cum Deus ipſi dexteram iuſtitiæ non contulerit, in alium finem, quam ut univerſos in obſequio contineat, & ab iniuria tueatur.

Tum demum, inquit Plato, reſpublica ritè adminiſtrabitur, ubi culpæ affines puniuntur. Cui iuriſconſultus ille ſuffragatur, ſummam curam hanc accedere gubernatori provinciæ, ut pacem conſtabiliat: hoc verò aſſequetur, ſi turbarum concinnatores diſpellat, pro ratione criminum correptos. Paucis multa dicam, particulares ſuis inſtitutis ſcopum iſtum ponunt, ut familiam bono ordine regant, & reges nihil unquam præferunt ſaluti populariumः privatorum eſt, curare compendia particularia; regum verò unam reipublicæ ſalutem ſpectare.

CAPVT L.

Momorantius deponit uſuram huius vitæ.

EX iſtis iuſtiſſimis rationibus inducitur Parlamentum Toloſæ, poſt cauſam Momorantii ritè diſceptatam, ut tertio Octobris ſententiam in eum pronunciaret mortis, & ſecuri ſubjiceret. Antequam vero de iſta executione loquamur, videtur calamus debere teſtimonium & conſtantiæ & pietatis morienti. Nam ubi Cardinalis Valettanus perſpiceret, ſpem ſalutis evaneſcere, regem adit ſupplex, ut permitteretur ſacerdos reo, in cuius ſinum emacularet animam, qui mentem ad Parlamenti ſententiam ſuppliciter ſubeundam diſponeret.

Rex promtè aſſentitur, ad ſalutem animæ promovendam paratiſſimus, quemadmodum corpus proſtituebat in exemplum perduellionis. Quamvis autem gratia iſta non ſoleat fieri ante ſententiam pronuntiatam convictis criminum, iubet tamen Breſæum, qui bacillum Mareſchalci repetierat, mandare Patri Arnoldo, familiæ Ieſuiticæ ſupremo, quem reus ſibi expetiverat, ut dies noctesq; quantum videretur, ipſi adeſſet, & conſolationes neceſſarias ſuppeditaret.

Adeſt

Adeſt ſacerdos, invenit reum, ex ſingulari Numinis gratiâ, ad bene moriendum diſpoſitum, ex qua mente etiam confeſſionem generalem omnium peccatorum inſtituebat. Id unum angebat, quod tempus nimis anguſtum ſibi putaret præfixum, cum videretur intelligere iudicium poſtridie, id quod res erat, ſubeundum Hinc Arnoldum ſacerdotem & Launæum cuſtodem ſuum rogat, adirent regem, maximoperè ſupplicarent, ut tempus ante meridianum ſibi univerſum indulgeretur, ad conſcientiam, ſine diverticulo examinandam, quam confeſſio conſequeretur, quæ mortem ſine inquietudine exciperet: Eam gratiam ſeſe inter inſigniores numeraturum.

Rex id rogatur; cumque pietas eius æquum cum iuſtitiâ ſortiatur ſplendorem, lubenti animo tantillum interpoſuit intercapedinis, adeò ut iuberet iudicium per dieculam differri, permiſſa etiam ſacra ſynaxi, quæ non ſolet concedi iſtiusmodi reis. Officiis igitur ſanctis illis perſungitur, & à meridie tabulas ſupremæ voluntatis conſignat; ex permiſſu itidem regis; in illis Cardinali legat tabulam picturæ per Galliam rariſſimæ, ubi Sanctus Sebaſtianus repræſentatur, martyrio vitam abſolvens, rogato plurimum ut ſeſe ipſius famulum etiam in morte crederet.

Poſtridie vocatur in Palatium, ut ex ſellula reorum interrogaretur, ubi ad ſingulas quæſtiones reſpondet pari ſubmiſſione & virtute, teſtatus, nullum ſibi mortis occurrere metum, niſi generoſis viris communem. Quamprimum igitur ex Curia illa eſſet egreſſus, Curia congregatis Cameris, præſide cuſtode ſigillorum, pronunciat reum eſſe & convictum criminis, quod maieſtatem lædit in ſummo capite, ut ſecuri ſubiiceretur in campo Salini.

Sententia hæc ipſi denunciatur, ſecundum formulas ſolitas iuſtitiæ; ubi eam intellexit, Commiſſariis ait, ſeſe ipſis agere gratias, etiam univerſo collegio, cui rogabat ſuo nomine indicari, ſententiam iuſtitiæ regiæ ſibi videri ex miſericordia Dei pronunciari. Secundum hæc nihil agebat, niſi ut per exercitia pietatis viam inſiſteret, quæ ad mortem Chriſtiano homine convenientem deduceret. Cum iam omnia quæ cogitari poſſent, teſtimonia præbuiſſet, mortem ſuſtinuit in Curia urbis, quem locum rex non rogatus, iuſſerat executioni dari.

Poli-

Politica reminiſcentia.

CRudele, & quidem magis periculoſum omnibus condonare offenſas, quam nemini facere gratiam. Hic enim ſoli rei læduntur, ibi innocentiæ ſummum adfertur damnum, cùm ſic univerſus mundus involvatur ſævis calamitatibus. Hic præterea particulares deſtruuntur familiæ, ibi ſæpiſſimè exurgunt bella civilia, quæ extincta credebantur per clementiam, adeò ut regna in pericula extremi exitii præcipitentur.

Inter omnes verò, quicunque ſupplicium meruêre, præſtat duces puniri, qui perduellionem ſuſcitarunt, quàm in manus & pedes ſæviri, executionis utique inſtrumenta. Eum Ordinem juſtitia præſcribit: æquius enim eſt, authores malorum puniri, quam eos, qui adverſus violentiam illorum vix quicquam potuiſſent. Natalium & munerum ſplendor non eximit à ſuppliciis per immania crimina contractis, tametſi errores familiares ſatis frequenter condonentur per nimiam magiſtratuum indulgentiam.

Quod ſi accidat ex ambitione eos in perduellionem ruere, pares redduntur, adeoque majori ſupplicio digni cum quovis cive. Errores enim illorum non tantum apparent pares, unde ſuppliciis, quæ cæteri ſubditi expectant, ſubjiciantur: eò autem magis evadunt enormia, quod conditio eminentior gravitati plurimum addat, crimine periculoſiorem trahente catenam.

Magis ſtupent homines ad Solis Eclipſin, quam cæterorum aſtrorum obfuſcationem, cum plerunque funeſta ſequantur accidentia: ita accuratius obſervantur ſummorum per rempublicam civium crimina, quam plebeiorum, ob ſeriem magis metuendam. Sic nobilis alicuius perduellio non facilè grande procudit malum regno; ſed præfectus provinciæ alicuius, aut Magnatum aliquis vægrandia excitat infortunia.

Hæc demum laudanda ſapientia, quæ per illas occaſiones Thraſybuli utitur conſilio, quod ille Periandro ſuggeſſit, cùm legatos miſiſſet ſciſcitatum, quam rationem optimæ gubernationis inſtitueret: eos producit in campum

pum ſpatioſum, ſermones cædit varios de rebus quibusvis, ſpicas altiores decutit, & ad Dominum remittit, qui, quæ vidiſſent, referrent, optimum ſcilicet id ſibi videri conſilium.

Ænigmatis ſenſum aſſecutus Periander, facilè indicabat, unicam hanc rationem aſſerendæ reipublicæ fore, ſi turbatores tolleret: Princeps enim iſtius inſtituti negligens, nunquam carebit bellis Civilibus. Quicunque ſerpentem ſemel noxium alit, invitat alteram noxam: & Princeps perduellionis authori parcens, eum ſervat, cui opportunitas animum addiderit, gravius tumultuandi, ubi incommoda, quibus ſuccubuit, rectius cavebit; cum exitium ſecuritatem omnimodam præſtare, potuiſſet. Laudandus denique princeps, qui unius rebellis vitam immolat tranquillitati reipublicæ.

CAPVT LI.

Raptus inſtituitur adverſus Ducissam Eſguilioneam.

NOva illa de capto Momorantio, Bruxellas perlata, & Reginæ matri & Hiſpanis ægritudinem & ſtuporem conciliabant, cum facilè judicarent, fortiſſimo perduellionis, quâ Galliam fatigabant fulcro perverſo, ut jam nocere deſineret, ad patientiam redactus, telam immanem, quam fuerant exorſi ad regem in ordinem pro lubitu cogendum, inanem fore. Regina mater inprimis, quæ nunquam non benigne de Momorantio ſenſiſſet, metuebat, ne Rex in eum ſtatueret exemplum, ſi juſtitia eum ex merito corriperet.

Pater igitur Chantalupus, cui nunquam deſunt remedia cuivis malo, vel ſaltem chimerica, ubi aliquod accidens impingit in Reginæ matris voluntatem; optimè noverat, id demum fæminis gratum, quod comprobant: cogitat itaque rapere Combaletam, Bruxellas deducendam, certus, ſi ea Matrona in ſuas incideret manus, Cardinalis utique neptis, & iis virtutibus dotata, quæ amorem & æſti-

æſtimium ipſi ſummum in Aula contribuebant; quæ inde tenerrimè adamaretur, animum ſummi Miniſtri cogi poſſe, ad gratiam Momorantio obtinendam, cum metuere poſſet ſiniſtrum quemvis caſum, illo ad ſupplicium extremum damnato.

Dicerem, genij iſtius benigni officia debuiſſe reginam matrem cohibere, cum ea nemini ſint notiora, ne animum ad auſa tam injuſta applicaret: cum hæc conſideratio debeat omnes illius neceſſarios præſtare ſacros & inviolabiles; id duntaxat monuero, dotes iſtius fœminæ efflagitare tam atrocis conſilii vindictam, cum ipſa ſit ornamentum & gloria aulæ, decus ſui ſexus, miraculum virtutum, abſolutum pietatis exemplar, non ſevera & ingrata, ſed tot gratiis amicta, ut in mentibus per ipſum aſpectum, ipſo cælo opificium ſuum admirante, excitet amorem reverendum.

Quæ vero væcordia, expiare crimen perduellionis, quo Momorantius tenebatur, per eam perſonam, cuius virtutes illuſtres, præter gratiam naturalem univerſos mortales adigerent ad reverentiam & honoris eximii homagium? Regina tamen mater, quemadmodum motus animorum ad veritatem ingratam cæcutiunt, conſilio Chantalupi comprobato, mandata ad illud exequendum Veſontioni diſtribuit, perſcriptis ad nobiles quoſdam, quibus fidebat, literis, ut operam ſuam adhiberent, adeo ut permitteret ad conſtitutum raptum diſponi complures equos mutatitios inter Bruxellas & Pariſios.

Deus autem, qui gaudet juſtitiam aſſerere, & pronus potentiam exerit ad protegendas mentes, virtutibus eximiis præditos, coniurationem aperit per Ruureum, conjuratorum primarium, qui Combaletam facit certiorem, indicatâ etiam ratione, quâ prædonum perſecutor novem factionis principes corriperet, quos & in Baſtiliæ carcerem compegit.

Dantur iudices, conatus ex argumentis manifeſtis probatur, ſupplicium legibus definitum paratur: ſed Combaleta, cuius charitas inter cæteras virtutes emicat, intercedit, rege ſuppliciter rogato, cum ſatis haberet, evitaſſe periculum, & magnopere laboraret, quam Ruureo referret

ret gratiam, qui rationem evadendi commonſtraſſet, ſuſque habito ſupplicio, quod eos expectabat, qui tam atrocem conquebant in ipſius innocentiam iniuriam.

Politica reminiſcentia.

QVamvis præter iniuſtitiam etiam inſolentia effrons ſuadeat perſonas fæminarum, quæ virtutibus & natalibus clarent, cum ſexus & dotes eas ſemper præſtiturint ſecuras omnium contumeliarum, quas bellorum graviſſimi caſus trahunt, attractare; grandem tamen adipiſcuntur gloriam, ſi iſtiuſmodi iniuriæ faciant gratiam. Non eadem ratio particularium, ubi offenſæ ſpectantur, quæ Principum, quibus aliquando neceſſum eſt, ex rigore legum agere, ad reipublicæ bonum.

Ipſis enim gratia indulta ſemper cedit honori, & fæminis in particulari eo maior inde exurgit gloria, quod manſuetudo, ſexui maximè conveniat, crudelitas verò ſit plerunque expeditior. Verum id generoſi animi indicium, gratiâ offenſas abolere per facultatem vindictæ; heroum eſt, miſericordiâ tangi erga humanitatis immemores, ubi iram concitatam mutant in condolentiam.

Iulius Cæſar, cuius fortitudo non tantum innotuit univerſo terrarum orbi, ſed etiam admirationem extorſit, difficillimè irritabatur adverſus homines abiectos, quos excandeſcentiâ indignos cenſebat, ſuæ verò quietis turbandæ ineptos. Et ut verum dicam, in Virtutis moralis ſtudio id ſummum duxero; ſed Chriſtiana altius inſurgit, flagitans etiam interceſſionem in emolumentum graſſatorum, ob Dei amorem, eouſque nos invitantis.

Maior hæc victoria, quæ extorquetur improbo, quam ſupplicium, cum nihil adeo nos ad bonitatem Dei admoneat, quam culparum abolitio. Ipſi Reges non tam ex iuſtitia laudantur, ac ex clementia: inventi enim compluſes, qui culpas vindicare potuere, ſed qui ad clementiam propenderent, pauci reperti, cum rariſſimè ſocientur magna patientia & magna authoritas.

Quamvis Sol ſit pulcherrimum Cælorum ornamentum, propter influentias tamen benignas, quibus genus mortalium perfundit, maximam refert venerationem; adeo verum eſt, ut quamcunque gloriam poſſideat fæmina, clementia ſummam conciliet famam, cum ſic inſtigetur ad benefaciendum indignis & malevolis.

CAPUT LII.

Aurelianenſis Galliam relinquit, Lotharingiam petit.

POſtquam cum Aurelianenſe eſſet tranſactum, & rex per prudentiam conſtituiſſet, quæ ad pacem ſolidam Galliæ conſtabiliendam viderentur neceſſaria, nemo non credebat, conjurationis cuniculos, ab intimis Aurelianenſis inſtitutos evanuiſſe, nullo redintegrandi mali metu, niſi fortè longinquo: genuini enim Galli univerſi lætitiam teſtabantur manifeſtam, non admodum abſimilem à voluptate, quam concipiunt diuturnis jactati undis, poſtquam portum ſubière.

Tranquillitas autem illa exigui fuit temporis, cum procellæ continuo ſpumarent, & Galliæ minitarentur graviſſimam tempeſtatem. Puylaurentius enim, & quidam alii, quos Aurelianenſis conſiliorum faciebat participes, non aliâ mente ipſum cum Rege reconciliârant, niſi ut novis impedirent ſeditionibus, priori reſumto inſtituto, ad quamvis occaſionis opportunitatem, cum ſperarent rectius omnia diſponere, & compendia, quæ Occitania negaverat, alibi invenire.

Mors violenta Momorantij occaſionem ſuppeditabat iterati ſeceſſus: perſuadent, preces ipſius tam exiguum pondus habuiſſe, ad ſalutem viro cordatiſſimo impetrandam, & libertatem propriam non adeo ſecurè ſtare, ad proximum quemvis ſuſpicionis ſcrupulum: exponi ipſum interea ignominiæ ſupremæ, dum univerſa Europa doleat,

Digitized by Google

leat, ipſum non potuiſſe Magnatem à morte liberare, qui vitam ipſius commodis impendiſſet.

Eodem tempore ubique propalabant, Aurelianenſi fuiſſe promiſſam Momorantii vitam, per tranſactionem, tametſi Bullionius & Foſſæus nihil unquam ſpondere voluerint: cum autem promiſſa non ſerventur, quæ famam ipſius apprimè complecterentur, omnem eſſe moram abrumpendam. Omnes quidem illius ſectæ unanimiter cenſebant, Aurelianenſi eſſe ſecedendum, non tamen de loco conſentiebant.

Puylaurentius, qui Pfalſeburgenſis urebatur amoribus, Lotharingiam optabat, promto ad eum ſeceſſum conſilio, quod Margarethæ amor id videretur poſcere, ad quem alia quævis loca ſordeſcere poſſent. Cæteri parum ſecuritatis in Lotharingia diſpiciebant, propter Ducis illius vires debiles, quæ potentiam ſecuritati præſtandæ non præberent; adeo ut Caſalam potius petendam cenſerent, ubi Mareſchalcum Thoiraſium expanſis brachiis occurſurum ſpondebant, nullo ad vitæ tranquillè & extra ullum metum agendæ loco convenientiore.

Securitatis dubiæ ratio in Lotharingia ſuſpenſum tenebat animum, donec Puylaurentius demonſtraſſet, quam facilè Nanceio iretur Bruxellas, ſi rex minimum inundandæ Lotharingiæ faceret indicium; gratiſſimum inventurum hoſpitium, ubi ob Natalium ſplendorem foret in veneratione. Hinc animum impulit fluctuantem, ut in illam partem propenderet; adeo magnam ille inveniebat fiduciam, tametſi cæteri opponerent, apud Hiſpanos minus eſſe ſecuritatis, quam alibi: receptum iri quidem honorificè, metuendum tamen libertati, ſi ipſi ſalutem crederet ſuam, quam recuperare, & auferre vix poſſet.

Cum vero conſilium ſecedendi ſtaret, Aurelianenſis in Lotharingiam abit, menſe Novembri, & ut aliquem prætextum ſpecioſum iterato ſeceſſui adderent intimi, ad regem ſcribunt, ſemper abuſi Aurelianenſis nomine & calamo, ut vitam Momorantio ſervaret, ſibi libertatem acquireret, coactum fuiſſe ad omnem regis lubitum deſcendere, niſi gratiâ illâ maluiſſet carere: viſum ſeſe expo-

ſitum,

ſitum, cum vita adimeretur viro dilecto, maximæ ignominiæ, quantam ſuſſerre poſſet, adeo ut ſic diutius in Gallia hærere non ſuſtinuerit, ne crederetur tranſegiſſe alio fine, quam ob gratiam illam obtinendam.

Nullam præterea ſuæ perſonæ extare ſecuritatem, poſtquam ſubmiſſiones & preces tam parvi fuiſſent momenti in ſupplicio illius viri, quem pari ad propriam ſalutem ratione amaſſet, adeo ut mors illius in ſummam ſuam vergeret ignominiam.

Hæc ſumma erat literarum, ad quam alio nihil opus erat reſponſo, niſi id, Ducem Momorantium per omnia & ſingula celeberrimi in regno Senatus ſuffragia damnatum fuiſſe criminis, cuius impunitas rempublicam erat ſummoperè læſura; & maximè, ubi Dux ſeptem curſores ex ordine miſiſſet, qui regem de fidelitate certiorem facerent, cum tamen interea conſpiraſſet cum Exteris adverſus Regnum, & penè provinciam primariam concitaſſet; ipſius hoſtilium copiarum ductor, enſe cruento armatus adverſus Maieſtatis commodum, captus eſſet, diſſidia in familia regia foviſſet, & alia, quæ memoravimus perverſa patraſſet.

Cæterum non videri Aurelianenſem Bitierenſibus pactis aſſenſum, ad obtinendam Momorantio veniam, cum neceſſitas cogeret abſoluta, viribus ad defenſionem etiam deficientibus. Hæc enim ferè reſpondebat Rex, univerſæ Europæ teſtatus, neceſſariis ſuis nunquam præbiturum anſam iuſtam ſecedendi, quin obligentur ad ea officia, quæ natura & regia benevolentia poſcerent.

Politica reminiſcentia.

QVamcunque repulſam ferat princeps à rege, nunquam excuſari poterit, ſi ex faſtidio illo diſcedat ab officio. Memor ſit identidem, in republica bene conſtituta nemini fas eſſe leges præſcribere maieſtati, quin imo officium quorumcunq; exigere ſubmiſſionem voluntatum. Sunt in republica poteſtates ſuperiores & inferiores, quemadmodum in anima rationali. Sicuti autem naturæ ordo poſtulat, ut poteſtates inferiores ſeſe ſubmittant ſuperio-

perioribus ſine obluctatione, ita Magnates Regni debent flecti ad ſtatuta maieſtatis, quæ ſine tergiverſatione obſervent.

Quid de eo corpore expectes, niſi mortem, ubi partes recuſant obire functiones à capite iniunctas? Quid deniq; ſpei præbebit reſpublica, cuius partes nobiliores recedunt ab obſequio, contemtis Maieſtatis legibus? Id vero adverſatur maxime ordini à Iuſtitia inſtituto, ad ſummas calamitates. Neque multum refert; an compendia particularium ſemper conveniant cum bono publico, cum Regis officium potius ſatisfaciat reipublicæ emolumento, quã particularium precibus, licet Magnatum.

Sol, cælorum arbiter, non ſemper ad modulum noſtrorum votorum illuminat terram, cumque teneatur Univerſo inſervire, lumen ſuum certo tempore reciprocat: unde rationis expertem dixeris, qui inde faſtidium ſuſcipiat. Sic profecto Reges aliquando coguntur inviti, & reipublicæ bono, gratiam reſtringere, & veniam negare crimini, quod alioqui eſſent ſponte abolituri : adeo ut exiguam teſtentur ſubmiſſionem, quicunque propterea tumultuentur, & extrema quærant.

Rationes illæ, quas bonum publicum aliquando ſuggerit, adeo ſunt manifeſtæ, ut tantum opus ſit, motus animi compeſcere, ſi imprudentiam, quam neglectus redarguit, evidentius perſpicere velis. Quod ſi adeo claræ non ſint, nemo tamen poterit Maieſtatem incuſare, cum potior pars illarum rationum in occulto prematur. Sic Antiquitas olim colebatrationem ſatis ænigmaticam, dum Sphingem in ædium veſtibulis locaret, ut populares doceret, non ſubeundum, niſi per animum ſubmiſſum, qui andaciam ſcrupulorum rejiceret, nec myſteria ibi culta examinaret, cum longe conſultus ſit, divina humiliter revereri, quam curioſe indagare!

Optaverim ego, ſphinges ſimiles ad veſtibula Palatiorum regiorum apponi, ut omnes omnino aulici diſcerent, cuiuſcunque demum fuerint conditionis, ſtatuta cum reverentia & ſubmiſſione ſubire, non examinare, nec cauſas illorum perquirere, quas ſemper cenſeant iuſtas;

Digitized by Google

tametſi minus intellectas: Cum voluntas illa popularibus rationem reddat, & perduellionem oleat omnis oblocutio.

Exiſtimaverim etiam, prudentiæ eſſe, non admodum ſcrupuloſè exquirere rationes illarum voluntatum, cum ſic miniſtri poſſent obligari ad propalanda ingrata, quod caſu aliquo Florentiæ evenit, tempore Coſmi Medicei, qui ſummè urgebatur ab aliquo Florentino, ut cauſam indicaret, quæ Decimarum collectam, quam optabat, negaret, poſtquam ex ſuſpendio munus videretur vacuum. Cum enim non deſineret poſt aliquoties latam repulſam, ipſus autem rationem non aſſequeretur, reſpondit Dux, ut ſeſe tandem moleſtis illius incurſationibus liberaret, Negare ſeſe illi id munus, ne poſt illum priorem ſuſpendio periret, iis verbis ſatis docens, nimis notum eſſe improbum animum, ad idem periculum ſubeundum.

Sic principi liceret reſpondere, ob ſupplicium ſummum alicuius Magnatis faſtidioſo, poſt perduellionem ſuſcitatam, ſi rei peractæ rationem poſtulet, facultatem iterandæ rebellionis ademtam. Semper enim principi utilius fuerit, diſſimulare ægritudinem, & per ſubmiſſionem voluntati accedere regiæ, quam faſtidium teſtari, quod diffidentiæ omnino cauſam præbeat, metumque quærendæ vindictæ, unde ſibi ipſis curſum beneficiorum intercludant, cum viceverſa pacati gratiam apud Maieſtatem ſervent, benevolentiæ teſtimoniis ſemper expeditis.

Hinc Guicciardinus ait in Conſiliis, ſæpiſſimè ſeſe emolumentum collegiſſe ex diſſimulata ægritudine, tametſi offenſæ minus eſſet ſatisfactum, cum eoſdem in aliis occaſionibus experiretur amicos, ad benevolentiam ſpe ſuperiorem, quâ carendum fuiſſet per exertam ſimultatem, & ægritudinem animi propalatam.

CA-

CAPVT LIII.

Epiſcopi quidam Occitaniæ non poſſunt à perduellione abſtrahi.

MOmorantius tantum fidei ſibi acquiſiverat per Occitaniam, ut poſſet ad obſequio regis diſtinere non ſolum complures viros ſummæ notæ, ſed etiam Epiſcopos, quorum ſeptem aut octo, induxit, ut Ordinum conſultum ſubſcriptionibus firmarent. Plurimi revocabant acta, ad ordinem à Rege in Declaratione præſcriptum accedentes, aliis in perduellione perſeverantibus, quorum numero cenſebantur Albienſis & Vſeſius, qui oppida ſua Aurelianenſi permiſerant; Nemauſenſis, idem auſurus; Lodevenſis, Aletiſius, & Sanpontianus, perduellionis fautores, ſive copiis in eum finem ſcriptis, ſive annonâ ad refractariorum nidulos ſubmiſsâ, ut ſubſiſterent.

Archiepiſcopus Narbonnenſis, Ordinum præſes, nihil omiſerat, ad eos à perverſo inſtituto revocandos, cum demonſtraret, quantum abirent à profeſſione, quæ unicè occuparetur in pace popularibus conciliandâ, ut quorum eſſet, cæteris obſequiorum exemplo præire. Quid vero, inquiebat, dilectiſſimi, frequentiſſimo conventu? Vos ne operam præſtabitis ad incendium per provinciam ſpargendum, ſotis perturbatoribus tranquillitatis publicæ, ut illi ſua ſibi compendia quærant cum diſpendio Regis & popularium, quos cum pauperiè conflictari ſatis noſtis?

Patriam ne proſtituetis theatrum peragendæ tragædiæ? nunquid perpenditis, conſilia, quibus impedimini, eo duntaxat ſpectare, ut faſtidioſi aulici ambitionis faces in ſanguine Diæceſanorum noſtratium reſtinguant, litigiis ad altaria uſque graſſantibus? Nunquid inauditis, Exteros Regni veſtibulum pulſare, & pedem inferre? Dubitatis de illorum deſideriis, ad diſpeſcendas provincias, ſi vires ſufficiant?

Fuerit igitur iſtæc provincia expoſita conquirentibus, ubi perduelles & Exteri eam rapiant partem, quam enſis vibratus dederit? Nunquid meminiſtis, quantas Eccleſia olim tulerit ærumnas in hoc ipſo climate, per bella civilia? Idne agitis, ut denuo prophanentur ædes ſacræ, opes diripiantur, ornamenta altarium lacerentur, redditus ad egenorum alimenta conſtituti intervertantur, ſacerdotes per agros Eccleſias & cultum divinum deſerant, ut ſaluti alicubi conſulant?

Quod ſi conſiderationes iſtæ divinæ nullius ſint apud vos ponderis, dicite, quomodo poſſitis ſufflaminare perduellionem iſtius provinciæ, cui Rex, poſt extirpatam hæreticorum factionem, pacem conſtabilivit, libertatem reſtituit, gloriam & ſplendorem auxit Eccleſiæ, quibus ipſi à longo annorum tempore fuerat carendum? Poſſetisne redire in memoriam illius tempeſtatis, quâ Rex advenit ad hæc ipſa loca, quæ iam fovent perduellionem, armatus in noſtram defenſionem, adeo ut non ſemel cum periculo dimicaverit, nulli labori parſerit, nullum ſubterfugerit periculum, quo nos functionibus noſtris redderet, & liberum bonorum uſum reſtitueret; poſſetisne per ingratitudinem iſta omnia ſine ullo ſenſu obliterare, quin factionibus miſſis in commoda ipſius, ad officii leges obfirmemini?

En vero occaſionem magnæ adipiſcendæ gloriæ, quæ nobis offertur; hic per Deum obligamur ad teſtandam ſubmiſſionem & fidelitatem, quam toties Apoſtolis ſuis injunxit, quorum nos ſucceſſores ſerimus. Ne prætermittamus hunc caſum, qui ad præſtandum & Deo & Regi officium invitat, ut egregio inſtituto reddamur inſignes. Huc ego vos non ſatis attrahere poſſum; in hac via nihil præter gloriam & proſperitatem adeoque emolumentum occurret, ſi mihi fidem habere dignemini.

Graviſſima hæc verba potuiſſent illos in officio continere, niſi mentes jam fuiſſent occupatæ, unde effectum nullum habuêre; plurimis etiam ulterius in perduellione progreſſis.

Politica reminiſcentia.

Solitum hoc eſt vitio, ut virtutis ſumat amictum, & faſtuoſe ſuperbiat: ſic avaritiæ nemo facile in ſeſe ſuſcipiet vituperium, proximo ad parſimoniam digreſſu; & prodigalitas mutuabit ſpecioſum à liberalitate pallium. De conſtantia vix habeo, quod dicam, niſi prius ipſi ſubſternatur ſanæ rationis uſus. Liceat enim invenire præcipites & temerarios, qui obfirment mentem, etiam ſacramento quovis interveniente, vel execrationibus ſpontaneis, ut ne pateat regreſſus.

Fides eſt res ſancta, tametſi Numinis nulla adjiciatur mentio: vinculum eſt ſocietatis humanæ: columen rerum publicarum: conſcientia privatorum. Sed fides ipſa non debet fieri, unde nomen eſt ſortita apud Ciceronem, niſi juſte & per religionem id liceat: neque enim eſt vinculum iniquitatis, uti monet Auguſtinus. Coniuraverint ex aliquo faſtidio aliquot temerarii in perniciem reipublicæ, patriæ exitium, neceſſariorum interitum: anne præſtabunt temeritatem, ut pereant ipſi ſecundum cæteros, ne fidem fregiſſe arguantur? an vero ad rectæ redibunt rationis uſum, & per pænitentiam deteſtabuntur improbitatem, ut ſe & ſuos præſervent ab exitio?

Eſto, pactus fuerit aliquis ex libidine cum hoſte generis humani: nunquid licebit ex caſtris illius tranſire ad cælites? imprudentiſſimè igitur agunt, qui nullis expenſis momentis conſiliorum, deſcendunt ad inſtituta temeraria. Sed omnium imprudentiſſimè pergunt, qui ab errore non revocantur, & malunt, extrema ſupplicia ſubire, omni opprobrio à iuſtitiæ ſacerdotibus objecto, quam ſemet redarguere, & à ſiniſtris auſis recedere.

Digitized by Google

CAPUT LIV.

Epiſcopi quidam Occitaniæ dejiciuntur.

CVm Rex videret, eos, quorum foret populares in officio per expedita exempla continere, & per exhortationes ſolitas obſequium inſtillare, ad ſeditioſos tranſire, non ulterius ferendam cenſuit tantam temeritatem. Oeconomos igitur conſtituit per Epiſcopas, qui redditus ſeculares eâtenus interceptos colligerent, ad reparationem fabricarum converterent, ſive ædium ſacrarum, ſive domiciliorum Epiſcopalium. Cumque minus conſultum cenſeret, gubernationem animarum viris tam perfidis relinqui, à Pontifice maximo obtinet Breve, ad Archiepiſcopum Arelatenſem, & ad Epiſcopos ſancti Fluri, & ſancti Machovii, ad exercendum judicium in ipſos.

Poterat Rex potentiâ uti, & per iudices ordinarios ſeſe vindicare, cum ageretur de ſupplicio ad crimen læſæ maieſtatis applicando, adverſus quod nulla ipſis eſt immunitas; id quod ſuggillare nec ipſi potuiſſent, cum ipſe Salvator, & ſecundum ipſum duo illi Apoſtoli, quos agnoſcimus principes miniſtros Evangelii, ſuſtinuerint à Laicis iudicari.

Attamen, cum Rex ſemper maximi fecerit dignitatem Eccleſiaſticorum, cauſam iudicibus ex collegio ipſorum diiudicandam tradere voluit, qui ab officio ſubmoverunt tantum Albienſem & Nemauſenſem, cum mors intercedens Ulefium corripuiſſet, adèo ut idem ſupplicium ſuſtinere non poſſet, & pænitentiâ defungi, quæ ad ſatisfaciendum, & ad emaculandum crimen indicebatur. Cæteros ad Epiſcopas remiſêre, cum teſtimonia ad damnationem deficerent, tametſi fortè in eâdem hærerent culpâ.

Politica reminiſcentia.

QVamvis Epiſcopi in ſummo dignitatis conſiſtant gradu, forent tamen ſumme iniurii, ſi authoritati

regiæ

regiæ ſeſeſubducerent, poſtquam Pontifices ſummi perſcripſerunt, Gelaſius ad Imperatorem Anaſtaſium, Pelagius ad Childebertum; regem Galliæ fere ultimum, & Sanctus, Gregorius ad Imperatorem Mauritium, agnoſcere ſeſe dependentiam ſuam. Verum utique inter omnes omninò ſubditos neminem magis obligari ad fidem integrè ſervandam, & ad continendos in pace populares, quam Epiſcopos.

Novum jusjurandum regibus præſtant, ubi Epiſcopam adipiſcuntur, veluti novo vinculo ad jugum obedientiæ adſtricti: Verumenimverò ubi nec hoc fieret, miniſtris Eccleſiæ convenit, ut iuxta ſpiritum Eccleſiæ matris agant, qui eſt ſpiritus pacis, unde amplius obligantur ad compeſcendos populares aliquatenus exacerbatos, nullo unquam permiſſu, ad eoſdem concitandos. Hinc Savanarola grande contraxit vituperium, ex concitatis Florentinis, cum adverſus Mediceos publicè ageret cum populo, Eam eſſe voluntatem Dei, ut Democratia reſtitueretur, ne primores urbis ulterius abuterentur poteſtate in ſalutem horum, & libertatem illorum.

Quicunque autem ex imprudentia ſeditioſa illa veſtigia calcant, eo ſeſe indigniores reddunt honoribus Eccleſiaſticis, quantum Eccleſia abhorret à profundendo ſanguine, & bello gerendo. Quis non obſtupeſceret, ſi cælum, quod providentia æterna Dei, ut terrarum Orbem irradiet luminibus coruſcantibus, & per influentias quibusvis animalibus nutrimenta ſufficiat, ſuperficiem terræ almæ florum varietate diſcriminet, & millenis frugibus operiat, fabricavit, conſtitutionem mutet, & à natura degeneret, adeò ut tenebras obſcuriſſimas inducat, fulgura proruat, fulmina jaculetur, & lolium cum tribulis producat terræ onera?

Nunquid verò alieniſſimum foret, ſi audiamus filium Dei, nihil ſanctius diſcipulis iniunxiſſe, quam obedientiam & conſervationem pacis mortalium generi collatæ, Eccleſiaſticos autem videamus, diſcipulorum ſucceſſores, pacem deſtruere, inundare terram ſanguine, ſubditos ab obedientia divertere, armare adverſus principem, adeoque

que Imperium in animas uſurpare in everſionem illius Imperii, quod idem Salvator Maieſtatibus contulit? Id demum foret pervertere, ordinem ab ipſo inſtitutum, & è diametro incurſare in Leges ab ipſo præſcriptas.

Quodſi nonnulli ex illis immemores ſint officii, miniſtri reipublicæ tenentur eos gravius caſtigare, quod honor, qui per reverentiam ipſis habetur, cultus qui defertur dignitati, & opinio de doctrina & pietate ipſorum concepta, exempla ad ſeriem periculoſiorem proſtituat, & ſermones expediat ad quidlibet perſuadendum potentiſſimos. Ex qua ratione Iulius, Remorum Archiepiſcopus, jubente Childeberto, dignitate excidit; Prætextatus regnante Childerico Archiepiſcopus Rhotomagenſis eſſe deſiit; Theodorus Arelatenſem amiſit mitram, ex conſtitutione Clodovei.

Ob eandem cauſam Ludovicus pius vindicavit perfidiam Anſelmi, Archiepiſcopi Mediolanenſis, Atonis Archiepiſcopi Remenſis, & Volſphodij Epiſcopi Cremonenſis, ac Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis, quos Bernhardus Rex Italiæ, conjuratione occupaverat. Sic Hugo Capetus à Sede Remenſi deturbavit Arnoldum, perfidiæ & proditionis convictum. Priſca hæc eſt Galliæ politia, & jus regiis ſceptris debitum, quod Zacharias Pontifex maximus ſponte Pipino conſuluit integrè & ſine tergiverſatione exercendum, ſi qua offerretur occaſio.

Quid vero tandem videatur; ſi Eccleſiaſtici alicuius Regni eâ immunitate gaudeant, ut popularium animos in perduellionem præcipitent, mentibus quaſcunque voluerint inſculpant imagines ſeditionum, magiſtratus vero civilis eos pro merito, ob ſæviſſimos tumultus caſtigare non debeat, nec poſſit illam dignitatem, quâ per vitæ inſtitutum perverſum ſeſe reddiderint indignos, adimere!

CA-

Digitized by Google

CAPVT LV.

Diverſas factiones nectit Guyſius.

POſtquam rex per Occitaniam conſtituiſſet pacem, ſuaſit Cardinalis, ut per Proventiam idem præſtaret, quod Guyſius diverſas ibi factiones, ad ſeditionem vergentes inſtituiſſet, quæ Momorantii inſtituto eſſent affines. Regi ab annuo fere ſpatio omnia innotuerant, quam perverſè ille ageret, adeò ut Guyſius urgeretur provinciæ adminiſtrationem reddere, aliunde recompenſandus. Cum autem id detrectaret, iubetur aulæ ſeſe ſiſtere, ut ſic per induſtriam & manſuetudinem, nemine fere id animadvertente, à ſeditioſis tricis expediretur.

Id enim Cardinali ſemper viſum, ne rex ad extremum rigorem tranſiret, niſi per extremam inobedientiam adactus. Guyſius verò Proventiam deſerere non cenſuit, cum metueret, ex actionibus præteritis attineri ad Aulam, & ſequeſtrari à turbis concitandis. Hinc per conjugem rogat regem, ne adeſſe haberet neceſſum, veniam abeundi per tres menſes Lorettam & Romam: quod iter rex lubentiſſimè permiſit, gnarus utique in perduellione & amore ſæpiſſimè converti motus animorum, peregrinationibus.

Hanc tamen addit conditionem, ut reverſus ad aulam adeſſet, & ſuſpicionum nubeculas diſcuteret, quæ ex vitæ ſiniſtro inſtituto eſſent coortæ. Cum autem ex Italia redire debuiſſet, mittit Granpratenſem familiarem, qui regem rogaret. Vicitum hærentem, aliquod munus in exercitu, ad fæderatorum ſecuritatem in Italiam miſſum. Id verò rex recuſat, cùm intelligeret, hoc pallium quæri inobedientiæ, nulli benè agendi ſtudio: unde mandatum iterat, veniret, dilueret quæ actionibus ipſius circumdediſſent diffidentiam.

Cum autem mandatis neutiquam pareret, etiam extra regnum, præter regis gratiam moratus, contra inhibitio-

bitionem principibus per ſtatutum ſancitam, niſi velint incurrere crimen læſæ maieſtatis; turbis etiam tum vacans & machinationibus ſolitis, quæ regis commoda impedirent, uti hinc inde compertum erat; nihil obſtabat, quin perduellis haberetur & reus; adminiſtratione Proventiæ, quam hoſtilibus copiis inceſſere ſemper poſſet, privandus: ex eo etiam amplius ſuſpectus, quod familia Lotharingorum aliquid juris in illam provinciam, quamvis præter rationem, ſibi ſumat.

Ex iſtis igitur rationibus Rex graviſſimis conſtituit ipſum à gubernatione dejicere, quam Mareſchalco Vitryo crederet propter fortitudinem, prudentiam, & ſtudium, quæ Rex in eo ſemper ſenſerat ſincera, ut confideret, Guyſium nihil prorſus auſurum, quin ex templo repulſaretur. Jusjurandum exigitur eodem, quo Aurelianenſis firmabatur tranſactio die, tametſi literæ autenticæ à menſe Aprili eſſent expeditæ.

Politica reminiſcentia.

SVmmi eſt periculi, præfecturam alicuius provinciæ relinqui Magnati, qui compertus ſit perduellioni affinis, qui faſtidium ſuum nihil celet, qui jus aliquod ſibi ſervet, cum infidelitas commiſſa in ſeditioſas tricas deducat, & potius ſupplicium, quam honores flagitet, quovum minimi fuerint, immunem degere: maximi enim refert, Gubernatores in eas culpas prolapſos puniri, ut exempla in eos ſtatuta aliis commodent, ad obſequium colendum, ubi impunitas audaciam ad eundem committendum errorem invitaret.

Quicunque porro ſemel potuit conſilia perduellionis concipere, nunquam abſtinuerit ab executione, ſi uſus ferat. Morbi graviſſimi metum recidivarum merito ſuggerunt, & regum ſapientiſſimi, quotieſcunque Magnatem aliquem vident ab officio diſcedere, removere eum ſemper conſtituunt per diffidentiam, occaſionibus ad turbandum apprimè ſuccisis. Exigua quædam poſſunt ſorti permitti, quibus nemo prudens immiſcuerit provinciarum præfecturas, cum honores illi & munia ſint per rempubli-

blicam eminentiſſima: unde facilè periculum intelligitur, quod ex Magnatis alicuius faſtidio profeſſo poteſt pullulare.

Ignoret oportet ſolita faſtidiorum iſtorum effecta, qui eo uſque extendat confidentiam, ut provinciæ alicuius præfecturam permittat: nihil enim per naturam convenientius homini in fermento jacenti, aut injuriam coquenti, quam ad vindictam tranſire, & omnem operam adhibere, ad explendum animum: adeo ut authoritatem nactus, eodem momento poteſtatem adipiſcatur, ſecundum vota, quæ nunquam non ſortiuntur effectum, niſi per virium imbecillitatem coërceantur.

Summa munera, quibus Mareſchalcus Mariliacus erat defunctus, ampliandæ culpæ ipſi præbuêre occaſionem: neque enim quicquam ab illis expectes, qui faſtidio & tumultui indulgent, diverſum; adeo ut imprudentiam inſignem liceat arguere, ubi ampliſſimarum provinciarum præfecturæ committuntur iis, qui aliquod ius, tametſi ex ultima antiquitate accerſitum, ibi quærunt. Poſtremum ſeculum exemplum illuſtre ſuggeſſit in Mercærii Duce, qui Britanniam Armoricam non alio nomine, quam ex iure priſco, licet frivolo, occupaverat: cum nondum exciderit ex memoria hominum, quantopere ſudatum ſit in eo ejiciendo.

Etiam Rex ſuperior non caruit vituperio, cum præfecturam illam permitteret Vindocinenſi genero ipſius, qui per ſeriem temporum oſtendit, quanto deſiderio illius Ducatus rapiendi teneretur. Ambitio enim gaudet nova cudere conſilia in priſci iuris incude; docet Magnates infidelitatem; talpis reddit ſimiles, quibus volupe eſt terram ſemper protrudere; neglectum quietis, valetudinis, legum & ſacrorum inducit, ut ad locum deſtinatum pertingat; ſed non raro tantum fumi offundit, ut non nemo ſibi videatur in præcordiis ferre coronam, regio capiti hærentem.

Marcus Antonius legem rogavit prudentiſſimam, poſtquam Caſſius corripuiſſet Syriam, unde ortus erat, unde popularem provincia habuit gratiorem, & ille ſuos obſequentiores, ne cui unquam præfectura patriæ pro-

priæ cederet. Longe vero gravius periculum fuerit, iis indulgeri ſummam rerum, quibus perſuaſum eſt, id ſibi ex natalibus deberi. Si ambitio metuenda ſit, à prætextu vacua, maximam formidinem dabit, ex ſpecie quadam juſtitiæ faſtuoſa. Vbi provincia laborat factionibus, fortiori accedet, magnumque pondus addet; ſed concordem facilè turbabit, ut univerſam faciat ſuam, quâcunque popularium devinciat animos ratione: nihil enim pronius, ſi id operæ ſumatur.

CAPVT LVI.

Rex redit ad Pariſios ex Occitania.

Rex, ubi omnia per Occitaniam in eum ordinem diſpoſuit, ut metu poſſet ſuperſedere, Toloſâ digreditur ad viceſimum nonum Octobris, reditu ad Pariſios ſumto. Certior autem ante, quam perverſa Aurelianenſi ſuggererentur conſilia, quæ in eum finem ad paciſcendum induxerant, ut arma opportunius reſumeret, conſtituit magnis itineribus pertendere, unde velites tantum aſſumit, cum aliquot cohortibus ſclopetariorum & haſtatorum deſultoriis.

Cardinalis, cuius corpus fortitudinem animi minimè exæquat, ad tantam diligentiam condeſcendere nequit, cum itinerum incommoda, & ſumma ſollicitudo ad ſuffocanda per Lotharingiam & Occitaniam bella in ipſa ſcaturigine, valde minuiſſent vires, adeo ut conſultus videretur Reginam comitari. Vix autem alterum diem Toloſâ proceſſerat, cum dolores vehementiſſimi lancinant, adeo ut neceſſum habuerit Burdigalam deferri, ubi malum ita intendebatur, ut Gallia fere amittendum ſibi doluiſſet eum, qui in adminiſtratione armorum & negotiorum regiorum illam ad ſummum gloriæ gradum, quem unquam tenuiſſet, extulerat.

Rex animi ægritudinem inde & mentis inquietudinem ſumebat, ſupra omnem fidem: diverſa ratio valebat apud

apud Exteros, & ambitioſos, qui ex odio adverſus ipſum concepto perſuaſerant ſibi illius mortem. Ex eo gaudio etiam aulici factioſi erigebant criſtas, quod exiſtimarent, poſt occaſum iſtius Solis, ſua productum iri ſydera; & inter cæteros cuſtos ſigillorum Caſtellonovanus, cuius fuiſſet lachrymis cruentis deplorare jacturam, quæ metuebatur in perſona illius, qui honorum ipſi conciliârat ſplendorem, quem etiam adverſus odium complurium inimicorum erat tutatus; tantas ſibi paſſus eſt offucias fieri ex vaniſſima ſpe ſucceſſionis, ut iam uſurparet munus ſummi miniſtri.

Inſtituebat enim mandata dare, à munere aliena, etiam tricas nectere non tantum cum oſoribus Cardinalis, & qui mortem ipſi per ſumma vota imprecabantur, ſed etiã adverſus rempublicam perverſa coquebant conſilia. Cardinalis ipſum hactenus coërcuerat, ne imprudens rueret, per adductas habenas, & limites vanitati fixos. Itaque præſentia eius liberatus, mergitur in negotia, & imprudenter præcipitat in regis malevolentiam, cum ad nimios honores conniteretur.

Politica reminiſcentia.

NIhil æquè familiare mortalibus, ac vertigo in ſummis ruinis: quæ ſane priſcis ſummam dedit occaſionem, ut Fortunam pingerent cæcam, cum pauciſſimi reperiantur, qui in ſummis honoribus ſervent moderationem animi. Id proprium geniis excellentiſſimis, vertigine illã, quæ penè ex natura rerum ſecundarum, adeoque eximiarum naſcitur, non tentari, cùm vulgus inde ex favore nimio corruat in præceps. Ambitio enim & vanitas inducunt quotidie maiorem illorum numerum, quibus fortuna favet, in nova conſilia.

Id unum agitur, ut altius enitantur, adeo ut mediis legitimis deficientibus, nulla rejiciant, quæ deſideriis promovendis inſervire queant. Ubi potentiam conſtabiliviſſe ſibi videntur; maxime deſpicantur leges maiori licentiã

ad fortunæ auctarium quodvis ſumtâ, Quo altius aſcendêre, eo pronius ruunt in vituperium ingratitudinis, erga fortunæ bonæ authores, adeo ut favorem, quo emersêre è fæce, aboleant, patronorum expunctores. Summè vero deplorandum, neque ætatem, neque tempus, iſtunc aulæ morbum nihil tollere, adeo ut ſingulis diebus ingraveſcat, radiceſque agat altiores in animis vulgaribus, qui plerunque ſua merita ex uſu rerum ſemper maioris faciunt.

Hinc nullis ſibi ſatisfactum putant honoribus; adeo ut mihi promtum ſit credere, Vaſtam fortunam ſæpe eſſe principium vægrandis infortunii viro ſapientia eximiâ, ad compeſcendos animi motus, & modeſtiam genii conſervandam deſtituto. Neque vero eum unquam beatiorem exiſtimaverim ex ſummis muneribus, cum plus inquietudinis ipſum expectet, quam gaudium præſens poſſit appendere.

Sollicitudines nimiæ, tædium, & faſtidia frequentiſſima comitantur dieſque noctesque; deſideria inſatiabilia, quæ ſine intermiſſione vellicant, ad ulteriora corripienda, nauſeam præſentium generant, ut quærat quæ negantur. Beatus vero, qui ſuâ ſorte contentus, plus bonorum & tranquillitatis poſſidet, quam ſperare auſint magnarum fortunarum aucupatores: neque enim vicẏerſa miſer eſt, præter ignarum deſideriorum coërcendorum, & proſperitatis dimetiendæ.

HISTO-

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER X.

ANNO MDCXXXIII.

CAPVT I.

Cardinalis redit ad Pariſios, poſt morbum ex Occitania.

INſularum ultima Thule dicitur mortales ferre, qui tædium concipiant ex diutiſſima Solis abſentia, quod eos ſingulis annis per ſpatium quadraginta dierum faſtidioſis tenebris deſtituat. In montium igitur cacumina evadunt ad primum auroræ fulgorem, ut adventantem ſalutarent millenis lætitiæ vociferationibus, ut inde vacarent ſacrificiis. Videntur utique ſummi per aulam, & apud Pariſios viri, ad exordium iſtius animi, moram Cardinalis aſpiciendi tuliſſe impatientius, cum nemo non eum contempletur, tanquam aſtrum benignum, de cuius prudentia Rex compluries dixit reipublicæ pendere ſalutem, ubi ad ipſius adventum inſulanorum illorum morem ſumerent.

Cælum, quod plerunque gaudet proſperiora huius vitæ contemperare aliquâ calamitate, ſummo iſti miniſtro, in media lætitia ſecundorum ſucceſſuum, quos conſiliis ſuis Regi per Occitaniam & Lotharingiam conciliaverat, immiſerat morbum graviſſimum, ex quo omnes omnino Galliæ ſtudioſi verum ſentiebant dolorem. Quemadmodum autem motus animorum ex obiectis mutantur, gaudium ſubivit in locum doloris, cum nuntiaretur incolumis redire: Impatientia moræ adigebat omnes alicuius notæ obviam ire, adeo ut via à Pariſiis ad Rupem for-

tem uſque, oppidulum Monbaſonij, ubi requieſcere conſtituerat, antequam Lutetiam ingrederetur, & equitibus, & curribus ferveret nobilium, plurimis ad Eſtampas uſque, & porro Aureliam occurrentibus.

Nemo vero mirabitur, ſi conſideret, ipſum Regem voluiſſe Rupem fortem excurrere, & honorem habere, additis benevolentiæ regiæ tam illuſtribus teſtimoniis, ut nec manifeſtiora, nec magis obligatoria fingi poſſint. Vix deſcenderat Cardinalis, cum Rex adeſt, ex ſummo ejus videndi ſtudio; aſcendit in ipſius conclave per gradus anguſtiores, dum ſummus miniſter, de adventu Regis certior, deſcenderet per gradus ampliores, maiori cum diligentia, quam vires ferrent; adeo ut invicem ab occurſu eo aberrantes, Rex ſecundum promtitudinem inſitam, deſcendentem ſequeretur, ubi ab affluentibus diſtenti nobilibus, in aula caſtelli conſpicerentur.

Cardinalem ad Regem progreſſus, advoluitur pedibus; ſed Rex continuo porrectâ dextrâ eum erigit, ſiniſtram circumdat, tantis blanditiis, ut corona à lacrymis ſibi temperare nequiverit, omnibus omnino confitentibus, nunquam notata teſtimonia benevolentiæ ſinceræ maiora erga miniſtrum, nec ſtudium reverentius erga dominum. Vtriuſque vero ſenſa ea erant, ut uſum ſermonis primo intercluderent, donec Rex ipſi diceret, ſeſe tantundem voluptatis ex valetudine ipſius ſecundâ capere, quantum hoſtes Galliæ ex falſo nuntio de ipſius morte concepiſſent lætitiæ: teſtimonium illud profeſſi odii novam adjicere cauſam, cur maioris faceret officia ipſius; hoc unum præ cæteris recommendare, ut curet valetudinem.

Reſpondet Cardinalis, deſiderium vitæ ad inſerviendum regiæ maieſtati ſibi reſtare; hoc unum eſſe in votis, ut officia cum vitæ termino jungerentur: valetudinem magnum ſumturam incrementum, ex Regis bona conſtitutione. Secundum hæc ſoli occluduntur per duas horas, ut graviſſima quæque negotia diſpicerent, quæ Rex abſque illius ſcitu nolebat peragere: qui exinde ad Pariſios redit.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

HOnores eximii debentur ſummis miniſtris ex ſplendore actionum pulcherrimarum: hinc gaudium, quod ex reditu illorum gratiſſimo poſt confecta longinquiora itinera, ſuſcipitur, populares non raro obviam egit, ut quamvis reverentiam teſtarentur. Sic Pompeius Romam reverſus, ubi Neapoli defunctus eſſet graviſſimo morbo, pleroſque Romanos habuit obvios; populus ad tranſitus, portum & vicos confertim aderat, ut difficulter pervaderetur; aliis in ſalutem ipſius ſacra inſtituentibus, aliis in ſignum gaudii publice epulantibus, aliis faces luculentas obviam ferentibus, viâ etiam floribus ſtratâ.

Sic Scipio ex Germania redux, poſt egregia facinora, optabatur triumphabundus venire, ut gloriam pro meritis ferret; cum autem triumphi feſtivitas indulgeretur tantummodo Proconſulibus, & Magiſtratibus, non licuit ipſi per Senatum triumphare, cum nec ipſus alienum quid vellet petere. Id tamen ſupplementum annotat hiſtoria, nunquam tantum mortalium numerum confluxiſſe Romam, qui vel videndi eius gratiâ; vel honoris ergo occurrebat, ut gratitudinem tantis meritis referret.

Addam ego, Iuſtitia & prudentia ſuadet regibus, ut ſeſe popularibus addant, miniſtriſque eximiis honores eximios habeant, ſive gratum animum erga ſuſcepta officia teſtentur, ſive actiones ipſorum comprobent, ſive denique ſic aliis ſtudium bene agendi proponant. Gratitudo ſane principi cum popularibus eſt communis; cumque princeps non minus utilitatis capiat ex miniſtri officiis, quæ reipublicæ præſtat, æquè obligatur. Teſtimonia illà benevolentiæ magnum quidem honorem conferunt miniſterio, ſed æqua ad ipſum inde redit utilitas, cum ſecundum illa Nobiles, qui maximopere ſtimulantur honore, quidvis ſint auſuri in Principis emolumentum, adeo ut miniſtris, ad exequenda mandata longe maior accedat honor & authoritas.

Nihil illuſtrius invenitur, dicebat primicerius ille

celebris apud Theodorum Gothorum Regem, quam laudem meruiſſe & comprobationem ab iis, qui per majeſtatem ſuſpicione adulationis carent. Honor enim , quem illi cuicunque habent, procedit ex iudicio genuino, quod actionibus illorum applicant , cum nec authoritas iſtic ullam admittam adulationem. Cum autem hîc nihil ambigatur, blanditiæ principis miniſtro conferent ſummam authoritatem , quemadmodum gloria meritis applicata Nobilium præcordia rodit ; adeo ut potentiis ſubalternis eum videatur addere vigorem animis , quem inſignia ipſius conferunt numis.

Tiberius, ex ſapientiſſimis Romanorum Imperatoribus non poſtremus, pondus iſtius axiomatis probe intelligebat, cum illud ſumeret regulam honoribus exhibendis, ſi qui Conſules, primarij voluntatis ſuæ miniſtri, venirent ſalutatum , ut obviam procederet uſque ad veſtibulum Palatii, etiam ad cænam advocati, quouſque etiam digredientes proſequebatur. Ferdinandus Rex Hiſpaniæ, qui fundamenta jecit potentiæ ſummæ , quæ in vaſtam hanc Monarchiam ſuccrevit, nullus id ignorabat , cum Conſalvum, ducum ſuorum facilè principem, Burgoſam reverſum, poſt tanta clariſſima officia, obvius excepit tanto cum honore, ut nihil accedere poſſet.

Modus vero agendi cum Cardinale Ximene nil minus eſt conſiderandus, cum plerunque ipſi loqueretur aperto capite, etiam aliquando in genua deſcendens coram ipſo. Noverat enim optimè, honorem , quo merita ipſius rependebat, cæteris omnibus dare exemplum, quod ſequerentur ; tantam etiam authoritatem ſummo illi miniſtro conferre ad executionem mandatorum, ut nemo inveniretur cuiuſcunque demum conditionis, qui obluctari auderet.

CAPUT II.

Mittuntur ad Hollandos, qui inducias impediant.

QVemadmodum magni intererat Galliæ , inducias inter

Digitized by Google

inter Hollandos & Hiſpanos impediri, ita princeps hoc negotium Rex ſumſit. Erat enim revera tanti momenti, ut plurimorum per Europam principum ſalutem complecteretur: unde accuratius videbatur advigilandum, qnod Hiſpanorum inſtitutum, qui permiſerant adverſus formam Ordinibus provinciarum obſequentium per Belgium agere de momentis iſtarum induciarum cum Hollandis, ſecundum compendia oblata, quæ perurgerent, ſatis cauſæ dabat, cur aſſenſuri viderentur.

Neque ignorabant rerum prudentes, id agi, ut factis induciis exercitus traderetur Aurelianenſi & Lotharingo, qui in Galliam irrumperent; Imperator vero cæteris copiis uteretur, ad refrænandos Suecos, fortunamque propitiam ſequendam. Cardinalis autem, qui fundum iſtorum conſiliorum pererrat, non deſinit Regem obfirmare in opera induciarum impediendarum, ſuggeſtis quæ genium plusquam humanum ſaperent mediis. Ea provincia traditur Charnaſſæo, recens à Germania reverſo; ubi tot prudentiæ ſpecimina apud diverſos principes dederat, ut de negotiatione dignè obeundâ nemo ambigere poſſet.

De inſtructione mandatorum hoc unum dicam, capita fuiſſe ex incomparabili Cardinalis mente producta, cuius facultatem nihil fugit: ubi vero ad dexteritatem tranſeo, quæ executioni ſervabatur, adeo felicem prædicare licet, ut obtinuerit deſiderata omnia. Poſtqnam enim ſalutem ſolennem à Rege dixiſſet principi Aurangiæ, & Directoribus cum Deputatis Ordinum Hollandicorum, proponebat, Maieſtatem regiam libentiſſimè optare inducias, quæ diſſidium ad pacem beatam deducerent: cum autem præter illas, quæ agitarentur, nihil videat, quod illi inſtituto inſervire poſſit, miſſum ſeſe, qui teſtaretur de regis favore & benevolentia, quam ipſorum commodis ſervaret, communicatis, quæ ad emolumentum reipublicæ Hollandicæ judicaret utilia.

Rogabat, ut conſiderarent, eximium illud deſiderium, quo Hiſpani perſequerentur inducias, ſuſpectum eſſe, cum conſilia hoſtium fervidiora trahant rationem com-

Digitized by Google

pendii alicuius; manifeſtum eſſe, propter rerum ſuarum confuſionem, & ſummas anguſtias id quæri, poſtquam per Indias undiquaque oppugnaretur, per Germaniam, per Belgium & per Italiam, quæ neque copias, neque pecunias pro neceſſitate rerum poſſit ſufficere, & immane avertere damnum. Addebat, ſibi ſemper viſum eſſe magni momenti, nihil reſpirationis dari hoſti, ad caſum vergenti, unde facilè iudicarent, quanto cum diſpendio tranſigerent cum Hiſpano admodum debilitato, qui penè nullam inveniat rationem recuperandæ authoritatis, niſi ex propalatis hiſce induciis, quaſi factis.

Neque omittebat explicare quamvis illa ratio deficeret, fruſtra credi pacem ex induciis, propter pertinaciſſimum Hiſpani inſtitutum de iure in Belgium nunquam abjiciendo, adeo ut ſemper proteſtatus fuerit adverſus Decretum, quod viceſimus ſextus Iulii tulit, anno ſupra ſeſquimilleſimum octuageſimo octavo, & Philippum II. declarat exutum iure omni, quod ſibi quærere poſſet. Poſtquam etiam cum ipſis tranſegerit, ex more principum ſupremorum, inducias anno milleſimo ſexcenteſimo nono pepigerit, non tantum non deſiiſſe malum animum per duodecim illos induciarum annos oſtendere, ſed quod plus eſſet, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo primo, miſiſſe Brabantiæ Cancellarium Bekium, qui id ageret, ut illi ſub jugum, uti loquebatur, redirent principis naturalis.

Fruſtra eos expectare à Senatu Hiſpaniæ iurium priſcorum abolitionem, cum viceverſa ſemper fuerit paratus, ad ea exercenda & apud ipſos & alibi, quotieſcunque occaſio ſeſe præbuiſſet. Sic igitur poſt inducias, ſi quæ fierent, ſemper redeundum ad principium, nullo alio operæ pretio, niſi compendio, quod Hiſpanorum impotentia offerret, neglecto. Ita etiam præterea illos verſabat, ut fateri cogerentur, pacem ex indiciis non poſſe gigni, hinc conditionem ipſorum perinde, ac patriæ emolumentum neutiquam urgere deſiderium induciarum, cum provinciæ ipſorum nunquam magis floruerint.

Hic latiſſimum ſibi ſumebat dicendi campum, quantâ liber-

Digitized by Google

libertate exercerentur artes liberales, agricultura, commercium, & quicquid alibi per pacem illuſtratur: ſcientias adeo accuratè excoli, ut Athenienſes nunquam Palladem ſuam fecerint armatam meliore iure: paſcua & campos à milite minime incurſari, vomerem & haſtile atque enſem æquè nitere, nec tormentorum exploſiones turbare ullo modo commercium, quod Zelandiæ provincia manifeſtiſſimè comprobet, adeo ut commerciorum ſtudioſi maximè abhorreant ab induciis.

Politica reminiſcentia.

QVanta vis ſit eloquentiæ, nemo facilè dixerit, cum pateat, univerſum ipſi parere genus humanum, ſive ad dexterum, ſive ad ſiniſtrum contendat caſum. Eloquentia pervertit primos mortalium parentes, ſed eadem reſtituit paradiſo extorres. Neque enim Salvator mundi exercitus miſit, qui ſubigerent terrarum orbem ſed viros plebeios, quibus eloquentiam contulerat divinam, ut potentias infernales deſtruerent, everſis ſtructuris philoſophorum. Quid enim gravius accidat homini, quam, ut quas impenſiſſimè amabat voluptates negligat, & execretur? Docemur enim in Evangelio, abnegare & odiſſe nosmetipſos, diligere inimicos.

Priſci Herculem noſtratem pinguut, populares catenatos trahere, quaſi à lingua ducerentur funiculi, qui auribus popularium inſerti, eos circumagerent. Si exemplis ſit agendum, meminimus Pyrrhum dicere ſolitum, Cyneæ Oratoris induſtria plus urbium ſubactum, quam armis ſuis. Ipſe Epaminondas Thebanus, cum in Græciæ concilio de Lacedæmoniorum tyrannide, & libidine dominandi, multa diſſeruiſſet, uſque adeo Græcorum animos commovit, ut à Lacedæmoniis deficerent, & Leuctricæ calamitatis otioſos ſeſe ſpectatores exhiberent, adeo ut Lacedæmonios prius linguâ, quam armis victos eſſe pateat. De Demoſthene ſcriptum reliquit Cicero, Eo loquente, Græciam univerſam & pacem & bellum ſuſcepiſſe, ſuſcepta depoſuiſſe, fœdera cum regibus junxiſſe, coniuncta diſſoluiſſe.

Ne-

Neque ſilentio involvendus Vlpianus Iuriſconſultus, quem ait Lampridius ſolo linguæ & purpuræ præſidio, ſæpe à militum irâ ſtrenuè defendiſſe Alexandrum Severum Imperatorem; Etiam legimus, armatam plebem, quæ Regibus exactis ex nimia libertate ſecèſſerat à Patribus, P. Valerij brevi oratione ad priſtinam modeſtiam eſſe reductam; is namque populum novâ & inſolitâ libertate temerè gaudentem, oratione ad meliora & ſaniora conſilia revocatum, Senatui ſubjecit, id eſt, urbem urbi junxit, adeo ut verbis facundis ira, conſternatio & arma ceſſerint.

Cum autem Eloquentiæ ſit uſus in utramque partem, liceat optare cum Tullio: Vtinam C Carboni, & T. Graccho talis mens ad rempublicam bene gerendam, quale ingenium ad bene dicendum fuit: profecto nemo his gloria præſtitiſſet. C. quoque Gracchus tribunus plebis, concionibus rempublicam vexat, motâque graviſſima ſeditione, acta ſua tueri vult, neque abrogari patitur, ſed duce Opinio Conſule, ſervi manu cæſus occubuit. Liceat igitur aſſerere, eloquentiæ vim eſſe ſummam, ſed quæ poſſeſſoribus & laudem & vituperium; popularibus & ſalutem & exitium conferat.

CAPVT III.

Diluuntur induciarum rationes.

QVidam particulares, Hiſpaniæ ſtudioſi, objicere conabantur, quamvis provinciarum fœderatarum res ad armiſtitium nihil cogeret, ut per aliquot annos pacem ſumerent, utilitatem tamen inde expectari, quod Flandris & Wallonibus interea ab armorum uſu remotis, Suecis vero & Proteſtantibus in Germania Auſtriacorum potentiam atterentibus, metu carere liceret. Ipſus vero legatus vanitatem illius ſpei facilè oſtendit, cum credi nullo modo poſſet, Flandros & Wallones ex otio induciarum arma objecturos, Hiſpano eos alibi exercente,

Neque

Digitized by Google

Neque verò dubitandum, quin Hiſpanus in Germaniam ſit traducturus exercitus per Belgium diſperſos, principes illos Auſtriacorum potentiæ adverſos in ordinem redacturus, ut ab armis diſcedant, & poſtmodum ex Germania redeat & victorioſus & auctus, adeo ut copiæ priores revertantur, & quæ à multis annis obluctabantur junctæ, inundarent, & Hollandiæ ſocordi iugum denuo imponerent. Reſponſum hoc eo dignus videbatur conſideratione, quod res eſſet evidentiſſima, quæ reipublicæ conſervationem & provinciarum libertatem everteret.

Addebat etiam, diſpiciendum potius, quantum induciæ provincias fæderatas poſſent enervare, ſive diſſidia, quibus ſpargendis operam Hiſpanus eſſet impenſurus ſummam, ſive armorum deſuetudinem, & commercia per Indias ſpectarent: adeo exiguam augendæ potentiæ ſpem ſupereſſe, ut fruſtra inducias optent, niſi Indiam utramque, & orientalem & occiduam Hiſpano permittant, qui tantam imprudentiam nunquam eſſet admiſſurus, ut ipſis uſum Indiarum cederet, poſt tam immania, quæ inde exurgerent, diſpendia. Quod ſi fæderati in id conſentirent, ſpem ſterileſcentem ſubire, exareſcentibus opulentiæ potiſſimæ fontibus, ac ſi inſtituerent ſeſe brachio dextero mutilare, quod per mare exererent, vicinis metuendi.

De bellicis exercitiis ſublatis aiebat liberè, Reſpublicas eâdem ratione & conſtitui, & conſervari, quemadmodum corpora noſtra ſubſiſtant ex iisdem rebus, quæ primam ipſorum compoſitionem fuerint ingreſſa, ſic fruſtra ſplendorem reipublicæ quæri ex tranquillitate, quæ natales & libertatem armis debeat; neque aliunde conſervationem & gloriam ſperare poſſet. Tempeſtatem pacificam omnino eſſe damnoſam, quod experientia per duodecim illos iuduciarum annos comprobaverit; quibus Hiſpanus factiones, aurum, & machinas contenderit, feliciore ſuo, quàm per vim armorum eventu, illorum verò incommodiore. Militem ab exercitiis ſolitis remotum torpeſcere, cuius perpetua induſtria hactenus præſtiterit inſignia compendia.

Gna-

Gnarus etiam, quantum ipſa veritas poſſet, per gloriæ ſtimulos ſuſcitata, adhibendos illos putabat. Clariſſimè enim prædicabat, nullam unquam rempublicam ad Romanorum inſtituta propius acceſſiſſe; quæ continuis bellis ſemper auctior, templum Iani ſpatio ſeptingentorum annorum, inde ab Vrbe conditâ, & Imperii exordio; uſque ad Auguſti tempeſtatem bis tantum clauſerit, & nullo alio malo, niſi pacis vitio & otio perierit: unde facilè augurandum, à deſuetudine armorum Hollandicæ reipublicæ eandem ſortem fore expectandam.

Nihil celabat, ipſos, ſi inducias facerent, apud fæderatos planiſſimè fidem perdere, non ſolum quod de illorum inſtituto eſſent contentim iudicaturi, ob conſilia tam diſpendioſa, ſed etiam quod per eam rerum tempeſtatem inceptarent, quæ in maximum ſuum vergerent præiudicium, maximè per Germaniam, quæ ſic pateretur non exiguum neglectum, quem alias de auxiliis negandis poſſet meminiſſe. Adiurabat prudentiam ipſorum; cogitarent, offenſam à fæderatis redundare in offendentem; adeo ut tandem; ſi poſt tot victorias ad Hiſpanorum deſcenderent voluntatem, hiſce induciis impenſiſſimè affixam, eam ſint reportaturi famam, quam Cæſar Pompeio, apud Dyrrachium victoriam non perſequente, clariſſimis verbis applicuit, Neſcire Pompeium vincere.

Hæc ſumma fere eſt rationum quæ non minus iudicium, quam potentiam & vim inferebant; à Charnaſſæo per diverſas occaſiones & colloquia cum miniſtris reipublicæ Hollandicæ inſtituta prolatæ. Ipſus vero modum explicandi, & induſtriam diſponendi, adeoque fervorem perurgendi, cum omnibus rerum momentis adjiciebat, ut Auraicum in ſuam traduceret ſententiam, ſponte ex compendiis quibusdam particularibus proclivem; etiam Directores cum Deputatis Ordinum, ut iam de induciis cogitare deſinerent, ſed vim meditarentur ad Hiſpanum in ordinem cogendum, qui per anguſtias neceſſitatis omnia iura in provincias, abſolutè abjiceret, de pace tranſacturus, quâ complecterentur omnes omnino fæderatos ad maiorem ſervandorum pactorum fiduciam.

Hoc

Digitized by Google

Hoc ubi confectum habuit, certiores etiam facit, ex mandatorum ſerie, ut maturè producerent exercitum, regem id curaturum, ut Sueci decem vel duodecim millia ſuppetiarum ſuppeditarent, quæ ſane duce Melandro, ante menſem Auguſtum fuere præſto: adeò ut primo vere Auraicus obſidione cingeret Rembergam, promtâ deditione; Wilhelmum verò Naſſouicum in Flandriam amandaret, ad occupandos Hiſpanos.

Politica reminiſcentia.

QVemcunque horrorem arma, ferè per naturam abominanda, inferant, inducias tamen ex quatuor cauſis ego faciendas cenſeo. Quarum primam dixero, ſpem compendioſæ pacis, quam conferre queant. Cum enim bellum eo duntaxat fine ſuſcipiatur, ut bona ſequatur pax; finis etiam ſemper ſit præferendus mediis, nemo dubitabit, arma potius deponenda, ut media pacis obtinendæ amplexari liceat. Oliva, veriſſimum pacis Symbolum, ex fructu vitæ humanæ gratiſſimo laudata, extra ullum dubium præferenda fuerit Lauro, baccis inutilibus ferè ſuperbienti: ſumma etiam bona, quæ pax præbet longe pluris ſunt facienda, præ gloria per ancipites conflictus parta. Hanc veritatem nobis alibi aſſertam eſſe meminimus, ut hic inſiſtere longius nihil ſit opus: dicemus ſaltem, vaſtitatem immanem provinciæ induci ex bello, ut diutius ſubſiſtere nequeat.

Alteram cauſam induciarum inveniemus in ſumtibus & diſpendiis bellorum, quæ per inducias tolluntur. Omnis omninò virtus cogitur cedere neceſſitati, adeò ut impotentia promovendi inſtituti, quocunque tandem juſtitiæ & gloriæ fulgeat ſplendore, principibus maximis abſterſerit vituperium. Bellum ducendum, ut obtineas victoriam; quæ ſperari deſinit ex provinciâ devaſtata, unde rectius inducias ſumas, quam penitiſſimè ſuccumbas. Ipſi dii, ajebat priſcus ille, neceſſitatem non impugnant, cum omnium ſit fortiſſima, & ipſa fortitudo legibus ipſius cedat, adeo ut nulla virtutis aut prudentiæ ratio adigat in adverſum.

Tertium

Tertiam cauſam opinioni non vanæ tribuemus, de hoſte per inducias enervando, qui aperto marte vinci non poterat: poteſt enim ſuſcitari aliquod diſſidium, & miles ex deſuetudine armorum torpeſcere. Nauclerus prudentior adverſus tempeſtatem nullus pugnat, ubi navem impetu vægrendi videt agitari, ſed collectis velis ad refugium & ſtationem tutiorem abit, anchoris iactis, donec ventus furere deſinat, & curſum priorem permittat. Idem prudentia in rebus gerendis ſumit inſtitutum, ut arma aliquandiu recondat, dum hoſtis nimias vires producit, aut ea compendia corripit, ut ex bello gerendo nihil ferè ſperare auſis, præter quævis mala.

Quartam cauſam induciarum rejiciemus in ſpem virium reſtaurandarum. Bellum enim ſpeciem morbi refert in republica: quapropter uti ægrotis imperatur quies, ad recuperandum, quem morbus intertraxerat vigorem, ita crediderim maximè laudandum principem, qui bellum aliquandiu differat, ut copias reſarciat, ſupplementa addat, & ærarium inſtruat, quod neceſſaria quæque ad ſubſiſtendum comparet.

Quod ſi autem ex iſtis rationibus induciæ ritè fiunt, inconſultiſſimum videtur, eas inire provinciam florentiſſimam, quæ maiora ex bello, quam ex pace ſuſcipiat emolumenta. Veriſſimè enim id evenit, quod Hannibalem neutiquam latebat, qui Carthaginenſes in lamenta effuſos, ubi Romani confecto ſecundo bello Punico primum exigebant tributum ex pactis, conſpicatus, cum exprobratione dicebat, uti T. Livius recenſet, Tum vero lamentandum erat, cum bellum cum Exteris vobis interdiceretur: eâ enim plagâ proſtrati eſtis.

Nec Lacedæmonii aut Romani rem ignorârunt, cum ex iſtis rationibus exercitio armorum nunquam carere voluerint, niſi ad nutantem ex fortunæ ludibrio rempublicam, quæ guſtum dulciſſimi otii perſuaſit, ut per eam feneſtram irruerent delitiæ & luxuria, unde exiguo temporis tractu acies animorum hebetari cepit, non operosâ hoſtibus victoriâ proſtitutâ. Quod ſi verum hoc comprobent plurimæ reſpublicæ, manifeſtius patebit in illis,

quæ

Digitized by Google

quæ natales debent virtuti bellicæ, & nullâ aliâ ratione conſervari poſſunt.

Maior tamen imprudentia ſucceſſerit, ad inducias pangendas, ſi hoſtibus ſic præbeatur facultas novarum virium. Si enim Perſeus Rex cognoviſſet res Romanorum, enixè eas caviſſet, quod apud T. Livium legere licet, nec legatis dediſſet anſam gloriandi de circumventione. Eo enim curriculo rerum expedita habebat omnia ad bellum neceſſaria, quibus Romani penitus deſtituebantur, adeo ut per inducias ipſis licuerit quodvis compendium colligere.

Quodſi præter graviſſimas iſtas conſiderationes induciæ ad gratam & certam pacem nihil facerent, apud ſapientum animos omnino damnarentur. Nulla enim ratio ſuaſerit, ut arma abjiciantur, cum utilitate inde ſcaturiente, hoſtis vero per otium vires recolligat, niſi certus ſis de pace inſtituendâ, quæ maiora & quævis commoda præſtet. Cæcitatis aliquid appareret profecto, quæ animum à proprio emolumento alienum, adeoque hoſtis ſtudioſum arguit.

CAPVT IV.

Marchio Sanchaumontii mittitur à rege in agrum Treverenſem, ut ex reliquis locis hoſtes excuteret, & Electorem reſtitueret.

SI Rex prudentiam adhibuit in impediendis induciis, quas Hiſpanus cum Hollandis inſtituebat, fortitudinem itidem exeruit in reſtituendo Electore Treverenſi, ut is reliqua ab hoſtibus loca uſurpata recuperaret. Fumæum & Reueinium, ſita in peninſulis Moſæ, legitimum illum ſemper agnovêre dominum, donec Hiſpani, qui ex opportunitate ſibi jus ubique locorum ſumunt, ad invaſionem, præſidium imponerent, ut munito utroque loco, fluvij commercia coërcerent, Champaniæ vicini improbi.

Ppp Cum

Cum autem Rex ferre non poſſet id inſtitutum, quo Elector, quem ſuo patrocinio protegendum ſuſceperat, opprimebatur, iubet Marchionem Sanchaumontium copias per Champaniæ fimbriam ſparſas contrahere Meſeriam, ut iuſto exercitu illos ſubmoveret. Caſtellerius Barlotus, & Comes Suſanus adduntur Campiductores, qui exercitum propediem verſus loca illa inſeſſa ducunt. Virtus iſtius Imperatoris optabat ſibi dari copiam confligendi, ut arma regia aliquâ gloriâ cumularet, ſed ubi appropinquat, docetur, præſidia Hiſpanica, evanidâ jactantiâ, per noctem ſuperiorem tacitè receſſiſſe.

Hinc ſummum operæ pretium habet, incolarum ſuſcipere congratulationes & lætitiæ teſtimonia, qui Regem ferebat liberatorem, & legionem Champaniæ Fumæum, illam vero Normanniæ Reveinium lubentes recepêre. Hinc Dux, ut benevolentiam non ingratus rependeret, omnia indulſit, quæ per hoſpitia militaria deſiderari queant, eâ diſciplinâ & ordine conſtituto, ut militi nefas eſſet quicquam ſine adnumerato pretio capere, ſed volupe eſſet, familiarius ibi converſari. Hoſtes maiorem non præbebant materiam agendi, & ingruebat hyemis ſævitia, gelu intenſo, & glacie ſolidâ, ut impetus ad ulteriora merito coërceretur. Mandat igitur Rex, ut reverteretur, copiis in præſidia per limitem diſtributis.

Ad aulæ recreationes redit, & decimo Februarii, cum Comite Briſſaci adſcribitur à Rege miniſtris reipublicæ, qui eo honore ad conſulendum de rebus graviſſimis fulgerent. Hinc Hiſpani, quibus ſomnolentia nunquam obrepit, niſi per vacuum rerum, abſentiam illius aucupati, regrediuntur in agrum Treverenſem, & pro lubitu agunt: ubi vero Rex, & veris gratiſſimum tempus permiſêre reditum, exercitum producit. Hiſpanos ex agro dejicit non admodum operoſè, & Freydenburgum aggreditur, quod illi occupaverant, præſidio & peregrinantibus & vicinis univerſis moleſtiſſimo impoſito.

Comes Suſanus accipit partes invaſionis, menſe Junio accedit, Machiniſtrum, nomine Comitis Embdani impoſitum, de deditione interpellat, abnuenti admovet ſcalas,

las,

las, oppidum facilè exuperat, & caſtellum biduo poſt ſubigit, quatuor tantum gregariis utrinque cadentibus. Sic demum univerſa provincia Treverenſis Regi ſubjicitur: cum autem ille in eum finem non admoviſſet vim, ut ſibi eam ſervaret, ſed ut Archiepiſcopo, vero domino redderet, eundem in metropolim ineunte Octobre per Buſſilametum reſtituit. Cum tamen ille facile intelligeret, non ſatis virium ſibi eſſe adverſus Hiſpanos rejiciendos, præſentiam ipſius teſtabatur ſibi deſiderari, ut armorum conſtaret imperium.

Sic ubi Buſſilametus claves portarum traderet; reddit eaſdem Elector, eodem momento, iſtis verbis: rogo, ut eas regiæ maieſtati ſerves. Exinde ſub finem anni Declarationem promulgat, quâ jubentur ſubditi regem agnoſcere dominum, ipſius commodis ſtudere, copias in oppida & pagos ſuſcipere, ad mutuam defenſionem, & earum ſuſtentatione, pro facultatibus cuiuſque loci.

Politica reminiſcentia.

NEmo ambiget, honorem Principis augeri ex patrocinio illius, qui propriis ſtare nequit viribus; honor tamen ille non caret onere. Eſt quidem commodum inde ducendum, ſed ubi loca uſurpata ſunt recuperanda, quæ poſtmodum reddantur, ſumtus ſunt faciendi. Eo turpius deſtitueretur cliens hoſti, quod imbecillitas argueretur aut virtutis inopia, ubi fides, pactis protectionis inſerta violaretur. Quicunque ex metu ſumtuum, aut belli ſuſcipiendi, aliâve ratione, ſocordem ſeſe exhibuerit, & gloriâ carebit, quam patronus meretur, & turpi ignominiâ maculabitur.

Quoſcunque autem ſumtus hic fecerit, tenetur utique loca occupata in manus principis legitimi, cum depoſitarii vicem gerat, reſtituere: quemadmodum enim leges depoſiti non permittunt, quicquam tale alienari, ita æquè juſtum eſt, eadem reddi, uti iniuſtum fuerit, retinuiſſe. Ptolomæus, Rex Ægypti, filium, hæredem eo-

næ, relinquebat puerum, cui rempublicam Romanam ſcripſerat patronam, quod ſingularem illa ſemper profiteretur fidem promiſſorum? ipſa igitur nihil diſtulit Regnum ipſius arbitrio permittere, ubi adoleviſſet, adminiſtrationi par.

Eodem modo Arcadius videns Theodoſium filium, ſucceſſurum in Imperio, admodum adoleſcentem, qui adverſus Perſas ægerrimè poſſet ſubſiſtere, id egit, ut Iſdigertes ipſorum Rex tulelam ipſe præſtaret, cum ſic iudicioſiſſimè opponeret fidem ipſius armis, manibus etiam per vincula patrocinii, ne nocere auderent, conſtrictis. Iſdigertes tutelam illam magno ducebat honori, quâ etiam tam integrè eſt defunctus, ut & vitam & Imperium Theodoſio conſervaret. Et ut videamus, poſtrema ſecula ſimilibus non caruiſſe exemplis, audiamus, Philippum Auſtriacum, Caſtiliæ Regem, reliquiſſe Carolum duodecennem, rogato per ſupremas tabulas Ludovico XII. ut curam eius, & Belgii patrocinium ſuſciperet.

Rex lubenter aſſentitur, reſpondetque articulatim confidentiæ, quam Philippus in ipſum collocârat. ut provincias illius etiam adverſus ipſam Galliam aſſereret, nullâ unquam uſurpatione peccans, tametſi Maximilianus complures daret cauſas compendii. Quoſcunque demum ſumtus fecerit Rex, aut quemcunque velit ſervare principem, qui refugium quærit, patrocinium nunquam detrectabit, maximè per reipublicæ ſuæ limitem; quoniam præter gloriam, quâ ſemet privare poſſet, occaſionem daret alieni patrocinii, quod ex æmula potentia compendium quæreret ad invaſionem tentandam.

CAPUT V.

Legatur & negotiatur Feuquierius cum Regina Sueciæ, ad renovationem fœderis, inter duas illas Coronas.

POſtquam Cardinalis Regi expoſuiſſet, res Germaniæ non

Digitized by Google

non minus trahere ponderis, quam Belgium, viſum eſt Regi, curam illarum ſuſcipere, cui negotio legit Feuquerium, qui adiret principes huic coronæ fæderatos. Experientia, quam nobilis iſte vir in aliis graviſſimis acquiſiverat negotiis, cum & iſti parem dignumque reddebat, cum mandata per induſtriam & virtutem nunquam non egregiè perfecerit. Neceſſitas etiam iſtiuſmodi virum exigebat, ad Germaniæ negotia, quæ limitem ambitioni Auſtriacorum figi deſiderabat, poſtquam tantas vires acquiſiviſſet, Proteſtantium provinciis uſurpatis, ut omnibus omnino vicinis metueretur, ipsâ Galliâ nihil immuni, ubi pertendiſſet.

Tria mandatorum ferebat ſumma capita, Primo jubebatur Reginæ Sueciæ, Chriſtinæ, filiæ unicæ & hæredi Regis nuper defuncti, in perſona Oxenſternii, & univerſis Unionis principibus Lipſianæ, teſtari, quantum Rex moveretur illorum commodis, quanto flagraret deſiderio, ut extorres reſtituerentur in avita, quanto ſtudio optaret, quæ ſuperiori anno eſſent acquiſita, eximiis fulcire auxiliis. Alterum erat, ut illi denuo unirentur, quos confirmaret in inſtituto proſequendo, quod inceptaverant unanimes, novis fæderis conciliatis pactis. Tertium proponebat concinnum armorum ordinem, ne quid deeſſet rerum neceſſariarum exercitibus, aut bene agendi amitteretur facultas & occaſio.

Principes illi conſtituerant ſub finem anni ſuperioris Hailbrunnam in ripa Nicri convenire, ut de communi conſenſu ſummam belli diſpicerent. Ibi vero aciei erat novacula: accurrit igitur Feuquerius quinto Februarii quantocyus. Cum autem Cardinalis ſponte noſſet, id genus conventuum confusè agi, niſi particulares prius deducantur ad æquitatis ſenſum, Regi conſulit, ut ille juberetur ad aulas principalium tranſire, quo neceſſitas Unionis ſervandæ demonſtraretur. Horum ſane mandatorum ſeries non parum contulit commodi, cum ſic animi diſponerentur ad optata longe commodius perficienda, quam apud frequentem Conventum.

Inter primos tamen adeſt Hailbrunnæ, ut præveniret, quos non licuerat inviſere, & cæteros inſtituti tenaces redde-

redderet. Prima cura ipſi erat, ut benevolentiam Regis ſincerum & conſtantem erga cauſam communem teſtaretur, cuius rei experimenta eximia ſumerent pro occaſiones. Exaggerare non negligebat ſuppetias partibus latas, pecuniarum ſubſidia Coronæ Suecicæ ſubmiſſa, & Hollandis, graviſſimas diverſiones per Italiam & Lotharingiam inſtitutus, fortiſſimos exercitus ſemper in limite obverſantes ad quemvis neceſſitatis caſum, ſumtus immanes in legationes illuſtres profuſos, quæ omnia ipſorum ſtudio & gratiâ fierent.

Cum autem præteritorum memoriam ſic refricuiſſet, conditionem rerum præſentium nude proponebat, quantoperè unio & concordia requireretur, iuxta exercituum neceſſariam ſuſtentationem: agebat vero publicè & privatim tanto cum vigore & prudentiâ, ut complures eorum in primo inſtituto ſervandæ Ligæ affirmaret, quos immaturum Suecici Regis fatum labefactaverat, adeo ut ad Imperatoris gratiam redire ſatagerent. Gnarus itaque, commodum particulare maximè ſtimulare principes, clariſſime edocet, pacem unicum mali remedium, ad Germaniam ab exitio aſſerendam: pacem autem illam neque utilem, neque honeſtam fore, niſi reſtitueretur libertas per Imperium, & principes ad ſua redirent; ad quam pervenire neutiquam liceret, niſi viribus tam arcto vinculo conſtrictis, ut Imperatori non liceat invenire rimam diſſidii & ſeparationis. Sic eum demum ſpem abiecturum ſuperandæ potentiæ unitæ, quæ vires illius, quamdiu unionem ſervarent, longe excederent.

Non opus erat, ut perſuaderet, quid Auſtriaci à longo quærerent tempore, univerſam nempe Germaniam ſubjugare, cum verum id eſſe experimentis certiſſimis didiciſſent. Nihil etiam allaborandum erat, ut doceret, ex diſcordia & ſeparatione imminui vires, & Imperatori invaſionem commodam ſuarum provinciarum offerri, adeo ut tandem omnes cogerentur confiteri, hanc unam ſupereſſe viam, partium ſcilicet firmiſſimum ſtudium, & fœderis per nova pacta iterata confirmatio.

Poli-

Politica reminiſcentia.

MEdicorum pluria ſunt genera, quæ tamen in iſta duo ſumma coliabantur, ut alii audiant Empirici, alii dogmatici. Empirici nomen ferunt ex remediorum uſu & experientiâ, ubi neque naturalium rerum, neq; morbi conſtet ratio, aut ſcientia, ſed memoria, etiam temeritas hoc vel illud applicet, & fortuna adjuvet, quæ minus dexterè ſunt inſtituta emendet, & Natura, ſui ipſius conſervatrix, materiam peccantem concoquat, aut impetu facto expellat, quaſi indignabunda. Quanti vero errores committantur, cum eodem collyrio morbi ex cauſis diverſiſſimis orti, curantur, novit orbis, gemuit ſæpe orbitas, doluit æger.

Dogmatici autem perſcrutantur naturæ ſecreta, excutiunt ipſius penetralia, & ad trutinam expendunt vires cujuſque radicis & quæ alia ingrediuntur compoſitionem remediorum. Deinde examinant ægroti ſymptomata, & tanquam ex mari ſurſum enituntur per fluviorum alveos, donec ad ſcaturiginem pertingant; quâ inventâ, de morbi naturâ, & accidentibus ſolidum concipiunt judicium, adeo ut cauſam intercipere & evertere cogitent, fumo, poſt ſubtracta ex foco ligna, ſponte evaneſcente.

Par ratio Europæ agonizantis: acceſsêre Empirici nonnulli, ſymptomata mitigavêre, cauſam non ſuſtulere: ſic exterius coërcetur æſtus febrilis, qui interius ſtipatior ferveat. Prudens rerum non deſinit rimari, donec cauſam exitii præſentis inveniat; de hinc curam ſuſcipit remediorum, quæ ſanè impropriè applicata, malum exaſperant, ægroto ſemper fere per impatientiam ad deteriora proniſſimo. Hic advigilandum, ne remedium evadat peius malo, ne Scyllam vitantes, incidant in Charybdim.

Opinio ſcientiæ plurimum commendat medicum, ſed & ſuavi loquentia in explicandis & morbi & remedii cauſis: Itaque ſummus miniſter id operam dabit, aut ſaltem viros negotiationibus aptiſſimos leget, qui cordatiſſimè rem agant & perficiant, ut ſponte miretur Orbis, nervos nocendi eſſe ſucciſos, & perniciem incumbentem, inſtar nubeculæ atræ, receſſiſſe.

CAPUT VI.

Pacta inter regem & Suecos adeoque principes aliquot Germaniæ.

CVm Feuquerius iſta perſenſiſſet, facilius mandatorum ſeriem confecturum ſeſe ſperat: nullum igitur temporis perdit momentum. Exordium ſumit à redintegratione fæderis inter Regem & Regnum Galliæ ex una parte & inter Chriſtinam Sueciæ Reginam, & Regnum Sueciæ ex altera parte, cuius capita cum Oxeſternio tranſigit & roborat. Primum continebat cauſam fæderis, quæ complecteretur tuitionem amicorum communium, ſecuritatem maris Balthici & Oceani, reſtitutionem pacis ſecuræ per Imperium, quæ omnibus & ſingulis ſua cuique redderet jura.

Cætera capita ferebant, Reginam Sueciæ cum fæderatis habituram triginta millia peditum & ſex millia equitum perpetua; Regem adnumeraturum ſingulis annis in ſumtus belli, millionem librarum; Fæderatis licere militem ſcribere reciprocè per provincias; facinoroſos & transfugas ſuis principibus reddendos, ad ſupplicium, Reginam Sueciæ exercitium religionis Catholicæ liberum relicturum in locis occupatis, quemadmodum inveniretur ibidem vigere; Ducem Bavariæ, & princeps Ligæ Catholicæ recipiendos in pacta neutralitatis, ſi vellent; cæteros omnes principes & Statutus ad confæderationem invitandos; ex ſententia omnium fæderatorum agendum, fæderationem duraturam uſq; ad pacem per Germaniam conſtitutam; pacis tractatibus per hoſtes non impletis, arma denuo corripienda, ad mutuam opem.

Prima hæc negotiatio fundamentum quaſi gerebat ad principes Germaniæ uniendos, qui ſine hâc interceſſione brevi erant cum Imperatore tranſacturi. Quemadmodum vero non ſatis erat, cum & alio fædere cum omnibus principibus & Statibus, qui Proteſtantes dicuntur per Germa-

Germaniam ſuperiorem, opus eſſet, Feuquerius itidem impensè laborabat, ut coiret, & firmaretur; quod tandem in iſta capita convenit: firmam & ſecuram fœderationem fore inter regnum Sueciæ & Electores, principes ac Status Proteſtantes Germaniæ ſuperioris, ex cuius virtute vires conjungerent, & reciprocam præſtarent opem, donec Germania primam recuperaret libertatem; leges i[illegible]ii in priſtinum vigorem reſtituerentur: Principes ad o[illegible]es ſuos & poſſeſſiones redirent; Coronæ Suecicæ ſatisfieret ob belli ſumtus; pax bona & ſecura obtineretur.

Præterea Cancellario Oxenſternio relinqueretur ſumma rerum, cui in eum finem conſilium virorum ſagacium adderetur, qui legerentur ex Suecorum aliquot ducibus, adjuncto Deputato per quemlibet Circulum; Nulli fœderatorum fas eſſet, de pace agere particulariter, ſine cæterorum conſenſu; auſus vero, haberetur hoſtis loco; fœderati quatuor Circulorum ſufficerent exercitibus annonam, apparatum belli & tormenta; miles iuraret fidem Coronæ Suecicæ & fœderatis; Director cum conſilio id operam daret, ut diſciplina militaris conſtaret, & commerciorum ratio; Omnibus denique Statibus & principibus fœderatis obligatis, ut Corona Sueciæ in poſſeſſione occupatorum per Germaniam firmaretur, uſque ad finem belli, & debitam ſatisfactionem, quæ itidem fœderatis obtingeret, ob damna perpeſſa. Hæc ſumma eſt illorum capitum, quibus tanta compendia debentur, ut inde exercitus viguerint numeroſi, qui objecti Auſtriacis hoc anno progreſſum inhibuêre. Cardinalis igitur qui omnes Feuquerii motus dirigebat per mandata continua à rege ſubmiſſa, non exiguam gloriæ ſegetem faciebat, quæ eò eſt illuſtrior, quod teſtes laudet quatuor imperii Circulos, Franconiæ ſcilicet, Sueviæ, & utriuſque Rheni; Amſtrudelum Angliæ legatum, Cancellarium Oxenſternium, Equitem Rachæum legatum Sueciæ, Pawum Hollandiæ legatum, numerumque maximum Dynaſtarum liberorum per Germaniam, qui fœderi voluere adſcribi, adeo ut Deputatum conſilio Oxenſternii poſſent addere & illi.

Politica reminiſcentia.

CVm gloria rerum arduarum ex fine pendeat, non ex principio, princeps per prudentiam urgebit inſtitutum uſque ad finem, nullis remorandus obſtaculis, quæ intercurrere poſſent. Non hic nobis ſermo eſt de pugnis, ubi armorum ſors ad pacem faciendam cogit, quacunque conditione, ne exitium planiſſimum conſequatur: ibi enim prudentia iubet tranſigere, ſententiam mutare, vela colligere, donec occaſio propitia permittat maris uſum, & aleæ. Dico igitur, principem debere extra illam neceſſitatem, centri immotam induere naturam, dum fortuna, rerum bellicarum arbitra, diverſos tumultus per circumferentiam & ambitum ſuſcitat.

Etiam formidoloſiſſimi quique impedimenta conſiliorum exequendorum inveniunt; ex quibus cordati materiam gloriæ trahunt, à cuiuſu conſiliorum intervertendo alieniſſimi. Ignis per naturam recedit à terrâ; & obſtacula avet conſumere, quæ conatum reprimunt, ne in altum feratur. Et princeps verè generoſus ſponte fertur ad ardua, & ad difficultates, gloriæ repagula, ſuperandas. Dicam etiam, id elementum omni metu cariturum, niſi à Naturâ alteram illam pervadendi virtutem accepiſſet: ſic princeps à vicinis nunquam metuetur, niſi fortem animum exhibeat, qui obvia quæque conculcet.

Nauclerus ſagax clavum non deſeret, ex tempeſtatis metu, cum navem interea ad portum perurgere non deſinat: & princeps cordatus nunquam à conſilio arduo recedet ob difficultates intercedentes: quin animum concitet, fortitudinis igniculos inflammet, & allaboret, donec inſtitutum deducat ad effectum propoſitum; cum ſciat, omnia cedere conſtantiæ in agendo. Etſi Julius Cæſar ſeſe videret longe inferiorem Pompeio, quoad numerum copiarum & militum, non tamen unquam deſiit, per tempeſtatem illius belli, vellicare ipſum, & ad prælium provocare, quod copiis exercitatiſſimis fidendum ſciret.

Fabius Maximus minorem non teſtatus eſt conſtantiam

in eo

in eo bello, quod adverſus Hannibalem gerebatur. Cum enim ipſum cerneret inſtar torrentis ruere, qui ſubitis inflatur aquis, ut curſum inhibere vix detur, per obiecta repagula; non tamen deſtitit inſtare victoriæ, ad quamcunque rationem intentus. Judicabat autem ex prudentia ſumma, poſſe ipſum tandem aliquando fatigari, & ſponte confici, conſtituit nihil permittere forti, ſed ſemper adhærere per loca clivoſa, quæ acceſſum præberent difficilem, ubi impetus futurus eſſet valde diſpar: quâ ratione faſtum exercitus ex victoria nupera ferocientis retudit, adeo ut per illud inſtitutum Hannibalis copiæ minuerentur & torpeſcerent.

Ad hæc generoſa exempla conformet mentem princeps, cui prudentia poteſt conſulere mutationem mediorum, quibus ſibi prius promittebat victoriam. Fortitudinis tamen leges negant primi inſtituti repudiũ, quæcunque per executionē inveniat obſtacula; proſequetur enim uſq; ad ultimum ſcopum, ne ignominiam ſuſcipiat, hoſtibus ex debilitate ipſius quæ vis compendia ſumentibus, adeo ut per otium potentiam augeant, cui ipſe victima accedat.

CAPUT VII.

Rex mittit Ducem Crequium ad Pontificem Vrbanum VIII. qui obſequium ſolitum præſtet, & diſſidium cum Venetis componat.

NEque rebus Germaniæ & Belgii abſolvebatur cura regis, niſi & Italiam complecteretur; eo enim Cardinalis converterat regis animum ab exordio anni. Tempeſtas præſens poſtulabat virum omnino egregium ad Pontificem Maximum legati, qui obſequium deferret, quam ſolennitatem rex diutius differre non debebat. Vt autem legatio & aliis rebus inſerviret, præter ſimplicem pompam, Cardinalis regi conſuluit, ut eam provinciam imponeret viro lectiſſimo, qui Pontifici aliquam præſtaret operam in diſſidio, quod cum Venetis ipſi intercedebat, componendo, ut vel inde Pontifex per occaſiones Galliæ favere inciperet.

Cre-

Crequii ducem proponit, qui homo locuples ſumtus poſſet ſuſtinere, quos decorum flagitat per illam occaſionem; & qui res Italiæ ad unguem calleret ex diutino uſu, genio etiam polleret admodum induſtrio, ad Pontificis animum lentandum. Vbi Rex iſtas rationes expendiſſet, gratiſſimum habuit huic muneri ducem, gnarus utique, inter ſumma politicæ ſcientiæ capita non poſtremum eſſe, ut perſonæ aptentur negotiis. Succeſſor itaque pietatis avitæ, mandata iubet expediri, ad obſequium illud præſtandum; ex prudentiæ ſolitæ inſtinctu id addens, ut legatus operam impenderet illi diſſidio componendo, & ex turbis Italiæ occaſione ductâ, Pontificem, quantum fieri poſſet, Galliæ conciliaret.

Crequius legationis munus ſuſcipit, ex honore lætior, qui nunquam didiciſſet pecuniæ parcere in honoribus & recreationibus. Cumque magnificentia, quâ ſeſe in aula Romana verſare cogitabat, nonnihil temporis requireret, Pariſiis hæſit, uſque ad menſis Maji initium, ubi apparatus abſolvi potuit: nave deferri placuit, ut compendium faceret temporis amiſſi, ex ventorum beneficio. Romam ingreſſus, recipitur iis honoribus, qui debentur legatis eximiis primi Regis inter Chriſtianos, quem Eccleſia ſalutat primogenitum ſuum. Magnificentia utique legati, tanta fuit, ut parem non viderit Vrbs inde ab Imperatorum triumphis ſuperbis.

Non eſt otium, minutias huc transferre, quæ in aliis hiſtoriis extant, cum hæc duntaxat inſtituta ſit ad memoriæ mandanda, quæ adminiſtratio reipublicæ tulit eximia. Dicam breviter, numeratos eſſe quingentos ſectarios, auri & argenti ſplendorem colluſtraſſe omnes & ſingulos, ut ex auri fodinarum opulentia prodiiſſe viderentur. Recipitur intra pomæria Vrbis, deducitur ad primam ſalutationem pompâ admirandâ. Sed nos ad rem accedimus, effectumque legationis: Semel auditus, deoſculatur pedes Pontificis, Regis ſui nomine, additis quibuſdam civilitatis teſtimoniis. Poſtea Boiſſevius, legatus Generalis Gratianopoli, qui Orator regiæ maieſtatis acceſſerat, perorat ex more inſtituti, in quo ſagaciſſimi æquè animi moderationem & eloquentiam notarunt.

igitized by Google

Ab ipſo exordio Pontifici exponebat, Regem hactenus & tam diu diſtuliſſe hanc ſolennitatem, quâ teſtatum faceret gaudium, ex dignitate Pontificiâ ipſi collatâ, ut ſimul mitteret manubias, hoſtibus Eccleſiæ extortas cum documento obſequii. Deinde ſpatiabatur per campum beneficiorum, quæ ſedes Apoſtolica recepiſſet à Gallia, patrocinium & auxilia quovis tempore apud Reges Galliæ parata, ex quorum conſideratione meruiſſent dici Chriſtianiſſimi, & Eccleſiæ primogeniti. Deſcribebat poſtea accuratiſſimè inſignia compendia, quæ in illam ex Regis victoriis redundarent, unde Pontificem faciebat certiorem, commoda ipſius ſemper fore digniſſimam aſſertionis materiam potentiæ regiæ.

Cumque deſineret, defungebatur ſummo legationis inſtituto, hiſce verbis, Maieſtatem regiam non minus gaudii capere ex dignitate ipſius, quam ipſus aliquando habuiſſet, Rege naſcente; qui imitatus pietatem maiorum, advolveretur pedibus, quibus in omni humilitate oſculum pangeret, cum proteſtatione honoris & obſequii, iuſte debiti, quem agnoſceret unicum Salvatoris Vicarium, ſucceſſorem ſancti Petri, & arbitrum Regni cæleſtis in omnibus ſalutem concernentibus. In qua ſubmiſſione anxiè cavebat, quâ potius per civilitatem Chriſtianam, quam ex officio fungebatur, ne verbum incideret, quo argueretur Corona ullâ temporalis ratione à ſede Apoſtolica dependere.

Actuarius quidam Pontificis per civilitatis terminos & honoris particularis, reſpondet, Pontificem maximum cum magno æſtimio recipere teſtimonia reverentiæ & obſequii, quæ Rex voluiſſet exhiberi. Ipſus Pontifex nihil omittebat, quo exprimeret gaudium illud ſuum.

Politica reminiſcentia.

Pietas Regum noſtratium, & ſummum deſiderium, quod ab omni tempore ad gloriam Pontificum augenam geſsère, morem fecerunt legatis eximiis mitten-

tendis, qui de dignitate ſummâ gratularentur ut ſic agnoſcerentur vere patres ſpir. tuales, & caput Eccleſiæ militantis, fidemque foverent obſequii in hoc genere, curam Eccleſiæ Gallicanæ recommendarent, præter perſonam regiam, & Regnum, quod Deus ſubmiſiſſet. Exempla vetuſtiſſima licet invenire; etiam extant in monumentis Antiquitatis mandata, quibus inſtruebantur legati à Regibus noſtratibus miſſi, unde clariſſimè patet, obſequium duntaxat tendere, ad congratulationem & ſolennia civilitatis.

Manifeſtiſſimum id fit ex literis Philippi pulchri ad Benedictum XI. Pontificem; quas Merculius Guilielmus Pleſſæus eques, & Petrus Bellaperchius, Canonicus Eccleſiæ Carnutenſis, legati detulerunt; ut hoc ipſum obſequium Pontifici præſtarent. Fatendum utique Ludovicum XI. ex particulari aliqua conſideratione, aliquid amplius conatum reddere Pio II. per Cardinalem Albyenſem, quod tamen per Regnum fuerit improbatum, adeo ut Curia Parlamenti ſermone & ſcripto graviſſimè demonſtraret impertinentiam: ipſi etiam tres Ordines Regni, Auguſtæ Turonum congregati de eo inſtituto, querebantur, uti legere licet in libellis per magiſtrum Iohannem Duretium, Doctorem facultatis Theologicæ, & Canonicum Eccleſiæ Pariſianæ, Deputatum oblatis.

Optimè novi quoſdam Italos conatus proteſtationem illam obſequii trahere in homagium, & in notam dependentiæ temporalis, quaſi Corona Galliæ in temporalibus etiam penderet à Pontifice; ſed ita ſolent Pontificibus ſuis blandiri, præter ullum rationis fundamentum. Quâ enim de cauſa agnoſcerent Reges noſtrates, ſeſe à Pontificibus quoad temporalia pendere, cum plurimi Pontifices ſeſe agnoverint ipſorum & Imperatorum ſubditos, profeſſis etiam literis? Quemadmodum Papa Gelaſius ſcribit ad Imperatorem Anaſtaſium; Pelagius I. in profeſſione fidei; & D. Gregorius Magnus ad Imperatorem Mauritium in epiſtola quadam. Sic & Innocentius III. declarat clariſſimis verbis in quodam Decretorum, Regem Galliæ nihil ſumere à quoquam homine in temporalibus.

Quo-

Quomodo vero arrogabunt ſibi Pontifices hanc dependentiam temporalem, quin obloquantur fidei, quam primi Eccleſiæ patres tenuêre, vera utique noſtræ fidei lumina, inter quos Tertullianus particulariter in Apologetico Reges uni Deo ſubjicit, & ſanctus Hieronymus in explicatione illius loci apud regium Pſalten, *Tibi ſoli peccavi*, ait, Regem illum ſummum uti vocabulo Soli, quod Deus ſolus ſit Regibus ſuperior? Facilè poſſent & cæterorum teſtimonia apponi; ſed conſultius puto dicere, hanc proteſtationem obſequii fieri potius per humilitatem Chriſtianam, quam per reverentiam civilem, aut per obligationem ac officium; eodem quo Pontifices diverſi modo, continuo poſt ſuſceptam dignitatem plurimis Regum noſtratium tranſmiſère profeſſionem fidei ſuæ in forma autentica, ut ſic teſtarentur benevolentiam ſuam.

Bonifacius VIII ſuam miſit obſignatam in plumbo, ad exemplum illius Pelagianæ Adon annotat in Chronico, Adriano mortalitatem exuente per annum nonageſimũ ſextum ſupra ſeptingenteſimum, Leonem Pontificem ſucceſſorẽ extemplo duos legatos ad Carolum Magnum, qui exhiberent claves Confeſſionis D. Petri, & vexillum Vrbis Romæ. Stephanus V. miſit paulo poſt ſuſceptam dignitatem legatos ad Ludovicum pium, qui deferrent magna munera, pignora ſcilicet amicitiæ Inveniuntur in Regio Archigrammateo plurimæ Bullæ particulares, quos alii atque alii Pontifices ad reges noſtrates deſtinàrunt, qui eos de conſecratione ſua facerent certiores, & benevolentiæ ſecuros.

Hinc Cardinalis Guyſius, Carolus Lotharingiæ, obſequium Pontifici deferens, nomine Regis Henrici II. anno quadrageſimo ſeptimo, poſt ſeſquimilleſimum, inter cætera referebat legibus ſacris conſtitutum eſſe, ut Pontifices continuo poſt ſuſceptam dignitatem, mittant legatos in Galliam, ad firmandam amicitiam priſcam.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Crequyus agit cum Venetis & Pontifice.

VErumenimvero Dux, cui alius erat ſcopus, ut nempe Pontificem deduceret ad favorem regiarum partium per occaſiones enaſcentes, non amplius morabatur pompam civilitatis, quotieſcunque poſtea audiretur: ſed offert Pontifici arma Galliæ ad omnem neceſſitatem, cum interceſſione ſua, ad diſſidium cum Venetis contractum; cum ſciret, principem nullo fortiori vinculo alligari principis commodis, præterquam demonſtratione compendii, quod Vnio conferre poſſet. Ortum autem erat diſſidium, ex confinio Gorræ, & inſulis parvis illius diſtrictus: adeo ut intra Ferraræ ambitum concurrerint Romani & Veneti infeſtis armis, unde ruptura planiſſime metuebatur.

Pontifex, cuius potentia per pacis tempeſtatem maxime fulget, non carebat metu, unde interceſſionem habuit gratiſſimam, ut etiam eiuſdem memoriam videretur ſervaturus, ad Regis commoda promovenda. Dux Româ abit, Venetias petit, agit cum iis, quos Senatus negotio præeſſe volebat. Tuillerius, regius ad rempublicam illam legatus, negotium in eam ſemitam diſponit, ut arma utrinque reconderentur otioſa, tranſactionis integræ ſpe non dubiâ. Antequam autem Româ diſceſſiſſet, Pontifici fiduciam armorum regiorum ad quaſvis occaſiones & ſuppetias promiſerat, unde nihil ceſſabat, compendia inde ducere quælibet, ad Galliæ emolumentum.

Pontificem de rebus Germaniæ luculentiſſimè edocebat, ad oculum demonſtrans, non agi de ſacris, ſed ſimpliciter de Imperio, cum principes Germaniæ tantummodo conſervandi eſſent, in libero uſu ſuarum dynaſtiarum, & iurium, quæ ſupremam authoritatem attingerent: Regem ægerrimo animo ſenſiſſe violentias, quibusdam

dam Eccleſiaſticis illatas, tametſi longe eſſent inferiores famâ, eveniſſe autem nunquam non adverſus clariſſima pactorum verba, adeoque per ipſorum principum Catholicorum errorem, qui neutras noluerint partes tenere: damna denique illa Eccleſiæ facillimè reparari per illa media, quæ Pontifici recenſebat, & abunde ſatisfaciebant.

Confirmabat etiam animum in notitia diuturna eorum conſiliorum, quæ Auſtriaci de invadenda Italia foverent, & ad evertendam Sedis Apoſtolicæ authoritatem directè graſſarentur, libertatemque Eccleſiaſticorum conculcandam: pergebat Pontifici protectionem armorum regiorum, quæ nunquam eſſent defutura, promittere. Cũ autem implicare eum tentaret in ligam defenſivam cum Gallia, ſive defendenda eſſet reſpublica Eccleſiaſtica adverſus Venetos, ſive protegendi forent Italiæ principes; quod Hiſpanos ſemper magis metuiſſet, quam dilexiſſet, condeſcendere noluit, promtâ ſemper excuſatione, quoniam conſtituiſſet patrem communem inter duas coronas agere.

Non quod prætermiſſet demonſtrare, parentem nihil impingere in officium, ſi alicui liberorum inniteretur, ut ab alterius violentiâ ſervetur; ſed ingenium Pontificis per naturam timidiuſculum nihil ulterius permittebat: addebat tamen, arma Sedis Apoſtolicæ non futura otioſa, ſi quis authoritatem Eccleſiæ, & libertatem Italiæ eſſet invaſurus.

Politica reminiſcentia.

VNius rei poſſunt eſſe fines complures, ubi tamen principalior non ſemper eminet. Reconditur enim in ima mentis penetralia, ubi primitus fuit inventus, ut ultimus prodeat in lucẽ, aliquando etiam ſilentio involvatur perpetuo, modo authori ſuo ſit commodus. Res adeo manifeſta vix eget teſtimonio. In paciſcendo ille vires jactat eximias, & animum excelſum, qui plerunque maximè trepidat. Maro nobis fingit Æneam ducem ſtrenuum, ſerenaſſe ſpem vultu, apud gregarios, ſed ægritudinem ani-

 mi

mi effudiſſe in ſignum fidi Achatis, quem conſiliorum ſemper faciebat participem. Id quod tantum valet, ut Alexander Magnus lætior ante prælia decretoria, tametſi premeret altum corde dolorem, militi animum addiderit ad victoriam conſequendam: conſternatus vero Sebaſtiani Luſitani animus, & triſtior diſceſſus & omen fecerit, & Regnum ad interitum traxerit.

Legationum plerunque ſolent eſſe diverſæ rationes: Scipio de bello & pace acturus cum Carthaginenſibus, mittebat potius ſpeculatores, quam legatos; adeo ut illam partem caſtrorum, ubi Numidæ ſtationem ex juncis & arundinibus conſtruxerant, incendio fædare potuerit, cum fortuitum id creditum legatorum operæ deberetur. Etiam Pyrrhus per Cyneam oratorem explorat Romanorum inſtitutum, qui referebat; totidem ſibi viſos Reges, quod Senatores graviſſimi in Curiam conveniſſent, non ob pompam, quæ id temporis nulla ferè erat, Dictatoribus ad ſtivam ſudantibus, & Conſulibus aratri laborem nihil dedignantibus; ſed ob graviſſimas ſententias, & animos verè regios, rerum arduarum capaces.

Ratio hæc etiam apud Eccleſiaſticos vigere videtur, qui promtum habent Eccleſiæ emolumentum pertexere, dum propriis ſtudent commodis: quibus tamen æquior fuero, ſi per pietatis ſimplicitatem, aliorum decipiantur technis, ſub velo religionis rem ſuam agentium. Innumeri enim ſunt receſſus animorum, quos genii acutiſſimi vix ſemper excutiant: neque enim de ſolo Catilinâ dixerit Salluſtius, fuiſſe eum ſimulatorem & diſſimulatorem omnium rerum, cum ſeculum hoc eo ſagacitatis tranſierit, ut verè neſciat imperare, neſciat paciſci, neſciat tranſigere, neſciat cavere, neſciat conſulere, qui ſimulare nec poſſit nec velit.

Theologorum reliquero ſcientiæ, an conſcientia hic vulneretur, & quomodo ſit emaculanda; quibus ſolitum eſt dicere, Quicquid agant homines, intentio judicat omnes, quod fatebor non de impoſturis, ſed de rectæ rationis uſu, & fidei. Nam cum nefas ſit homini Chriſtiano, alium

alium decipere, aut in alium ſtatuere, quod ipſus ſubterfugeret & doleret, commune commodum præferendum videbitur privato.

CAPUT IX.

Segerius evehitur ad dignitatem primicerii Gallicani.

POſtquam marchio Caſtellonovanus excidiſſet gratiâ regiâ, cuius mentionem, data occaſione, fecimus ad finem anni ſuperioris, & experientia docuiſſet, quanti referret regis, cuſtodiam ſigillorum crediviris cordatis, integris, & virtutum choro celebribus, rex oculos conjicit in Petrum Seguyerum, præſidem alterum Parlamenti apud Pariſios, cui iſtum honorem traderet, cælitus locupletatum dotibus neceſſariis; & in graviſſimis negotiis ſpectatum. Neque vero nudam ſigillorum cuſtodiam confert, quod plerunque ſolet fieri, quin literas expediri juberet, quæ publicè teſtarentur de ſucceſſione in munus primicerii, ubi Haligrius diem obiviſſet ſuum.

Optimè enim noverat, viros iſtarum virtutum non vulgariter habendos, tametſi ſumma tanti miniſtri modeſtia, favorem iſtum ſoli benignitati regiæ tulerit acceptum. Iſta electio maximam Regi conferebat gloriam, ex judicii excellentiâ, qui dexteram Iuſtitiæ illi committebat integerrimo eiuſdem aſſertori, cui nihil deeſſet earum virtutum, quibus mortales eximiè commendantur. Prudentia Regi ſuggeſſerat, ſummum locum deberi ſummis Natalibus, cum ſequiores plus invidiæ ibidem inveniant, quam authoritatis: noverat utique, quo honoris charactere iſte eſſet natus, in cuius familiâ à multis ſeculis ſumma munia cum virtute coniugium contraxiſſent.

Quartus enim iſtius nominis flores liliorum inſidebat præſes Mortarii in Parlamento Pariſienſi; adeò ut à longo tempore nemo fuerit repertus in ipſius familiâ, qui non

meruerit ſumma togæ munia. De Conſtantino Imperatore referunt, moderationem Auguſti Cæſaris, virtutem Trajani, & pietatem Antonini, in ipſius confluxiſſe caput, ut Imperium mereretur. Integritas utique præſtantia, ſcientia, eloquentia, ſtudium, & fides in Regem, quæ comperta dedit parens ipſius, legatus Civilis, ſecundum tres Præſides iſtius nominis, huc itidem congregari voluêre; ut dignus haberetur primo iuſtitiæ munere.

Cumque in eo ſplendore ſit natus, didicerat Rex, non acquieviſſe eum in maiorem meritis, quæ aliena putârit, niſi inſtar Cedronum, quæ in ſummis montibus enatæ, altius conſurgunt, ſuis eniteretur virtutibus ad ſummam famam, & laudatiſſimorum chorum. Vulgi opinio eum celebrabat firmiſſimum Iuſtitiæ fulcrum; quod eandem adminiſtraſſet tantâ virtute, & animi ſinceritate, ut blandi honores, & divitiarum irritamenta nunquam obvelaverint ipſi oculos, aut ſucum fecerint inopinatum. Rex profecto ſigilla non poterat deponere in manus caſtiores.

Fateor opulentiam, quâ ſponte circumfluebat, impervium corruptionibus, fortunæ egenæ blandis, feciſſe: ubi vero ad felicem illam diſpoſitionem acceſſit virtus, plus æſtimii ferebat ad cuſtodiam ſigillorum, adeo ut nulla protervia auderet ſolummodo tentare animum, abundantiâ & opum & virtutis gravem. Sic igitur integritas eum præſtabat ad iniuſtitiæ impetum inconcuſſum; ſed & ſoliditas judicii, cum acumine genii ſolertiſſimi cavebat omnem, ſub-& obreptionem, adeo ut hinc ad ſolam veritatem, deviis declinatis, penetraret. Impoſtura & fucus, quantislibet artibus pollerent, nunquam ſatis craſſa obduxêre vela, quin iudicio aſſequeretur abſtruſiſſima.

Viſus eſt ſæpenumero tenebras diſſipare, ubi artes abdiderant veſana crimina, ut errores reorum aperiret ad ſupplicium, quos illi maximopere fuco innocentiæ pingebant. Scientiæ etiam in ea fortunæ conditione non parum contulerant ad præſtantiam inſitam, ut genium tantum darent abſolutum, cum ipſius familia proprium hoc habeat coniugium, ſcientiarum & probitatis. Quamprimum ætas permiſit rationis uſum, à propinquis imbuitur,

Digitized by Google

tur, ſcientias mirandum addere ſplendorem illuſtribus viris, quæ cum non tantum à ſtupiditate & vitâ barbarâ liberent, ſed etiam perpoliant, acuant, & ad quævis negotia efficiant aptum, mitiorem, civiliorem, humaniorem, venerabiliorem, & fide digniſſimum.

Vbi adolevit in ætatem maturiorem, ad vulgarium ingeniorum morem nihil ſecutus eſt propenſionem animi in eligenda ſtudiorum facultate, ſed in ipſa penetralia pervaſit, ut abſolveret mentem, cui nihil nimis arduum occurrebat, nihil quod capacitatem fugeret. Quæſtiones difficillimas & Philoſophiæ & Theologiæ excuſſerat, Iurisprudentiæ nunquam non vacabat, Matheſi ad recreationum momenta ſepoſita. Hiſtoriam vero habebat familiariſſimam, & eloquentiam naturalem, ut antequam regulas doctrinæ addiſceret, eos inſtitueret ſermones, quos ob rationum pondera, verborum puritatem, ſuavitatem & elegantiam floſculorum, acumina reſponſionum, ſeriem materiarum, & linguæ expolitionem nemo non mirabatur.

Quæ omnia & ſingula noo parvi erant momenti ad munus illud ſigillorum, cum illorum cuſtos habeatur lingua Regis, qui mentem regiam in magnis Conventibus explicet, & regiè dicere debeat, inſtructus terminis, qui regiam maieſtatem deceant. De pietate ipſius nihil dicam, tametſi in viro adminiſtrationi ſummæ admoto debeat eſſe ſpectatiſſima, quod ex illa Regni proſperitas pendere videatur: campus iſte nimis eſt vaſtus, ut eum emetiri queam, de virtutibus ipſius duntaxat per occaſionem locutus.

Neque etiam deſcribere conabor, quam experientiam rerum acquiſiverit Senator, ſupplicationum magiſter, Iuſtitiæ procurator in diverſis provinciis ſummus, & Præſes Mortarii, cum vitæ inſtitutum & fama nimiam faciebant fidem, ut nihil addere liceat, niſi id unum, neque hanc ſeriem parum contribuiſſe apud Regem, ut iſtum legeret iuſtitiæ ſummum ſacerdotem: Liceat tamen hanc appen-

Digitized by Google

dicem ſubnectere, Regem animadvertiſſe virtutes iſtas univerſas, viro reipublicæ ſtudioſo apprime neceſſarias cum & gratiæ addidiſſent corpori omnem amabilitatem, ut permanſuetudinem morum, & falicitatem naturæ eo plus authoritatis acquireret.

Servabat ſemper gravem modeſtiam, ſermo erat ſerius, converſatio grata & frugi, patientia ad auſcultandum omnibus de quovis genere negotiorum, invicta, affabilitas in dandis reſponſis verè mirabilis, eius tamen naturæ, ut nihil unquam remitteret, ubi Regis aut iuſtitiæ intereſſet tantilli. Vt amaretur, ſolo aſpectu erat opus; verborum delitiæ ſeveritatem, quam aliquando iuſtitia exigebat, eam trahebant, ut nemo offenderetur. Plura dicerem, ſi per leges hiſtoriæ regiæ liceret, tametſi laudes maieſtatis regiæ non ſic quidem interrumpantur, cum nihil ſapientiam ipſius manifeſtet ſplendidius, quam virtus, & dotes excelſæ miniſtrorum, quos, tanquam nobiliſſimas producit creaturas.

Politica reminiſcentia,

CVm primicerius, & cuſtos ſigillorum, qui illius vicem gerit, locum tenet, & ſucceſſurus eſt, ſumma in republica ſuſtineant munera, oculi utique iuſtitiæ regiæ, fiduciarii ſigillorum, id eſt, notarii voluntatis ſacræ, & gratiæ, teſtes ſecretorum, miniſtri conſiliorum, & inſtrumenta declarandi inſtituti, & promulgandi celeberrimi judicii, nemo dubitare poterit, in iis requiri præſtantiam eminentiſſimam, quæ omnes illas virtutes ſuſcipere poſſit, unde viri inſignem adipiſcantur famam. Parum refert, figulos, argillam ſubigentes, admodum eſſe induſtrios, cum omnis operæ damnum exiguo rependatur pretio: non eadem ratio virorum ad clavum reipublicæ ſedentium, quorum errores non ſunt leves, cum ſingulæ actiones trahant pondus; unde omne perfectum virtutis decorum ipſis præ cætero miniſtrorum genere conveniet.

Gallia ab omni tempore æquè ac alia imperia ſemper

Digitized by Google

tulit radices gloriæ fatales, quæ inſtat columnarum fulcirent illius molem, & videri poſſent cælitus deſtinatæ, ut candorem gratiſſimum liliorum adverſus iniurias temporum aſſererent, potentiam regum ſtatuminarunt, & gloriam coronæ augerent. Quod compendium in ſummo regni miniſtro eſt conſpectus, ubi ex ea familiâ prodit, quæ ſolo nomine authoritatem præfert hæreditariam, viamque ad ardua pandit.

Ad minimum exiſtimaverim equidem, ut virtus ex nobilitate ſanguinis authoritatem trahat, cum illuſtriores natales eam fidem concilient, quam homo novus, quantumvis ſapiens & fortis, nunquam acquirat, niſi poſt plurima virtutis ſpecimina. Si nobilitas ſine virtute tantummodo evadit in opprobrium, quòd à virtute maiorum degeneraverit, fatendum utique, virtutem ſine nobilitate non magnam ferre authoritatem: ubi vero nobilitas & virtus in eodem ſubiecto concurrunt, in eum conſcendent gradum, qui ſuprema dignitate habeatur dignus.

Poſuero primò in ordine virtutum, quibus eas perſonas ornari convenit, præſtantiam ſummam ex naturâ, & acumen grande iudicii, quod tenebras mendacii diſſipet, veritatem aperiat, & iuſtitiæ lumen antegreſſum, vicem gerat phoſpohri ante lucani. Scientia ad illam præſtantiam accedat, cùm Natura ſine ſcientiæ adminiculo ſit periculoſa, maximè ob facilem errorem, non abſimilis agro per naturam fæcundo, ſed qui ex inopiâ culturæ ſpinas producat. Inter ſcientias autem illam Iuſtitiæ & Politiæ omnium eſſe graviſſimam, quòd potiſſimum ſpectent primicerios & cuſtodes ſigillorum; hinc illi hauriunt genuinas adminiſtrationis regulas, leges Monarchiæ fundamentales, notitiam ſtatutorum & conſuetudinum, adeoque omnia magiſtratuum officia, Iudicum munera, & artem Legislatorum.

Addam iſti doctrinæ experientiam, quæ cuſtodi ſigillorum & primicerio adeò eſt neceſſaria, ut ſine illa maxima lumina, quanta vis naturæ aut ſtudii poſſunt ſuppeditare, tantillo ſint uſui, uti inſtrumenta in manu

artificis, qui ſcientiam inevidentiam nunquam producat. Integritas etiam ſit comes inſeparata, mater utique fidelitatis, & principium Zeli, quem omnes omnino viri publici tenentur exercere in adminiſtratione muneris. Integritas hominis parum præſtantis ſemper objicit oculis bonum publicum, tametſi illi non commodet per omnes occaſiones, uti cogitabat, qui verò eâdem deſtituitur, plerunque ſiſtitur ad proprii emolumenti compendium quæſitum.

Non ſanè præſtantiæ ſed fidelitatis inopia Athenienſes, & cæteras Græciæ reſpublicas exponebat bellis exoticis & civilibus, cum elegantiſſima illa Orbis pars tot Philoſophis, oratoribus, & clariſſimis viris nunquam antè claruerit abundantius, quam ubi occidere cæpit. Deſiderium enim effrene apud viros tantos præferebat privatum publico, dum ipſi rerum potirentur, adeò ut in ſymptoma corporis humani ruerent, ubi ſtomachus, cuius partes ſunt, cibum in omnium & ſingulorum membrorum coquere uſum, eundem ſibi ſoli coquit & ſeruat.

Eloquentia non parum inſerviet illis in frequentiſſimis occaſionibus, ubi tenentur vicem organorum ſubire, quæ regum iudicia pronunciant, & voluntates declarant. Et ut verum dicamus, Eloquentia ſanè hominem cæteris facit ſuperiorem, quod orator Romanus aiebat, quantum ſermo hominem à brutorum diſcernit generibus. Quod ſi eam decoram & utilem cuiquam dixerimus, miniſter reipublicæ eâ neutiquam carere voluerit, cum nihil æquè conciliet authoritatem viro in publico verſanti, ac ſermonis, meditationiſque concinnitas. Hinc exiſtimaverim, eloquentiam eò magis ipſi neceſſariam, quod perſuadeat, & popularibus ingerat, quicquid ſapientia cognoſcit, prudentia conſtituit, & iuſtitia definit; adeo ut ſine ipsâ conſilia ſæpiſſimè prudentiſſima in effectu langueant.

Non improbaverim, viros legi opulentos, qui ad ſummos honorum gradus evehantur, tum ob divitiarum iuſtam poſſeſſionem, quæ plurimum fidei conferat virtuti; tum

Digitized by Google

tum quod inſtrumenti loco ſint, ad ipſam excitandam, & conſilia iuſtiſſima iuxta ac generoſiſſima exequenda. Hinc viro publico neceſſarias crediderim, cum experientia comprobet, ſine ipſis ſæpiſſimè debilem & languentem videri virtutem, adeo ut meriti quidem expers coram Deo, actione tamen careat, fructu iuxta & gloriâ apud homines.

Si denique bona corporis inveniantur iuncta cum dotibus animi, & fortunæ in viris illis præclariſſimis, non parum inde ſuſcipient authoritatis; cum pulchritudo & maieſtas corporis tantum poſſideant roboris ad captivandos animos, ſub obſequium, & reverentiam, perſuaſionemque quamlibet, ut à priſcis haberetur digná imperio & coronâ.

CAPUT X.

De electione, quam rex inſtituit ex conſilio Cardinalis, Prælatorum & eruditorum, & piorum.

NEceſſum eſt, Eccleſias ab Epiſcopis adminiſtrari, quorum doctrina & pietas popularibus præbeant exemplum, in peregrinatione terreſtri, quæ ad cælos deducit: unde ad rempublicam etiam redundat emolumentum. Hinc nobiliſſimorum conſiliorum non fuit poſtremum illud, quo Cardinalis animum Regis confirmare avebât, in conferendis Epiſcopabus, quas Rex viris digniſſimis conſtituerat diſtribuere, quorum operam & Deus & respublica haberent gratam, adeo ut dignitas illa in poſteſterum penitus negaretur pueris, aut luxurioſis, & maculatis, quod hactenus non raro evenerat.

Sic paucorum annorum correctione Gallia faciem mutavit, & Regnum viris incipiebat abundare præſtantibus

Digitized by Google

per virtutes eximias. Id enim uſuvenit in omnibus vacantiis, inde à primo Cardinalis miniſterio. Diſtuli vero ſingularem virtutem in hunc annum, qui præ cæteris nobis præbet exempla illuſtriora. Poſtquam enim perduellio Epiſcoporum per Occitaniam exoleviſſet, Cardinalis Regi proponit Cohonem, qui Nemauſenſes; Grilietum, qui Uſeſios; & Vilaſelum, qui Briocenſes curâ epiſcopali complecterentur.

Rex igitur, cuius pietas exæquat minimum iuſtitiam, quâ ſubditis fit venerabilis, expenſis tantorum virorum meritis, dignos cenſuit; qui eos honores ferrent. Cathedras enim apud Pariſios à decennio reddiderant celeberrimas, ad populatium gaudium, & eloquentiæ ſacræ admirationem. Quod ſi Evangeliſantium ſermo animam debeat mutuari à vitæ inſtituto laudato; iam compertum dederant, non minorem ſibi virtutis & eloquentiæ eſſe curam, quam ſtudii ferventiſſimi erga Regem compendium, ut populares contineantur in obſequio, quod debent Dei legato in his terris.

Politica reminiſcentia.

Ius Epiſcopos conſtituendi ex antiquiſſimis Coronæ competere: & quinam Epiſcopi ſint legendi, ad reipublicæ emolumentum.

INter iura iſtius Coronæ illud de Epiſcopabus conſtituendis, facilè connumeratur illuſtrioribus æquè ac antiquiſſimis. Primi enim Epiſcopi Eccleſiæ Gallicanæ, qui ſemper luculentiſſima aſtra fidei noſtræ ſunt habiti, id agnoverunt ab exordio huius Monarchiæ, in Concilio V. Aurelianenſi; ubi ſanxerunt, ne quis Epiſcopus conſecraretur præter voluntatem Regis: cujus Sanctionis uſus adeo eſt evidens per hiſtoriam, ut ſola ignorantia ambigendi inveniat rationem.

Gregorius Turonenſis refert, mortuo Quintiano Epiſcopo,

piſcopo, Gallum ipſi ſurrogatum eſſe, & intercedente Rege factum Epiſcopum Avernenſium, cumque à morte Galli id ageretur, ut presbyter Cato ſuccederet, Archidiaconum Cantinum præoccupaſſe Regem, per primum de Galli obitu nuntium, & ſic jubente eodem conſtitutum fuiſſe Epiſcopum. Alibi ait, Nonnichium in Epiſcopam Nannetenſem tranſiiſſe poſt Felicem, per ſtatutum Regis, & Vitum in Viennenſem; quemadmodum Childebertus ſanctum Germanum fecerit Epiſcopum Pariſiorum; Clodomirus Omatium dederit Turonibus, Clotarius Sanctum Medardum Veromanduis, & Euphronium itidem Turonibus.

Scatet hiſtoria iſtiusmodi exemplis, quæ recenſere ſuperſedemus, ne operam ludamus, cum iſta ſuperiora ſatis clare aſſerant ius illud. Quis vero dubitaverit, cum reges noſtrates cum corona acceperint poteſtatem conſtituendi, quæcunque faciunt ad regni emolumentum, & tranquillitatem popularium; electio denique Epiſcoporum, non ſit actus purè Eccleſiaſticus, ſed qui æquè concernat bonum publicum, ac ſalutem animarum?

Epiſcopis eſt poteſtas miranda in animos popularium, ut eos attrahant per vincula pietatis & religionis inquamcunque partem, quod compertum fuit per tempeſtatem Ludovici Pii, qui à regno fere fuiſſet remotus per factionem Epiſcoporum, quod etiam per Occitaniam poſtmodum patuit, ubi quinque aut ſex illorum facem tulerunt, ad incendium belli civilis. Imperium etenim in animos miræ eſt poteſtatis, & arma illa, licet ſpiritualia, magis ſunt metuenda, quam ſclopetorum vulnera, & haſtarum ictus: facillime enim ſubigitur corpus, poſtquam fecit deditionem: tum enim ſeſe conſequuntur per neceſſitatem indivulſa. Hinc promotio Epiſcoporum nullo non tempore à regibus noſtratibus pependit; ubi ſummè neceſſariū ſemper viſum, eos viros iſtis dignitatibus legendos, qui conſtituti populares & doctrinâ & exemplis inſtituerent, nec tumultibus, aut damnis reipublicæ vacarent. Cum denique reipublicæ ſalus cohæreat cum religione, & ſummus religionis ſplendor magis pendeat à vigilantia & cura Epiſco-

Epiſcoporum, ſecundum incrementum cæleſte, quam ex ulla alia re, nunquid fatebimur , eos fundamenti rationem ſuſtinere?

Quis enim populares validius in fide , quam principi debeant, in obſequio erga magiſtratum, in pietate erga parentes, & in juſtitia, quæ eſt vitæ agendæ normâ , confirmet? hinc igitur maximi momenti fuerit in adminiſtratione reipublicæ, eos viros non legi , niſi tanta reipublicæ queant conciliare commoda. Nihil hîc accumulabo de officio ipſorum erga principem , & obſequio, magiſtratibus debito, ubi id unum poſtulavero , ut ſint viri boni; cum libertini mala operentur, & nihil penſi habeant , populares in officio continere.

Sed nunquam comprobavero, viros in Zelo protervos, quod hoc genus per nimiam curam non raro confuſiones & tumultus cieat , quibus ſedandis poſtmodum impares evadant. Finiam , ubi addidero , celebres homiliarios eo digniores Epiſcopabus , quod functio illa cum populo agendi in exordio Eccleſiæ Epiſcopis ſolis relinqueretur, presbyteris tantummodo honoris ergo indulta, idque per diverſa tempora, ſecundum locorum diverſitatem. Orientales enim primi eam poteſtatem fecêre presbyteris, quod manifeſtum fit ex Pierii & Chryſoſtomi exemplis , qui presbyterorum tantum munere functi , cum populo agebant, ille Alexandrino, hic Antiocheno. Neque enim id ſolebat ferri in Africa ante ſanctum Auguſtinum , cui presbytero ſaltem poteſtas concionandi apud Hipponenſes facta eſt ab Epiſcopo Valerio, ſine ullo exemplo ; adeo ut conſuetudo iſta in Galliam fuerit introducta toto ſeculo elapſo, poſt Concilium Vaſienſe.

CA-

CAPUT XI.

Rex Declarationem facit, qua tres officiales; duo ex Parlamento Pariſienſi, & unus ex Camera rationum, privantur honoribus.

NOn adeo diu, poſt præſidis Segerii auctos honores, cum iam cuſtodiam ſigillorum gereret, Præſidentis Conıæi ſiniſtra vitæ ratio, Delandæi Senatoris Parlamentaris perverſitas, & Monſigoti, qui magiſterium rationum in Curia Pariſienſi gerebat, exorbitantia, Regem adêgere, ad munera illa auferenda. Per hiſtoriam ſuperiorum annorum recenſuimus acta perduellionis, quâ impediri voluêre, hîc dicam, turpe Regi, & ad res Galliæ celebrandas grave, duo Parlamenti Pariſienſis membra ſumma verſari apud Exteros, cum id Parlamentum ſit Parium; quibus accedebat magiſter ſummæ Curiæ, rationes publicas adminiſtrantis.

Perduellionis manifeſtiſſimæ agebantur rei, qui provincias obirent, ut ſupplicium meritum effugerent, unde notam priſtinæ authoritatis in illis tolerari nefas viſum, quaſi innocentiæ argumentum, & officij conſtantis. Conſtituit igitur Rex eos privare honoribus; ut autem exequeretur hunc iuſtitiæ actum, ex ordine, ipſius vadit ad Parlamentum, occupat thronum iuſtitiæ, promulgat Declarationem, quæ ſtatutum Blæſenſe explicabat, maximè ubi ſancitur, quibuſcunque læſæ maieſtatis criminereis, & nominatim regiæ maieſtatis miniſtris nefas eſſe ullo unquam tempore redire ad munera ſolita: quod ſtatutum de reis perduellionis convictis, & crimine læſæ maieſtatis intelligeretur, per deſerta vadimonia, & contumaciam.

Eodem numero cenſebantur præſentes, quorum cauſa inſtrueretur; cum fieri neutiquam poſſit ut ligarum complices, & tricarum ſarcinatores, qui adverſus regis commoda egiſſent, eâdem dignitate amicti adeſſent, quæ radios ſpargit regiæ potentiæ. Præterea & caput viceſimum

octa-

Digitized by Google

octavum ſtatutorum Molendiniorum, antiquioris præ Blæſenſibus notæ producebatur, ubi damnatis per deſertionem vadimonii & contumaciam, indulgetur quinquennium ad expurgandum crimen: quod tamen iſtorum bono non poſſet accommodari, cum regia maieſtas iubeat, iudicia in reos crimine læſæ maieſtatis lata, quamvis per deſertionem vadimonii & contumaciam ageretur, executioni mandari, quamprimum fuiſſent promulgata; quantum honores ſpectaret ademtos, quibus neque per literas, neque ullo alio modo reſtitui poſſent.

Hæc eadem Declaratio trahebat præſidis Coniæi & Delandæi exaucto rationem, ob crimen læſæ maieſtatis, cum damnati eſſent per contumaciam, eo minus digni gratiâ ullâ, quod rex indulſiſſet menſem integrum reſipiſcentiæ, ut in Galliam redirent, addito etiam reſtitutionis promiſſo; ipſi vero oblata clementiæ neglexiſſent. Rex deinde promulgat literas patentes ad creationem ſimilium munerum, ut Lamonionem, præſidem modo tertiæ Curiæ inquiſitoriæ; faceret præſidem Mortarii; & Hæum Vantelæum, magni conſilii Senatorem; faceret conſiliarium Parlamenti. Præſens exigit jusjurandum, & locum officii imperat.

Comes Sueſſonum adierat Curiam rationum ex regis authoritate; ut parem Declarationem promulgaret adverſus Monſigotum & literas patentes adderet, quibus Ruæus iubebatur magiſterium rationum ſuſcipere. Sic Rex tres officiales perduelles excuſſit, ut cæteri diſcerent; cum nullam poſſideant authoritatem, quin à benevolentiâ ipſius fluat, eâdem ipſos exuendos, quamprimum judicarentur indigni ex perduellionis veſaniâ.

Politica reminiſcentia.

QVo tempore reges magiſtratus inſtituebant, communicatâ aliquâ potentiæ, parte non eximebant eos obſequio, ſed hic affirmabant coronas; novis tibicinibus, qui populares ſub exemplo & iuredicundo in officio ſubiectionis continerent. Hunc ſibi finem proponunt, cum eam dignitatem circundant, hinc fit, ut populares iuſſi eorum

rum ſtare definitionibus ad lites terminandas, ſimul magiſtratibus inculcetur exemplum ſubmiſſionis, & integritas iudiciorum. Si enim magiſtratus hoc debent popularibus, illud ſponte debebunt ipſi regibus per graviorem obligationem, quod bonum publicum ad invitet, conſtitutio Monarchiæ id definiat, gratitudo id poſtulet, & iuſtitia id imperet.

Quæ vero inſania, ſtellas obfuſcare Solem, à quo omne lumen mutuantur? Quæ confuſio rerum, inferiores cælorum ſphæras obluctari primo mobili? Quæ deniq; cauſa, cur magiſtratus, qui omnem authoritatem à regibus ſunt adepti, ut illa coronæ conſtet, & populares obſequium colant, in perduellionem ruant, & populares perverſo inſtituto præcipites trahant, ad idem exemplum? Intelligant, inobedientiâ illa candorem liliorum detergeri, quo ipſi eminebant: cum debuiſſent eadem culturâ ſollicitâ complecti, ut pulchritudinem Gallis redderent venerabiliorem, & potentiam Exteris formidandam, peſſimo ſuo exemplo, quod alii ſequuntur, alii in ſuum vertunt commodum, periculum creant penitus amittendi ſplendoris; unde ſemet indignos faciunt, qui inſideant lilia.

Nunquid norunt, ſuam obedientiam, & integritatem judiciorum fundamenta jacere popularis ſubmiſſionis? Itaque perduellio ipſorũ tanto minus diſſimulabitur, quod tolerari nequeat ſine confuſione omnium rerum. Plebes refert argillam, quæ nullam ſponte præbet figuram, facile ſuſcipit quamcunq; à figulo impreſſam. Cum enim per oculos magiſtratuum potiſſimum negotia diſpiciat, non operosè motu ipſorum ducitur, adeo ut reprobet, quæ illi improbant, & detractationem principis ſequatur.

Per eas igitur occaſiones tenentur reges imitari exemplum Solis, qui, lunam intercurrentem, ne radios in inferiora ſpargat, quam prius omni fulgore ornaverat, continuo exuit, argento chryſtallino in corpus obſcurum & opacum converſo. Ibi demum reges recipient manum Iuſtitiæ, quam tradiderant ante perduellionem, ut eadem caſtigent refractarios; tũ demum iuſtitia etiam clementiſſimorum per tanta ad igitur crimina, ne potentiæ videat obfuſcari ſplendorem, ut fulmina rigoris arripiat, quæ perduelles comminuat.

C A.

CAPVT XII.

Diverſæ mutationes hoc anno factæ in præfecturis provinciarum & munimentorum.

NOn hoc ſtetit gradu viciſſitudo honorum per hunc annum: gubernatores provinciarum & munimentorum cuſtodes permutantur, ſive ſumma rerum crederetur viris à diviſionibus alieniſſimis, quæ metui poterant ex Aurelianenſis abſentiâ, ſive rependerentur merita virorū egregiorum, quibus recenſendis hanc operam dicavi.

Mareſchalcus Thoiraſius, Caſalæ gubernator, locum fecerat ſuſpicionibus, tametſi fidē ſervaret inconcuſſam, quod poſtmodum patuit, & locus tanti ſit momenti, ut nihil ludi poſſit in illius conſervatione. Rex ipſi ſubmittit Tavannæum, Mareſchalco copiâ factâ, per Italiam alicubi ſubſiſtendi, cum tergiverſaretur ad aulam redire: Maliſſius Centurio excubiarum legionariarum, mittitur eodem tempore, qui Pinierolæ ſuſciperet præfecturam: Dux Vantadurii dicitur gubernator Lemovicum, cumque ſecundariam adminiſtrationem Occitaniæ in manus Regis depoſuiſſet, placuit eandem in quatuor partes diſpeſcere, quas Comiti Turnonio, Vicecomiti Arpajovio, Marchioni Ambræo, & Vicecomiti Poliniaco largiretur.

Comes Ionſaci dicitur gubernator & legatus generalis Regis apud Saintones, Enculiſmenſes, Auniſios, & Rupellanos: Baro Ponchaſtellanus, dicitur legatus generalis Britanniæ inferioris; Comes Paliſſæ, dominus Sancti Geroni, præfecturam Borbonii, aufert, comes Cheraveti, cuſtodiam Stenæi; Serræus, primus centurio legionis Picardiæ, illam Iameſii; Dux Valettæ, adminiſtrationem Epiſcopatus Metenſis; Dux Chaunæ, illam Picardiæ; Dux Alvini, illam Occitaniæ & Magolonæ; marchio Seneſſæus legationem Burgundiæ, in Balivatu Matiſconenſi: adeo ut pauci occurrant anni, qui tantam mutationem unquam viderint.

Poli-

Politica Reminiſcentia.

Summi eſſe momenti, gubernacula provinciarum & munimentorum tradi viris fidiſſimis, per metum diviſionis civilis.

TVm demum advigilandum, ubi metui poteſt diſſidium civile, præfecturas provinciarum & munimentorum in manus deponi eorum, de quorum fide poſſimus eſſe ſecuri. Planiſſimè ad probo conſuetudinem Regis Hiſpanici, qui gubernatores identidem mutat. Hiſtoriæ ignariſſimum eſſe oportet, quem lateant officia maxima, quæ Gonſala Regi Aragoniæ, domino ſuo, in Regno Neapolitano reddidit: Rex tamen prudens & ſagax, adminiſtrationem ipſi nunquam volebat eſſe perpetuam, ne authoritate, quam acquiſiverat, abuſus, id ſibi uſurparet.

Sic Galliarum provincia Iulio Cæſari in quinquennium prorogata, audaciam peperit invadendæ libertatis Romanæ: memor igitur, nihil adeo inflammâſſe ambitionem imperitandi, poſt hanc prorogationem, Romamque reverſus, confecto bello Africano, legem ſanxit, quâ Prætori ultra annum non licebat cum Imperio eſſe in provincia, quod tempus Conſuli geminabat. Gubernator enim, qui provinciam aliquam diutius obtinuit, tot ſibi facit creaturas & clientelas, tot familiaritates nectit, ut pro lubitu poſtmodum ibidem graſſari queat, inſtar reguli cultus; unde proximum faciat gradum ad perduellionem, ambitione, quam Magnates habent ſolitam, vertiginem quamcunque cerebro ſuffundente. Hinc Dictator Mammercus pronum habebat dicere, anguſtius gubernatorum tempus, eſſe certiſſimam libertatis publicæ cuſtodiam.

Cum poſt aliquot annos mutantur gubernatores, aliis ſubinde ſurrogatis, princeps longe plures facit rerum ar-

Rrr dua-

duarum capaces, dum alii atque alii non pauciores, adhibentur. Id vero in republica non exigui fuerit momenti, cui viri periti negotiorum nunquam abundare poſſunt. Quemadmodum etiam memoria novorum beneficiorum mortales facit tenaciores gratitudinis, nihil dubitem, Reges vel inde ferventius ſentire ſtudium Magnates, gubernationi ex longo tempore adſueti, eas radices agunt, ut provinciam peculium ſuum æſtiment, gratitudine debita erga fruitionis authorem, apud mentem parum proficiente; ubi viceverſa qui nuper poſſeſſionem adivit, ex recenti memoria favoris ſuſcepti, longe maiorem Zelum & fervorem demonſtrat.

Optime novi, hanc regulam Magnatum plurimis diſplicere, crediderim vero ambitionem potius, quam ſanam rationem eos ducere. Dicam etiam, ſic fortunæ ipſorum parum conſuli, cum gubernatione provinciæ aut munimenti per aliquot annos rite defuncti, meritis ſuis concilient literas patentes, ad poſſeſſionem lautiorem. Optandum denique foret, ut proprii penſi non ſumtâ habitâ ratione, Quinti Fabij Maximi mentem induerent, qui quintum Conſul, expendebat, patrem, avumque & abavum ſæpius hac dignitate fulſiſſe, honores autem maximos per familias perpetuari periculoſum, omnem adhibuit operam apud populum Romanum, ne idem honor filio obtingeret.

CAPVT XIII.

Creantur Equites Spiritus ſancti.

REx à pluribus annis tanta ſpecimina virtutis à Nobilitate acceperat, ut non videretur poſſe negare honores ordinum equeſtrium plurimis Candidatis. Maieſtas etiam regia, cui propenſio admodum particularis ad coronandam virtutem, conſtituit honoraria iſta præmia diſtribuere,

Digitized by Google

buere, quam mentem Cardinalis firmabat, poſtquam perſpexiſſet, non validioribus catenis, niſi honoris Nobilitatem Galliæ ad regis commoda adſtringendam, adeò ut hinc poſſet incrementum virtutis & fidei ſumi, per tot occaſiones teſtatæ.

Cùm igitur ſeſe liberum cerneret verno tempore, exercitu præſentiam maieſtatis nondum poſcente, placuit ſolennitatibus quibus Equites Spiritus Sancti initiantur, defungi, inſertis in omnia loca vacua generoſis. Iu iſta verò occaſione non poteſt ſatisfieri univerſis, cùm nunquam congruat candidatorum multitudo cum paucitate vacuorum, nemine non ſua prædicante officia: Hoc demum licuerit uti inſtituto, ut præferantur, qui eminent per Natales, aut per operas, aut per ſingulare principis deſiderium, cui æquum eſt, aliquam libertatem favoris conferendi concedi: hanc enim viam rex inſtitit.

Vt autem ſeſe penitus conformaret ad ſtatuta Ordines, ante omnia mandat Cardinali Lugdunenſi, Eleemoſynario Galliæ ſummo, & Commendatori Ordinis, inquireret de religione Catholicâ, Apoſtolicâ & Romanâ, de vitâ & moribus eorum qui proponebantur adſcribendi militiæ ſacræ, & comperta quamprimum clauſa ac ſub ſigillo mitteret. Rex de hinc congregat Capitulum militiæ ad Pontes delitiarum, ubi ſolennitas peragebatur, convocatis omnibus equitibus per Bulionæum, cuſtodem ſigillorum in illa militia indicat, volupe ſibi futurum, ſi antè creationem Equitum ſententias illorum de perduellione & felonia Ducis Elbævii, & Marchionis Veterisvillani intelligeret, qui ex regno exiverint, & arma contra regem tulerint, adeoque in ſtatuta militiæ impegerint, indigni qui ei numero accenſerentur, digni quibus honos demeretur.

Bullionæus addebat, videri ſibi Caroli Burgundi inſtitutum, adverſus Carolum Brabantinum matruelem, maximè imitandum, ut per Equitum ſcitum arma ipſorum revellerentur confringenda, loco vacuo tabella affigeretur, quæ ſententiam, & cauſas diminutionis doceret. Omnes omninò Equites cuſtodi ſigillorum

Digitized by Google

accedebant, præter Marchionem Trænelii, qui cenſebat hoc vel illud irrogandum. Sic igitur ſententia expuncti honoris promulgatur, & executioni mandatur, etiam ante creationem novorum Equitum.

Secundum hanc ſententiam Rex legi iubet clarâ voce catalogum eorum, quos militiæ ſacræ ſacramento aſſociari placebat, nominatis octo Equitibus, qui intereſſent examini, quod de Nobilitatis natalibus, vitâ & moribus inſtituebatur. Proponit deinde litigium inter Duces & Pares, adeoque Duces non Pares, quo ordine & loco conſpiciendi forent in ſolennibus: ſcitum, omnes Duces in univerſum proceſſuros ex ordine creationis, cum Pares in Conventibus locum non teneant. Statutum etiam, ſi qui dicti Equites non adeſſent tempore Promotionis, ad ſuſcipiendum ſacramentum militiæ, illud ne mitteretur. Quartus igitur decimus Maii definitur ſolennibus: adeſt Rex, inſtat articulatim ſtatutis, & ſacramento militiæ ſacræ inſignit.

1. CARDINALE*M* RICHELIV*M*.
2. CARDINALE*M* VALETTANV*M*.
3. ARCHIEPISCOPV*M* PARISIENSE*M*.
4. ARCHIEPISCOPV*M* BVRDIGALENS.
5. ARCHIEPISCOPV*M* NARBONENS.
6. DVCE*M* LONGAVILLAMV*M*.
7. CO*M*ITE*M* HARCVRTIV*M*.
8. CO*M*ITE*M* ALETISIV*M*.
9. DVCE*M* TRI*M*VLIANV*M*.
10. DVCE*M* VANTADVRIV*M*.
11. DVCE*M* ALVINIV*M*.
12. DVCE*M* BRISSACV*M*.
13. DVCE*M* CANDALIV*M*.
14. DVCE*M* VALETTANV*M*.
15. CO*M*ITE*M* TONNERIV*M*.
16. *M*ARESCHALCV*M* ESTREANV*M*.
17. DO*M*INV*M* VAVBECVRTIV*M*.

18. DO-

Digitized by Google

18. DOMINVM SENETERRANVM.
19. VICECOMITEM POMPADVRIVM.
20. MARCHIONEM NESLÆVM.
21. MARCHIONEM GORDÆVM.
22. COMITEM LANNOIVM.
23. MARCHIONEM VARENNÆVM.
24. MARESCHALCVM BRESÆVM.
25. COMITEM BRASSACVM.
26. COMITEM NOALIANVM.
27. DOMINVM POJANNIVM.
28. MARCHIONEM FOSSÆVM.
29. MARCHIONEM BVRBONNIVM.
30. VICECOMITEM POLLINIACVM.
31. VICECOMITEM ARPAJOVIVM.
32. MARCHIONEM ALVYEVM.
33. COMITEM SAVLISSIVM.
34. COMITEM ORVALIVM.
35. DOMINVM SANSIMONIVM, primum ſtabularium.
36. BARONEM PONCASTELLANVM.
37. DOMINVM PONCVRLÆANVM.
38. DOMINVM MESLERAEVM.
39. MARCHIONEM MORTEMARTIVM.
40. DOMINVM VILLEQVERIVM.
41. COMITEM TVRNONIVM.
42. DOMINVM MAELLERAEVM.
43. COMITEM TIANGAEVM.
44. MARCHIONEM AMBRAEVM.
45. COMITEM PARABEREVM.
46. DOMINVM MONCAVREBIVM.
47. DOMINVM LIANCVRTIVM.
48. DOMINVM SANSIMONIVM majorē.

Non lubet otium impendere deſcribendis ſolennibus per minutias, cum nihil habeant commune cum inſtituto noſtro; dicam ſaltem ad concluſionem, regem teſtatum fuiſſe per illam compenſationem honoris, notiſſima ſibi eſſe & honorum, & facinorum egregiorum momenta, quæcunque à Nobilitate præſtarentur.

Politica reminiſcentia.

Compenſatio facinorum robuſtiſſimè fulcit rempublicam, æquè ac ſcelerum punitio. Vnde Socrates interrogatus, quam rempublicam cenſeret optime gubernari, reſpondit, Vbi boni ferrent præmia, improbi ſupplicia. Xenophon arbitratur, cum homo per naturam plus fortitudinis teneat, quam formidinis, incitandum potius præmiis, ad laudabilia, quam ſuppliciis. Quid enim non audebunt certi poſt victoriam opum, aut honorum? Hinc Plato, libro quinto de republica rectè ſtatuit, in quibuſcunque indulgendum iuventæ, per bellum ſtrenuæ, adeo ut etiam plurium fæminarum uſum habeant liberum, ad augendam rempublicam, fortitudinemque propagandam.

Libertas quidem illa diſſoluta adverſatur legibus Chriſtianæ fidei, etiam experientiæ, quæ ſæpius oſtendit, rariſſime heroes generare ſibi ſimiles. Verumenimvero ſtatutum illud de connivendo ad actiones quaſcunque virorum fortium, quadrat cum legibus omnium rerumpublicarum, quæ bene conſtitutæ laudantur. Sic Homerus, ut teſtaretur de Agamemnonis laudabili adminiſtratione, depingit illum per omnia convivia plerunque honoratum, quotieſcunque Græci in exercitu delitiarentur, armo bovino integro, quod maxime regium habebant.

Ad hoc igitur exemplum Plato ſtatutum ſuum exculpit de honorandis per convivia fortibus, ut auferant cibos pretioſos, & coronent pocula: addit etiam hymnorum ſymphoniam in laudes ipſorum, ut cæteri habeant, quod imitentur. Quod ſi flamma diſperit, lignis non ſuppoſitis, langueſcit itidem fortitudo, niſi præmia ferat condigna: omnia ſurſum deorſum verſantur in republica, ubi

Digitized by Google

viri cordati cenſentur cum ignavis & ineptis, adeo ut animi optimi lethargo corripiantur, niſi per ſplendorem honoris, qui egregiis actionibus convenit, excitentur.

Notandum autem præterea; compenſationes ad modum militiæ eſſe diſponendas, cum miles plerunque opulentiam quærat præ honoribus, quæ mens in præmiis ipſi aptandis fuerit tenenda: nobilitas vero, cui nihil magis cordi, quam honor, recipiet honoraria, quantivis pretii. Venetorum hoc eſt inſtitutum, poſt memorabile prælium ad Taram: ubi Marchio Mantuanus à munere gubernatoris tranſivit ad Imperium ſummum apud exercitum; gregarii autem, qui ſeſe ſtrenue geſſerant auctarium ſtipendii caperent, conſtitutis diverſis compenſationibus, quibus liberi in prælio occiſorum fruerentur: dotes adnumerabantur filiabus, & mutilatis lauti redditus.

Romani longe pluris faciebant honoraria, quam præmia alia; unde major laus ducitur, quod honor opes longiſſimè ſuperet. Coronarum obſidionalis præſtantiſſima, quæ tamen ex herbis & ceſpite contorquebatur, adeo ut aurea, gemmis horrida, minoris eſſet, ex honoris arbitrio. Nec maior honos per rempublicam patebat triumpho, qui tamen triumphantibus nullam opulentiam conferebat, quibus poſt ſolennia currus & veſtis triumphalis, & ſeriem ſummæ magnificentiæ, neceſſum erat privatam colere vitam in Vrbe, nullo prorſus emolumento, poſt gloriam actionibus egregiis quæſitam.

Cneus Ovilius digniſſimè ſibi ſatisfactum putabat, poſt finitum bellum Punicum primum, cum reſpublica ipſi permitteret ante ambulum buccinatorem; & Pompejus, per poteſtatem & uſum togæ triumphalis, in omnibus feſtivitatibus publicis; & Cæſar per privilegium laureæ perpetuæ; quæ honoris ſigna tanti viri potiora habebant præ omnibus Imperii divitiis, quæ offerri potuiſſent.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Inſtituitur Parlamentum apud Metenſes Mediomatricum, poſtquam rex ſibi ſubjeciſſet numerum oppidorum & munimentorum per Lotharingiam.

CVm Rex ſibi ſubjeciſſet oppida & munimenta Epiſcopatus Metenſis, Tulliani & Verodunenſis, Coronæque inſeruiſſet complures diſtrictus & dynaſtias avulſas, neceſſarium duxit, ut populares in obſequio & pace contineret, jura etiam Regni ibidem aſſereret, ſummæ iuſtitiæ tribunal erigere, cum poteſtate integrâ iudicandi definitivè de omni genere cauſarum civilium & criminalium Invitabatur Maieſtas regia precibus reiteratis, quas omnes oppidorum & provinciarum ordines adhibebant ex promiſſo Henrici Magni, ut ſic maximè obviam iretur abuſibus magnis, quibus iuſtitiæ adminiſtratio ſcatebat.

Erant enim magiſtratibus plerique rerum imperiti, quibus vacabant, & coërcendæ videbantur Ducum Lotharingiæ uſurpationes, qui ſæpiſſimè auſi fuerant pronuntiare iudicia ſuprema in locis, & de perſonis à Gallia dependentibus. Conſtitutum id ab exordio anni: ſic Curiam ſupremam inſtituit Rex, titulo Parlamenti, in provinciis & Epiſcopatibus Tullii, Metis & Veroduni, ſede illâ Metim firmatâ, tum propter commodam ſituationem, tum propter amplitudinem, & confluxum populariùm ex omnibus partibus, tum quod revera olim fuiſſet metropolis Auſtraſiæ, non poſtremum Coronæ decus.

Placuit, ibi eſſe Præſidem ſummum, ſed alios Præſides, quadraginta ſex Conſiliarios, quorum ſex ex Clero, cæteri ex laicis legerentur, Procuratorem generalem, duos Advocatos, generales, & in univerſum omnes cæteros officiales, ad rationem cæterorum Parlamentorum, qui iuſtitiam

ſtitiam exercerent definitivè, & nominatim in oppida & perſonas iſtorum Epiſcopatuum, etiam Muſonii, Caſtellorenaldi, & diſtrictuum cohærentium, nullâ conſideratione habitâ ſupremi alioqui juris, quod alicubi viguiſſet.

Cum autem deſideraret legere viros Parlamenti actionibus dignos, munus ſummi Præſidis imponit Bretanio, cæterorum Præſidum, Charpentario, Blondovio, Treſilono, Viniero, & Chanteclario, qui omnes habebantur celebres; procuratoris generalis, Pariſio, magiſtro ſupplicationum; & duorum Advocatorum generalium Greslerio Remeforto, & Fardolio. Omnibus injunctum, irent cum quatuor magiſtris ſupplicationum, & quinque aut ſex Conſiliariis denominatis, & Parlamentum conſtituerent: id illi ſub finem Auguſti adeo feliciter confecêre, ut Metenſes ſibi gratularentur de priſco urbis ſuæ ſplendore recuperando. Vigilantia ſane, quam ad jura Regis conſervanda, & ad populares in obſequio continendos adhibuêre, non parum contulit, ad authoritatis regiæ ſplendorem reſtituendum.

Politica reminiſcentia.

Novos eſſe conſtituendos magiſtratus, in terris recens conquiſitis.

QVemadmodum ſubditi debent amorem & obedientiam Regibus, ita reges ipſis debent reciprocè, benevolentiam & iuſtitiam. Mutua ſunt iſta, quæ harmoniam reipublicæ ſuaviſſimam componunt, à cuius perfectione omnis proſperitas principum & popularium pendeat. Cum de his conſtet, princeps, quamprimum acquiſivit, aut recuperavit aliquam provinciam, tenetur iuſtitiæ exercitium ibi conſtituere. Neque vero parum refert, eam à novis iudicibus adminiſtrari, & magiſtratus ſuperiores mutari.

Cæſar & Nero abundè teſtabantur, nihil iſtorum ſeſe fugere, cum ſeriem rerum in numerato haberent, Senatui

tui exitium machinati, cuius potentiam ſaltem imminuerent poſtquam ſpem eius penitus ſupprimendi perdidiſſent. Si enim poteſtas ſuprema ex authoritate principis & magiſtratus conflata provinciam aliquam corripiat, nec magiſtratus mutet, ex altera tantum parte ſubactam videbit: quemadmodum enim princeps illos, quibus ſuperbiunt contulit, communicatâ authoritatis ſuæ parte, benevolentiam erga eum nunquam deponent.

Nunquam prætermittent occaſionem illius commodis promovendis, unde tamen graviſſima cooriri incommoda neceſſum eſt; præſtant enim aliquo modo vincula, quibus populares ad obſequium principis adſtringuntur, & perinde eos, quantum poterunt, retinebunt in reverentia authoris benefici, promto aliquando tumultu univerſali. Collegium juſtitiæ, licet inermis, per ſolam purpuram, cæteraque dignitatis inſignia, ſæpenumero maiorem metum & obedientiam conciliat, quam exercitus numeroſus; adeo proclivis eſt plebes ad ſequendam iſtorum ſententiam & motum.

Nihil igitur unquam ſecuritatis in nova provincia invenietur, donec novi magiſtratus conſtabiliantur, qui ſtudium & fidem novo principi iurent & ſervent. Coeant poſtmodum populares, tumultuentur, perplexentur quantumlibet factionibus, nihil metues, maxime ubi præſidiis firmantur munitiora, quæ vim vi repellere queant, magiſtratibus authoritatem apud feroces perdentibus. Solent enim populares per primum magiſtratus aſpectum ad obedientiam redire, adeo ut conticeſcant, quemadmodum Oceanus ad Geminorum exortum æquor facit. Vbi vero nanciſcantur, qui perduellionem fulciat, vehementius æſtum concipitent, donec ad extrema quæque prolabantur.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XV.

Alpheſtonus & Chavaniacus Meti ſupplicio extremo afficiuntur ex ſententia Parlamenti.

STatúit exemplum Meti Parlamentum in Alpheſtonum & Chavaniacum hoc anno, quo reipublicæ optime fuit conſultum. Alpheſtonus, aſſaſſinio notus ſicarius, Metim venit ad mediatum Septembrem cum Sauſerio & Bellangero, qui duo Mareſchalci Mariliaci fuerant ſatellites; ii per reſipiſcentiam & ex horrore criminis, quo ſeſe impediri erant paſſi, adeunt Mommaſium, oppidi gubernatorem ex authoritate Valettani, inſtitutum aperiunt, cuius gratia ex Belgio abiviſſent.

Momaſius continuo attinet Alpheſtonum, & duos illos comites, ſummo Præſidi rem indicat, & illi examinantur, Alpheſton inprimis, iuxta formulas uſitatas. Comprobatum, ab Alpheſtono trucidatum Curſorem, cui nomen Careburgi, ne is Pariſios nuntiaret machinationem in fanum Deſiderii inſtitutam, quam confidentius ipſi communicaſſet, inde Flandriæ refugio quæſito. Commoratum aliquandiu Bruxellis, in familiaritatem Patris Chantalupi penetraſſe, atque Rochæi procuratoris, qui induxiſſent ipſum cum Sauſerio & Bellangero, ut ſclopeti ictu Cardinalem Richelium, Catalauni tranſeuntem, tollerent, opportunitate ex adverſo hoſpitio quæſitâ.

Securos factos à Patre Chantalupo & Rochæo, negotium illud à viris pietate & doctrinâ celebribus expenſum, per conſcientiam poſſe patrari; Rochæum numeraſſe centum libras Sauſerio, & tantundem Bellangero, centum vero coronatos Alpheſtono, ſecundum ampliſſima promiſſa, quæ præſtitam operam conſequerentur; Alpheſtonum ſæpius cum Chantalupo collocutum de negotij ſummâ; Rochæum addidiſſe Canterium magnæ molis ex reginæ matris equili, quem poſtmodum Villerius ſtabularius agnovit, ad iter illud conficiendum: Hæc capi-

capita à Sanſerio & Bellangero dicta, Alpheſtonus poſtmodum nihil potuit infitiari.

Ille igitur ſententiâ, quæ viceſimo tertio Septembris fuit pronuntiata, damnatur ad rotam vivus, ut ſic abominandum expiaretur crimen; ſententiam conſecuta eſt executio. Quemadmodum autem magni refert, ad ſecuritatem Regum & reipublicæ, ut veniam auferant, qui myſteria huiusmodi aperiunt, gratiam obtinuere Sauſerius & Bellangerus, iuxta inſtitutionem Codici inſertam.

Non tamen hoc unum monſtrum ſicarii emiſit Chantalupus, ad patranda atrocia: nam paulo poſt convincitur Blaſius Ruffletus, cognominatus Chavaniacus, per idem Parlamentum, quod conatus fuerit lucis uſuram intertrahere ſummo miniſtro, per epiſtolam venenum ſpirantem.

Politica reminiſcentia.

Quam abominabiles ſemper fuerint ſicarii, adeo ut Magnates eorum opera nunquam debeant uti.

ASſaſſinii crimen, quod in Cardinale committitur, ſacrilegium eſt abominandum, quod non tantum perſonam lædit particularem, ſed & ſacrum Cardinalium collegium, Pontificem maximum, & univerſam Eccleſiam. Quicunque id patrat in perſona publica, ſummoque reipublicæ miniſtro, committit crimen læſæ Maieſtatis, quod alibi demonſtravimus, & ut compendium faciamus, horrore & infamiâ ſuperat omnia crimina. Homicidas adeo abhorrebant Iſraëlitæ, ut particularibus licuerit ipſis vitam eripere, magiſtratu ſegniore.

Homicidia etiam fortuita non minus ferebantur abominabilia, quæ exilio mulctabantur, exterminanda ex ſocietate civili, conſtituto tamen refugio ad oppida ſecuritatis, nullo penſo vindicatæ mortis, ſi prodiret. Vniverſæ Gentes hoc crimen graviſſimis affecère ſuppliciis, & inprimis Braſiliani id adeo deteſtantur, ut ſicario perfugam elapſo,

Digitized by Google

elapſo, liberi, ſorores & patrueles reddantur ſervi, tradanturque occiſi propinquis. Ipſe Deus ſeſe inimicum profitetur adeo acrem , ut ſanxerit lege ſupplicium gladii in percuſſorem fratris , quo nomine cenſetur univerſum mortalium genus, ex uno eodemque parente, ultimo illo prognatum.

Dicam amplius, hiſtoriam exemplis turgere , quæ demonſtrent , quoties divina juſtitia irrogârit ſupplicia ad gravitatem comminationum. Plutarchus, ex naturæ duntaxat lumine intellexit, homicidium Mitii Græci , quod magiſtratus tranſmiſerit impunè , fuiſſe admirando ſupplicio vindicatum : Nutu enim providentiæ divinæ concidiſſe ſtatuam in loco publico , quam honoris ergo ſibi erexerat, & oppreſſio necem attuliſſe.

Cum autem crimen hoc ab omni tempore tantam tulerit ignominiam , nunquam non vituperium tulerunt principes, illius affines , quod actio illa planiſſimè adverſetur Clementiæ, iuſtitiæ, fortitudini, quibus pollere debent , & authoritati ſummæ potentiæ. Romani florente republicâ , iſtam ſortem necis acerrimis hoſtibus inferri noluerunt. Hinc refert Tacitus , lectas eſſe in Senatu literas Algaudeſtrii, qui Cattis imperitabat , quibus ille promittebat Arminii, Allemannorum ducis necem , ſi venenum ſubmitteretur; ad eas reſpondiſſe Senatum : Populum Romanum ſolere iniurias in hoſte vindicare marte aperto, non impoſturâ.

Et ut declaremus , hanc virtutem non carere exemplo etiam per poſteriora ſecula, legitur Rogerius, Comes Pallantæus obtuliſſe Alphonſo, Regi Neapolitano , necem Regis Caſtellani, quam ſuâ manu eſſet illaturus : cui Alphonſus reſponderit , Deſine quæſo tantum nefas cogitare, cum eo pretio nec Regnum Caſtellæ, nec Imperium Orbis terrarum velim acquirere.

CA-

CAPVT XVI.

Intimi reginæ matris diverſas ſumunt vias ad Cardinalem tollendum.

ACtio iſta adeo turpis eſt, & horrenda; ut iſti perſonæ convenire non credatur, niſi per omnes formas iuſtitiæ comparuiſſet; etiam reo confitente, qui laqueo vitam finivit, ex ſententia Parlamenti. Cum autem Parlamentum Metenſe Chantalupum iſtius criminis affinem credere nollet, ob abominationis ſummam, niſi pateret manifeſto, in jus vocat, cauſam inſtruit, & contumaciæ damnatum, cenſet vivum in partes diſrumpendum.

Sic Deus per providentiam ſingularem aſſeruit miniſtrum incomparabilem à furore inimicorum, qui antequam nefanda patrarent, eo evaſerat, ut diverſis in locis propalare non vererentur, nihil lædi conſcientiam per necem ipſi illatam, plus meriti; quam criminis inveniri in facinore, juſtitiæ deberi eam actionem, complures id conſilium cepiſſe; ſed ab executione retrahi atrocitate ſupplicii; adeo ut peſtilens venenum doctrinæ abominandæ inſtillarent in cerebra melancholicorum; qui manus ſanguine Cardinalis, Epiſcopi, adeoque primi & incomparabilis miniſtri publici fædarent.

Furoris hæc ſumma eſt, ab ipſo inferno progreſſa; ad veſaniam mortalium. Augebat vero ſtuporem, quod Regina mater, cuius pietas & clementia ſemper apparuère cum ſplendore per adminiſtrationem reipublicæ, toleraret eos viros, familiæ ſuæ inſertos, quorum & ſcripta adprobaret, qui hanc theologiam crudelem, & axiomata ſacrilega publicarent, adeo ut pertinaciter eum ſolum ſibi ſervaret miniſtrum, qui exitium illius quæreret miniſtri, cuius Rex filius merita quotidie elogiis ſummis celebraret;

ret, cuius induſtriæ feliciores rerum geſtarum ſucceſſus ferret acceptos.

Id vero penitus adverſabatur, quod videri ipſa volebat, deſiderio in Galliam redeundi, ſtudioque Regis demerendi. Qui tamen ipſius ſenſa noverant particularius, æſtimio de manſuetudine ipſius nihil detrahi patiebantur, cum ſcirent mentem à barbara illa doctrina alieniſſimam, quantum cælum à terra diſtat: optabant tantummodo, animum adverſus impoſturas fiduciariorum magis fortem.

Politica reminiſcentia.

QUantum patiatur animus, deſideriis mancipatus, quæ uſum rationis auferant, nunquam ſatis dici poteſt, adeo ut ex quovis exemplo pateat nova violentiæ forma. Quemadmodum odium mentis aciē habebat, ut ſiniſtra dextrorum, & recta tortorum occupent locum per veritatem rerum immota, ſolummodo in opinione perverſa; ita arripit ſacra & profana, noxia æquè ac ſalutaria, ut ſatisfiat deſideriis. Vbi torrens ille ſemel corripuit animum, provoluitur per quæcunque obſtacula, concuſſis etiam montium radicibus.

Detur aliquid rerum ſecularium ſtudioſis, ſumant ſibi ius & uſuram ſtrategematum, gaudeant ſibi de circumvento hoſte, rideant ludibria & vafiamenta, ſed quæ à ſacris abſtineantur. Character ſanctus vindicem habet ſummum Deum: unctos ſolet vocare ille myſtas rerum divinarum, quibus circumdedit hoc munimentum mandati, ut nequis illos attingere auſit, animo lædendi: etiam graviſſime punire ſolitus transgreſſores legis ſingularis. Pupillam oculi ſui cum nuncupat, tutelam accuratiſſimam ſpondet, adverſus quævis incommoda.

Vulgo ajunt, animalia carnivora multa, ſed quæ in ſuum genus ſæviant, pauciſſima, adeo ut ſæviſſimæ attribuatur hyemi, & fami maleſuadæ, ſi lupus per ſolitudines lupum corripiat & devoret: ſed quæ hyems adeo ſæva vel Septentrionem invadet, ut Clerici, iique primi nominis, in mutuam necem conſpirent? quæ

quæ fames Sàguntina ſuaſerit tantum nefas, ut ſacrorum ſacerdotes obliti characteris ſanctiſſimi ; ferrum acuant, fiſtulas ignivomas diſponant, venenum coquant, operam ſaltem & conſilia tam nefariis auſis commodent, quæ poſteri ut credant vix induci poterunt ?

Cadmei fratres, ex dentibus Draconis prognati, ſitiant ſanguinem mutuum, nec deſinant, donec ad unum concidant reciprocis ictibus: regenerati diverſo ducuntur ſpiritu ; qui inimicum, hoſtem, peregrinum amore foveri fraterno iubet. Alia vita , alii mores filiis lucis , quam filiis tenebrarum. Satis eſt inimicitiarum ab hæreticis , & maximâ parte laicorum, ibi licet exercere induſtriam , ut clerus , manu facta, in hoſtem eat, ſed domi concordiam ſervet.

CAPUT XVII.

Alia hoſtilitatis commiſſa à Duce Lotharingiæ , ut odio in Galliam concepto ſatis-faceret.

DVm regis prudentia & virtus diverſa diſponeret negotia , Dux Lotharingiæ occluſis ad honoris leges oculis, ne teneretur promiſſis ſtare, iniquò voluit parere odio in Galliam , adeo ut nullam prætermitteret nocendi occaſionem. Per poſtrema pacta obligatum ſeſe meminerat ad copias cum rege conjungendas. Vix autem ſigillo firmaverat eadem, cum Effiato, duci regii exercitus per Germaniam ſubmiſſas jubet à ſignis dilabi, ut Monvallionus Lotharingus eaſdem recolligeret, & in Alſatiam, ad ſigna Imperatoris deduceret : hinc poſt pauculos dies diſparuere, præter legionem Guerquoij , cui res caſu non innotuerat.

Neque tamen omiſit teſtari , quàm ægrè ferret legionem illam per aliquot menſes regis diſpendio meruiſſe ; cum enim à morte Effiati rediiſſet in Lotharingiam, exau-

exauctoravit Ducem, cui ſubſtituit Vervænium, militem fortuitum, ſuumque ſubditum, ut eam in Alſatiam reduceret; is Maſſenalam occupat, & à Suecis ibidem obruitur.

Non debebat permittere, ut ullus miles ſcriberetur per provinciam, præter Regis conſenſum, & eodem tempore per ipſum licuit Ajaci Italo copias facere, quæ Briſaco inferrentur. Pacta imperabant, ne quid adverſus fæderatorum emolumentum inceptaret, fide particulariter Generali Hornio datâ, de Hagenoâ neutiquam tentanda, unde mille quingenti milites præſidio demti; ſed nullâ habitâ ratione promiſſorum, Comiti Salmenſi tradit copias per fictam exauctorationem, quibus ille modum invenit oppidi corripiendi; cumque ſervari locus vix videretur, & annonam & militem ſubmiſit, ad firmandum præſidium.

Novit mundus, eum conſenſiſſe, & Montecuculius, Bentivoglius, & Naſſovius à quatuor fere menſibus militem conſcriberent per Lotharingiam, quem illi primi fingebant exauctorare in limite, ſed revera tradebant Suecorum hoſtibus; poſtremo ſuas copias palam in Alſatiam ducente, ut illorum conatibus obſtaret. Quemadmodum etiam animi debiles facilè ab ira tranſeunt ad crudelitatem, odium adverſus Galliam & ipſius fæderatos conceptum, ad actiones prorſus indignas & infames eum perpulit.

Nihil ſævius, quam Naſſovii atrocitas, qui cum copiis aliquamdiu hæſit Saramundæ, mercatoribus Galliæ infeſtiſſimus, quos & ſpoliavit & trucidavit tranſeuntes. Ducem Boiſium, Suecorum armis per Germaniam non ignobilem, ſic privatum ſuſtulit, ipſus violentias circumferebat per agrum Argentinenſem, Ducatum Bipontinum & comitatum Hannoviæ. Comitem Herberſteynenſem violavit, è cubiculo, interulâ tectum rapuit, Frauenbergæ domicilio expulit, caſtellum expoliavit, nullâ diſſidiorum causâ, niſi ob familiæ illius in Galliam priſcum ſtudium.

Sicarios ad fanum Hippolyti barbaros collocavit in ſtatione, qui exuerent & veſte & vitâ Gallorum iuxta ac Suecorum copias exiliores. Vt porro ſeſe planiſſime addiceret

ceret Auſtriacis adverſus Galliæ fæderatos, in exercitu perbuccinatorem proclamavit, ut diceretur exercitus imperatorius, quibus auſpiciis eundem duci voluit verſus munimentum Gerbadenæ, quod Sueci obſidione cinxerant, à vi hoſtili liberandum. Ab eo tempore frequentiſſime conferebat cum ſummis Imperatoris ducibus, uti cenſebantur Comes Salmenſis, Montecuculius, Merodes, & Marchio Celadæ.

Argentum ſuſcepit ab iſto marchione, ut ſtipendium exercitui numeraret, eadem facilitate & mente, quâ copias à Wallenſteynio ſubmiſſas, & jus fiſci, quod Imperator in provincias omnium principum vicinorum, & eorum qui Galliam fædere attinebant, Conventuique Hailbrunnenſi interfuerant, ſumſit. Sic cum Imperatore tranſegit, ut præter Hagenoam decem reliqua oppida præfecturæ Imperialis, cum Seleſtadio & Colmaria auferret, in nodum colluſionis arctiorem; tametſi ſeſe obſtrinxiſſet per pacta cum Rege inita, cum nullo prorſus principe fæderari, præter regiæ maieſtatis notitiam & conſenſum.

Non hîc ſubſtitit protervia; quin Sueciſclam renuntiaret, contra omnem veritatem & rationem, per Marchionem Villanum, ut de Rege aliquam ſiniſtram conciperent ſuſpicionem, quicquid adverſus ipſos auderet, ex mandatis Regis fieri; ubi decem millia miſit, qui obſidionem Hagenoæ ſolverent. Tulit quidem tum proterviæ ſupplicium abiiſdem, cum cernerent ſibi neceſſario vallum, quod oppido obiecerant, deſerendum, ut occurrerent ſed prælio ſuperiores & tormenta & impedimenta rapuêre.

Hoc inſtitutum ſatis demonſtrat rancoris & iracundiæ, quibus agitabatur animus: progreditur tamen ulterius, ut qui conſtituiſſet infringere ſingula pactorum capita, nec unquam induci poſſet, ut fidem & homagium Ducatus Barrenſis præſtaret. Quamvis etiam poſt infinitum numerum quæſitorum effugiorum, fiduciarios tandem mitteret, qui Clermontii redditus æſtimarent, propoſitiones ab ipſis factæ, de pretio ædificiorum &

muni-

Digitized by Google

munimentorum adverſus verba pactorum ubi Rex tenebatur ad quinquageſimum denarium, ſecundum computum rationum, ſatis teſtabantur, non veniſſe ut promiſſorum præſtarent fidem, ſed ut prætextum arriperent pacis frangendæ.

Æque ſegnem ſeſe exhibuit in illo capite adimplendo, quod prohibet refugium & tranſitum ſubditis regiis, qui adverſus Regis voluntatem exiviſſent ex Gallia; neque pergeret colludere cum eis, cum tamen continuo cum illis ageret, qui abutebantur fiduciâ & favore Aurelianenſis, adeo ut generaliter dici poſſit, odium & iracundiam poſſediſſe ipſius animum eoſque, ut ad quamvis ſpeciem honoris, etiam proprii commodi projiciendam eum induxerint, modo vindictam in Galliam exercere poſſet.

Spem enim fecerat Hiſpania de induciis cum Hollandis, ut ſecundum illas cum Aurelianenſe omnes vires conjungeret, in Galliam exundaret, & Regem ad pacem pro lubitu faciendam adigeret; quâ eâdem operâ matrimonium Aurelianenſis cum principe Margarethâ firmaretur, locaque erepta reſtituerentur.

Politica reminiſcentia.

Principum eſſe, iracundiam moderari, maxime ad bellum ſuſcipiendum.

SI vitio vertitur particularibus iracundia, perniculoſa inſuper eſt principi, & reipublicæ perniciosa. Prudentia omnium actionum ſit Dux, cum ſine illa nequeant evitare graviſſima incommoda. Quis vero ignorat, iracundiam cum virtute non ſtare, inimicam quippe omnis boni conſilii? Laudatur in principe iracundiæ uſus, tanquam in milite; id eſt, ut eluctetur per vim rationis, ex forti illo impetu, qui maximas difficultates docet ſuperare: damnoſum tamen itidem, iudicium hoc vitio perverti, in peſſima conſilia præcipitandum.

Qui ex omni cenſu regum Sapientis nomen meruit, ait iracundiam frænare maioris eſſe operæ, quam oppidum expugnare. Quamvis enim hoc vitium animi videatur aliquid fortitudinis præferre, quod omnia velit pervincere, nemini locum facere, infirmitas nihilominus eſt planiſſima, adeo ut hic victor, extra comparationem fortiori polleat animo & virtute, quam qui motu illo vehementi abripitur. Conſtans prudentiſſimorum politicorum ſemper fuit ſententia, Iracundos ad res gerendas eſſe ineptos.

Imperator Conſtantinopolitanus, Curæ palates Comnenus, abundè oſtendit, quam incapaces eos crederet, cum morti vicinior, proceres aulæ advocavit, quibus exponeret, Iudicare ſeſe primogenitum Iſaacum minus commodum Imperio quam Manuelem poſtgenitum, ex inclinatione vehementiſſimâ ad iracundiam, quæ ei ſæpiſſime eriperet poteſtatem mentis. Quæſitum aliquando à Philoſopho, cur ad rempublicam non accederet: non, ait, quod vos metuam; ſed quod meipſum potius reformidem: quo apophthegmate hoc innuebat, ingenium ſibi eſſe admodum iracundum, quod adminiſtrationi reipublicæ maximè adverſum cum ſciret, abſtineret.

Sed inter cætera incommoda, quibus iracundia poteſt principem involuere, periculoſiſſimum fuerit offenſa, quæ potentem Regem ad bellum indicendum irritat. Bellum ex eo genere eſt actionum, quæ nolunt ſuſcipi per iracundiam, & ut per veſtibulum prudentiæ eo ingrediamur, eo magis fuerit neceſſum, quod alioqui ſponte permur, eo magis fuerit neceſſum, quod alioqui ſponte pervicamus. Iracundia principem involvit, ut otio careat ad vires cum offenſo Rege comparandas, & ad apparatum neceſſarium conquirendum, ſi inſtitutum ad ſucceſſum proſperiorem velit deducere, ne in medio curriculo cogatur ſubſiſtere, & iniquiſſimas ſubire leges.

Poſtquam enim arma per nimiam corripuerit præcipitantiam, pænitentiam propediem inveniet, ſed nimis tardam, quod iſtiuſmodi conſilia nequeant revocari, & in priſtinum locum reponi. Qui ignem intulit ſylvæ, amiſit facultatem eius reſtinguendi, poſtquam incendium ex

ipſius

ipſius voluntate & poteſtate exivit, cum arbores ſingulatim corripiat, donec ſylva univerſa redigatur in cineres, neque limitibus per ullam curam ſecuris: ſic Princeps, qui ſemel bellum ſumſit, pro lubitu voluntatis id non terminabit. In poteſtate ipſius eſſe deſiit, quin pedetentim progrediatur, provinciam propriam invadat, per exundationem pernicioſiſſimam.

Iracundia imbecillimos concitabit & frigidiſſimos, quæ inflammata per victoris arbitrium duntaxat refrigeraſcit. Complures inveniuntur Principes inquit Polybius, qui ex impetu vehementi compellantur ad compendia aut vindictam, unde varia inceptant; pauci tamen reperiuntur, quibus ingenium ſit ad perficienda inſtituta, ſecundum rationem rectam, ut proſperiore gaudeant ſucceſſu; aut quibus mentis acumen & operæ induſtria ſuperet, ad ſuperanda quæcunque fortunæ obſtacula.

CAPUT XVIII.

Rex mittit Guronum, qui cum Duce Lotharingiæ negotietur.

QUamvis inſtitutum ducis Lotharingici provocaret arma regia ad ſupplicium ſumendum, quibus fæderatorum accedere potuiſſent, per clementiam tamen, ab extremis ſemper abſtemiam, niſi perurgeatur, ad Suecos mittere voluit, poſt prælium Hagenoenſe, qui rogarentur inhibere progreſſus, & victoriis ulterioribus abſtinere per Lotharingiam, cum intelligerent, Lotharingiam ſub patrocinio Regis degere: ſimul autem promittebat, nunquam à Duce in poſterum laceſſendos.

Fateor utique, Ducis commoda non omnem præbuiſſe cauſam huic inſtituto, cum Rex optime noſſet, viciniam Victorioſorum ſemper metuendam. Quicquid ſit, conſtitue-

ſtituerat Rex, eum ab exitio ſervare, confiſus, has ſuppetias vel ex periculo eminentiſſimo, ipſi futuras cordi. Sueci ſub iis ducibus, qui per proſperitatem victoriarum actiones illuſtres nihil faciebant, niſi Iuſtitiâ, & pactis cum Rege initis celebrarentur, aſſensêre ad preces regias haud gravatim, datâ fide, de Lotharingia relinquenda. Poterat autem iſta protectio Ducem permovere animitus, poſtquam exitium ſubterfugiſſet ex iudicio eorum, quibus vel mica prudentiæ ſupererat; genius tamen occæcatus perverſis deſideriis habebat ea omnia ſuſque deque.

Rex, quod miſeraretur virum interitus propriis avidum, mittit eodem tempore Guronum, qui oculos aperiret, ſi qua poſſet, ut inſtitutum à ratione alieniſſimum perſpiceret. Ibi Dux, cum manſuetudinem Regis non poſſet ſatis venerari, exitium ſpontaneum avertentis, latet, adeo ut aſpectum Guroni aliquamdiu averſaretur. Nancei non vult eſſe, quod Guronus, ibidem præſtolaretur, neque indicari poteſt locus, ubi adiri poſſit. Sic igitur redit Metim Guronus donec Dux, ex metu regiæ indignationis, quod virum illuſtrem à Rege miſſum contemptim habitum, non admiſiſſet, mittit, qui nuntiaret, Lunævillæ inveniendum.

Tum vero non ſatis dexteritatis expediebat, ut Gurono vel per ſpeciem ſatisfaceret: quin ſimultatis impetu elatus, abunde præbebat cauſam dubitandi de animo, ad proximam quamque occaſionem in bellum apertum adverſus Regem prono. Notum eſt, quantam Guronus inſumſerit operam, ut eum in rationis orbitam reduceret; dum inſtituti iniuſtitiam exponit, & periculi magnitudinem demonſtrat, ne exemplum regii rigoris daret, continuatis faſtidiis, quæ ab aliquot annis Regi conciliaſſet.

Poſt ea tamen omnia, cum conſilia ſua videret inania, prout in mandatis habebat, penetrare animi ſenſa, niſi in viam reſipiſcentiæ retraheretur, aliam operam ſibi ſumen-

Digitized by Google

ſumendam putavit, ut videlicet ex iracundia ipſius compendium faceret, ſi in ſermonem incautiorem prorumperet. Dux pompam civilitatis prodebat, fiduciâ generali, de ſuo Regis colendi ſtudio: ubi vero rei ſumma diſputatur, exulceratus animus paulatim protrudebat, unde mentis inſtitutum ſatis argueretur: maxime ubi aulici obſcurioribus lumen adferrent, quorum aliqui conducti erant ad renuntianda quotidiana.

Ipſe Guronus per converſationes particulares, quas quæſiverat cum diverſis, dum illic moraretur, omnia fere aſſequebatur, ſatis utique ſagax animi ad neceſſaria, quæ vel videbantur, vel mandata erant expiſcanda. Didicerat veriſſime, munimenta nova Nanceii non non alio fine extrui, & quam ut impunitatem in propriis inveniret viribus, & injuſtitiam conſiliorum beneficio propugnaculorum aſſereret, cum tamen à clementia Regis per veram inſtituti mutationem paratam haberet veniam.

Innoteſcebat, quot mandata diſtribuiſſet, ad copias pedeſtres & equeſtres conſcribendas, quæ ad fanum Michaëlis congregarentur, ad primum Iulii diem: & deſtinato Galliam invaderent cum illis, quas Imperator & Rex Hiſpaniæ promiſerant. Conſilia profecto iſta magni erant momenti; adeo ut Guronus pro re natâ omnia perſcriberet ad Regem, cuius magnanimitas tantæ inſolentiæ ferendæ impar, extemplo conſtituit, ſecundum Cardinalis ſapientes ſuggeſtiones, principem iſtum exiguum per vim armorum in eum compingere ordinem, ut nullus rei, niſi miſericordiæ foret capax.

Politica reminiſcentia.

Magni refert, legatos mitti ad principes, bello invadendos, ut conſilia illorum diſcantur, & ratio belli gerendi ſumatur.

SI neceſſum ſit, particularius edoceri de hoſtium inſtituto, de ingenio, de viribus, de auxiliis, quæ ſperare poſſit, & generaliter de omnibus, quæ aut robur, aut detrimentum adferre queant, in quo omnes Politiæ cenſores conveniunt; æquè neceſſum fuerit, mitti viros cordatos prætextu familiaritatis, qui ſtatum rerum præſentium renuntient. Tiberius ex Imperatoribus Romanis adeo ſollicitum ſeſe præbebat in hoc genere, ſi Tacito fides habetur, ut nihil eorum ignoraret, quæ apud hoſtes futuros agerentur, ut ſæpiculè ex ipſorum ſtrategematis compendium duceret.

Sed inter quoſcunque huic negotio commodos, omnium rectiſſime adhibentur legati, quibus liberum eſt cum ipſo hoſte loqui, cum miniſtris, cum proceribus Reipublicæ, adeo ut ſic plurima expiſcentur, quæ cæteros ſuæ ſpeciei tantum gnaros fugiant. Sic Xenophon ait, Cyrum miſiſſe legatos Regis alicuius Indici ad Regem Aſſyriorum, ſub ſpecie contrahendi fæderis, ſed revera ut inſtitutum ipſius pernoſceret. Neque minus utiles cenſuerim minoris conditionis homines, qui ſimul miſſi, perreptent omnia, ingerant ſeſe ubique & familiaritates nectant, ut quicquid agatur addiſcant & renuntient, cum inde non parum luminis affulgeat.

Scipio id in uſu habebat, maxime ubi certior eſſe avebat, quo in ſtatu Carhaginenſium & Siphacis verſarentur animi, quemadmodum Plutarchus memorat in illius vitâ. Mercatores, qui frequentant negotiandi causâ hoſtilem provinciam, aptiſſimi fuerint huic inſtituto, propter acceſſum & familiaritates apud complures, quæ ſententia Xenophonti, ſui temporis politico ſummo placet. Quod ſi eâdem uti lubeat, diligenter diſpiciendum,

Digitized by Google

dum, ut illi ſint fideles, & ſagaces; ſi enim acumen ingenii deſit, renunciabunt non tantum frivola, ſed & damnoſa, & inducent ad conſilia inſtituto prorſus contraria; fides autem mutila, ſeriem efficiet periculoſiſſimam.

Media vero, quibus generatim fuerit utendum, ad notitiam deſiderii obtinendam, ſunt expeditiſſima, quæ ſermones plerunque eliciunt amplos, & aperiunt mentem paulatim. Ira ex omni tempore reputatur præceps, quæ ſublato rationis uſu, linguæ libertatem effutiendi ſenſa animi uſurpat; hinc legatus ſagax nihil peccabit, ſi principem inimicum dexterè & miniſtros pungat, ut efferantur: addat verò induſtriæ reverentiam, ne penitus rejiciatur, nunquam poſtea audiendus.

Deinde non parum compendii trahent ex viſitatione procerum, qui magnæ ſunt in Republica authoritatis & ſponte loquaces, cum plerunque depromant per linguæ volubilitatem, quicquid mens agitat, uti torrens protrudit omnia obvia. Nihil vero ad indaganda ſecreta convenientius fæminis, quæ fecere benevolentiæ locum: ex qua ratione Auguſtus ſolitus fuit ambire amores earum maximè, quæ maritos haberent ſuis conatibus adverſantes.

Neque deſinent opipare accipere rerum gnaros, cum vinum æquè ac amores ſecreta reſpuat. Sed ante omnia argenteæ claves adhibendæ fuerint penetralibus, quo potiſſimum medio utebatur magnus ille Dux Gonſalvus, ut nihil ignoraret eorum, quæ inimici agitabant, quouſque in Regno Neapolitano verſabatur: hinc in rationibus patuere, poſt confectum bellum, quos iſti inſtituto impenderat, centies mille, quadringenti, nonaginta quatuor ſcutati.

CAPVT XIX.

Rex mittit Nauvæum, qui Ducatum Barrenſem occuparet ex non præſtito homagio, & Coronæ redintegraret iura alienata.

POſtquam Rex conſtituiſſet caſtigare Ducem Lotharingiæ, placuit initium fieri à Ducatu Barrenſi feudali, quam viam cenſebat mitiſſimam, ſecundum ſpem, ſi per hoc inſtitutum, juſtitiæ familiare, intelligeret ille mentem Regis, qui effecta odii ulterius non ferret, reſipiſcentiæ, qua extrema caverentur. Sic igitur vadimonium ipſi conſtituitur apud Parlamentum Pariſienſe, ut præſens videret Ducatum Barrenſem, ex non præſtito homagio, Coronæ redintegrari: cum autem nullus compareret, Parlamentum cenſuit, latâ ſententiâ ad trigeſimum Iulii, ut procuratori generali traderentur mandata, ad occupandum Ducatum illum, qui poſtmodum in manus Regis expediretur, cum circumſtantiis & appendicibus, donec Dux ſatisfeciſſet officio vaſalli.

Secundum iſtam ſententiam à Parlamento expediuntur literæ fiduciariæ ad executionem Nauvæo, ex veteranis conſiliariis non poſtremo, cuius præſtantia in literis humanioribus, experientia in rebus agendis, & integritas in adminiſtrandâ iuſtitiâ, præter natales & mores egregios, iudicabantur nomen Regis per agrum Barrenſem comprecationibus & honoribus cumulatura, ut authoritas Regia ibidem ſplendeſceret denuo, poſtquam per ambitionem Lotharingi evanuiſſet.

Electionem hanc Rex habet gratiſſimam; & Nauvæus veneratus Regem, mandatorum ſeriem accipit, ſub magno ſigillo, ut non ſolum Parlamenti exequeretur ſententiam, ſed etiam ut Coronæ redintegraret jura regia in Ducatum

catum Barrenſem, cuius uſura à Carolo IX & Henrico III. Duci Lotharingiæ illius temporis fuerat permiſſa, qui nihil penſi habuerant, alienationis graviſſimæ.

In eo jam totus eſt Nauvæus, ut Barryum abeat cum miniſtris, quos Parlamentum per eas occaſiones ſolet addere fiduciario. Recipitur cum honore & ſine vi oppoſitâ à præfectis oppidi; Verumenimvero ſecundum illius introitum adeſt Baro Cuvongæus, Ballivus & gubernator Barrii, nomine Ducis, rogat ut copiam mandatorum faceret, aſſeverans nihilominus, permiſſum à Duce omnibus miniſtris publicis & incolis oppidi obſequium in regem, eiuſque mandata, quæ ipſus adferret, cum principum ea ſit conditio, ut infirmior obediat potentiori.

Sermo hic non accidebat inoppinatus, cùm Nauvæus ſciret rem tantam abſque conteſtatione nunquam conficiendam: reſpondet igitur Baroni Cuvongæo nihil commotior, Cùm mandata poſtulent executionem publicam, & ipſus teneretur agmen ducere cæterorum miniſtrorum, Ballivus utique Barrii, ubi voluntas regis & Parlamenti ſententia forent promulganda, inutilem ipſi fore mandatorum copiam; neque vero Lotharingi eſſe permittere miniſtris & incolis Barrii obſequium erga mandata regia, qui nullum habeant ſupremum niſi Maieſtatem regiam, & perinde nemo mortalium illos poſſet eximere ab obedientia debita.

Abit hoc reſponſo audito Cuvongæus, & Nauvæus adit poſtridie Palatium, quo convenerant miniſtri Iuſtitiæ; ſuum occupat locum, perlegit mandata, quibus ipſi onus imponebatur Ducatus Barrenſis in manus regias tradendi, ex homagio per Ducem non præſtito; adeoque redintegrandi Coronæ iura regia & ſuprema, quæ nuper fuiſſent avulſa, nec ſubditus, feloniæ reus, juſtè poſſidere nequeat; & perinde mutandi titulum iuſtitiæ, iubendique ut omnia acta in poſterum fierent nomine regis, ſignarentur ipſius notis, univerſi incolæ Barrenſes ad Maieſtatem regiam recurrerent in negotiis iuſtitiæ & clementiæ, quæ remiſſionem & abolitionem criminum ſpectarent.

Mone-

Moneta non aliud, quam Galliæ ſcutum ferret, & per omnia idem ordo, reliquis Galliæ provinciis uſitatus obtineret. Addebat deinde. Non videre ſibi, cur eos ad obedientiam, quam regi deberent, pluribus exhortetur, cum nati ſint ipſius ſubditi, etiam ſummæ gloriæ fuerit, ei ſubeſſe principi, qui actionibus ſuis præfixerit normam Juſtitiæ, per clementiam popularibus ſit chariſſimus, & virtutem Orbi terrarum præſtet honorandam iuxta & admirandam.

Hoc verò inſtitutum correpti Ducatus nemini mirum fore, ſi conſideret, Ducem Lotharingiæ eſſe ſubditum & vaſallum regis, propter hunc Ducatum, feudum utpote ligium Coronæ, qui fidem & homagium nullus præſtaret, tametſi Maieſtati regiæ duntaxat conveniat, per ius conſuetudinarium Galliæ, inveſtituram ipſi indulgere. Expectâſſe verò regiam maieſtatem per univerſum decennium ſubmiſſiones, tametſi bono iure potuiſſet Ducatum recuperare à morte ſuperioris Ducis, cùm iura feudi negligerentur, & lex iſta generalis, omnibus feudis communis eò rigidius ſit exequenda adverſus Ducem Lotharingiæ, quòd ſæpius fidem regi datam fefelliſſet.

De redintegrandis Coronæ Gallicanæ iuribus regiis addebat; Iura illa eſſe floſculos, importunis adeoque violentis precibus Ducum Lotharingicorum avulſos, quos æquum eſſet redintegrari, & Duci eripi, quod eouſque iiſdem eſſet abuſus, ut ferè abſolutè eos fuiſſet uſurpaturus, nihil recordatus, reges noſtrates ſibi reſervaſſe diſpoſitionem & homagium in Ducatum Barrenſem, unde intelligerentur ſigna certiſſima ſupremæ authoritatis, nunquam alienandæ. Nihil eſſe, cur diutius in ipſius poteſtate relinquerentur, ſecundum recuſationem tot annorum, negato etiam homagio. Fruſtra autem homagia anteceſſorum ſuggillari, per ſimplices functiones Civilitatis, cùm Benignitas æquè ac iuſtitia agnoſcat limites; adeò ut regibus inde exprobretur turpis imbecillitas, ubi benignitatis non eſt modus, & nimia facilitas ab uſum attrahit.

Sub finem conſtituit, ut Ducatus Barrenſis occupetur, & in manus Regis tradatur; iura Regia redintegrarentur

Coro-

Digitized by Google

Coronæ Gallicanæ per duos oſtiarios à Parlamento additos, quibus regia maieſtas uteretur, in ſuum commodum frueretur, donec ſatisfactum eſſet cauſis occupationis. Hæc ſumma erat eorum, quæ in Palatio agebat Nauvæus. Diebus ſequentibus mandata per legi facit ad tribunal Ballivatus, in Curia rationum & oppidi, adeo ut Oſtiarii Parlamenti exequerentur ſententiam. Exigit ab omnibus omnino miniſtris ſacramentum fidei & obedientiæ in Regem, diverſas inſuper obit functiones in adminiſtratione Iuſtitiæ: iniungit Clero, ut pro ſalute regis preces fierent publicæ, & pro universa regia familia; prohibet omnibus nobilibus & incolis Barrenſis agri, ne Duci Lotharingiæ ſtipendia faciant: confuſiones quaſdam, à præfectis Mercatorum committi ſolitas in exercitio illius muneris corrigit, nihil oblitus, quod ad commodum Regis facere videretur.

Politica reminiſcentia.

Reges non debent alienare dominium, & particulariter iura ſuprema.

ETſi liberalitas admodum deceat Reges, ut æquam laudem ex donationibus, & ex imperitando trahant, eam tamen nunquam debent extendere uſque ad alienationē dominii. Illud vero principaliter duo aomplectitur, ius ſupremum, & territorium ſibi reſervatum, aut quācunque ratione acquiſitum. Ius ſupremum conſiſtit in facultate iuſtitiæ adminiſtrandæ, monetæ cudendæ, veniæ indulgendæ, pacis bellique ſuſcipiendi, legum condendarum, tributorum imponendorum, magiſtratuum creandorum, & legatorum mittendorum.

Territoria autem dominicalia, quod onera reipublicæ ſuſtineri omnino nequeant, ſine fundo certo, & perpetuo, Reges ſemper poſſedēre præter ſupremum ius, ut oneribus eſſent pares. Poſterius hoc ius, tametſi minus dignum, ab omni tempore habitum eſt adeo ſanctum & ſacratum, ut

ut Reges iureiurando per inaugurationis ſolennia obligentur ad illius integritatem omnibus viribus aſſerendam. Neque enim poteſt, uti Tacitus ait, populus tranquille agere ſine armis, aut arma ſine ſtipendio vigere, ſtipendia ſine redditibus publicis conſtare, aut tributis.

Hinc Nero, cum deliberaret de omnibus reipublicæ vectigalibus abolendis, habuit Senatum, ex recenſione ſuperioris hiſtorici, diſſentientem, tametſi magnificentiam ipſius collaudaret, quod diſſolutio imperii vitari nequiret, ſuccisis nervis. Quod ſi alienatio territoriorum & tributorum ſolitorum exiſtimatur reipublicæ detrimentoſa, illa ſupremi iuris ſupra omnem comparationem fuerit ſpectatior & periculoſior. Iura ſunt radii uni Soli affixi; rami ſtirpi regiæ inſiti, & quaſi partes nobiliores Regni, ſine quibus illud nunquam [illegible] vigorem neceſſarium.

De ipſis potius quam de [illegible] intelligenda eſt lex,
qua interdicitur alienatio [illegible], quo princeps
fruitur; adeo ut [illegible] alienatas & diſcerptas
Coronæ redintegrari [illegible] membra corpori, ad pri-
ſtinas vires reſtaurandas [illegible] quod exactiſſime ſemper fuit
obſervatum in [illegible] ut etiam paraphernalia hære-
dum alien[illegible] non trahant, cum ap-
pendice [illegible] Coronam revertantur, quam-
primum [illegible] deſierint; ſemper ſine ullo iure
ſupre[illegible] iura iſta regia principi Extra-
ne[illegible] benignius, quam prin-
cipes [illegible] caſum impoſuerit trun-
[illegible]
[illegible] non agnoſcit limitem,
[illegible] erit uſum iurium ſupremo-
[illegible] vel ſaltem ſucceſſores ipſius,
[illegible] um, quæ ſine dependentia poſſi-
[illegible] liberalitatis potentia ſtabilitur ad-
[illegible] diviſionis ſemina. Cum autem reſ-
[illegible] principis, quam princeps reipubli-
[illegible] gantur ad conſervationem omnium

omnium

appendicum, ac reſpublica tenetur ſubmiſſionem debitam colere.

Hinc alienatio iſtorum iurium, cum parte non contemnenda dominii, numeratur, inter cauſas, quæ Reges è throno dejiciunt, ubi leges fundamentales id permittunt, quod annotatum dedêre univerſi iſtarum rerum ſcriptores. Indignus enim videtur, qui coronam geſtet, quam in ſplendore & harmoniâ partium conſervare dedignetur.

CAPUT XX.

Cardinalis Lotharingiæ adit Regem ad Caſtellum Theodori, ubi Nanceium petitur obſirmate in depoſitum.

NOn minus laudis, quam utilitatis Duci Lotharingiæ conciliaſſet, ſi motus occupatione Ducatus Barrenſis, adiiſſet Regem, ad homagium præſtandum, & ſatisfeciſſet per ſubmiſſiones iuſtis ſuſpicionibus; fortuna autem, quæ ipſi exitium videbatur debere, velum obduxit oculis, ut in conſiliis perverſis perſtaret immotus. Hinc Rex ad caſtellum Theodori abire neceſſum duxit menſe Auguſto, ut inde ad exercitum tranſiret, ex agro Treverenſi revocatum, qui Nanceio admotus, impediret Ducem in conſcribendo milite: quin & viribus uteretur expeditis, niſi ille mutaſſet inſtitutum, ad ferociam coercendam, quæ G[illegible] [illegible]midinem, & ipſius fæderatis obſtacula facere [illegible]

[illegible] Rex ad Caſtellum Theodori ſubſiſteret, adc[illegible] [illegible]otharingiæ, qui defunctus civilitate & [illegible], rogat veniam aliquarum propoſiti[illegible] [illegible]petratâ ait, improbari ſibi fratris actio[illegible] [illegible]quam fuiſſet particeps, tum ex reveren[illegible] [illegible]tum ex providentia ſucceſſus ſequio[illegible] [illegible] ad extrema pervadente, exitium fratri [illegible]atum, quod neque in fortuna perverſa

aliud

ſtituerat Rex, eum ab exitio ſervare, confiſus, has ſuppetias vel ex periculo eminentiſſimo, ipſi futuras cordi. Sueci ſub iis ducibus, qui per proſperitatem victoriarum actiones illuſtres nihil faciebant, niſi Iuſtitiâ, & pactis cum Rege initis celebrarentur, aſſensêre ad preces regias haud gravatim, datâ fide, de Lotharingia relinquenda. Poterat autem iſta protectio Ducem permovere animitus, poſtquam exitium ſubterfugiſſet ex iudicio eorum, quibus vel mica prudentiæ ſupererat; genius tamen occæcatus perverſis deſideriis habebat ea omnia ſuſque deque.

Rex, quod miſeraretur virum interitus propriis avidum, mittit eodem tempore Guronum, qui oculos aperiret, ſi qua poſſet, ut inſtitutum à ratione alieniſſimum perſpiceret. Ibi Dux, cum manſuetudinem Regis non poſſet ſatis venerari, exitium ſpontaneum avertentis, latet, adeo ut aſpectum Guroni aliquamdiu averſaretur. Nancei non vult eſſe, quod Guronus, ibidem præſtolaretur, neque indicari poteſt locus, ubi adiri poſſit. Sic igitur redit Metim Guronus donec Dux, ex metu regiæ indignationis, quod virum illuſtrem à Rege miſſum contemptim habitum, non admiſiſſet, mittit, qui nuntiaret, Lunævillæ inveniendum.

Tum vero non ſatis dexteritatis expediebat, ut Gurono vel per ſpeciem ſatisfaceret: quin ſimultatis impetu elatus, abunde præbebat cauſam dubitandi de animo, ad proximam quamque occaſionem in bellum apertum adverſus Regem prono. Notum eſt, quantam Guronus inſumſerit operam, ut eum in rationis orbitam reduceret; dum inſtituti iniuſtitiam exponit, & periculi magnitudinem demonſtrat, ne exemplum regii rigoris daret, continuatis faſtidiis, quæ ab aliquot annis Regi conciliaſſet.

Poſt ea tamen omnia, cum conſilia ſua videret inania, prout in mandatis habebat, penetrare animi ſenſa, niſi in viam reſipiſcentiæ retraheretur, aliam operam ſibi ſumen-

Digitized by Google

ſumendam putavit, ut videlicet ex iracundia ipſius compendium faceret, ſi in ſermonem incautiorem prorumperet. Dux pompam civilitatis prodebat, fiduciâ generali, de ſuo Regis colendi ſtudio: ubi vero rei ſumma diſputatur, exulceratus animus paulatim protrudebat, unde mentis inſtitutum ſatis argueretur: maxime ubi aulici obſcurioribus lumen adferrent, quorum aliqui conducti erant ad renuntianda quotidiana.

Ipſe Guronus per converſationes particulares, quas quæſiverat cum diverſis, dum illic moraretur, omnia fere aſſequebatur, ſatis utique ſagax animi ad neceſſaria, quæ vel videbantur, vel mandata erant expiſcanda. Didicerat veriſſime, munimenta nova Nanceii non non alio fine extrui, & quam ut impunitatem in propriis inveniret viribus, & injuſtitiam conſiliorum beneficio propugnaculorum aſſereret, cum tamen à clementia Regis per veram inſtituti mutationem paratam haberet veniam.

Innoteſcebat, quot mandata diſtribuiſſet, ad copias pedeſtres & equeſtres conſcribendas, quæ ad ſanum Michaëlis congregarentur, ad primum Iulii diem: & deſtinato Galliam invaderent cum illis, quas Imperator & Rex Hiſpaniæ promiſerant. Conſilia profecto iſta magni erant momenti; adeo ut Guronus pro re natâ omnia perſcriberet ad Regem, cuius magnanimitas tantæ inſolentiæ ferendæ impar, extemplo conſtituit, ſecundum Cardinalis ſapientes ſuggeſtiones, principem iſtum exiguum per vim armorum in eum compingere ordinem, ut nullus rei, niſi miſericordiæ foret capax.

Politica reminiſcentia.

Magni refert, legatos mitti ad principes, bello invadendos, ut conſilia illorum diſcantur, & ratio belli gerendi ſumatur.

SI neceſſum ſit, particularius edoceri de hoſtium inſtituto, de ingenio, de viribus, de auxiliis, quæ ſperare poſſit, & generaliter de omnibus, quæ aut robur, aut detrimentum adſerre queant, in quo omnes Politiæ cenſores conveniunt; æquè neceſſum fuerit, mitti viros cordatos prætextu familiaritatis, qui ſtatum rerum præſentium renuntient. Tiberius ex Imperatoribus Romanis adeo ſollicitum ſeſe præbebat in hoc genere, ſi Tacito fides habetur, ut nihil eorum ignoraret, quæ apud hoſtes futuros agerentur, ut ſæpiculè ex ipſorum ſtrategematis compendium duceret.

Sed inter quoſcunque huic negotio commodos, omnium rectiſſime adhibentur legati, quibus liberum eſt cum ipſo hoſte loqui, cum miniſtris, cum proceribus Reipublicæ, adeo ut ſic plurima expiſcentur, quæ cæteros ſuæ ſpeciei tantum gnaros fugiant. Sic Xenophon ait, Cyrum miſiſſe legatos Regis alicuius Indici ad Regem Aſſyriorum, ſub ſpecie contrahendi fæderis, ſed revera ut inſtitutum ipſius pernoſceret. Neque minus utiles cenſuerim minoris conditionis homines, qui ſimul miſſi, perreptent omnia, ingerant ſeſe ubique & familiaritates nectant, ut quicquid agatur addiſcant & renuntient, cum inde non parum luminis affulgeat.

Scipio id in uſu habebat, maxime ubi certior eſſe avebat, quo in ſtatu Carhaginenſium & Siphacis verſarentur animi, quemadmodum Plutarchus memorat in illius vitâ. Mercatores, qui frequentant negotiandi causâ hoſtilem provinciam, aptiſſimi fuerint huic inſtituto, propter acceſſum & familiaritates apud complures, quæ ſententia Xenophonti, ſui temporis politico ſummo placet. Quod ſi eâdem uti lubeat, diligenter diſpiciendum,

dum, ut illi ſint fideles, & ſagaces; ſi enim acumen ingenii deſit, renunciabunt non tantum frivola, ſed & damnoſa, & inducent ad conſilia inſtituto prorſus contraria; fides autem mutila, ſeriem efficiet periculoſiſſimam.

Media vero, quibus generatim fuerit utendum, ad notitiam deſiderii obtinendam, ſunt expeditiſſima, quæ ſermones plerunque eliciunt amplos, & aperiunt mentem paulatim. Ira ex omni tempore reputatur præceps, quæ ſublato rationis uſu, linguæ libertatem effutiendi ſenſa animi uſurpat; hinc legatus ſagax nihil peccabit, ſi principem inimicum dexterè & miniſtros pungat, ut efferantur: addat verò induſtriæ reverentiam, ne penitus rejiciatur, nunquam poſtea audiendus.

Deinde non parum compendii trahent ex viſitatione procerum, qui magnæ ſunt in Republica authoritatis & ſponte loquaces, cum plerunque depromant per linguæ volubilitatem, quicquid mens agitat, uti torrens protrudit omnia obvia. Nihil vero ad indaganda ſecreta convenientius fæminis, quæ fecere benevolentiæ locum: ex qua ratione Auguſtus ſolitus fuit ambire amores earum maximè, quæ maritos haberent ſuis conatibus adverſantes.

Neque deſinent opipare accipere rerum gnaros, cum vinum æquè ac amores ſecreta reſpuat. Sed ante omnia argenteæ claves adhibendæ fuerint penetralibus, quo potiſſimum medio utebatur magnus ille Dux Gonſalvus, ut nihil ignoraret eorum, quæ inimici agitabant, quouſque in Regno Neapolitano verſabatur: hinc in rationibus patuere, poſt confectum bellum, quos iſti inſtituto impenderat, centies mille, quadringenti, nonaginta quatuor ſcutati.

Digitized by Google

CAPVT XIX.

Rex mittit Nauvæum, qui Ducatum Barrenſem occuparet ex non præſtito homagio, & Coronæ redintegraret iura alienata.

POſtquam Rex conſtituiſſet caſtigare Ducem Lotharingiæ, placuit initium fieri à Ducatu Barrenſi feudali, quam viam cenſebat mitiſſimam, ſecundum ſpem, ſi per hoc inſtitutum, juſtitiæ familiare, intelligeret ille mentem Regis, qui effecta odii ulterius non ferret, reſipiſcentiæ, quâ extrema caverentur. Sic igitur vadimonium ipſi conſtituitur apud Parlamentum Pariſienſe, ut præſens videret Ducatum Barrenſem, ex non præſtito homagio, Coronæ redintegrari: cum autem nullus compareret, Parlamentum cenſuit, latâ ſententiâ ad trigeſimum Iulii, ut procuratori generali traderentur mandata, ad occupandum Ducatum illum, qui poſtmodum in manus Regis expediretur, cum circumſtantiis & appendicibus, donec Dux ſatisfeciſſet officio vaſalli.

Secundum iſtam ſententiam à Parlamento expediuntur literæ fiduciariæ ad executionem Nauvæo, ex veteranis conſiliariis non poſtremo, cuius præſtantia in literis humanioribus, experientia in rebus agendis, & integritas in adminiſtrandâ iuſtitiâ, præter natales & mores egregios, iudicabantur nomen Regis per agrum Barrenſem comprecationibus & honoribus cumulatura, ut authoritas Regia ibidem ſplendeſceret denuo, poſtquam per ambitionem Lotharingi evanuiſſet.

Electionem hanc Rex habet gratiſſimam; & Nauvæus veneratus Regem, mandatorum ſeriem accipit, ſub magno ſigillo, ut non ſolum Parlamenti exequeretur ſententiam, ſed etiam ut Coronæ redintegraret jura regia in Ducatum

catum Barrenſem, cuius uſura à Carolo IX & Henrico III. Duci Lotharingiæ illius temporis fuerat permiſſa, qui nihil penſi habuerant, alienationis graviſſimæ.

In eo jam totus eſt Nauvæus, ut Barryum abeat cum miniſtris, quos Parlamentum per eas occaſiones ſolet addere fiduciario. Recipitur cum honore & ſine vi oppoſitâ à præfectis oppidi; Verumenimvero ſecundum illius introitum adeſt Baro Cuvongæus, Ballivus & gubernator Barrii, nomine Ducis, rogat ut copiam mandatorum faceret, aſſeverans nihilominus, permiſſum à Duce omnibus miniſtris publicis & incolis oppidi obſequium in regem, eiuſque mandata, quæ ipſus adferret, cum principum ea ſit conditio, ut infirmior obediat potentiori.

Sermo hic non accidebat inoppinatus, cùm Nauvæus ſciret rem tantam abſque conteſtatione nunquam conficiendam: reſpondet igitur Baroni Cuvongæo nihil commotior, Cùm mandata poſtulent executionem publicam, & ipſus teneretur agmen ducere cæterorum miniſtrorum, Ballivus utique Barrii, ubi voluntas regis & Parlamenti ſententia forent promulganda, inutilem ipſi fore mandatorum copiam; neque vero Lotharingi eſſe permittere miniſtris & incolis Barrii obſequium erga mandata regia, qui nullum habeant ſupremum niſi Maieſtatem regiam, & perinde nemo mortalium illos poſſet eximere ab obedientia debita.

Abit hoc reſponſo audito Cuvongæus, & Nauvæus adit poſtridie Palatium, quo convenerant miniſtri Iuſtitiæ; ſuum occupat locum, perlegit mandata, quibus ipſi onus imponebatur Ducatus Barrenſis in manus regias tradendi, ex homagio per Ducem non præſtito; adeoque redintegrandi Coronæ iura regia & ſuprema, quæ nuper fuiſſent avulſa, nec ſubditus, feloniæ reus, juſtè poſſidere nequeat; & perinde mutandi titulum iuſtitiæ, iubendique ut omnia acta in poſterum fierent nomine regis, ſignarentur ipſius notis, univerſi incolæ Barrenſes ad Maieſtatem regiam recurrerent in negotiis iuſtitiæ & clementiæ, quæ remiſſionem & abolitionem criminum ſpectarent.

Mone-

Moneta non aliud, quam Galliæ ſcutum ferret, & per omnia idem ordo, reliquis Galliæ provinciis uſitatus obtineret. Addebat deinde. Non videre ſibi, cur eos ad obedientiam, quam regi deberent, pluribus exhortetur, cum nati ſint ipſius ſubditi, etiam ſummæ gloriæ fuerit, ei ſubeſſe principi, qui actionibus ſuis præfixerit normam juſtitiæ, per clementiam popularibus ſit chariſſimus, & virtutem Orbi terrarum præſtet honorandam iuxta & admirandam.

Hoc verò inſtitutum correpti Ducatus nemini mirum fore, ſi conſideret, Ducem Lotharingiæ eſſe ſubditum & vaſallum regis, propter hunc Ducatum, feudum utpote ligium Coronæ, qui fidem & homagium nullus præſtaret, tametſi Maieſtati regiæ duntaxat conveniat, per ius conſuetudinarium Galliæ, inveſtituram ipſi indulgere. Expectâſſe verò regiam maieſtatem per univerſum decennium ſubmiſſiones, tametſi bono iure potuiſſet Ducatum recuperare à morte ſuperioris Ducis, cùm iura feudi negligerentur, & lex iſta generalis, omnibus feudis communis eò rigidius ſit exequenda adverſus Ducem Lotharingiæ, quòd ſæpius fidem regi datam fefelliſſet.

De redintegrandis Coronæ Gallicanæ iuribus regiis addebat; Iura illa eſſe floſculos, importunis adeoque violentis precibus Ducum Lotharingicorum avulſos, quos æquum eſſet redintegrari, & Duci eripi, quod eouſque iiſdem eſſet abuſus, ut ferè abſolutè eos fuiſſet uſurpaturus, nihil recordatus, reges noſtrates ſibi reſervaſſe diſpoſitionem & homagium in Ducatum Barrenſem, unde intelligerentur ſigna certiſſima ſupremæ authoritatis, nunquam alienandæ. Nihil eſſe, cur diutius in ipſius poteſtate relinquerentur, ſecundum recuſationem tot annorum, negato etiam homagio. Fruſtra autem homagia anteceſſorum ſuggillari, per ſimplices functiones Civilitatis, cùm Benignitas æquè ac iuſtitia agnoſcat limites; adeò ut regibus inde exprobretur turpis imbecillitas, ubi benignitatis non eſt modus, & nimia facilitas ab uſum attrahit.

Sub finem conſtituit, ut Ducatus Barrenſis occupetur, & in manus Regis tradatur; iura Regia redintegrarentur Coro-

Digitized by Google

Coronæ Gallicanæ per duos oſtiarios à Parlamento additos, quibus regia maieſtas uteretur, in ſuum commodum frueretur, donec ſatisfactum eſſet cauſis occupationis. Hæc ſumma erat eorum, quæ in Palatio agebat Nauvæus. Diebus ſequentibus mandata per legi facit ad tribunal Ballivatus, in Curia rationum & oppidi, adeo ut Oſtiarii Parlamenti exequerentur ſententiam. Exigit ab omnibus omnino miniſtris ſacramentum fidei & obedientiæ in Regem, diverſas inſuper obit functiones in adminiſtratione Iuſtitiæ: iniungit Clero, ut pro ſalute regis preces fierent publicæ, & pro univerſa regia familia; prohibet omnibus nobilibus & incolis Barrenſis agri, ne Duci Lotharingiæ ſtipendia faciant: confuſiones quaſdam, à præfectis Mercatorum committi ſolitas in exercitio illius muneris corrigit, nihil oblitus, quod ad commodum Regis facere videretur.

Politica reminiſcentia.

Reges non debent alienare dominium, & particulariter iura ſuprema.

ETſi liberalitas admodum deceat Reges, ut æquam laudem ex donationibus, & ex imperitando trahant, eam tamen nunquam debent extendere uſque ad alienationẽ dominii. Illud vero principaliter duo complectitur, ius ſupremum, & territorium ſibi reſervatum, aut quâcunque ratione acquiſitum. Ius ſupremum conſiſtit in facultate iuſtitiæ adminiſtrandæ, monetæ cudendæ, veniæ indulgendæ, pacis bellique ſuſcipiendi, legum condendarum, tributorum imponendorum, magiſtratuum creandorum, & legatorum mittendorum.

Territoria autem dominicalia, quod onera reipublicæ ſuſtineri omnino nequeant, ſine fundo certo, & perpetuo, Reges ſemper poſſedêre præter ſupremum ius, ut oneribus eſſent pares. Poſterius hoc ius, tametſi minus dignum, ab omni tempore habitum eſt adeo ſanctum & ſacratum, ut

ut Reges iureiurando per inaugurationis ſolennia obligentur ad illius integritatem omnibus viribus aſſerendam. Neque enim poteſt, uti Tacitus ait, populus tranquille agere ſine armis, aut arma ſine ſtipendio vigere, ſtipendia ſine redditibus publicis conſtare, aut tributis.

Hinc Nero, cum deliberaret de omnibus reipublicæ vectigalibus abolendis, habuit Senatum, ex recenſione ſuperioris hiſtorici, diſſentientem, tametſi magnificentiam ipſius collaudaret, quod diſſolutio imperii vitari nequiret, ſucciſis nervis. Quod ſi alienatio territoriorum & tributorum ſolitorum exiſtimatur reipublicæ detrimentoſa, illa ſupremi iuris ſupra omnem comparationem fuerit ſpectatior & periculoſior. Iura ſunt radii uni Soli affixi; rami ſtirpi regiæ inſiti, & quaſi partes nobiliores Regni, ſine quibus illud nunquam ſervaveris vigorem neceſſarium.

De ipſis potius quam de territoriis intelligenda eſt lex, qua interdicitur alienatio ſacri patrimonii, quo princeps fruitur; adeo ut conſtituat, partes alienatas & diſcerptas Coronæ redintegrari, tanquam membra corpori, ad priſtinas vires reſtaurandas. Id quod exactiſſime ſemper fuit obſervatum in hoc Regno, ut etiam paraphernalia hæredum alienationem territoriorum non trahant, cum appendice clariſſima, ut ad Coronam revertantur, quamprimum hæredes maſculi defecerint; ſemper ſine ullo iure ſupremo. Quicunque igitur iura iſta regia principi Extraneo conceſſerit, eundem habuerit benignius, quam principes familiæ Regiæ, & reipublicæ caſum impoſuerit truncandi iuris ſupremi.

Quemadmodum vero ambitio non agnoſcit limitem, princeps, qui ex gratia obtinuerit uſum iurium ſupremorum, facillime tranſibit, vel ſaltem ſucceſſores ipſius, ad deſiderium univerſorum, quæ ſine dependentia poſſideat: eo igitur errore liberalitatis potentia ſtabilitur adverſa, ad perpetua diviſionis ſemina. Cum autem reſpublica non tam ſit principis, quam princeps reipublicæ, æquè obligantur ad conſervationem omnium

omnium

appendicum, ac reſpublica tenetur ſubmiſſionem debitam colere.

Hinc alienatio iſtorum iurium, cum parte non contemnenda dominii, numeratur, inter cauſas, quæ Reges è throno dejiciunt, ubi leges fundamentales id permittunt, quod annotatum dedêre univerſi iſtarum rerum ſcriptores. Indignus enim videtur, qui coronam geſtet, quam in ſplendore & harmoniâ partium conſervare dedignetur.

CAPUT XX.

Cardinalis Lotharingiæ adit Regem ad Caſtellum Theodori, ubi Nanceium petitur obſirmate in depoſitum.

NOn minus laudis, quam utilitatis Duci Lotharingiæ conciliaſſet, ſi motus occupatione Ducatus Barrenſis, adiiſſet Regem, ad homagium præſtandum, & ſatisfeciſſet per ſubmiſſiones iuſtis ſuſpicionibus; fortuna autem, quæ ipſi exitium videbatur debere, velum obduxit oculis, ut in conſiliis perverſis perſtaret immotus. Hinc Rex ad caſtellum Theodori abire neceſſum duxit menſe Auguſto, ut inde ad exercitum tranſiret, ex agro Treverenſi revocatum, qui Nanceio admotus, impediret Ducem in conſcribendo milite: quin & viribus uteretur expeditis, niſi ille mutaſſet inſtitutum, ad ferociam coercendam, quæ Galliæ formidinem, & ipſius fæderatis obſtacula facere deſineret.

Cum igitur Rex ad Caſtellum Theodori ſubſiſteret, adeſt Cardinalis Lotharingiæ, qui defunctus civilitate & excuſationibus, rogat veniam aliquarum propoſitionum; quâ impetratâ ait, improbari ſibi fratris actiones, quarum nunquam fuiſſet particeps, tum ex reverentia in Regem, tum ex providentia ſucceſſus ſequioris. Rege enim ad extrema pervadente, exitium fratri certiſſimum paratum, quod neque in fortuna perverſa

aliud

aliud quam regiam clementiam quæreret refugium: ſibi igitur ſeſe optare patrocinium, & veniam Galliæ incolendæ.

Rex, benigne excepto reſpondet, promtum ſibi, inter illius, & ducis fratris actiones diſcernere, cum certior ſit, ipſum perverſi inſtituti non fuiſſe complicem, adeo ut per occaſiones teſtimonia benevolentiæ lubenter eſſet daturus, quantum rerum præſentium uſus permitteret, ſpondere de hinc patrocinium, in quo, ſecundum fratris malevolentiā iuventurus eſſet omnis iuſti deſiderii compendium. Hic Cardinalis Lotharingiæ ordiebatur aliquas propoſitiones, quibus Rex promoveretur ad tranſactionem cum fratre; ſed res ad Cardinalem devolvitur.

Eodem die Cardinalis ille ad noſtratem inviſit, fatetur matrimonium, monet quomodo ſolvatur, & ſoror Margaretha in poteſtatem Regis tradatur, docet homagium nomine Duciſſæ Lotharingicæ, Regiæ maieſtati debitum, de Ducatu Barrenſi præſtandum. Cardinalis reſpondet, nefas eſſe regi, ullam audire propoſitionem, cum diſſolutio matrimonii non eſſet in poteſtate Lotharingi: cumque is nullam fidem trinis pactis, nuperrime initis, applicuiſſet, Maieſtatem regiam, cui ſiniſtrum inſtitutum penitiſſime innotuiſſet, nihil ulterius addituram fiduciæ, niſi adinvenirentur media robuſtiora ad fidem ſervandam: trinam fidei oblivionem conjeciſſe Regem in neceſſitatem numeroſorum exercituum alendorum, unde ſumtus immanes ærario, & popularibus incommoda vægrandia obtigerint.

Conſtituiſſe exinde regiam maieſtatem terminare negotium, ut nulla novi belli foret occaſio, & dux frater libidinem factionum & tumultuum ciendorum eſſet ſponte depoſiturus; qui antehac ſumſiſſet operam, impedito etiam Aurelianenſe per matrimonium, quod æque offenderet dignitatem Coronæ, ac perſonam regiæ maieſtatis, cum factum ſit abſque conſenſu, & contra leges Regni, ad promovendam invaſionem hoſtilem. Unicum ſupereſſe medium, ad fiduciam in Ducem fratrem ſarciendam, ut Nançeium Regi tradatur, in rationem depoſiti.

Nihil

Digitized by Google

Nihil unquam rectius facturum, cum ſic patria conſervetur, & Nanceium certo certius reddatur poſt aliquot annos, modo ipſus officium faceret in poſterum. Menti bene conſtitutæ nihil hic metuendum; ſed perverſæ; & ad offendendum porro paratæ, ut hoſtium vires augeantur, inutilem fore negotiationem. Regem in eo obfirmari, ut nullam præter hanc ſit auſcultaturus rationem; poſſe autem Lotharingum tanto minori aſſentiri difficultate, quod Imperio exutus, præter Nanceium, hanc ipſam urbem omnino eſſet amiſſurus, niſi Regi ſatisfieret.

Munitam quidem illam, ſed Duce per agros profligato & reddituum vacuo; Regem commodiſſime bellum facturum impenſis alienis, donec deditionem extorqueret. Spem in rerum viciſſitudine collocatam perverſi eſſe conſilii, quod Rex iuvenis, & abſolutæ potentiæ; præter iuſtitiam cauſæ, poſſet ſperare ſeriem ulteriorem proſperitatis, poſt tot favoris eximii teſtimonia.

Cardinalis Lotharingiæ reſpondet, conditionem iſtam adeo eſſe ſævam, ut fratri duci eam nunquam audeat ſuadere, niſi per extrema, cum ipſa ſors belli nequeat ſeverius ipſum compingere, quam metropolim adimere, & alienæ voluntati ſubjicere: Non dubitare de Regis propoſito, & fide integrè ſervandâ, viciſſitudines tamen rerum fieri, ubi malevoli poſſent regi neſcio quam offenſam & pactorum tranſgreſſionem ſuggerere, & cauſam non reddendi Nanceji excogitare: vehementer rogare Cardinalem, conſideraret; quantâ ignominiâ notandus veniat frater Dux, ſi ſub oculis univerſæ Europæ; ſine lucta & neceſſitate traderet locum per univerſum orbem terrarum munitiſſimum.

Fateri ſeſe, maximâ pollere Regem potentiâ; cui reſiſtere difficulter poſſet; cum autem inter duos principes ſeſe medium videat; maiori curâ conſilia eſſe inſtituenda, ne, tradito Nanceio ſatisfaciat Regi; & malevolentiam Imperatoris mereatur, cui Ducatum ferret acceptum, nomine feudi, ſine dubio in fiſci rationes referendum; præter interdictum Imperij, cum conſtet, ipſum confectis rebus Germaniæ invadendum. Poſſe quidem per illud rerum curriculum ſperare Regem protectorem; ſed itidem

Digitized by Google

fortè eventurum. ut Rex aliis bellis diſtentus, nec tempeſtivè, nec ſatis potenter adeſſet, unde exitium vitari nequiret. Ex iſtis rationibus diffidere ſibimet de fratre Duce perſuadendo, ut Nanceium in rationem depoſiti tradat, niſi per extrema, quæ ingruere poſſent,

Reponit Cardinalis non mirari ſeſe, quod ius Imperii alleget, præter potentiam Auſtriacorum; ſed Regem iſta nihil conſideraturum, cum ipſus Dux videatur non multum obſtaculi hic offenſurus, ſi animum applicare vellet, quod ſponte ſciret, eos ipſos, quorum commoda ſollicite produceret, eſſe authores perverſorum conſiliorum, & parum laborare de ſuppetiis ſubmittendis. Non ire infitias, Lotharingum utriuſque Coronæ niti protectione; eiuſdem tamen protectionis leges exigere, ut à Rege eam promereretur per reverentiam, & probum inſtitutum, adeo ut iudicare poſſet ex anteceſſorum deſideriis, unde conſervatio ipſius pendeat univerſa.

Sed non attendiſſe rei ſummam, offendiſſe Regem, fidem projeciſſe violatis pactis, Hiſpaniæ partibus acceſſiſſe, neutras dum licuiſſet ſequi, acta hoſtilitatis quævis exercuiſſe; & ut promiſſorum fidem inanem cumularet, maximam omnium intuliſſe injuriam Regi, rapuiſſe Galliæ filium, impediviſſe Aurelianenſem matrimonio ſororis; unde maieſtati regiæ plus nimium ſit cauſæ armorum inferendorum: Quod ſi potius Imperatoris potentiam in poſterum metueret, quam Galliæ vires, ad veſtibulum obverſantes, legeret partes defenſioni proprias Si tamen locum daret prudentiæ, ad evitandum exitium ineluctabile expeditiſſimam rationem inventurum in depoſito Nanceji, quod rempublicam ſine ullo damno aſſereret.

Politica reminiſcentia.

Non ſemper licet hominem ita eſſe, ut vult, ſi res non ſinat. Vitium id ex primo errore progignitur, ubi ad lævam itur, cum primo fortuna ridebat, poſtmodum tergum obvertit, celocibus myoparoni adhærentibus in

niti-

naufragium pertractis. Neque etiam decebit, ad quamvis fortunæ novercantis perverſitatẽ conſilia mutare, quemadmodum ſubito lugubria ſumimus, & deponimus. Redit plerunque in orbem fortuna, & quos modo pedibus conculcabat, producit in theatrum ſplendidos. Teſtem laudaverimus Caium Marium, cum fortuna colluctantem, & diverſis motibus ipſius obſequentem.

Sed in hoc vertitur cardo rerum; ut antequam ad partes tranſeas, maturè conſultes, ne tritum illud cogare ingeminare, Non putabam. Nemo vero mortalium eventum aut ſcire, aut præſtare poteſt, adeo ut tutiſſimum fuerit, blandis promiſſis nihil fidere, ſua tueri, & ita favere illi, ut ne hic quidem querulandi habeat cauſam; tametſi aliquid calamitatis & expenſæ ex vicina redundet; cum potentiſſimorum ſit, æquilibrium fortunæ inclinare, cæterorum ſequi inclinatum.

Moderata durant, ait Seneca Tragædus, inter quæ licebit collocare dynaſtias, vægrandibus votis non agitatas. Nam quicunque putat, ſeſe anguſtè habitare, & pomæria profert, præterquam quod juſtitiam ſæpiſſime lædit, aleam utique ſubit corniculæ Horatianæ, quæ ſuffurata diverſiculores plumas à cæteris avibus abiectas, Reginam ſeſe ferebat, præter Comitia, & populi volatilis ſcitum: unde exuta peregrinis pennis, ludibrium præbuit nuda, quod naturales ſponte evulſiſſet, ut exoticis locum faceret; & quæ reliquæ erant ſimul evellerentur invitæ.

Suſpicionem debent movere viro cordato nimis grandia promiſſa augendæ potentiæ, quæ vaſtiſſimos campos fortunæ & bellonæ aperiant, ut ſocios armorum alliciant, qui vero princeps ſuis conſultum vult rebus, diſpiciet ſollicitè, cui ſeſe det, cui ſeſe neget; ſed & ita ſeſe det, ut ſui copiam ſemper retineat, nec acerbe bellum faciat, ut ad amicitiam pateat regreſſus, maxime vero caveat perfidiam, quæ omnem amicitiæ uſum intercludit.

Deſiderabat autem Rex maxime hanc ſecuritatem, ne novæ pateret injuriæ, & neceſſum haberet exercitum identidem magnis ſumtibus conſcribere; id quod in eam poſſet coincidere tempeſtatem, quæ vix illum conatum permitteret: cum præſens rerum curriculum ipſi eſſet optatiſſimnm, nullo diſtrahendis viribus diverticulo metuendo. Hoc ſi animadverteret Lotharingus, optabat Rex, ut expenderet, Galliam eo ſtare pede, ut non tantum tranquillitatem tueretur, ſed etiam metu belli civilis vacaret, ubi omnes omnino ſubditi ad idem obſequium conſpirarent.

Ærarium abundabat pecuniis ad ſuſtinenda onera plurium exercituum, & induciæ Belgicæ diſperierant ſine ſpe, ubi Hiſpani implorabant fæderatorum auxilia, adeo ut Lotharingus nullam illuc ponere fiduciam poſſet. In Germania occupabantur Imperatoris vires, adverſus Suecorum proſperiores ſucceſſus, quos ſors nondum videbatur ſiſtere. Copiæ Cardinalis Infantis nondum convenerant, ut in Italiam trajicerent; quæ tamen in Valle Telinâ inventuræ erant vaſta obſtacula, dum Sueci progrederentur in mediam viam. Sic igitur Nanceium poterat obſideri, & capi, ſine ſpe auxiliorum, quæ locum aſſererent, niſi Lotharingus mallet, eundem in rationem depoſiti Regi tradere.

Cardinalis Lotharingiæ valde impediebatur hiſce rationibus, diſcedit igitur, ad Regem confugit, tempus conferendi cum duce fratre rogat humiliter, & tantillam armorum moram. Id vero Rex recuſat, aſſeverans inſuper, ſeſe cum univerſo exercitu ad Nanceium acceſſurum quam promtiſſime, certus conſilii, inde non diſcedere, niſi urbe ad obſequium redactâ.

Politica reminiſcentia.

A principe commoto, & ſæpius fallente, non tantum verba ſecuritatis eſſe ſumenda.

NEceſſum eſt, aliam fiduciæ inſtitui rationem, ubi princeps verborum fidem eluſit, quem etiam videas commotio-

motiorem. & vindictæ æſtro cieri ex iuſtiſſimo ſupplicio. Submiſſiones ſpecioſæ, quas teſtatur, ad impetrandam tranſactionem, effecta ſunt non voluntatis, ſed imbecillitatis. Quemadmodum vero deſiderium animi & honoris & iuſtitiæ leges conculcat, nihil difficultatis fecerit poſtmodum in promiſſis denuo rumpendis, modo opportunitatem nanciſcatur cavillandi, & compendium amiſſum recuperandi.

Aſdrubal exemplum rei præbet, qui à Claudio Nerone in Hiſpania circumventus, cum neceſſum haberet fame confici intra vallum, aut iniquam ſubire prælii aleam, proponit viam tranſactionis ſpecioſiſſimam, cuius beneficio elabendi diſpexit rationem. Nero quidem, impoſturâ irritatus, quod Romæ ideo male audiret, vindicavit fraudem in Marca Anconitana poſtmodum; ſed tum & ſeipſum & univerſum exercitum in manifeſtiſſimum conjecit periculum, & vituperio nunquam caruit, ab hoſte per ſpeciem tranſactionis deluſus.

Iulius II. pontifex maximus, ut Ludovicum XII. ſuſpenderet, mittebat Nuntios, cum poteſtate tranſigendi, paciſque conſtituendæ, ut ſpatium lucraretur ligæ offenſivæ cum Venetis & rege Arragonum firmandæ adverſus ipſum. Sed ut redeamus ad exempla Antiquitatis, legimus, Marcum Antonium obſidione cinxiſſe Priaſpum, cui ſeſe Phraartes incluſerat, quam ſatis facilè paucorum dierum operâ potuiſſet ſubigere: mittit Phraartes legatos, qui plauſibilia deferent, ut pax ſine difficultate videretur coitura: Marcus Antonius promtè nimis præbet aures; aliis viciſſim legatis miſſis, qui pacem conficerent.

Phraartes pergebat impoſturam, ſeriem querelarum de Marco Antonio orditur grandem, hâc addi: à concluſione, ut pacem aſſeveraret propediem futuram, quamprimum exercitus & caſtra ex loco inſeſſo retraherentur. Deducit copias Marcus Antonius, promiſſis confiſus, non demolitus vallum, nec aſſumtis belli machinis, quas prius produxerat. Vix autem receſſerat à caſtris, cum Medi Priaſpo egreſſi ea occupant, vallum diruunt, machinas confringunt, cum ipſus imprudentiſſimè cogitaret

ret propediem reverti, ad tuitionem, ſi quid adverſi Medi molirentur.

Conciſæ etiam fuêre aliquot Romanorum copiæ, quas in caſtra reducebat, unde coactus per ſummam ignominiã & diſpendium ab inſtituto deſtitit; qui ſuo exemplo omnes doceret principes, hoſtium verbis non facile fidendũ.

CAPVT XXII.

Cardinalis Lotharingiæ redit ad regem ad fanum Deſiderii, & propoſitiones facit diverſas, à Cardinale duce repudiatas.

POſtquam Cardinalis Lotharingiæ à Rege diſceſſit ad viceſimum Auguſti, ut ad fratrem ducem reverteretur, Rex, qui nullum tempus in ſuſcepto negotio inane tranſmittit, eodem die diſcedit, Nanceium verſus moturus: cum iam ad fanum Deſiderii perveniſſet, redit Cardinalis Lotharingiæ, ut nomine fratris ducis offerret, ſororem Margaretham tradendam, conſenſum diſſolvendi, quantum ipſum attineret, matrimonii, Motham, munitiſſimum caſtellum Lotharingiæ.

Rex eum aſſumit, in fanum Deſiderii ingreditur, per duas cum eo ſermocinatur, præſentibus Cardinale Duce, Braſſaco, Bullionæo & Buthilerio, qui propoſitiones examinarent: ingratæ tamen videbantur, cum Ducem Lotharingiæ nihil revocarent à primo inſtituto: unde hoc tantum reſponſum tulit à Rege, Nanceium omnino tradendum, ſine quo nulla unquam foret fiducia, quæcunque tandem tranſigerentur. Quoniam vero rex animadverteret multam ingenuitatem & ſtudium ſummum ad tranſactionem conſtituendam, non deſiit teſtari, interceſſionem ipſius & gratiſſimam, & rationem commodi privati ſemper habiturum, non attentis; quas à fratre duce ſuſcepiſſet injuriis, adeo ut offerret quosvis honores, ſtipendia & munera, quæ ipſius conditionem decerent, ſi Galliæ incolatus placeret.

Secundum iſta revertitur ad fratrem Ducem, ut voluntatem Regis renuntiaret: cumque addidiſſet, quanta teſtimonia favoris & benevolentiæ à regia majeſtate tuliſſet, conſtituit Dux, ipſi rempublicam in manus tradere, ut eâ ratione evitaret vim juſtiſſimam regiæ iræ, ſic tamen, ut frater Cardinalis de redhibitione prius caveret. Ex eo conſilio, apprime penſiculato, redit denuo frater Cardinalis ad Regem, impenſiſſime rogatus, qui renuntiaret, Quoniam eo infelicitatis deveniſſet, ut apud Regem nullam fidem inveniret, conſtituiſſe, ſi ipſi videretur, fratri Cardinali cedere univerſam rempublicam; ſperare inſuper, Regem animadverſo ſuo inſtituto, lubentius aſſenſurum, poſtquam omnis metus cauſa ſit evanuiſſet; unde ampliſſime ſatisfactum ſibi crederet, ſi ſe privatum, & Imperio deſtitutum, ſine ſummo Imperio cerneret.

Offendit Regem Cardinalis Lotharingiæ ad Pontem Muſſonii, viceſimo octavo menſis, ubi quæ convenerant cum fratre exponit, redintegratis promiſſis de ſorore Margaretha tradenda, & ſtudio ampliſſimo matrimonii diſſolvendi. Rex rogat, ut cum Cardinale Duce agat, in ſummum miniſtrum exoneratis curis graviſſimis, quem notiſſimum erat, dieſque noctesque examinare capita, quæ tranſactioni convenire poſſent, nihil neglectis per providentiam ſagaciſſimam incommodis omnibus, per propoſitionum diſceptationem occurſuris. Adeſt Cardinalis Lotharingiæ, proponit eadem, hoc inſuper adjiciens, ut de fidelitate eum faceret certiorem, & deſiderium promiſſa integerrime ſervandi teſtaretur, ſupplicare ſeſe, ut Combaletam neptem ſibi in matrimonium collocaret, & id apud Regem conſtitueret ratum, quaſi ſummo ipſius Virginis amore flagraret, ut ſic auferret certiſſimum benevolentiæ pignus, & robuſtiſſimum medium ad Regem perpetuo demerendum: proteſtatus dependentiam plenariam ab ipſius conſiliis, voluntate etiam ipſi penitus devincta, ut ſic cauſa diviſionis inter Galliam & Lotharingiam radicitus evelleretur.

Reponit Cardinalis Dux, deceſſione Imperii Lotharingici credere ſeſe, Regem non averſurum fratrem du-

cem,

cem, cum ex actionibus præteritis fidem liceat ſumere de eo inſtituto, quo regia majeſtas poſſet acquieſcere: non tamen hoc futurum mali remedium, cum Dux Lotharingiæ poſſet pænitentiam ceſſionis ſuſcipere, & ad rempublicam aut vi, aut colluſione redire, ad novum ordinem rerum perturbandarum: alio opus eſſe modo, quem in depoſito Nanceji videret expeditum, nulla alia fiduciæ ratione extante. Satis apertè indicabatut ſuſpicio colluſionis, & diffidentiæ cauſa; ſed ne poſſet efferari, & ſtudium quod tranſactionis teſtabatur pergeret, & aliquod compendium, ubi uſus eſſet, fieret, nihil placuit addere.

De Combaletæ quæſito matrimonio reſpondet, honori ſe id petitum ducere, & magni facere, nec rejicere, non tamen præſens tempus commodum videri paciſcendi, ne dici poſſet regem adverſus Lotharingiam cum numeroſo exercitu concitaſſe in privatum familiæ emolumentum, rogans inſuper, ne rem privatam admiſceret publicæ, tametſi negotium neutiquam averſaretur. Verba tamen illa de non ingratâ propoſitione, effectum tantum prudentiæ arguebant, quæ nunquam voluntatem Cardinalis perverti patiebatur, quâ per opportunitatem uteretur: cum enim tum de eadem cum primariis miniſtris conferret, apertè prodebat, nolle ſeſe, ut ſeculum præſens, aut poſterius cauſam ſumerent ſuſpicandi, quaſi commoda ſua in hoc negotio, ubi Regis & reipublicæ bonum unicè ſpectaret, quæſiviſſet. Cardinali olim Amboſiano verſum fuiſſe vitio, quod Ludovico XII. bellum Italicum perſuaſiſſet ex ambitioſo inſtituto, ad Pontificatum maximum evadendi, ſe vero ſemper vitaturum id genus vituperii, quaſi rempublicam ex compendiis familiæ gubernaſſet.

De Margaretha tradenda aſſeverabat, gratiſſimum id Regi futurum, quâ ratione præſtitâ tranſactionem multum progreſſuram, cum ſic animus Regis mitigetur, ex pignore quaſi certiſſimo Ducis reducendi, & cum regia majeſtate reconciliandi. Neque tamen celabat, Regem credere, Duciſſam iam exiviſſe ex poteſtate illorum, cum, quid actum eſſet, innotuiſſet. Lotharingiæ Cardinalis conabatur diſſimulare rem, & ignorantiam facti induere,

 aſſe-

aſſeverans, ipſam in eo loco ſervari, qui poteſtatem permitteret diſponendi de ipſa: ſed figmenta iſta diffidentiam augebant poſtquam Cardinalis Dux optime omnium ſciret, per pacta quæ cum hoſte instituuntur, ſpectandas actiones præ verbis. Sic abrumpitur ſermo & colloquium, diſceditur, Cardinalis Lotharingiæ, Rege ſalutato, abit poſtridie.

Politica reminiſcentia.

Miniſter ſagax prævideat incommoda propoſitionum, quæ fiunt in paciſcendo.

HOc proprium habeat miniſter ſagax, ut ante capiat incommoda propoſitionum, quas expendendas ſumit in paciſcendo, ne imponi ſibi patiatur, ſed ut caveat, ne hoſtis, cui arma nihil profuére, in tranſigendo compendium inveniat. Non tamen ob eam cauſam plurimi exiſtimârant prudentiam, cuius beneficio rectiſſimè proceditur, aliquo modo magis eſſe neceſſariam, quam virtutem militarem, rarius enim præbentur occaſiones confligendi per ſeriem belli; quotidie autem diverſa proponuntur ad tranſactionem; ad quam ſi remiſſiorem adferat animum, non minus diſpendii conciliabit principi, quam ubi armis inferior dimicaret.

Virtus ſane iſta, ut verum fateamur, non minus eſt utilis, quam ars opifici, cumque opifex ignarus materiam ſolummodo perdat, cui formam addere conatur, miniſter profecto imprudens negotia reipublicæ evertet, ubi conditiones iniquiores ſuſcipit, ex ſeriei improvidâ penſatione. Providentia enim media ad finem optatum ſuggeſſit, unde falli nequit, hinc regulam conſiliorum ſumit, actionum ducem, ſermonis decentis modum, motuum frænum, occaſionum momenta, acumen ad diſpicienda viſ...amenta, quæ impediendis rebus expediuntur, & induſtriam obtinendorum deſideriorum.

Hinc

Digitized by Google

Hinc Philoſophus ait, propriam hanc eſſe gubernatorum virtutem, non quod privatis minus conveniat, ſed quod adeo ſit neceſſaria & Regibus & ſummis miniſtris, ut minus inveniantur capaces reipublicæ gubernandæ, quam nauclerus ad navigandum ſine timone & magneticâ ſpiculâ. Quicunque ea utitur, facilè ſuperior evadit cæteris per negotiationes, quamvis natales Coronam ſupremæ authoritatis negârint, habes tamen, unde principes inducat ad quamcunque ſententiam. Sic Sapiens in Proverbiis ait, voluptatem Regis maxime fluere ex prudentia miniſtri.

Vt autem virtus hæc eminentiſſima utilitatem adferat, opus eſt tempore, quo mature expendantur, & abſque præcipitantiâ, capita propoſitionum, quæ examinentur per axiomata, negotiationi ſubſtratis. Cuius rei cauſa ſagax Miniſter ſæpius ſeceſſum quærit, ubi omnem libertatem adipiſcatur trutinandi propoſita, meditatione non interruptâ, quæ ex Periandri ſententiâ, quidvis ſuperaverit. Non ignorat, ad conſulta præcipitem, antequam examen ſuſtinuerint, ſimilem eſſe guloni, qui ſuffarcinato ſtomacho per cibos imprudenter ingeſtos, dolet à menſa recedens.

Cum igitur prævideat quævis incommoda ex propoſitionibus oritura, hypotheſin ſubiicit theſi, & negotia particularia regulis generalibus; experientiam rerum ſuperiorum ſumit magiſtram, media exigit ad finem, diligenter attendit, an conceſſa res aliqua hoſtis commodet inſtituto, examinat ſecuritatem ſuam, quæ in negotiatione occurrat, cum omnibus circumſtantiis: ipſus denique ad omnes impoſturas obfirmatus, nequit circumveniri, & quicquid deſiderat, in pactis aufert.

CA-

CAPUT XXIII.

Rex obſidet Nanceium, & vehementiſſime inſtat Duci Lotharingiæ.

DUm Cardinalis Lotharingiæ commearet, & diverſa ad paciſcendum proponeret, arma Regis non relinquebantur otioſa; Rex enim ducibus mandata dederat, ut loca principaliora aggrederentur, Ipſus præſens petit deditionem ſani Michaëlis, & Pontem Muſſonii, quæ extemplo fiebat. Spinalium deditur Mareſchalco Forcæo. Charmæ Comiti Suſano, Lunævilla Marchioni Surdiſio: Haton Caſtelli, Condæum, Chauſſæa, Tronjonum, Malaturium, Parinium & Bucuvilla recipiunt præſidia, adeo ut Rex eodem fere momento, quo pedem in provinciam intulit, agros teneret liberos.

Palmarium in eo verſabatur, quod Rex exercitum, cui Marchionem Sanchaumontium præfecerat, ex agro Trevere nſi accerſeret, complures alias copias mandaret, quæ exercitum inflarent, & ſic Nanceium infeſtaret, ut nihil pervaderet, niſi ipſius permiſſu. Cum enim legio Florinvillana conaretur pertranſire in urbem, ducibus venatoribus Lotharingicis, qui ſylvas perreptabant & tramites evanidos ſectabantur: Quamvis autem tectè & cautè procederent, Gallorum quorundam ſagacitatem tamen effugere non potuêre, quin detecti, in formidinem conjicerentur, fugâ retrorſum captâ, & diſſipatione ſpontaneâ ſumtâ.

Ex alia parte Comes Suſanus agros pervadebat cum ſeptem turmis equitum, & aliquot cohortibus peditum, ut nihil reſiſtere poſſet. Ut autem pavor Duci creſceret ex progreſſu regiorum armorum proſpero, iubet Rex Mareſchalcum Forcæum inſequi Ducem cum ſex millibus peditum, mille quingentis equitibus & ſex tormentis, & ubicunque locorum inveniretur, infeſtare: pro hoſtibus habe

haberet, quicunque refugium præberent, niſi hoſtem Galliæ traderent. Sic igitur redigitur ad Spinalii diſtrictum, ubi hoſpitabantur, quas contrahere potuerat copiæ, Burgundiæ Hiſpanicæ vicinior, ex qua belli ſumendi authores ſpem copiarum, quæ nullæ comparuêre, fecerant.

Denique ut nihil omitteretur, quod mentem promovere videbatur, quam ſola neceſſitas extrema vix ad rectæ rationis uſum retraheret, Rex Nanceio propior, hoſpitium Neovillæ capeſſit, ipſus diſtrictum obit, ut exercitus commodius diſponeretur. Cardinalis etiam urbem obit, ad diſtantiam ſclopetarii ictus, ut rectius de inſtituendæ obſidionis momentis diſpiceret. Rex lineam circumvallationis ipſus ducit, per quatuor leucas in ambitu, deſignat munimenta & fortalitiorum diſtantias, defigit haſtilia, primum ictum aggeri excitando, foſſæ ducendæ, percellit, inſtat operi, quinto die caſtra claudit, copias recondit.

Eodem tempore inceptatur agger, ad Mourthæ flumen coercendum, ut is impedito curſu aquas Nanceium verſus refunderet, planitiem inundaret, urbem mergeret, incolas ad deditionem perurgeret. Hæc ubi Dux intellexit, quo nempe loco ſumma rerum inclinaret, non inveniebat quid primum, quid ultimum ſumeret agendum. Interea mirabatur Orbis terrarum proſperum regii inſtituti progreſſum, quod ex Cardinalis procedebat conſiliis, cum maxime alienum videretur Regem aggredi locum univerſæ Europæ munitiſſimum, anni tempeſtate adultâ, adeo ut ad finem obſidionis ne hilum quidem ſupereſſet temporis.

Politica reminiſcentia.

Hoſti turbato acriter inſtandum, etiam poſt diverſas clades.

INter ſagaciora effecta prudentiæ militaris numeratur induſtria occaſionum, quæ hoſtem turbatum perurgeret,

ret; poſt ſuſceptas aliquot clades, undiquaque occupatum; donec cogatur cedere & conditiones quaſvis ſubire. Princeps eâ calamitate oppreſſus quævis poſtulata dabit, & quæ alias nunquam foret permiſſurus; concedit: eo igitur curriculo rerum invadenda fuerint ipſius munimenta, ipſus etiam perurgendus, ut quò ſe vertat neſciat. Si Hannibali id placuiſſet inſtitutum à clade Cannenſi, ad incitas redegiſſet Romanos & ad lubitum ſuum, poſt graviſſimum illum caſum imperio valde nutante.

Verumenimvero reficiendum ipſe putat militem, qui victoriæ uſum in otio quæreret; unde fortunam in delitias demerſit, nullo cum emolumento proſperitatis. Neque enim committendum, ut fortunæ favor nos unquam euſque inflet per armorum uſum ſecundum, qui hoſtem contemnamus, quin ad extrema uſque perſequamur. Non tamen autumo, fugienti cum numeroſo exercitu ad extrema inſiſtendum, ſic neceſſitas poſſet verti in virtutem, ut converſus diſpendia reſarciat, id quod compluribus uſuvenit; eo enim momento rerum aperienda ipſi feneſtra ad evadendum, & pons ſternendus ad fugam accelerandam.

Non eadem ratio, captis jam oppidis plurimis, ubi obſidionis nulla extat ratio ſolvendæ, copiæ ſunt conciſæ, aut diſſipatæ, & ſatellitium perſequentibus repulſandis non ſufficit. Ibi demum erraretur inſigniter, niſi inſtare juberet, & victoriam reportare integram, donec ille reſumtis viribus occurſet. Cæſar ſuo exemplo omnibus omninò ducibus oſtendit, quæ ratio per iſtiuſmodi occaſiones ſit ſervanda qui nunquam in ſerie victoriæ perſequendæ hæſit; quaſi enim fortuna alas addidiſſet, inſtabat turbatis hoſtibus, donec eos conficeret, aut poſtulata obtineret.

Nunquam ſatis laudari poteſt, de induſtrio inſtituto, quod debellato rege Iuba ſumſit, cum eodem die illi confecto adderet Scipionem & Afranium, eâdem, quâ ad vincendum, etiam ad perſequendum uſus virtute, ut nemo prorſus ipſorum, etiam ducum ſupereſſet, quin caderet, aut in manus victoris captivus deveniret; oppidis etiam univerſis in poteſtatem redactis.

EA-

CAPUT XXIV.

Margaretha Nanceio exit, Bruxellas petit.

CArdinalis Lotharingiæ aſſeverabat quidem Regi Margaretham in eo loco degere, qui poteſtatem in ipſam duci præſtaret; compertum tamen Pfalſeburgenſem ſororem, conditionum impatientem, quæ eam regiæ maieſtati traderent, ut per viam Canonicam matrimonium pronunciaretur Nullum & irritum, modum oſtendiſſe evadendi, quo uſa eſt adeo dextere, ut teſtaretur, quantum & ambitio & amor auderent etiam in animo muliebri, ad quævis obſtacula exuperanda.

Renuntiatum, injeciſſe veſtem equeſtrem, induxiſſe ocreas, ſtrinxiſſe calcaria, inſcendiſſe equum validum, egreſſam eo ornatu Nanceio, ad horam quartam matutinam, comitante Daviſæo nobili, nuper Remiromontanæ aulicum, præter duos alios: tranſiiſſe plures excubias, & ſemel examen ſubiiſſe, ubi Daviſæus ſeſe Marchionis Sanchaumontii ferebat familiarem, & evaſiſſe, confectis eo die tredecim leucis, ex occurſu copiarum Suecicarum in nemus opacum ſeceſſiſſe, manus ſentibus & ramis laceraſſe, & poſtridie Theonis villam perveniſſe.

Primo ſane non patuiſſe portas, quarum introitus penitus negari videbatur, niſi formæ venuſtas commiſerationem excitaſſet, cum humi iaceret proſtrata & languida, palliis contecta, Daviſæo introitum procurante. Ingreſſæ Villanam gubernatoris coniugem alium amictum obtuliſſe. Hinc Puylaurentio ſcribebat ipſa rogato, ut evaſionem ſuam nuntiaret Aurelianenſi, rationemque omnem edoceret, cum conſtituiſſet ille mandata ipſius expectare. Cum autem poſtea conſultius cenſeret, ſecuritatem viarum occupare, Namurcum tranſit, ne evaſione divulgata, novam pateretur perſecutionem.

Rex cum ægritudine animi hæc nova audit, cùm facilè prævideret ſeriem periculoſam evaſionis, divortii idem-

identidem difficiliore. Sanchaumontius ſanè male audie-bat; illam impoſturam paſſus poſtquam à Cardinale Duce eſſet monitus, ut accuratè obſervaret tranſeuntes, cum ipſa veſtem & ſexum poſſet mentiri; reſpondiſſetque, ſibi eam curam relinquendam. Ipſe Aurelianenſis non adeò lætabatur eo caſu, cùm ſponte intelligeret, novo ſeſe vinculo adſtringi Belgio: leges tamen civilitatis, & Hiſpanorum conſideratio, quibus ſatisfaciendum erat, perſuadebant gaudii ſummam.

Quantocyus igitur Theonisvillam iubet excurrere Fontanum Chalendræum, Ramæum & Lauaupotum; quos Elbævius & Puylaurentius conſequebantur. ipſa tamen per viam occurrit, Aurelianenſis uſque ad Marcam famelicam obviam procedit, & adventantem excipit, Namurum deducit, adeoque Bruxellas, cum honoribus & blanditiis eximiis. Ad eum diem, quo ingreſſura erat Bruxellas, Infans Gubernatrix cum univerſa Aulâ procedit obviam, ad ſemileucam extra oppidum: in occurſu deſcenditur ex curribus, Infans pangit oſculum ſalutis, apprehenſa manu deducit ad ſuum currum, cedit locum ſuperiorem.

Ad portas Bruxellarum ſtabant cives armati, ſclopetorum exploſione adventum gratulati, adeſt Senatus, honoris ergò, itur ad reginam matrem, quæ ſummam lætitiam teſtata, oſculum dedit, poſt ſermones ſemihoræ deducitur ab Infante in hoſpitium, quod ante biduum ſupellectile egregia inſtruxerat, magnificentia æquam cum pietate partem generoſiſſimæ animæ poſſidente. Magaretha ibi gaudium animi nihil coercebat, adeò jucundum eſt, ſummum honoris gradum, poſt tanta pericula, attigiſſe: repetebat enim ſæpius, nunquam ſibi fidem factam eorum, quæ hiſtoriarum commentarii de principibus fugitivis ſui ſexus narrarent, niſi ipſa periculum feciſſet.

Infans quotidie nova gaudii irritamenta addebat ad modum ſollicitè, ſubmiſſis donariis, quæ ingenium æquè referrent ac liberalitatem.

Poſt-

Digitized by Google

Politica Reminiſcentia.

Nihil ingenioſius fæminis, ad exequenda deſtinata.

SUmmum fæminis ingenium, ſi quod inſtitutum ſumſêre conficiendum: imaginativa facultas, quam à Natura habent acutiſſimam, conſiliarii vicem gerit, ad millena ſuggerenda media expeditionis, omne genus feneſtrarum aperit, cum tantâ ſucceſſus proſperioris ſpecie, ut facillime deſiderium experimenti concipiant. Hinc exoriuntur ii motus, ut quævis obſtacula aut diverticula diſpellant; non deeſt iracundia neceſſitati, quæ tantam inquietudinem adfert, ut tranquillo nequeant eſſe animo, niſi pervadant, & finem optatum conſequantur.

Hæc violentia mentis geminat fæcunditatem imaginativæ: quemadmodum enim calor aëris in gremio terræ generat ſingulis diebus nova germina, ita fervor deſideriorum nova producit media in animo ad executionem, omnes cogitationes eo convertit, omnes eo motus dirigit, omnem eo inflectit mentem, omnes illic inſtruit potentias, adeo ut nihil cogitent, nihil deſiderent, nihil loquantur, nihil faciant, niſi ad ſcopum quod faciat. Hæc meditatæ obdormiſcunt, deſiderium executionis ſomnum abrumpit, & rerum per diem ferè vacuæ, deliciis fruuntur imaginariis, perpetuos ſermones cum familiaribus cædentes fidiſſimis.

Viri rerum arduarum ſtudioſi imaginativam habent longe ſteriliorem, quæ par licet, per diverſitatem negotiorum eos ita diſtrahit, ut uni eidemque rei diutius inhærere nequeant. Fæminarum alia eſt conditio, & inprimis principum, quibus negotia ex libidine ſumuntur. Dicam etiam, prudentiæ inopiam, quâ plurimi laborant viri, commodare fæminis, ad majorem executionis audaciam, quæ minor eſt ſapientiſſimis virorum, ex judicio infinitorum incommodorum, quæ non

admodum attenduntur à ſequiore ſexu. Reverentia etiam ſexui debita videtur metum tollere, cum certum habeant, extremorum ſummam fore, ut ſexum & natales aperiant, ſummis viris omnem omnino injuriam abſtinentibus.

Inter artium compendia, quibus uti ſolent ad evadendum, & libidinem explendam, ſæpiſſimè veſtem à ſexu & natalibus alienam ſumſere. Sic Laodicea, uxor Mithridatis, maritum nunquam deſerens, poſtquam à Pompejo eſſet victus, diutiſſimè eum eſt cõſecuta, quaſi corpus & animum gereret indefeſſum. Semiramis, cum perpenderet, maximam populorum partem imperii feminini eſſe impatientes, veſtem ſolitam à morte mariti abjicit, regiam eamque virilem ſibi circumdat, ut adminiſtrationem imperii conſervaret usque ad pubertatem filii Nini.

Scimus, hiſtoriam teſtari, complures fæminas Perſiæ ſeſe dediſſe comites maritis, militari veſte amictas, in illâ expeditione, quam rex Perſarum adverſus Selimum, Turcarum imperatorem ſuſceperat, quæ occiſæ & expoliatæ fidem fecere. Etiam legimus, complures Germanas expeditioni ſacræ tempore Imperatoris Cunradi ſuſceptæ interfuiſſe, veſte & armis virilibus, ad virtutem Amazonum.

CAPUT XXV.

Tranſigit Lotharingus.

PRogreſſus armorum regiorum in animo Ducis miranda producebat effecta, quæ Cardinalis Lotharingiæ promiſerat regiæ majeſtati: diſponebatur enim ad omnia ſecundum progreſſum exercitus regii. Cogitur Cardinalem fratrem ad regem legare Neovillam, qui Neo Nanceium offerret. Cum autem Rex non ignoraret, metropoli veteri ipſi permiſſa, occaſionem & rationem denuo tumultuandi reſumendam,

Digitized by Google

dam, quamprimum authores tricarum valida ſubmitterent auxilia, non acquievit. Reverſus alterâ vice Cardinalis frater, utramque Nancei urbem in rationem depoſiti offert ad eas conditiones, quæ utrique Cardinali placuiſſent.

Hæc deſideriorum ſumma ſpeciem habebat: cum autem Cardinalis dux Ducis ingenium nimium titubare animadverteret, ut minus fiduciæ inde caperet, regem monendum cenſuit, inconſulte oblatis nihil fidendum; poteſtatem agendi non ſolido inniti fundamento, certum nihil habendum, donec portæ urbis pateſcerent ad recipiendas regias copias, unde ad abſolvendas operas ne momento quidem uno ceſſatum. Poſtquam autem Cardinalis dux à rege ampliſſimam accepiſſet poteſtatem negotiandi, cum Cardinale Lotharingiæ agere inſtituit, in has conditiones pactus.

Prima obligabat Ducem Lotharingiæ, ut ab omnibus fæderibus, quæ in Galliæ fædera impingerent, recederet.

Secunda imponebat neceſſitatem, ut regi inſerviret in omnibus, & contra omnes.

Tertia prohibebat armorum uſum, per tempeſtatem turbatæ Germaniæ, præter clarum regis aſſenſum.

Quarta jubebat exauthorari univerſas copias quam primum primicerius Oxenſternius fidem dediſſet, de eo non offendendo, & de milite deducendo.

Quinta ferebat utriusque Nanceii traditionem; quam rex intra triduum in rationem depoſiti acciperet, donec rectius Ducis inſtitutum, aut rerum Germanicarum compoſitio omnem ſuſpicionem & metum; ſuperiorum invaſionum adverſus regiam majeſtatem; ejusque fæderatos tollerent; etiam matrimonium Aurelianenſis cum Margaretha pronuntiaretur per vias legitimas & validas irritum; diſſidia inter regem & ducem definirentur, utriusque interea temporis juribus ſalvis; quibus pacta hæc nihil derogarent. Si vero bellum Germaniæ ultra quadriennium produceretur; conditionibus iſtorum pactorum utique prius adimpletis, rex Nanceium in poteſtatem Ducis,

aut ſucceſſorum, & jus habentium redderet.

Sexta poſtulabat, Margaretham intra quintum decimum diem in poteſtatem Regis tradi, aut ſaltem Cardinalis frater & Dux bonâ fide adniterentur, ad eam tradendam, adeoque refugium iſtud diſſolutionem matrimonii nihil impediret.

Septima concedebat Ducatum Barrenſem poteſtati regiæ, donec Dux ſatisfeciſſet per debitum homagium.

Octava definiebat, redditus Lotharingiæ & appendicum cum omni libertate Duci relinqui.

Nona conſtituebat, ut Nanceio impoſitus à Rege gubernator, armorum per tempus depoſiti Imperium teneret abſolutum, ſine ullo alio reſpectu, niſi ut teſſeram à Cardinale Lotharingiæ caperet, quamdiu urbem ille incolere vellet.

Decima ſanciebat, ut diſciplina militaris conſtaret, nec incolæ durius haberentur à præſidiariis.

Pacta iſta coiere in caſtris ad Nanceium ſexto Septembris die: diſcedit Cardinalis Lotharingiæ, ut duci fratri ratihabitionem perſuaderet quantocyus. Redit, Comitem aſſumit Janinum actuarium ſecretorum, Regem facit certiorem, triduum impenditur executioni pactorum, & introitui regio.

Politica reminiſcentia.

SOlent principes tranſigendi ſtudium expromere, ut hoſtis temporis jacturam, illi compendium faciant, cum uno etiam momento res arduę conficiantur aut pereant. Galli profligaverant Romanum exercitum, ad urbem progreſſi, nihil munitam, ne portarum quidem objecta clauſtra inveniunt, adeo fractæ erant vires reipublicæ. Deſeritur urbs à robore civium, qui Capitolium occupant, bonæ fortunæ litantes. Circumfunduntur hoſtes, egreſſum intercludunt, intus fames dominatur poſt penuriam omnium rerum: fit deditio, ut quod reliquum eſſet auri & argenti appenderetur, & hoſtis diſcederet.

Adeſt Camillus, extorris ante, & ſusceptâ poteſtate

quam

Digitized by Google

quam proceres miſerant, militem diſperſum colligit, inopinantes opprimit Gallos, qui victis, & ex ſumma neceſſitate pactis inſultabant; in alteram bilancem adjectâ Zonâ, quæ pondus augeret: victores graviter mulctat, urbem reddit civibus, libertatem Capitolio. Tantum momentum adferebat ſummæ rerum tempeſtivus Camilli adventus. Quoties vero in obſidionibus vel diecula, vel horula viciſſitudinem prçſtitit immanem? quoties reſtaurata ſunt prælia, ex auxiliis ſubmiſſis, quæ collapſas vires reddidêre integras?

Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra, ait Horatius; quid vero de belli alea, & adminiſtrationis vicibus dixerit? Tranſacturus igitur videat, quo in ſtatu verſentur utrinque negotia; ubi mora quæratur, aut ſit damnoſa; cum uterque compendia ſibi ſua indaget, fides in ſuſpenſo manebit, donec effectorum ratio appareat.

CAPUT XXVI.

Obſervatur Lotharingus quod tergiverſaretur pacta ſervare.

DIe conſtituto delabitur Cardinalis Lotharingiæ ad moræ nectendæ rationes & excuſationes, ut ſatis intelligeretur, fratrem Ducem miſiſſe mandata contraria per Gitonum nobilem; adeo ut à capite negotium eſſet reciprocandum. Cum autem Cardinalis dux virium ſuarum ſibi eſſet conſcius, nec ignoraret, quantum Lotharingo eſſet ſuperior, negotiationis filum noluit abrumpere: mittit igitur Marchionem Chanvalonum Nanceium ad Cardinalem Lotharingiæ, qui ſecundum mandata diceret, quaſi ſuâ ſponte, Regem per omne genus rationum obligari ad extrema perſequenda; gravante tamen ad executionem inſtituti tranſire, ob ipſius ingenuitatem & ſtudium, in tranſigendo compertum.

Reſpondet Cardinalis, voluntatem illam nihil immi-

Digitized by Google

minutam, facturum fidem ultimo hoc conatu, apud fratrem, ut pacta ſerventur: ſic mittit nobilem qui verbis clariſſimis denuntiaret, ſummæ rerum eſſe proſpiciendum; quæ peſſimo verſarentur cardine, expenderet conſilia, Contriſtonum ad Regem legaret, qui ſalvum conductum impetraret, ut libere ad fanum Nicolai Dux cum Cardinale Duce conferret. Rex aſſentitur; poſtridie tamen conſultius putat, ut Cardinalis Dux progrederetur Charmas usque, ad inſtituendum colloquium, cum ſuſpicari liceret, colloquium quæri, ut à fano Nicolai pateret tranſitus in Flandriam, ubi locorum ille nunquam eſſet facturus deditionem Nanceii.

Renunciatur igitur, Charmas rectius convenire colloquio; aſſenſum utrinque, & octavo decimo die conventum. Cardinalis Dux prior adeſt, ad horam quintam veſpertinam, quem comitabantur Cardinalis Valettanus, Nuncius Pontificis Maximi, multitudo magnatum & nobilium, addito equite & pedite ſatis valido. Supervenit Dux ad horam undecimam noctis: ubi Cardinalem Ducem audit nocturnæ quieti compoſitum, non patitur ipſum excitari, quod ille domeſticis injunxerat; adeo ut poſtridie ſeſe invicem ſalutarent.

Eo die bis inſtituêre graviſſimum colloquium, quod diutius extractum, nullam tulit concordiam, etiam ſpe tranſactionis apud plurimos evanidâ. Dux autem per induſtriam & eloquentiam Cardinalis Ducis inductus, tandem cedit, ubi Cardinalis Dux ſalutatum veniſſet diſceſſurus. Promittit executionem pactorum, quæ frater iniviſſet, & ſuorum mandatorum ſeriem, nihil addens, niſi ut liceret Nanceii commorari, cum omnibus honoribus, qui natalibus convenirent, quemadmodum Cardinali fratri idem permitteretur: ſic adimpleret ſpatio trium menſium conditiones pactorum, etiam illam, quâ tenebatur Margaretham in manus Regis tradere, & Rex Nanceium reddere, ſine ulteriore morâ, munimentis, ſi videretur Regi, dirutis.

Cardinalis Dux eo lubentius in duos illos articulos con-

conſenſit, quod tantummodo quæreret, negotia in viam rectæ rationis deducere, nullo penſo proferendi limitis Gallicani, quæ alioqui potentiſſima eſt ad obtinendam à Rege gloriam optatam; Firmantur igitur utrinque pacta, & expectabatur executio proxima. Cum autem Cardinalis Dux non ignoraret, quanti referret, Lotharingum non ſibi relinqui, nec fidei propriæ permitti, quam ingenii inconſtans natura potuiſſet concutere; impensè laborabat, ut coram cum Rege ageret, ad majorem promiſſorum fidem, & promtiorem executionem.

Oſtendebat ad oculum, hoc inſtitutum ipſi ſummæ gloriæ futurum, cum ſic principibus vicinis clariſſimè teſtetur, quomodo Nanceium in rationem depoſiti non coactus traderet: neque defuturum commodum, ſi regiæ majeſtati reverentiam haberet, & ſubmiſſionem, unde major cooriretur fiducia, ad Nanceium per primam quamque inſtituti comprobati rationem reddendum. Tanta inerat verbis potentia, ut ſimul abirent viceſimo primo die menſis ejusdem ad Regem.

Nanceio ubi eſſent propinquiores, Cardinalis Dux accelerat paululum, ut cum Rege loqueretur ante Cardinalis Lotharingici adventum, ut legationis & negotiationis redderet rationem, conſilia etiam reipublicæ utiliſſima, quæ videbantur, ſuggereret. Nihil memorabile geſtum, niſi quod Dux Lotharingiæ accedens ad Regem, valde inclinavit corpus, additis excuſationibus, ſubmiſſionis teſtimoniis; aſſeverabat, ſummam ſibi voluntatem erga obſequium ipſius & pacta ſervanda; ſuppliciter rogans præteritorum abolitionem, & præſentium veniam.

Rex eum amplexatur vultu ſereno, & majeſtati convenienti modo, addit, lubenti ſeſe animo recipere oblatam amicitiam & obſequium; oblivioni traditurum anteacta, & veniam largiri. Deducit deinde ipſum in conclave, ubi Cardinalis Dux cum proceribus Conſilii præſtolabantur. Cæduntur ſermones ſoliti multa proferuntur in laudem Lotharingi, & armorum

Digitized by Google

ſtudium, quod non involupe ipſi accedebat. Rex tandem infit: Fatendum tibi, quam ſiniſtram de te opinionem conceperim, cum executionem pactorum, quæ Cardinalis cum fratre tuo inierat, & ipſus habuiſſes rata, adimplere tergiverſateris: ajebam, tibi nec fidem, nec promiſſa eſſe. Nunc vero, poſtquam fiduciam in promiſſis, quæ de executione facis, collocavi, muto opinionem, & teſtabor tibi benevolentiam quâ te amplector.

Cardinalis dux excipit ſermonem, ad Regem converſus, ſponderem libenter de ſtudio Lotharingi erga tua commoda, adeoque deſiderio vitæ aliter, quam hactenus inſtituendæ. Delendæ ſunt, ſereniſſime Rex, faſtidii cauſæ, quas regia majeſtas potuit habuiſſe, quin potius credendum, ex inſtituto in poſterum ſatisfactum iri commutato; oportet ut tuis auſpiciis militet, & exercitum ducat. Lotharingus ſecundum hæc orditur longam civilitatis ſeriem, rogitari Regem, ut in gratiam reciperetur. Rex denuo firmat ſecuritatem benevolentiæ: cumque cænæ inſtaret hora, jubet Rex eum deduci ad hoſpitium Ducis Valettani, quod ex præcepto erat paratum, ut ibidem lautiſſime haberetur.

Poſtea tamen, ſecundum Lotharingi proteſtationes quaſcunque, de diverſo vitæ agendæ inſtituto, quod ingenium verſutum notum eſſet, occaſionem præbuit regi, ut nonnullos adderet corycæos, quibus fides conſtabat. Neque hoc præter rationem, cum poſtridie graves extarent conjecturæ, ex quibus fugæ conſilia, & pactorum inanis fiducia paterent. Reverendus Pater Joſephus cum Buthilerio ipſum adit, ut de pompa, quâ Rex ingrederetur Nanceium, conſultarent. Ibi tam frigidè Dux agebat, tot remoras nectebat, ut nihil fere dubitari poſſet. Quoniam vero nihil etiam tum poſſet aſſeverari, ſuperſedit Rex ipſius perſonam comprehendere.

Hunc autem ex miranda inſtituit ordinem prudentia, ne jus hoſpitalitatis violaret, ad ullam ignominiam, ut juberet ſemper ad hoſpitium ipſius & perſonam obverſari viros cordates, qui nullo diffidentiæ ſigno dato,

Digitized by Google

attenderent, ne ille evaderet. Turpe enim fuiſſet revera, Ducem illudere Regi ex iſtiusmodi diſceſſu; patuiſſet æque imbecillitas ac imprudentia, niſi attineretur, in fuga inita. Omnino ſervanda erant promiſſa ſecuritatis, ipſi data ad executionem pactorum. Cum autem ipſus pactis ſtare nollet, nec Dux aliam ſecuritatem haberet, quam ex pactorum fide, jam poterat & deberet attineri; cum maxime executionis neglectus eum redderet numero hoſtium, quo ante cenſebatur, quemadmodum hactenus non licuerat, niſi poſt mentem apertam. Quod ſi evaſio eam ſatis patefaceret, imprudentiæ foret, viam Flandriæ pandere, evadentem dimittere;

Politica reminiſcentia.

Princeps promiſſa deſtituere parans poſt transactionem, debet attineri, ut hoſtis.

QUicunque princeps pactus eſt, & poſtmodum mutat inſtitutum, aut promiſſis ſtare renuit, hoſtem ſeſe profitetur illi, quocum tranſegit. Eo numero licet ipſum habere: promiſſorum enim eluſio ſummam injuriam apud principes trahit. Hæc demum viris ordinis equeſtris cauſam præbet duelli, & mutuæ cædis; hæc principibus occaſionum ſumma ad bellum ſumendum. Per tranſactionem pacis causâ ſuſceptam redduntur amici, ruptura illa efficit eoſdem hoſtes, unde omnis ſuperat libertas eos attinendi ex eadem lege, quâ licet hoſtem ubicunque locorum comprehendere.

Præter rationem tranſgreſſores hinc aucupabuntur ſecuritatem, quam ſponte calcârunt. Dux Burgundiæ qui Ludovicum XI. attinuit in caſtello Peronnæ, laudatur per hiſtoriam ex actu illo prudentiæ, cum revera rex occaſionem dediſſet. Huc conſenſerant uterque, ut convenirent de pace acturi, quam etiam firmârunt: ſed Ludovicus XI. non admodum ſincerus, legatos miſerat ad Leodienſes, quibus perſuaderet bellum in ducem iteratum, ſecundum ampliſſimam ſpem, quam faciebat ma-

gnorum emolumentorum & auxiliorum: Leodienſes autem perduellionem inceptârant tempeſtivius, quam regis expediret rebus, unde dux nihil dubitavit ipſi cuſtodiam circumdare, ne evaderet, quamprimum certior eſſet factus, ipſius interceſſione tumultuatum eſſe.

Et ut verum fateamur, ſi quid ſiniſtri accidat violatoribus pactorum, ſibi id imputent, potuiſſent autem omni carere incommodo, ſi Eccleſiaſtici uti placuiſſet præmonitione, quâ docetur, Peccatum impoſtoris redundare in authorem: diſſimulatorem duplo augere peccatum: perjurium non juſtificatum iri, ſed familiæ propriam futuram ſequiorem fortunam.

CAPUT XXVII.

Rex invehitur Nancejum & diſponit omnia.

CUm dux Lotharingiæ intelligeret, artibus nullum relinqui locũ, nihil proponendum ulterius ſed executionem promiſſã inſtituendam, tandem mandat, ut portæ recluderentur Nanceii copiis regiis, ad viceſimum quartum Septembris diem. Mareſchalci hoſpitiorum à Rege ibant notatum diverſoria: egreditur præſidium Lotharingi, ad numerum bis mille, trecentorum peditum, & ducentorum triginta duntaxat equitum; qui ſane tertiam partem neceſſitatis ad tuenda munimenta non explebant. Exercitus regius ſubit, diffunditur per utramque urbem in diverſoria notata,

Rex quintoviceſimo, comite Cardinale Lotharingiæ, qui occurrerat, invehitur trahẽs viros cordatiſſimos, qui expeditioni cum ipſo intereſſe avebant. Populus primo parũ gaudii teſtabatur, cum autem animadverteret ordinem admirandum, quem Rex eodem præſcribebat die, ne male haberetur, nemonon ignes feſtivos adveſperam pro veſtibulo ædium ſuarum faciebat. Poſtridie adventabat regina, ut partem ſibi ſumeret ex eo gaudio, quod regi non poterat non eſſe ſummum, poſtquam nobiliſ-

ſimum

Digitized by Google

ſimum Europæ munimentum tam anguſto tempore, nullo ſuarum copiarum ſanguine ſubegiſſet. Rex obvius ad portam Divi Johannis ipſam excip.t, ubi legio Picardiæ ſtabat per ordines explicata.

Secundum hæc adeſt Dux Lotharingiæ, cum Cardinale fratre, & Pfalſeburgenſi ſorore, qui obſequium præſtarent majori cum civilitate, quam gaudio. Sic igitur Nancejum, metropolis Lotharingiæ, quam robur propugnaculorum, & latæ tergeminæ foſſæ videbantur adverſus omnem vim reddere ſecuram, eâdem fere operâ obſidetur & deditur: Duos ad minimum poterat annos extrahere obſidionem; verum enim vero virtus Regis ſuffulta prudentibus Cardinalis conſiliis, quod regia majeſtas ſuâ perſcribebat manu, intra quartum decimum diem opus abſolvit. Induſtria enim ſummi Miniſtri cogebat Ducem ad fidem promiſſorum ſervandam aliquamdiu, ut traderet Nanceium in rationem depoſiti, ſecundum tempus definitum, ne in perpetuum perderet, quod metuebat.

Fama vix renuntiârat Europæ obſidionem, cum deditionis miraculum promulgare cogitur, ut Poëtarum & Pictorum aſſereret figmenta, quibus Victoria eſt alata, ut denotent, progreſſus principum, à fortuna beatorum, parum diſtare ab avium volatu. Viſæ ſunt expeditiones confectæ, quarum ſpem pauci conceperant; prôtitudo autem regis fidem fecit eorum, quæ hiſtoria celebrat famoſiſſima per Antiquitatem, adeo ut miraculorum vicem ſuſtinere deſierint. Quē vero ordinem rex inſtituit ad munimenti hujus ampliſſimi cuſtodiam non parum in hac occaſione præbet diſquiſitionis.

Gubernator dicitur Braſſacus, equeſtri loco natus, nuper reverſus à legatione ad ſummum Pontificem; illius ſane manſuetudo & modeſtia poterat incolis mutationem dominii reddere non ingratam, quemadmodum non poterat loci cuſtodiam ſecurius credere. Subdit illi octo millia propugnatorum ex validiſſimis legionibus exercitus lecta ſeveris additis mandatis, ut eam moderationem colerent, ne incolæ durius & incommodius viverent. Jubet annonam quamprimum comportari, apparatum belli-

cum

cum fieri. Conſtituit, munimenta, quæ neceſſaria judicabat, convertere in Citadellam, maxime ubi utraque urbs conjungitur, ut præſidiarii haberent, quo confugerent, ſi qua tumultuaretur; cujus inſtituti causâ arma omnia adimi voluit.

Cum autem præſentia potioris non videretur uſus, redit Pariſios, non eo faſtu & pompâ priſcorum Imperatorum, qui à popularibus adorari ſatagebant, aut ſaltem triumpho ſuperbo poſt reportatam victoriam invehebantur, ſed per eam modeſtiam, quæ gloriam augeret expeditionum, adeo ut & longinqua & propinqua itinera palmas undiquaque conferrent.

Politica reminiſcentia.

Quis ordo ſervandus in loco recens capto adverſus principem hoſtem.

CUm popularium benevolentia robuſtiſſimæ catenæ vicem gerat, quâ princeps eos Imperio ſuo adſtringat: nemo ambiget; teſtimonia manſuetudinis & clementiæ, quæ per urbem nuperrimè domitam conſtituet, ordinis novi fore normam, cum ſic excitetur benevolentia: victoria enim, niſi illam adipiſcatur, refeter plantam ſine radice. Quemadmodum enim exiguus ventus arborem facilè proſternit, quam radices parum firmant, ſic minima quæque occaſio tumultuandi invitabit ad arma corripienda, & jugum obedientiæ excutiendum.

Noverit igitur victor, nihil potentius captivare animos, quam emolumentum: quod ſi ſemel eos ſuæ adminiſtrationi implicet, in qua plus manſuetudinis & commodi inveniant, quam ſub Imperio ſuperioris principis, nihil erit, quod metuat. Galli amiſerunt per Veſperas Siciliam, & tempore non diuturno Regnum Neapolitanum, cum Ducatu Mediolanenſi; quod adeo rigidè imperarent, ut principibus nulla eſſet cauſa fidei ſervandæ, & novos dominos colendi.

Romanorum inſtitutum ex manſuetudine & moderatione celebre, populos Sagunti & Italiæ devictos diutiſſime tenuit in obſequio; cum viceverſa Hannibalis auſteritas eos averteret, quamprimum potentiam ibidem conſtabilire incepiſſet. Addam nihilominus monumenta quædam particularia, ad ordinis illius inſtitutum explicandum, ut populares alicujus urbis nuperrime devictæ in officio contineantur.

Non parum profuerit, accuratam præſtare juſtitiam in negotiis & cauſis civilibus, cui addenda cura ubertatis & annonæ: pietas eſt colenda, nobiles fovendi, & literati lucrandi: Monachorum etiam familiæ nihil negligantur, ſed honore & eleemoſinis demulceantur, iis immunitates ſerventur in pleno uſu. Ipſi enim conſcientias popularium poſſident; & authoritas ex vitæ inſtituto laudabili & factis & dictis fidem conciliat, adeoque exemplum ſequendum.

Quemadmodum etiam in poteſtate optimorum & ſapientiſſimorum principum non eſt, popularium benevolentiam per teſtimonia benignitatis acquirere, qui efferati, iniqui, & beneficiis impervii ſunt; opus itidem fuerit, in oppida nuper ſubacta validum imponere præſidium, quo contineantur in officio, & coerceantur tumultuaturi: ducibus tamen injungendum, ut moderate degant, ne oneribus nimiis & querilis præbeant anſam.

Deinde auferenda ſunt ea omnia, quæcunque turbis concitandis ſufficiant; arma ſcilicet, miles, machinæ bellicæ, feroces & turbarum capaces, adeoque turrium & locorum munitorum uſus. Sic Cæſar in oppidis ſubactis primo jubebat ſibi tradi arma & equos, obſides etiam nobiliſſimos & fortiſſimos, quibus mediis intercludebantur à tumultu ciendo. Neque enim ſatis eſt, abſtuliſſe arma, ſi retineant viros authoritate & conſilio præſtantes. qui exiguo negotio alia poſſunt curare clam ſubmitti, conductis etiam copiis militaribus.

Carthaginenſes id per experientiam oſtendêre, poſteaquam Romani omne armorum genus abſtuliſſent, cum rationem inirent ex ferro, quod in urbe inveniebatur,

tur, ſingulis diebus, cudendi centum ſcuta & trecentos enſes, præter ſagittas, & machinas jaculatorias, adeo ut fæminarum capillos converterint in funiculos, deficiente canabi. Viri enim ingenioſi & militiæ periti gravius ſunt metuendi, quam ipſa arma; ſic & accuratius ejiciendi ex oppido, quod aſſerendum ſumitur, quam ſclopeta, hoſtilia, & quævis ignivoma.

CAPUT XXVIII.

Conatus Feriani & Aldringerij, ad Lotharingum aſſerendum, redduntur prudentia Cardinalis inutiles.

QUo tempore rex arma ſua diſponebat; ut injuſtis conatibus Lotharingi obviaret, Auſtriaci conſtituebant Aldringerium in Germania & Ferianum in Italia, qui ad Conſtantiam juncti, deſcenderent in Alſatiam & Lotharingiam, ut à naufragio Lotharingum tutarentur. Inſtituti ipſus certior, moras identidem nectebat, adeo ut in Belgium evadere cogitaret, certâ ſpe conceptâ, ſi Nanceium ſex tantum ſeptimanas, aut alterum menſem ſuſtineret impetum Gallorum; abunde temporis habituros illos exercitus ſoſpitatorios.

Ex eadem autem cauſa Cardinalis, cui promtum eſt mederi ante cladem, tam vehementer inſtabat, ut ille coram ageret cum rege & paciſceretur, perſuaderet etiam regi, mitteret ad Suecos, qui Feriano & Aldringerio occurrerent, viam ad Alſatiam intercluderent, & Forcæum cum exercitu vicies mille virorum in Lotharingia relinquerent. Ille in mandatis habebat ſingularibus, ut tumultus & machinationes quaſcunque à Duce inſtitutas coerceret; juſſus tamen ſimul Suecis ſubmittere, quanta deſiderarent auxilia, ut duobus illis ſummis ducibus eſſent pares.

Con-

Digitized by Google

Concordia ſumma inter Regem & Suecos extemplo ſuadet Hornio excurrere ad tranſitus Feriani, & cum virtuti nihil videatur invictum, Conſtantiam tentare, quâ maxime portâ Ferianus erumpebat in Germaniam. Cum autem Ferianus appropinquaret, cura agri Wirtembergici, ne in eum fieret irruptio, angeret, auxilia obſeſſi valida reciperent, & lacu liberè uterentur, recedit Hornius, rogatus plurimum à Duce Rohanio, nomine Regis, & conjunctionem Feriani cum Aldringerio permittit.

Dux interea Vinariæ Bernhardus, ut eos ab Alſatiâ retraheret, ſumit Ratisbonam obſidendam, præter Straubingam & alia in ripa Danubii loca. Ferianus tamen & Aldringerius, inſtituti pertinaces, trajiciunt Rhenum, & per agrum Baſileenſem effunduntur in Alſatiam. Quod ubi Mareſchalco Hornio, & Palatino Birkenfeldio nuntiatur, accurrunt, inſtant, Rhenum trajiciunt ad Argentinam, occupant anteriora ad Colmariam, parati ad confligendum. Illi vero, quibus id ſolum erat cordi, ut Ducem Lotharingiæ juvarent, à prælio ſemper abſtinuêre, eoque magis, quod didiciſſent, quantas copias Forcæus hoſtibus obtuliſſet.

Aldringerius ubi nullum operæ pretium videt, ad Briſacum denuo trajicit Rhenum, ſed Hornius nullum temporis momentum ratus perdendum, itidem trajicit, conſequitur fervidè, & carptim abeuntem cædit. Hinc igitur viribus ille diffiſus, Briſacum ingreditur, ubi Ferianus, qui in Alſatia remanſerat, & à Palatino Birkenfeldio, atque Ottone Rhingravio infeſtabatur, denuo jungitur, ut una transgreſſi in Sueviam meliore uterentur fortunâ; ſpe tamen vanâ. Ferianus enim poſt aliquot menſes vitam cum morte commutat, in medio inſtituti curriculo, copiis plurimam partem diſſipatis & confectis per famis, frigoris & contagionis vitium.

Non hoc unum commodum Rex à Suecis ferebat, cum fæderati ipſi non minus eſſent cordi;

Digitized by Google

eos igitur adhibet ad aſſerendum Ducem Würtembergicum & comitem Hanoviæ, patrocinium expetentes, poſtquam duo illi Duces vaſtitatem illis territoriis inferre quærerent, hoſtium numero habentes, quoscunque ab inſtituto ſuo alienos, ut illic reficerent militem, provinciam devaſtarent: Aſſeruntur igitur tam feliciter, ut hoc anno nihil damni ferrent. Fateor quidem non tantum iſtis duobus principibus fuiſſe uſui, tùm Forcæus jubente rege in aliquot illorum munimenta partem exercitus ſpargeret: nam Marchio Burbonius, Campiductor, ſexcentos gregarios Mompeligardiæ, quæ juris eſt Würtembergici, imponit, & per ipſius virtutem, prudentiam, vigilantiam, & ſtudium erga regis gloriam, ſervata fuit; dum quaterna hæc propugnacula circumdet munimentis ſibi commiſſis, ad majorem ſecuritatem.

Mittit & alias copias Forcæus Buſivillam, Suſivillam, & Neovillam, ut ſic Comitatum Hanoviæ cuſtodiret. Fæderati perinde Galliæ aſſeruntur, Dux Lotharingiæ relinquitur inops auxiliorum, & Cardinalis dux aufert gloriam ſummam, qui conſilis ſuiis, & fœderatorum tempeſtiva opera duobus exercitibus occluſerit tranſitum, ne in Lotharingiam effuſi, regem in poſſeſſione victoriarum turbarent.

Politica reminiſcentia

Prudenter impetitur hoſtis in tranſitu per arma fæderatorum.

Quicunque princeps videt exercitum hoſtilem ingruere in provinciam nuperrimè ſubactam, rectius ipſum prævenerit, ut domi ipſius confligat, quam ut aggredientem expectet. Rationes iſtius axiomatis alibi expoſuimus. Eum ſane ordinem Romani in omnibus gravioribus ſervabant expeditionibus, præter bellum Gallicum, & Punicum ſecundum, quæ vel inde nunquam potuere finiri, donec exercitus per mare & Alpes trajicerent.

Qui-

Quicunque autem copiis parcit, aut ad alia inſtituta accommodat, porro rectius fecerit, ſi mediam viam occupet, & laceſſat, ſive in provinciam hoſtilem invadat, ſive tranſitus inſideat, operâ fœderatorum, ut progredi nequeat. Cum Hannibal ſpem de ſubjugandis Romanis abjeciſſet, Antiocho conſulit, ut eos intra Italiam oppugnaret: id quod optime ſucceſſit. Eodem modo Genſericus Rex Vandalorum à Baſilio Patricio, prę̨lio maritimo, eoque ſæviſſimo victus, perſuadet, ut graviora declinaret, OſtroGothis & ViſiGothis, inruptionem in Imperium Romanum, invento ſalutis remedio, quo deſtitutus, periculum exitii ultimi ſuſtinebat.

Ut autem exempla aliquot rationibus firmemus, verum utique inveniemus, quod Cræſus ad Cyrum ajebat, exhortatus, ut Thomirim in propria invaderet provincia: Si hoſtem admittis, vaſtitatem dabit grandem, ſi uno prælio ſis inferior, aut in confuſionem delabaris, non acquieſcit ſimplici victoriâ, ſed victricia proferet arma, donec univerſam provinciam ſibi ſubjiciat. Deinde nihil ſuſtinetur periculi, ubi per fœderatos, aut domi ſuæ, aut in anguſtiis impetitur, quin imo ſic ſervantur copiæ integræ ad meliorem uſum, ſine immenſo labore.

Vicerit licet fœderatos, hunc exercitum inveniet intactum, & viribus nondum fractis ferocem, adeoque ad repugnandum fortiſſimum, dum ipſus ſeſe ſentit imminutum per itinera, conflictus, morbos, &, attritum ex defatigatione. Præterea & viarum & clauſtrorum majorem ſuſcipiet notitiam, ſi à fœderatis, ipſi viciniorbus laceſſatur; quibus facilius annonam & ſupplementa ſubmiſeris: Sic igitur ſemper producet effectum inſtituti, ut eum ſcilicet abſtineat, in quo eo majus apparet commodum, quod nullum ſubit periculum, exercitum ſervet alacrem & integrum, quo fœderatorum copias fulciat, ad clauſtra ſervanda infirmiores.

Xxx CA-

CAPUT XXIX.

Diverſi commeatus, ad tranſigendum cum Regina matre, & Aurelianenſi.

QUamvis Regina mater, & Aurelianenſis per proximum biennium ad extrema evaſiſſent, artibus illorum, qui nimiam ſibi acquiſiverant fidem in conſiliis, inducti, tenerrimus tamen Regis animus, quem nunquam non erga ipſos exeruit, variis ſtimulabatur curis, ut illi reſipiſcerent, ſeſeque Galliæ redderent. Regina mater decubuerat aliquamdiu, & Rex, ut teſtaretur quanti faceret ipſius valetudinem, non ſuſtinuit ad primum nuntium, quin Riolandum & Petrum Pariſiorum famoſiſſimos medicos mitteret, qui omnem omnino curam & induſtriam depromerent, in ea reſtituenda. Sæpius etiam mittebantur Nobiles, qui de valetudinis conſtitutione renuntiarent.

Cardinalis profecto non parum contribuebat ad illam ſollicitudinem; is cum nullam prætermitteret occaſionem, quâ Reginæ matri teſtari poſſet ſuum obſequiū, illam experiri cæpit mitiorem, adeo ut videretur priſtina amoris ſenſa erga Regem, & fiduciam erga Cardinalem reſumtura, niſi abominandis conſiliis eorum, quibus nimium fidebat, denuo fuiſſet perverſa; Chantalupi particulariter, qui extra tempeſtatem nullus, abhorrebat à tranquillitate. Non tamen per omnia impediebat, quin ſæpiculè mitteret, qui certiora de Rege referrent, & aſſeverarent, quanto ſtudio ipſa in gloriam regiam & valetudinem ferretur: ſatis tamen improbo artium ſupererat, ut effectum intercluderet.

Alio experimento vix utar, præter inſtructionem, ſuâ manu perſcriptam, & Labevio traditā, cum regina mater mitteret ſalutatū regem: Subjiciebat profecto lenociniū verborum, ut ſtudium illius erga regem promoveret, adeo ut etiā permitteret, reginā matrem ad Cardinalem ſcribere, ut teſtaretur, paratā ipſi benevolentiā, cujus teſtimo-

ſtimonia liceret ſumere, & ſic occultius falleret. Noverat autem optime, regem, niſi judicii uſum exuiſſet, quo tamen in omnibus inſtitutis admirationem conſequitur, nunquã paſſurum ut ipſus reginam matrem comitaretur, & conſiliis inſtrueret, poſt ſecreta per Alpheſionum & Chavaniacum propalata, de tollendo Cardinale.

Per complices igitur reginæ matris animũ obfirmat, ne abigeretur, ſed ut fidelis & admodum induſtrius audiret miniſter, quo ipſa carere nõ poſſet, niſi cum diſpendio authoritatis & rerum agendarum. Inſtructio inſuper Lalevio data, amplius confirmabat animi ſenſa apud regios. Cogitabat quidem improbitatem ſpecioſo amicire velo, dum ſuppliciter rogat Cardinalem de dimiſſione, quod nollet tam egregium opus tranſactionis impediri. Ita vero amplius patebat acutis oculis, cum certum haberet, ſe excluſo Reginam matrem nunquam redituram.

Perplexabatur etiam hic ſermo, adverſus illum, qui nunquam longius removendũ aſſeverabat; quin etiam Cardinalis ſic reddebatur ipſi exoſior, quem ſciret, non adeo egenum prudentiæ, aut ſtudio erga regem vacuũ, ut reditum ipſius permitteret. Proponebat ſibi etiã, diffidentiã maxime obſtare tranſactionibus inter Magnates, quibus concordia duntaxat redit per confidentiã mutuã, omne penſum ponebat in illa fovenda apud reginæ matris animum; quod eadem inſtructio, Laleviam aperte demonſtrat, quæ jubebat dicere, Si rediret in Galliã, ſortis fieri jacturam, Cardinalem ſemper promtũ habiturũ ipſius exitium, nullo metu noxæ reciprocæ, etiam poteſtate apud ipſam deficiente, ambigere etiam, de Cardinalis diffidentiã, tametſi vicies & amplius ſtudium de reditu ipſius impenſiſſimum retuliſſet.

Nullo igitur negotio apparebat in Patris Chantalupi actionibus, quod una manu cauſã ad tranſactionẽ ferret, alterâ væ grandia objiceret obſtacula: ſimillimus illi, qui populares ad reſtinguendum ignem vocat, occultè focũ ſtruens & fomitem. Aula Bruxellenſis non hoc unũ dedit per iſtum annum teſtimonium calamitoſorum principum, quotieſcunq; ambitioſis parent miniſtris, quibus ſolitum eſt privata compendia præferre principis commo-

modo. Documenta enim nihil minus apparebant in transactione Aurelianenſis, quam Elbenius agitabat, Ipſi enim Rex fecerat copiam ſæpius commeandi Bruxellas & Pariſios, ſi quæ ratio inveniri poſſet, ut ipſum ex manibus Hiſpanorum eriperet.

Si Aurelianenſis sciviſſet, nihil ſibi in Gallia metuendum, id vero votorum regiorum eſſe ſummam, ut partem gloriæ & voluptatis caperet; quem regia majeſtas amore prorſus filiali amplecteretur; nunquam profecto dieculam unam in Belgio hæſiſſet, perrupiſſet propediem omnia obſtacula, ad evadendum. Puylaurentius tamen; qui potens erat in animo ipſius, omnem fidem meritus, præ omnibus aliis, quod metueret ſupplicium temeritati debitum, cum ipſum tertium ex Gallia deduxerit, & fructum ſperaret colligere benevolentiæ, ſatis inveniebat induſtriæ, ut contrarium perſuaderet, & diffidentiam ſummam inſtillaret.

Animum inducebat, in Gallia nihil tutum ipſi, ſub ipſiſſimum adventum deductum iri in ſaltum Vincennarum, aut ſaltem familiam coricæis explendam, ut cuſtodiam perferat moleſtiorem; Regem nihil curare hoſpitium ipſius ad Hiſpanos, niſi quod metueret, ne armatus in Galliam irruat, æmulationem eſſe ſtudium illud collaudatum, cum principes obliquo oculo ſpectent ſucceſſores neceſſarios. Nunquam denique permitteret, ut Rex quenquam obtrudat in conſilium, qui notitiam actionum venetur, cum univerſi illi corycæi aut ſpeculatores rectè nuncupentur. Compactum iri quaſi in eculeum, & ſummas anguſtias, ubi regiæ benevolentiæ aucupes, novam identidem ſubjicerent diffidentiam; donec in caſtellum aliquod ſeponatur, ad diem usque coronæ ferendæ.

Non utique ignorabat, quanti intereſſet Regum, abſolutum ſervare in voluntates principum regiorum Imperium, & de conſiliis potiſſimis certiorem fieri; conſcius inſuper, virum quemque cordatum, Principi additum, partem & confidentiæ & favoris propediem ſumturum: maximè ubi ille, quisvis foret, Principi demonſtraret, non niſi ex privatis commodis ſuſceptum

iret

iter in Belgium, & moram ibidem tractam, unde pernicies extrema poſſet conſequi. Quæ vero conſilia manſuetudinis & pacis poſſent ſperari ab ipſo, qui nunquam, etiam redditus tranquillitati, deſinebat in ſermonibus regem carpere, & Cardinalem offendere, ad comminationes etiam prolapſus, uti meminiſſe poſſunt, quicunq; cum ipſo egerunt.

Quod ſi Chantalupo nihil erat fidendum, poſt extrema illa, quæ amare videbatur, & inſtitutum immotum, in quo animum Reginæ matris firmabat, ne defereretur; nulla ratio majorem fiduciam de Puylaurentio ſuadebat, ob eam diſpoſitionem, in qua inveniebatur, quin præſentiâ Aurelianenſis iterum abuſus, novum per Galliam ſuſcitaret incendium belli civilis, aut quartum extra Regnum deduceret, ad primam umbram diffidentiæ, quæ mentem alioqui ægram tentaret.

Diffidentiæ majorem faciebat locum, manifeſtus ambitionis æſtus in animo, quod vitium audaciam omnium rerum inſpirat: deinde eximia illa benevolentia, quâ Aurelianenſis eum proſequebatur, poteſtatem erat ſervatura ejus ad nutum traducendi, adeo ut Aurelianenſem revocare, cum comite, quo carere nolebat, fuiſſet facem diviſionis in Galliæ ſinum conjicere, quæ ſane tum temporis ſalutem potius quærebat neceſſariam in concordia arctiore, cum Exteri magna compendia ex diſcordia, quam ſollicite in familia regia fovebant, colligerent.

Verum enimvero, nulla apparebat ratio, cur inter Aurelianenſis intimos cenſeretur; niſi ingenium & mores mutaret, ſed qui pergeret cum Rege agere protervius, repudians conditiones, ſecundum quas Rex deſiderabat reditum Aurelianenſis, aliis propoſitis, ac ſi Princeps cum Principe, par cum pari ageret, auſus etiam ſua commoda admiſcere, cum rectius ad pedes regiæ majeſtatis advolutus, offenſarum gratiam petiiſſet. Profecto hic authoritas regia turpitudinem tuliſſet non exiguam, ſi teſtaretur tantam imbecillitatem ſub oculis univerſæ Europæ, ut cogeretur legem à ſubdito accipere, cui deberetur ex rigore juſtitiæ ſupplicium.

Vulgus, cui acies oculorum hebetior ad penetrãdum, quæ in fundo latent, videbatur ſuggillare, neq; Reginam matrem, neq; Aurelianenſem reſtitui gratiæ regiæ, poſt tot commeatus; ſapientiores autem, quibus de negotio nonnihil conſtabat, non ſatis admirari poterant prudentiam Regis, qui authoritate uteretur, quam leges conferunt principibus in propinquos, ubi de reipublicæ agitur ſalute, ut nec reditum illorum præcipitet, qui in perverſa diſpoſitione intimorũ tumultus ulteriores in Regno excitâſſent, ad inſtituti Lotharingici diſpendium.

Politica Reminiſcentia.

Summa eſt prudentia, nihil præcipitare transactionem cum periculo reipublicæ conjunctam.

HIc demum fiet compendium ſapientiæ, ubi transactiones, cum periculo reipublicæ conjunctæ neutiquam præcipitantur. Certum omnino, ſi generatim loquamur, præcipitantiam ſapientibus conſiliis inimicam, negotiorum turbinem ſine termino, & improbum miniſtrum, cum cæca ſit, & providentiæ expers, adeo ut nunquam niſi cum diſpendio agat. Inprimis vero apparet id in paciſcendo, ubi partes in neceſſaria ad pacem diſpoſitione non inveniuntur. Etſi enim omnia ſint plauſibilia, per principia, non tamen diuturna fuerint, propter rancorem animorum, qui extabat in veſtibulo, & ex quocunque faſtidio novo augetur.

Subit enim diviſio, & pro ſatisfactione occurrit pænitudo. Tantũ enim abeſt, ut definiant cauſas, quin potius complures inde enaſcuntur diſputationes inter Magnates: & facilitas firmandi pacta deſinit in mille difficultates per executionem, adeo ut poſt ſedulum laborem ad promtiorem exitum, eadem quæ prius ratio diffidendi valeat inter eos, quos concordiæ reſtitutos credebas. Odiũ facillime inter Principes ſuſcitatur, nihil minus obliviſcuntur, quam injurias ſuſceptas: quamvis enim eaſdem diſſimulent aliquousq;, nunquam tamen deſinent effecta protrudere, per occaſiones oblatas.

Olim diverſæ inſtituebantur transactiones inter Ludovicum XI. & Carolum Burgundiæ Ducem, per quas videbatur conſuli utriusq; imperio: quoniam autẽ ex neceſſi-

ceſſitate & ſecundum rerum curriculum illas dux inibat, quoties arma ponerentur, non vero ex animi propenſione, ad vitam cum rege degendam tranquille, nunquam non repetendum erat exordium, adeo ut ſola mors potuerit determinare illorum diſſidia. Quoties vero Aurelianenſis familia fuit reconciliata cum Burgundica? ſemper tamen invanum quo principes nõ abjicerent odium mutuum, & ex quacunque cauſâ ac ſuſpicione ad arma recurrerent.

Henricus II. non multum obtinuit, poſtquam Ducem Guyſium in gratiam recepit, qui nihil deſinebat perſequi inſtitutũ ab ambitione ſuſceptum. Ingenia rerum imperitiora nihil advertunt ſortẽ dubiam in concordia principum, cum exiſtiment, non parum profici, ſi amicitia aliquamdiu ſaltem conſtet: eſt tamen, uti graviſſima conſequantur illam ſortem, verbi gratia, ubi diviſiones civiles, quas de novo ſuſcipiunt, rempublicam exponunt periculo, & Exteris compendium præbent. Longe præſtat, Magnates extra regnum commorari in diſcordia impotente, quam ut ad aulam verſentur, aut provinciam longinquam incolant, unde facillime poſſent tumultuari, & ſeditionem ciere.

Exiſtimaverim ego, conſiderationes illas præcipitatas rectiſſime comparari digeſtioni nimis promtæ, quæ ex Medicorum ſententiâ corpus tantummodo replet cruditatibus, quę morborum deveniunt cauſæ: videas enim plerunq; ſuſpiciones & novas lites, tanquã ſemina bellorum civilium inde naſci. Multo igitur expeditius fuerit moram interponi, antequam firmentur, ut evadant ſolidiora, quam præcipitari, ut exiguum tempus ſubſiſtant, & novas producant turbas.

CAPUT XXX.

Cardinalis gratiam reginæ matris ambit.

CArdinalis vero nihil deſinebat ſibi expetere, Reginæ matris benevolentiam, adhibitis quibuscunque teſtimoniis ſubmiſſionis & gratitudinis. Ro-

vocabat ipſi in memoriam, quicquid officiorum per univerſam ipſi reddidiſſet vitam, fidem quam applicuiſſet omnibus ipſius actionibus, conſilia optima quæ nunquā non ſuggeſſerit, pacta compendioſa, quæ per ſuam induſtriam ipſi conciliaſſet. Ut denique Orbi terrarum ſuam probaret innocentiam literas ad ipſam dat admirandas, quas cum dignæ ſint, ut auro deſcribantur, inſeranturq; in tabulas æternitatis, ex idiomate Hiſpanico transferre in Latium placuit; ubi nullus dubito, veſtem alienam nō parum ex elegantia genuina ſumpturam.

Novi, Sereniſſima Domina, meos, vel potius reipublicæ hoſtes, improbitatis nō feciſſe compendium, poſtquam apud majeſtatem tuam mihi detraxere, quin præſentiam meam & Regi ſuſpectam reddant, quaſi eo prorſus animo ad ipſum accederem, ut alienarem à te, & dividam, quæ Deus & Natura conjunxere. Spem pono in divina benignitate, fore aliquando, ut improbitas illorum pateſcat, actiones meæ quamprimum juſtitiæ comprobentur, & innocentia mea triumphet de calumnia.

Non, Sereniſſima Domina, quod me minus felicem & culpatum ſentiam, poſtquam deſii tuæ majeſtati gratus eſſe, aut vitam mihi ipſi exoſam traham, in hoc rerum mearum ſtatu, poſtquam benevolentia tua mihi eſt carendum, eoque æſtimio, quod præ omnibus terræ honoribus diligebam Id autem cum ex manu tuâ liberali obtinuerim, non tantum acceptum tibi refero, ſed etiam ad pedes tuos demitto. Excuſa, Sereniſſima Domina, opus tuum & creaturam: Quicquid proceſſerit ex ingenio tuo regali, ſine murmure excipietur à me, quod millenis comprecationibus proſequar.

Verumenimvero Sereniſſima Domina, parce quæſo, adjuro pietatem tuam à natura inſitam purpuræ Eccleſiaſticæ, quâ me amiciviſti, ne ſplendorem & decus perdat per maculam adeo turpem, quam aſpergeres. Neque vero ſimile ſit rationi, omnium mortalium devinctiſſimum fore ingratiſſimum; meamq; adeo conſcientiam, mea commoda, primamque meam propenſionem animi tuæ voluntatis ſubiiſſe Imperium, & nullo alio mutationis pretio idem rejeciſſe, quam ut apud optimā & maximam Univerſi hujus Reginam proditoris referam vituperium.

Hoc

Hoc ipſum, Sereniſſima Domina, ſi recte expenderetur, poſſet me excuſpare, & à crimine atque ſuſpiciono liberare tribunal tuæ majeſtatis, quæ ſententiam atram in me fere inauditum tulit. Non tamen appello quenquam, cum me totum tuæ voluntati tranſcripſerim. Infelicitati propriæ adſtipulor, nec diſputabo adverſus Dominam meam, nec etiam rationem iſtius actus petam. Tantum abſum, ut cogitem patrocinio Domini mei inniti, aut miniſtrorum quorumcunque, vel etiam recordationi præteritorum officiorum, adeoque obluctari indignationis tuæ curſui, quin ipſam mentē ipſius forem criminis damnaturus, aut contrariam viam ſumturus, quam hactenus ingenium tenuit manifeſtiſſimam ad gloriæ compendium per fidelitatem, & ad ſecuritatem per innocentiam.

Minus etiam deſidero, miſerabilem meam ſortem in Gallia abſolvere, aut Romam transferre, ut ibidem deploratiſſima quæque aſpiciam: ubivis enim locorum obrepet faſtidium, per Majeſtatis tuæ abſentiam, adeo ut ab aſpectu tuo remotus, præter deſiderium mortis nihil habeam reliquum. Optarim tamen, propter authoritatis meæ compendium, & eum gradum, quem in domo Dei obtineo, ut ea mihi obtingat poſt innocentiæ meæ manifeſtationem; & niſi nimis audacter voveo, poſt benevolentiæ tuæ redditum honorem.

Hoc ubi obtinuero, nihil dolebo ab aula recedere, aut ex mundo exire: cum quotidie millies moriar, poſtquam majeſtas tua viſa eſt credere, me degeneraſſe, adeoque deſiiſſe eſſe quod ſum, nempe,

Sereniſſima Domina
Majeſtatis tuæ

humilimus, fideliſſimus
& obſequentiſſimus
ſervitor.

ARMAND CARDINALIS RICHELIUS.

Politica reminiſcentia.

AUt vitium eſt naturæ, aut inſtitutionis, hominem, animal rationale, ratione nihil duci, nihil flecti. Ajunt ſane, mentem mortalium quorumcunque, referre papyrum virginem, quæ primas lineas avidiſſime imbibat, nunquam penitus amittat, cum per naturam ſit tenerrima; & atramentum ex iis conſtet materiis, quæ per acrimoniam ſint tenaciſſimæ, quemadmodum in ſolidioribus cœlum infugit lineas ad æternitatem transmittendas. Sic omnino teſta, quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem diutiſſime. & animus, opinionum vacuus, exordium ſuſcipit facile motuum quorumlibet; ſed plerunque antequam rationes contrariæ adferantur, ſiniſtræ opinioni dat locum.

De inſtitutione nemo dubitabit, qui Mithridatis meminerit. Is enim effecit poto ſæpe veneno, ut ne toxica quidem nocere potuerint, ubi eorum vim in morte ſpontanea deſideraret. Ad oculum patet, guttam & ſtillicidium excavare lapidem, quod ſenſibus credere cogimur: quid vero non poterunt creberrimæ ſuggeſtiones, quæ, inſtar aquæ blandiuntur, ſed per continuum caſum obfirmatiſſimo animo vim inferunt. Acrimoniam habent ſuſpiciones, ne dicam ſtimulos, ut mens de ſtatu dejiciatur, & omnia ſequiora intelligat, adeoq; applicet.

Præclare ille ajebat, rebus omnino ſingulis geminas eſſe anſas, dextram & ſiniſtram: unde mortalibus opinionum diverſitas, cum alterutram apprehendant. Non per omnia abſimiles puerulis, qui ſibi vitrum rubrum aut flavum, cæruleumve apponunt, ut objecta colorem vitri referant; vitio & in vitro, & in oppoſitione vitri hærente.

CA-

CAPUT XXXI.

Litigium inter Archiepiſcopum Burdigalenſem, & Ducem Eſpernonium.

SUb finem iſtius anni ſuboritur grave litigium inter Henricum Surdiſium Archiepiſcopum Burdigalenſem, & Ducem Eſpernonium, Aquitaniæ gubernatorem. Archiepiſcopus ille, cujus ingenium eſt omnium negotiorum capax, præfecturam, per obſidionem Rupellæ, gerebat aliquot navigiorum bellicorum in illa provincia, cum poteſtate particulari, quæ ipſum eximebat quovis Imperio: Dux vero, qui nunquam paſſus erat deplumari ſibi alas, non parum inde offendebatur, tametſi rem diſſimularet, aucupaturus occaſionem commodæ vindictæ, quæ non ſtatim ſeſe præbebat, Archiepiſcopo ad aulam, & per Pictaviam occupato, ad Regis cauſam tutandam.

Quemadmodum vero non minori pollet memoria, quam fortitudine, rem diſtulit uſque ad reditum Archiepiſcopi, qui ſub finem anni incidebat. Conſuetudo autem Urbis fert, ut Jurati Archiepiſcopo obviam eant uſque ad Pontem, quotieſcunque ille peregre adventer: Dux igitur, ne honor iſte exhiberetur, advocat Juratos à meridie, cum expectaretur Archiepiſcopus, quos diſtinet ſive per negotia conficienda, ſive per alias technas, donec ille introiviſſet in Palatium. Conabantur quidem Jurati excuſationes Archiepiſcopo adprobare, quod non iviſſent obviam, quibus ille tamen ſibi minus ſatisfieri teſtabatur.

Acceſſit alia offenſa poſt pauculos dies, cum Dux ex jure litorali primam naſſellam legeret, quam ad rationem fori piſcarii emtam ſolveret, ubi ex mandato quorundam particularium aperitur & clauditur. Atrienſis igitur Archiepiſcopi adit Cliam. locum nempe recentium piſcium venalium, ut piſces coeme-

meret, arcetur à veſtibulo, quod jus litorale nondum eſſet præſtitum. Quod ludibrium potius menſam, quam perſonam Archiepiſcopi lædebat, injuriam tamen ille interpretatur ſummam, querimoniâ per ordinem juſtitiæ inſtitutâ, unde litigium vehementiſſime exarſit.

Dux enim irritatior, volupe habuit eundem luſum iterare, quo die Archiepiſcopus Juratos excipiebat opipare, cum cæteris Urbis præfectis, ſatellitium mittit, ut ne Clia aperiretur, aut piſces venum proderentur: adeo ut Archiepiſcopi miniſtri vim molientes, vapularent. Dicitur etiam, Ducem eodem die, ne Archiepiſcopus marinos aliunde haberet, cuſtodias diſpoſuiſſe circa Archiepiſcopale Palatium, ut ingreſſuri excuterentur, piſcibus direptis.

Archiepiſcopus igitur juſte indignatur, querimoniam apud Procuratorem Generalem iterat & juratos, qui diverſa teſtimonia ſignabant, cum proteſtatione appellandi Regis, incuſantes viros quoſdam cum mantellis coloris dubii inter viridem & fuſcum, quibus cruces albæ inſidebant; nullâ utique mentione ſatellitii ducalis. Iterata tamen iſta quærimonia nihil commodi attulit ſecundum primam: Dux imo jubet Naugaſium legatum ſatellitii occaſionem aucupari, ut Archiepiſcopo per plateas Burdigalæ occurreret, cui ſatellitium exponeret contemplandum, rogans proterviorem quemcunque indicaret, aſſeveraret denique nullum à ſeſe unquam prodiiſſe mandatum ex animo ipſum offendendi, aut aditus ad Palatium impediendi.

Naugaſius non deeſt mandato, capit occaſionem ut rem ex ordine exequeretur, vicenos ſatellites Ducis ſequi juſſos, obviam trahit Archiepiſcopo in monaſterio Divi Andreæ, cum ex urbe rediret in curru penſili. Aurigam inhibet, habenas equorum arripit, & per tumultum circumcirca coortum confuſè ipſi infit. Venire ſeſe à parte Gubernatoris Ducis, ut ipſi repræſentaret viros cum mantellis dubii coloris inter viridem & fuſcum, cruces albas geſtantes, ut ſciret, quinam illi eſſent, & ipſus diſpiceret, qui arguerentur ipſum offendiſſe, aſſeve-

ran-

rans inſuper, neminem à ſeſe juſſum proterviam ipſi facere.

Ludibrium iſtud magnum excitabat diſſidium, aliis in ſcandalum trahentibus, aliis riſum applicantibus. Archiepiſcopus autem teſtabatur, quam graviter ſeſe offenſum ſentiret, convocato univerſo Clero, cui injuriã in ſua perſona ſuſceptam exaggerabat, & quid porro agendum foret, diſpiceret. Conſtitutum, ut Naugaſio ſacris interdiceretur, antequam vero anathema promulgaretur, irent duo Canonici, duo Curati & duo Monachi ad Ducem, qui ſatellitium apud ipſum incuſarent, an ipſius juſſu res eſſet peracta.

Dux Deputatos excipit civiliter, ſed ne titubaret, aut erraret in reſponſo, quod erat daturus, petit, ut ſermonem ſcripto exhiberent. Renuntiatum ubi id fuit Archiepiſcopo, iterum convocat Clerum, ex illius ſententia ſtatuit poſtridie promulgare cenſuram excommunicationis contra Naugaſium, ipſo feſto Omnium Sanctorum, adeoque omnes complices. Naugaſius admonitus de iſtac cenſura, eam appellatione abuſus rejicit, Archiepiſcopo appellationem inſinuat; & Dux accerſit domum ſuam omnes omnino profeſſores Juris Canonici, & magnum numerum monachorum, exquirit conſilium ſuper iſtâ cenſurâ.

Pro ponitur autem facti ſpecies in forma qualicunq;, unde plurimis eorum viſum, nonnihil in cenſura erratum, neque omnia momenta juris fuiſſe obſervata, perinde credere ſeſe, eâ notatos non obligari. Dux hanc ſententiam quantocyus promulgat per compita, ad clãgorem tubæ: id quod Archiepiſcopum tam vehementer irritavit, ut nihil recordatus, monachis illis fere impoſſibile fuiſſe, ad Ducem non convenire, poſtquam vocati fuerant; ſententiam datam pro re propoſitâ, quæ tamen nihil definiret, ſed tantum ſimpliciter teſtaretur de illorum ſenſu, quemadmodum Advocati quotidie pronuntiarent de oblatis, etiam quæ ipſum regem ſpectarent; conſtitueret eos per rigorem caſtigare.

Hæc ſententia conformis inveniebatur illi, quam Epiſcopus Nannetenſis Prælatus, cujus authoritas eſt illuſtris,

luſtris, vita ſine macula, & ſcientia ſine ſecundò, Duci per literas rogatus præſcripſerat, dum is metueret, ne ſtudium complacendi Doctorum & monachorum nimium tribuiſſent ipſius commodis. Archiepiſcopi nihilominus rancor tantus erat, ut ſententiam ferret in omnes monachos opinionem à Duce promulgatam probantes, condemnationis, quod attentaſſent adverſus perſonam ipſius & dignitatem; interdicit illis omnia munia, & functiones Eccleſiaſticas cujuſcunque modi, agendi cum populo, conſcientias emaculandi, & adminiſtrandi Sacramenta in Diœceſi Burdigalenſi, annexo mandato ad ſuperiores Provinciales, ut ipſos caſtigarent, & ex monaſteriis Burdigalæ extraherent.

Excandeſcentia, qua flagrabat, nihil permittebat reſpicere ad immunitates à Sede Apoſtolica familiis iſtorum Monachorum indultas, quibus inhibentur omnes omnino Prælati cenſuras intendere in ipſos, addito ſupplicio ejusdem excommunicationis, qua illos irretire conarentur. Hinc Monachi Pontificem maximum appellarunt, de ſententia præter authoritatem latâ: non tamen Archiepiſcopus ſuſtinebat argui falſi, unde in Palatium Archiepiſcopale convocat Superiores monachalium familiarum, ut ſententiam in Naugaſii favorem latam revocarent.

Dux certior eorum quæ agitabantur, conventum eum impediendum cenſet; injungit igitur excubiarum duci in urbe, ut Palatium Archiepiſcopale ſagittariis cingeret, ne quis Monachus introiret: ex metu turbandæ trãquilitatis publicæ, quam per officium teneretur curare. Archiepiſcopus intimè dolebat, conſilia ſua per vim diſturbari; cumque operæ omnino eſſet pretium factu-tus, conſtituit ipſus adire Monachos, & in Palatium deducere ſuum; unde omnis mali prodiit ſcaturigo, cum præterita pleriſque viderentur ludiera.

Dux autem, qui nunquam tantum patientiæ acquiſiverat, ut toleraret Archiepiſcopi immunitatem Eccleſiaſticam, ad confringendam potentiam politicam, ipſus cum ſatellitio & aliquot nobilibus, eum præſtolatur ad veſtibulũ Cœnobii, quod adjacet Eccleſiæ metropo-

Digitized by Google

tropolitanæ: obviam procedit Epiſcopo adventanti, verba quædam injurioſa ingerit, pileum & capillare ad terram defluere facit, pomum baculi manualis etiam pectori admovet, quod teſtantur nonnulli, auditi ſecundum informationem, quam Parlamentum inſtituit poſtea.

Tumultus iſte mire perſonabat Urbem; Archiepiſcopus tamen nec curſum, nec tempus perdit, poſtridiè, undecimo nempe Novembris conventum agit Cleri, & ex ipſius ſententia pronunciat Ducem cum complicibus excommunicatum, interdicto ſubjicit Urbes & ſuburbia Burdigalæ ac Cadiliaci. Parlamentum animadverſo illo tumultu, omnem dabat operam, ut res ad transactionem converteretur, ſed fruſtra, ubi hoc tantum ab Archiepiſcopo impetravit, licere Parlamento Miſſæ intereſſe ſacrificio in ſacello Palatii, quem locum ſervârit integrum.

Mittebat etiam ad Regem informationes de omnibus, quæ eveniſſent, ut cauſam ad unguem deduceret. Rex de univerſo negotio edoctus, Archiepiſcopo mandat, ut interdictum tolleret, & Duci, ut in domicilium Plaſſaci, quod eſt extra Diæceſin Burdigalenſem, ſecederet, & Pontificis ſententiam expectaret, cui cauſæ cognitio competeret, poſtquam ipſum appellaſſent: ad ſextum fere menſem extrahitur deciſio, adeo ut in alterum annum differretur, cui tempori & loco reliquum ſervamus.

Politica reminiſcentia.

Ab omni tempore Pontificibus & Epiſcopis magnos exhiberi ſolitos honores.

Functio Pontificum & presbyterorum adèo eminens eſt & ſacra, ut ab omni tempore obligârit populos & Imperatores ipſos ad magnam reverentiam. Plutarchus hanc cauſam adducit, quod Deum rogent bona, non ſolum ſibi & ſuis, ſed etiam communiter omnibus

bus hominibus. Romani etiam pagani tantum illis habebant honorem, ut ſacerdotes Jovis per Urbem incedentes, haberent lictorem & ſedem Curulem; adeo ut mulctam irrogarint Cneo Cornelio Prætori Romano, quod injurioſius diſputaſſet cum Æmilio Lepido, Pontifice maximo.

Alexander Severus tantum ipſis tribuebat, in rebus religionem attingentibus, ut nihil offenderetur, quoties ipſorum ſententiæ diſcreparent à ſua: Alexander autem magnus reverentiſſime habuit Judæorum pontificem maximum, cum irritatior Hieroſolymam peteret, exitium minitatus, ſacerdos autem ſummus occurreret Pontificalibus indutus, ut non tantum demuceretur, ſed & obviam iret. & Deum in ipſius perſona, quod hiſtoria refert, adoraret.

Omnes omnino Gentiles primum locum ſacerdotibus & presbyteris dedere ſecundum Reges, unde grandis criminis reus putabatur, ſi quis eos offendere eſſet auſus. Quod ſi lumen naturæ eos ad tantam reverentiā induxit, major utique ipſos honos apud Chriſtianos manet. Epiſcopi enim noſcuntur patres; paſtores Eccleſiæ, propagines noſtræ religionis, adeoque cuſtodes ovilis Dominici. Intuebantur eos, tanquam legem recte vivendi, tanquam amuſſim laudatorum morum, & tanquam Angelos, quibus maxime patent myſteria fidei noſtræ, & qui præ reliquo genere mortalium plus ſint defæcati in flammis Spiritus ſancti.

Colebant eos, tanquam viros dignitatis eximiæ, qui tenentur mentem continuo in res cæleſtes ſurſum defigere, & vivere ex generoſo contemtu eorum, quæ fortunæ & mundo dominantur, veluti aſtra ſcintillantia, quorum ſplendor nunquam obfuſcatur per nubes vitiorum & horroris; veluti viros cæleſtes, qui familiarius cum Deo converſantur, veluti libros vivos veræ doctrinæ, vera organa Chriſtianorum, & ideam vitæ per populares inſtituendæ. Conſtantinus Magnus ſolebat dicere. Non ſeſe eos conſiderare ad rationem cæterorum mortalium, ſed qui throni ſint, ubi Divinitas hoſpitaretur. Unde nullus patiebatur, eos ſermonibus protervis lace-

Digitized by Google

lacerari, adeo ut violatoribus mortis irrogârit ſupplicium, quicunque eos offenderet, quod per ipſam Hiſtoriam patet; ante omnia mandans præſidibus provinciarum, ut quemvis ipſis honorem exhiberi curarent.

Dicam etiam, cælum ſemper geſſiſſe curam particularem, ut injuriæ ipſis illatæ vindicarentur: exempla per Hiſtoriam patent plurima, quæ compendium iſtorum axiomatum produci vix patitur. Subjiciam tamen, Prælatis, ut ſeſe dignos reddant honore illo eximio, convenire, ut officium colant: ſi enim umbra non invenitur corporis expers, contra omnem pene rationem videbitur, gloriam præter virtutis meritum quæri.

CAPUT XXXII.

Edictum ſumtuarium ad coercendas expenſas.

QUamvis bella exotica, à Rege ſuſcepta, ab aliquot annis abſorbuerint immanes pecuniarum ſummas, Regemque adegerint ad varia tributa exigenda, quæ particularium reditus non parum minuebant; ubertas tamen Galliæ popularibus ſufficiebat, unde ſatisfacerent proclivitati inſitæ, ad veſtium pompam & lautitiam continuandam. Offendebatur autem Rex prodigalitate nonnullorum, qui nihil morati neceſſitates reipublicæ, in particulari ſumtus faciebant ſuperfluos, in materia veſtium, phrygio opere, fimbriis aureis & argenteis, turriculamentis & aliis vanitatibus, quæ non niſi per abundantiam integræ & diutinæ pacis tolerari poſſent.

Ex eo maxime capite coercendi videbantur, quod nimia iſta curioſitas & ſtudium novandi non parum pecuniæ ex Gallia ad Exteros projiceret, ut paupertas paulatim foret metuenda, unde Rex nihil opis ad ducendum bellum expectare poſſet, quod & gloria majeſtatis, & reipublicæ commodum ſuſcipi, adeoq; continuari voluêre. Iſtis rationibus itaque inductus, edictum menſe

Digitized by Google

Decembri promulgat, quo prohiberentur texturæ, fimbriæ & turriculamenta auri argentive, quorum ulna excederet pretium novem librarum, addita pœnâ confiſcationis, & mulctæ pecuniariæ, ad mille ſexcentas libras, ſi quis geſtaret, & mille aureos, ſi quis venderet.

Silentio non involvam, regi gnarum fuiſſe, exempla principum plurimum poſſe apud populares, ad obſervationem legum, itaque Gallis ſeſe præſtitit normam, & eam curam applicuit, ut accuratius ſervaretur, quam ullum iſtiuſmodi edictum per tempora ſuperiora.

Politica reminiſcentia.

Edicta ſumtuaria, quæ moderandis expenſis nimiis fiunt, & Principi, & popularibus eſſe utilia.

EDicta ſumtuaria, quibus ſuperfluæ expenſæ coercentur, æque Principi, ac popularibus, inprimis per bellorum tempeſtatem, proſunt. Abundantia particularium fontem opulentiæ præſtat principi, theſaurumque certum, quo uti queat ad neceſſitatem. Quemadmodum vero opulentia absque parſimoniâ ſervari nequit, ut uſus rerum non neceſſariarum tollatur, rectiſſime ea conſtabilietur Edictis. Bellum gerere princeps nequit ſine tributis inſolitis popularium, neque exercitum ſuſtentare ad juſtum tempus, & per diſciplinam commodam: Quomodo autem ſubvenient ipſi populares in neceſſitate, ſi expenſæ ſuperfluę eos privent abundantiâ.

Poſſunt quidem torculari ſubjici, ut quælibet reddant, usque ad ultimam guttam, ſed ea violentia odii ſummam, præter infinitas imprecationes dirarum trahit. Dici poſſet, Magnates, prodigalitatis vitio maximè hìc laborantes, nihil tributorum pendere aut ſubſidiorum principi. Repono ego, eos ad Imperium

Digitized by Google

perium armorum vocatos, ubi magnos ſumtus fieri neceſſum eſt, plus contribuere ad ſuſtinenda onera publica, quam populares; unde magis compoſite & parcius ipſis eſſet vivendum.

Nobiles ad pauperiem redacti, facultate commodandi, quoties neceſſitas ipſorum requirit operam; deſtituuntur; coguntur autem domi latere inglorii; dum alii opulentiæ tenaces, poſt ſumtus compoſitos, apparatum ſtruunt; ut rebus ſic ferentibus apud exercitum ſpectentur, ad officium egregie præſtandum Addo etiam; expenſas nimias plerunque fieri in mercibus, apud Exteros coemtis; quos princeps in detrimentum ſuæ reipublicæ ditat: ubi vero illi hoſtilia meditantur; aut per potentiam aliquid ſuſpicionis movent, jam proſtituuntur rationes repugnandi; & facultas invadendi creſcit ex adverſa parte.

Secundum iſta omnia adeo paucula requiruntur ad neceſſitatem humanam, ut præter omnem rationem videantur expenſæ extremæ ex cauſis neutiquam neceſſariis; quæ nihil conferant gaudii, magnum trahant incommodum, ex œconomia fluxa ſecuturum. Acquieſce neceſſariis, inquit Auguſtinus: cætera onerant vitam, nihil adimunt curis. Sumtus enim ſuperflui, propter honorem ſpecioſum facti, mire duram trahunt ſeriem & laborioſam.

CAPUT XXXIII.

Diſſidium inter Epiſcopos & Monachos definitur per ſententiam Senatus.

CArdinalis determinaverat quidem anno ſuperiore per admirandam induſtriã diſſidia, inter Epiſcopos & Monachos ſuborta, cum iſtis perſuaderet quadam capita, quæ ab alia manu nunquã erant ſuſcepturi: ſed genii quidam turbarum ſtudioſi, & quietis impatientes ex-

cudebant neſcio quos libros, in utramque partem. Summa diſſidii oriebatur ex nomine quodam, quod in Manuſcriptis quibuſdam Concilii ſecundi, apud Aurelianenſes celebrati, non tamen in aliis codicibus extabat.

Qui à parte Monachorum ſtabant, ex nomine ſumebant compendium. Confirmationem non per omnia neceſſariam eſſe baptiſatis: quod cæteris intolerandum videbatur, cum eandem prorſus neceſſariam ſtatuerent. Leges hiſtoriæ hoc mihi permittent, ut dicam, ſeriem à Monachis inſtitutam non vacare periculo, cum ex eo nomine confici poſſet, Epiſcopos per Angliam nihil eſſe neceſſarios, poſtquam omnia omnino exercitia Chriſtianæ fidei Catholicis libera ibidem relinquantur, præter unam Confirmationem. Accedebat etiam fervor diſputandi, qui eos ſæpiculè ultra terminos doctrinæ ſanioris efferebat, adeo ut ſeſe mutuum fodicarent, ad Hæreticorum gaudium & compendium, conſcientias timidiuſculas turbarent, nec tranquillitati publicæ parcerent.

Exordium coercitionis ſumtum à libris iſtiuſmodi ſcriptionis inhibendis, qui permiſſu magni Senatus tantum impreſſi vulgarentur. Doctores autem facultatis Theologicæ apud Pariſios non acquievere hoc ſtatuto; Conventum agunt, libros Patris Sirmundi, quos ad ſuſtinendum illud nomen fecerat, denuo examinandos cenſent: adeo ut hinc prodirent libri quidam ſine permiſſu, contrarii charitati Chriſtianæ, & paci, inter Eccleſiaſticos maxime vegetæ.

Cum res ad Regem permanâſſet, remedium applicare nihil diſtulit malo gliſcenti; cuſtodi ſigillorum dat in mandatis, ut negotium haberet curæ, ſancit ſententiâ latâ, ut libri nomine Patris Sirmundi, & Petri Aurelii ſcripti & vulgati, qui partium erant duces, examinarentur à novem doctoribus facultatis Theologicæ: prohibet, ullas propoſitiones, aut deliberationes fieri in Conventibus de libris iſtis; à quovis homine, ſive Librariam curet, ſive caſu exerceat, eos venum exponi, ſine permiſſu & literis patentibus magni ſigilli, ſub pœna corporali.

Præ-

Digitized by Google

Prælatorum quidam fervidiores, quam ſagaciores jurium regiorum, querulabantur de iſta ſententia, ex conſuetudine, quæ Regibus nihil permitteret doctrinæ Eccleſiaſticæ uſurpationem: reſponſo tamen non caruere, cum cuſtos ſigillorum nimis accuratè didiciſſet poteſtatem Regis, nimis ipſe verſatus in lectione authorum Claſſicorum, ut ignorare poſſet, Reges & Imperatores ſemper notitiam iſtiusmodi cauſarum ſuſcepiſſe, & ex commodo reipublicæ conſtituiſſe, ut tranquillitatem Imperiorum conſervarent.

Politica reminiſcentia.

Quam potentiam habeant Reges in cauſis Eccleſiaſticis.

DEus quidem principaliter Imperatorum & Regum dexteras inſtruxit ſceptro, ut poteſtatem temporalem exercerent in populares, uſus tamen temporum cogit fateri, non exiguam ipſis eſſe authoritatem in negotia Eccleſiaſtica. Antiquius nemo deſiderabit exemplum, quam illud Conſtantini Magni, Imperatoris, cum primus Chriſtianorum Imperii ſit adeptus apicem. Compertiſſimum autem eſt, ipſum dici Epiſcopum rerum extra Eccleſiam verſantium: quoties ad Epiſcopos ſcriberet, addebat, ſumere ſeſe partem ex ipſorum miniſterio, quod curam Eccleſiarum ſpectaret.

Adminiſtrationem etiam illarum revera ſuſcepit tanto fervore & diligentiâ, ut per actiones piiſſimas audiret author legis & religionis, quemadmodum legere eſt in antiqua quadam inſcriptione: Summâ cum ſollicitudine pacem conciliavit Eccleſiæ, tempore Arii, coactis diverſis Conciliis, ad dogmata ipſius examinanda, prohibita etiam lectione librorum hæreticorum. Et ut pateat, inſtitutum ipſius nihil ferre uſurpationis, poterit quilibet ex hiſtoria diſcere, ipſos Pontifices maximos, Clerumq; particularem ab omni tempore adiiſſe Imperatores & favorem in rebus emergentibus ſibi expetiviſſe.

 Cle-

Digitized by Google

Clerus & monachi Conſtantinopolitani rogârunt Theodoſium & Valentinianum, ut curam Eccleſiarum ſuſciperent & hæreſes reprimerent, donec Imperatores illi Divo Cyrillo mandarent, ut doctrinam Neſtorii æquabiliter examinaret Epiſcopi Concilii Conſtantinopolitani ſuppliciter petierunt à Theodoſio, ut Decreta formaret, quæ ſanxerant: & Bonifacius pontifex maximus tantam in perſona Imperatoris Honorii agnovit poteſtatem in rebus Eccleſiaſticis, ut rogaret eum, Edictum promulgaret, adverſus quoſvis ambitus in electione Paparum.

Promtum foret, hunc uſum deducere per exempla Imperatorum ſequentium; potius habeo dicere, inſtitutum noſtratium Regum non fuiſſe ab illis alienum. Clodovæus enim, qui primus illorum ſacra Chriſtianorum amplexus eſt, diverſa ſtatuta ad miniſterium Eccleſiarum ſanxit, quemadmodum ipſus ad Epiſcopos Galliæ in epiſtola quadam perſcribit, quæ integerrima extat, nullâ liturâ per undecim ſecula ſuſcepta. Convocavit ille Epiſcopos ſuos Aureliam, ut Concilio acto ab ordinibus Cleri arcerentur omnes omnino populares, abſq; permiſſu regio: deinde Canones illorum firmavit, ab illis rogatus.

Ulterius progrediar, dicamque Eccleſiaſticos ex jure naſcendi ſubditos eſſe Principum, qui à Deo receperunt poteſtatem cum corona judicandi cauſas perſonales, quæ emolumentum reipublicæ poſſent attingere. Nemo dubitabit, cum poteſtas judicandi à ſuprema authoritate non ſeparetur, adeo ut principis ſubditus neceſſario ſubmittatur juſtitiæ illius, Eccleſiaſtici autem recuſare nequeant ſubditorum cenſum: poſtquam Pontificum maximorum celeberrimi, quod alibi monuimus, non tergiverſati ſint eum ordinem ſubire; ſecundum epiſtolam Gelaſii ad Imperatorem Anaſtaſium, & profeſſionem fidei Pelagii primi, Childeberto Regum noſtratium pene ultimo, ab ipſo transmiſſam; & literas Sancti Gregorii ad Imperatorem Mauritium.

Nulla vero ratio repugnandi relinquitur, poſtquam

Sale

Salvator mundi, & Divus Paulus agnovere, ſeſe juriſdictione illorum teneri. Hinc Salvator ad Pontium Pilatum inſit, poſt agnitam authoritatem, Nullam ipſi fore poteſtatem, niſi eam cælitus accepiſſet. Hinc ſanctus Auguſtinus, & ſanctus Bernhardus in explicatione iſtorum verborum ſcribunt, judicium Pilati, licet injuſtiſſimum, non fuiſſe uſurpatum, quod haberet poteſtatem legitimam. Sic D. Paulus ſeſe æſtimat nimis beatum, ſi veſtigia humilitatis, quæ magiſter reliquiſſet, ſequeretur, cum non D. Petrum, ſed Cæſarem appellaret à tribunali Feſti, quod Cæſaris poteſtatem & authoritatem in cauſa, quæ tum agitabatur, agnoſceret. Neque vero diſcipuli ultra magiſtrum ſuum exurgent.

CONTINUATIO HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO MDCXXXIV.

LIBER XI.

CAPUT I.

Aurelianenſis redit in Galliam.

ANnus hic immanibus turbis efferatur, ut quo ſe calamus vertat, pene neſciat, poſtquam etiam animari deſiit à genio, myſteriorum gnaro: igitur ſpicilegium inſtituit per vaſtiſſimos hiſtoriæ campos, ut ſaltem ſeries rerum geſtarum fluat usq; ad ſummi noſtri miniſtri diem ultimum.

Non deſinebat Cardinalis Aurelianenſem facere certiorem, de regis benevolentia, parum tamen profectum fuiſſet, niſi Aurelianenſis ſponte animadvertiſſet, Hiſpanos præter ampullata verba nihil fere præſtare, adeoque ex faſtidio illo ſuborto ſuum ſibi quærere compendium. Jucundiorem videbatur deſeruiſſe aerem, ut in craſſiore hebeſceret ingenium, rerum gerendarum expers.

Adeſt tamen ex Hiſpania Orator, qui à Rege contenderet, primum ut Reginæ matri redderetur dignitatis gradus prior; deinde ut Aurelianenſis matrimonium cum Lotharingi ſorore firmaretur; denique ut Lotharingiæ Duci reſtituerentur ademta; tandem ut Hiſpaniæ itidem quædam liceret recuperare. Cum poſtulata iſta viderentur belli occaſionem dare aut quærere, reſponſum fuit, Reginæ matris reditum ſemper futurum gratiſſimum, honores ei paratos: de matrimonio & Lotharingiæ reſtitutione amplius deliberandum videri, per iſtas viciſſitudines rerum: quæ vero ad Hiſpaniam ſpectare poſſent, facillime reddenda, modo Navarra rediret ad priſcum ſuum dominum.

Et ut appareret, quid animi Rex gereret, Gubernatorem præfecit Lotharingiæ, unde & Hiſpanus & dux intelligerent, rem non adeo proclivem eſſe. Aurelianenſis tamen, ubi videt, neque arma expediri, neque aliunde ſperari auxilia, redit in Galliam, & ſeſe Regis voluntati permittit, receptus cum lætitiæ cumulo & lachrymarum gaudio. Irritum tamen pronuntiatur matrimonium, à Theologis, in eum finem convocatis.

Politica reminiſcentia.

ULyſſis memorantur res geſtæ & labores, quos per decennium peregrinationis exantlavit: vidit interea temporis terrarum ſpatia diverſa, didicit mores variarum Gentium, tranſivit hortorum amænitatem, nec deſiit, donec Ithacam contingeret, quæ ærumnarum ſtatueret finem, quæ tamen inſula montibus & ſaxis aſperior, non admodum ſuavem præbebat incolatum.

Ni-

Nimirum patria erat, quæ nondum natum foverat. in hujus lucis uſuram editum aluerat, & civem ſibi perpetuum optabat. Quanta vis eſt naturæ in animos mortalium. Hinc aſſerere audet Tacitus, Scythas & Germanos omnino eſſe aborigines, & in eo ſolo prognatos quod nemo mortalium adeo demens inveniatur, ut innutritus delitiis Aſiaticis, aut opulentiæ Africanæ, velit migrare ſub cælum admodum horridum.

Quodſi vir prudens, cui omnis terra patriæ locum præbet, domicilium commutet, ad meliora tranſire ſtudebit, deterioribus deſertis, id vel feris & avibus uſitatum, unde hirundines & ciconias videmus ad loca redire conſueta, quæ ingruente hyeme deſeruerant.

CAPUT II.

CUm Cardinalis intelligeret, Auſtriacos, ſubactâ Germaniâ, Galliam invaſuros, conſtituit non tantum fimbrias Galliæ extendere, ſed etiam firmare, ut irruptio in ipſo limite frangeretur. Citadellam acceperat Verodunum, quo tranſitus Moſæ maxime aſſereretur, Metis coërcebat Moſellam, unde proximus eſſet gradus ad Rhenum.

In ulteriore ripâ, dextro ſcilicet latere, excitaverat Epiſcopus Spirenſis munimentum; Eudenæum enim oppidulum exile, abolet, caſtellum ſtruit, Rhenum frænat, viciniam territat, Palatinum irritat, ut disjicerentur ſemiperfecta opera, unde turbis poſtmodum natis initium datum: maxime ubi idem Palatinus Mannæum, in angulo Nicri & Rheni, operosè muniret.

Succiæ Rex progreſſus fuerat à mari Balthico ad Rhenum, quem etiam tranſmiſit, delineato & vallato Guſtaviburgo, ubi effluit Mænus, Lotharingiæ inhians. Rex Galliæ tam generoſum triumphatorem ſemovendum putat à limine; itaque Lotharingiam patrocinio complectitur, & aliquot dynaſtias Auſtraſiæ. Sumtuum rationes poſtulabant aliquid præmii: ſuadet Cardinalis,

lis, ut Philippiburgum, in hos enim nomen commigravit Eudenæum à Conditore, ſumeret obſidendum, nequid inde periculi naſceretur vel Sueco, vel Gallo.

Sueci vero id non concedunt, ne Gallus fructum, quod metuebant, victoriarum colligeret. Smidebergius dux locum circumdat, dum Sueci Auſtriacorum arma hinc inde fatigarent, annonam intercludit, quicquid Cardinalis ingereret, de cauſa deſerenda, maxime poſt Sueci mortem, niſi permitteretur regi Galliæ illa obſidio, pergit Smidebergius, donec fame urgente per ſummam inediam Bambergius faceret deditionem.

Commodum accidit Galliæ, Suecorũ res apud Nordelingam in Sueviâ, per prælium decretorium affligi graviſſimè. In Gallia igitur illi opem quærunt, quæ hoc demum tradito munimento impetratur. cui præficitur Arnoldus, magis propter natales & ex benevolentia, quam ex uſu rerum & ætatis maturitate. Videbatur enim id validiſſimum Galliæ propugnaculum, & ſummum ad res Germaniæ curandas emolumentum.

Politica reminiſcentia.

IPſa Natura docuit bruta animalia ſalutis habere rationem, ut vel volatu periculum evitent, vel in cavernas ſeſe abdant, vel in montium cacumina evadant, vel in luſtra refugiant, vel flumina & freta trajiciant. Id mortalibus fuit pronum ſuis accommodare uſibus. Nam ubi inopia victus, aut terræ ſterilitas, alienorum denique deſiderium exercitus fecit, qui unde victitarent, quærerent, objecta ſunt valla, uti inter Scotiam & Angliam; flumina, uti inter Galliam & Germaniam, caſtella, uti in ripa Gallicana Rheni, & inter Parthos, Perſasque & Romanos.

Maxima vero ſemper cura fuit fluminum, quorum utramque ripam qui teneret, dominari videretur longe lateque, tum ob neceſſaria ſine magno molimine convehenda, tum ob tutum regreſſum. Xerxes ille Græciæ terror, Helleſpontum anxie ſervabat, ut

ſic

ſic ad patriam tranſeundi facultatem ſemper haberet. Cumque nuntiarentur Græci illic incurſuri, videbatur Rex ſibi captus, niſi tranſitum illum aſſeruiſſet, adeo opportunum eſt, veſtibulum ſervare & ſuum & alienum.

CAPUT III.

Argentina recuſat Gallos.

Suecorum res â clade Nordelingana diffluebant: Cardinalis igitur regiis commodis intentus cenſet & Argentinam tentandam, quæ forte præſidium Gallicanum eſſet admiſſura, priuſquam triumphanti Regi Hungariæ manus daret. Spem augebat Lotharingia, in provinciam redacta, ex qua commercia & arma Argentinæ præberentur, in quemvis uſum. Verum enim vero Argentinenſes extrema metuentes, ſi hoſtile præſidium harum aut illarum partium admitterent; maluere quâcunque ratione tranſigere cum victore. Sic igitur Orator redit ad Pariſios, ne auditus quidem Argentinæ.

Videbantur Argentinenſes meminiſſe ſuperioris ſeculi, quo Henricus II. Rex Galliæ, protector libertatis Germanicæ, Carolo V. Imperatori quidem reſtitit, ſed ſibi ſumſit Metim, Argentinâ tum ad hunc eundem modum tentatâ. Horrorem incutiebat citadella Metis, quæ urbem & univerſam coerceret provinciam. Cogitabat autem Cardinalis eandem inſiſtere viam, quam cum Sabaudo tenuerat, Pinierolâ occupatâ, ut ſic Gallia utramque Rheni ripam poſſideret, & Auſtraſiæ Regnum redintegraret.

Politica Reminiſcentia.

Vetus eſt, turpius ejicitur, quã nõ admittitur hoſpes. Et notus eſt Æſopi apologus, de equo & venatore.

Equus

Equus enim, invidiâ motus erga cervum; eodem prato paſci ſolitum, venatorem adit, injuriam exponit, vindictam quærit, conſilium expetit, quod tardior, cervum non poſſet perſequi celerrimum.

Venator condolet, ſolatur tamen, docetque rationem cervi fugandi, adeoque capiendi & necandi: volupe id auribus irritatis. Venator ſumtui nihil parcit, emit ephippium, frænum, calcaria, & quæ viderentur negotio cunque convenire. Conſcendit equum, novo hoc onere ſuperbientem, artem oſtentat, blandus concitatur in cervum, quem uno atque altero auſu conficit & ſternit: equus inſultat moribundo; ſed ubi ſeſſorem deſcendere jubet, & expediri cingulis cupit, ingemiſcit de libertate perditâ, calcarium etiam aculeis ſaucius, ſi quid reluctaretur.

Quemadmodum enim nihil naturæ eſt convenientius, quam liberam ducere vitam ita corruptioni noſtræ nihil expeditius, quam aliena inſidiari libertati. Eſt tamen ubi hoſti impar egeas patrocinio, quod ſine detrimento aliquo libertatis vix invenias: quemadmodum digitum, manum, vel brachium invitiſſimus utiq; ſummâ adurgente neceſſitate, amputas, ut reliquum corpus, & illi vitam conſerves.

CAPUT IV.

Anglia non ſervat leges matrimonii.

QUibus legibus filia regia Galliæ data ſit Anglo in matrimonium, olim memoravimus. Nunc gliſcebant ſemina quædam diſcordiæ, inter miniſtros utriuſque Profeſſionis. Tranſibant enim non pauci ex Puritanorum, uti vocantur, ſectâ ad Romanenſium ſacra, ſive quod ea & antiquiora & ſaniora crederent, ſive emolumentum aliquod aucuparentur, & Reginæ, aut per ipſam Regi gratiores, fortunam intenderent: Id vero in vulgus diffamatum.

Sed

Digitized by Google

Sed arguebatur moderator conſcientiæ regiæ, quaſi indecentius expiſcaretur per blanditias conjugales regis mentem, & arcana reipublicæ, quæ vel Gallis, vel Hiſpanis, adeoque pontifici maximo renuntiaret. Juſſus igitur ex inſula diſcedere, & ad ſuos redire. Neque tamen vituperio carebat rex apud utramque factionem; nam à ſuis accuſabatur væcordiæ, qui iſta ferret, & ſacra patria ſciens videnſque corrumpi ſineret: à regina & ejuſdem miniſtris arguebatur impotentiæ, qui fidem de aſſerendis Romanenſium ſacris datam nihili faceret, aut jusjurandum negligeret.

Cardinalis, qui in eo errare nihil poterat, quæ Angliam ſpectant, videbat, inde Romanenſibus futurum antiquorum ſacrorum exercitium & innoxium & liberum; vel ſi quæ inde exorirentur turbæ, Anglos inteſtino bello occupatos, nihil cætera Europæ negotia curaturos; unde non valdè ægrè tulit, ſacerdotem, qui reginæ fuerat ab arcanis, remiſſum, & ignominiam illam perfunctorie fuiſſe excuſatam, Meditabatur tamen talionem, ob Inſulam Reæ occupatam, & Rupellam, quantum potuit, aſſertam.

Politica reminiſcentia

MUlta ſunt, quæ mortalium immutant mentes: ſive aſtrorum viciſſitudines aciem ingenii hebetent, aut exacuant, ſive inſtitutionis magna ſit vis, ſeu deniq; inſtinctus occulti premant, videas, non neminem identidẽ colere inconſtantiam, Mercurii ſobolem: alios pertinaciter inhærere opinioni ſemel ſuſceptæ, atque iterum alios rationi parcere.

Jam autem ſacrorum fides lumen eſt cælitus allatum quod cum primo lacte inſtilletur, ut tenacius maneat. Docendi enim ſunt mortales fidem, quemadmodum planta tenella inſeritur. Cum vero doceamur abnegare noſmet ipſos, & crucifigere membra noſtra, jam apparet, quam difficulter terrena cedant locum ſupernis & ſpiritualibus: unde tanto agmine rationum eſt opus. Nihil fere potentius movet, quam exemplum Magnarum,

tum, qui à cælo videntur dotati etiam hoc compendio bonorum; ut liberrimi ad ſuſcipienda quæcunque ſacra, ſemper ſint amplexuri tutiſſima & optima. Quod ſi ad tantam authoritatem accedat tantillum commodi aut ſpei, jam eſt perſuaſio certa, & delet mens ex memoria, quæ paulatim obliterari ſponte mireris: id quod vulgatim illud docet, ſcilicet in vulgus manant exempla regentum.

CAPUT V.

Rohanius Helvetiorum animos conciliat regi.

DUrum videbatur Hiſpanis, Italiam penitus deſerere, quam per tranſactionis leges jubebantur miſſam facere. Gubernator Mediolani cuniculis agebat, cum vi apertâ non poſſet, non liceret, ut ex tribus provinciis illis Alpeſtribus complures faceret ſuos, à Gallorum partibus avulſos. Cardinalis, quem nihil fugit rerum minimarum æque ac maximarum, mittendum cenſet, qui populares in ſtudio erga Regem conſervet.

Compertum autem, animos averſos ex nimio fervore in ſacra Romanenſia: viſum igitur, Rohanio illas partes delegare, qui ob ſacra à Romanenſibus aliena, & ipſis comparia foret gratior, & qui ob Rupellæ & cæterorum Religionariorum factionem juſſus erat, ſecundum gratiam regiam, aliquot annos extra Galliam degere, quæreretque Regem demereri, & ſuis reddi.

Hinc credebatur omnem impenſurus operam in commoda Regis; facili etiam jacturâ, ſi quid ipſi extorri accidiſſet humanitus. Tumultuatum per valles, & Gallica factio pene extincta cædibus: ſed ubi Rohanius advolat, à proceribus utrorumque ſacrorum excipitur cum plauſu, ipſus ſpondet exactam regiorum ſtatutorum obſervationem, quæ identidem infringi querulabantur, & patriæ tranquillitatem.

Cum autem Oeniponti, & Mediolani copiæ ſcriberentur

Digitized by Google

tur innumeræ, & Oſſa, Imperatoris procurator Lindaviam veniſſet, res ad bellum exardeſcere viſa etiam Helvetiis. Ii conventum agunt Badæ frequentes, docentur à Rohanio, qui accurrerat, regis benevolentiam, & impetrant, ut Griſones reciperentur in fædus Helveticum.

Politica reminiſcentia.

PEr Italiam vulgo ajunt, Ab inimico reconciliato cavendum eſſe: ſcribuntur enim beneficia in fluidam aquam, ut memoria eorum promtius aboleatur, ſed offenſæ inſculpuntur marmori & æri, ad ſempiternam recordationem. Sic vulnus vix ullum ſanatur, quin cicatricem aut livorem ducat.

Quemadmodum ex optimo vino acetum fit acerbiſſimum, ita plerunque vincula neceſſitudinum ſæviſſime disrumpuntur. Vicinus vel fratre longinquo præferendus, ex uſu inopinato: ſed ſolent fratrum diſcordiæ vehementiſſime exacerbari, & vicinorum ſimultates in bellum crudeliſſimum erumpere.

Neque vero eſt, cur tantopere mireris, propter meum & tuum naſci omne bellum, cum terrenorum bonorum uſucapio detur; poſſeſſio & uſurpatio; ubi quisque ſibi ſi non optimus vindex, ſaltem proximus: ſed cum ſacra ſpectent cæleſtia, eorumque poſſeſſionem arguant non ſolum internam, verumetiam futuram, præter omnem rationem depugnari videtur de rebus alienæ poteſtatis, cum hominis non ſit, homini ſalutem æternam dare, aut negare.

Hîc videas miſceri ſacra profanis, & modo hæc, modo illa, prætexi armis, cædibusque: res Chriſtianorum populis indigna, poſtquam unum Deum credunt, unum Salvatorem agnoſcunt, unam ſpem futuræ vitæ fovent. Verumenimvero, rabies iſta inter primos fratres exarſit, ut fraterno maduerint ſanguine dextræ, quæ propagata per ſobolem degenerem, fructus eosdem nunquam deſinet proferre.

CON-

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO M DCXXXV.

LIBER XII.

CAPUT I.

Philippiburgum & Treveris obruuntur, ipſo Archiepiſcopo captivo.

HIc annus incendium bellorum ſparſit. Nam Bambergerus, qui ſuperiore anno per inopiam annonæ dediderat Philippiburgum, ſpeculatus, Arnoldum noſtratem eſſe imperitum rerum bellicarum juvenem, & inde patere inſidiis, clientes munimenti ſuſcitat, glaciē foſſarum tranſit, ab una ſtatione rejectus, tentat alteram, perrumpit, & munimentum cum opimis ſpoliis, apparatuque grandi corripit.

Eadem fere ſors Electorem eumque Archiepiſcopum Treverenſem abſtulit. Is, ne Suecorum ſævitiam experiretur, Regem Galliæ ſumſerat patronum; ſed Capitulum, quocum ipſi propter Maximini Abbatiam nunquam convenire potuit, Hiſpanis adhærebat, duce Metternichio; qui Archiepiſcopi ſpeculatus morbum podagricum, & pręſidii Gallicani væcordiam, ducibus pleriſque in hyberna ad ſuos reverſis, Comitem Embdanum, Hiſpani ducem accerſit, per clientes admittitur cum copiis intra oppidum, cæco aditu, occupat omnes ſtationes, ipſum Archiepiſcopum jubet trucidari per tumultum: qui tamen percuſſori crumenam auro turgidam, tanquam Cerbero offam, objicit, & ingruentes alios

alios omnes anathemate ferit, cordatiſſimo ſermone; & vivus relinquitur.

Raptatur Archiepiſcopus in Belgium, & deducitur tandem Viennam captivus, ut pateret, Imperatoris juſſu egiſſe Embdanum. Accedit ultimum malum, Pax nempe Pragenſis, quam Saxo cum Imperatore privatim initam, fecêre publicam, adeo ut intra pauculos dies univerſa Germania rediret ad obſequium Imperatoris, milite etiam permiſſo: niſi quod Bannerius Suecicæ militiæ dux ſummus, res collapſas per Saxoniam & Pomeraniam niteretur reſtituere, & Bernhardus Vinarienſis circa Rhenum obſervaretur, ſpe Gallicanorum auxiliorum fretus, ſed Martis pullus, & bonæ fortunæ cliens: Haſſus quidem labaſcebat, ſed tamen in fide perſtitit.

Politica reminiſcentia.

IN rebus bellicis non unâ virtute eſt opus. Fortitudinem rectiſſime accommodabimus & corpori, & animo: illa quæ corpori maxime convenit, robur dicitur, quod lacertorum vigorem, & vegetam molem, tum ad inferendam, tum ad ſuſtinendam vim præſtat. Sed ea ſpecies homini eſt communis cum beluis, adeoque cum leone, quadrupedum nobiliſſimo, qui nunquam trepidat, nunquam refugit, nunquam pavorem ſumit.

Hæc virtus gregario æque adeſt ac duci, & plerunque potior; unde Cicero cuique militi pugnanti partem victoriæ tribuit. Sed niſi prudentia illi accedat, idem poteſt ſubire malum ſpontaneum, quod Milo Crotoniata, qui fiſſuram arboris cæduæ in ſylva dilataturus, comprehendi ſeſe doluit ab extremis coeuntibus, & à feris devorari. Non enim lacertorum robore res magnæ conficiuntur, ſed conſilio, authoritate, & ſententia.

Hinc ad fortitudinem animi tranſimus, ubi non tantùm mentem rerum arduarum capacem, ſed etiam in anguſtiis expeditam, & in collapſis immotam invenimus; quemadmodũ enim vulgo dicitur, Juſtitiam in ſeſe virtutes continere omnes, ita de rebus militaribus Virtutem, fortitudinem ſcilicet animi, faciemus ducem ma-

gni agminis Ei eſt comes indiviſa prudentia, quæ futura cum præſentibus confert: nunquam recedit vigilantia, adeo ut cæteris feſtum agentibus ſolus Epaminondas vigilet, ne pateret hoſti.

Tametſi autem vigilantia ſtationes obeat, latitudinem foſſarum dimetiatur, glaciem perrumpat, temporum momenta ſpeculetur; non raro tamen & aliis adminiculis utitur. Recordamur Egeriæ Nymphæ, meminimus Cervæ Sertorianæ, quæ impoſturæ magnum apud rude vulgus habuêre pondus. Sed quid gravius apud populum Chriſtianum invenietur anathemate? Valet ſane & apud ferociſſimum militem, quod non ſemel Julius II. pontifex maximus compertum dedit.

Verumenimvero mercenariæ militum animæ ſacra nihil curant, prædæ inhiant: ſed & iſtam fortitudo animi, ſummæ rerum & ſaluti intenta, depromit, ut, quem ſupera minus movent, infera flectant. Id ſummis ducibus gnarum, qui impedimenta plerunque deſtituunt, ut miles prædæ vacans, ordines deſerat, & vel ſemet cædendum præbeat, vel victo hoſti ſalutem concedat, aut redintegrandi vires, reſtituendiq; ordines otium largiatur.

CAPUT II.

Rex Galliæ accingitur ad bellum adverſus Auſtriacos.

SUecicæ militiæ ſummus arbiter Oxenſtierna, cũ per Germaniam ſuperiorem cerneret omnia perdita, adeo ut exercitum per Saxoniam ſuperiorem cum mira neceſſitate conflictatum, ne redire quidem tuto poſſet, in Galliam abit, tum ut nova auxilia expeteret, tum ut ſalvus longo circuitu ad ſuos reverti poſſet. Intelligebat Cardinalis opprobrium tam turpiter amiſſorum, quæ tanto conſtitiſſent tempore & ſumtu. Recordatur, Phi-

Philippiburgum olim Galliæ expetitum, ſed fruſtra, ne imperii fines arctarentur. Etiam demoliendum non fuiſſe, tametſi ea altera eſſet Galliæ cura.

Sed Suecorum operâ captum, Gallisque ſuppetiarum majorum causâ traditum, non debuiſſe proſtitui. Sic tandem Archiepiſcopi Trevirenſis patrocinium in fumos abire, qui & munimenta omnia, præter metropolim, & ipſam libertatem, vix vitæ uſurâ ſervatâ, amiſerit. Urebant iſta Cardinalem, ſed uti fortis animus obnititur novercanti fortunæ, donec eam denuo ſentiat propitiam, ſic ille Regi ſuadet, bellum alacriter ſumendum, quod tantopere quæratur.

In memoriam ſibi revocaret Rex, legiones ab exercitu Imperatorio ſubmiſſas Lotharingo, ad aſſerendum Mediovicum; & utut iſta excuſari poſſint auxiliorum nomine, quæ fæderato deberentur & amico, non tamen vana ea eſſe, quæ Fridlandus agitârit, qui ad militiam, à qua per æmulationem Bavari, cæterorumq; principum erat dejectus, redire noluerit, aut Sueco triumphanti obviare, niſi diceretur ſummus Imperator invadendæ Galliæ: in quem finem etiam Lotharingus minus bene ſervaret pacta.

Jam patere armorum Auſtriacorum finem, qui in Galliæ fæderatis per Italiam ac Germaniam facerent periculum virtutis Gallicanæ: neque vero expectandum ſocorditer, donec immanes exercitus ingruerent. Rex igitur viros legit rebus agendis aptiſſimos, Feuquerium ad principes Germaniæ citerioris legat; Thuanum Conſtantinopolim, ſi qua uſus foret, ſecundum exemplum Regum ſuperiorum; Seneterranus abit in Angliam, ut exacerbatos animos demulceret, & transmarina abſtineret arma quâcunque ratitione, cum Rupellanum negotium metu non careret. Belleuræus Venetias petit, ne quid ſiniſtri caſus per Lombardiam turbaret, aut ſuppetiarum ſecuritatem perderet. Claræmontius Hollandos ab induciis aut pace dehortatur, & Flandris animos rerum innovandarum ſufficit, Pontifex Maximus colitur extra ordinem,

ut faveret. Etiam Saxo tentatur, ut ne Suecorum partes deſerat.

Politica reminiſcentia.

QUantum inveniatur incrementum in ſociis & fæderatis, nemo novit, niſi clade aliquâ affectus; cum res humanæ ita ſint comparatæ, ut per ſe non facile ſubſiſtant, niſi fulciantur. Quod ſi tibicines corruant, aut ſubmoveantur, nudus ſtabit truncus, injuriæ expoſitus. Poſt cladem Cannenſem à Romanis defecere univerſi, unde pronum erat Hannibali ipſam urbem capere, niſi propitius reipublicæ Romanæ Deus tum ſatis habuiſſet caſtigatione, oſtentato duntaxat exitio.

Propugnacula ſunt fæderati, quæ prius ſunt capienda, quam nos ipſi impetamur: artuum rationem præbent, qui cominus & eminus digladiantur, ut malum avertant: ſed illis amiſſis, aut lethaliter vulneratis, præcordia patent, ſauciatur cor, fons vitæ, expellitur anima, reſtat cadaver. Sic Lacedæmonii & Athenienſes, cum de imperio Græciæ certarent, ante omnia ſocios factionis quique ſuæ quærebant, vel per promtam tutelam, vel per juſtitiæ famam, vel per armorum potentiam.

Poſtquam ſocii periêre, ipſæ Athenæ periclitabantur, à Lacedæmoniis etiam captæ, & triginta tyrannis ſubditæ: donec Thebani inſoleſcentibus Lacedæmoniis par pari referrent, per eandem methodum. Quem igitur famæ celebritas, & authoritatis gloria parum movet principem, ad aſſerendos fæderatos, eum ſuſcitabit periculum proprium, quo nunquam carere poterit.

CAPUT III.

Rex inhiat Briſaco.

MEtuebatur quidem bellum acerrimum, ſed proludia

dia hactenus fiebant, ut Gallia, ob Philippiburgum nuper traditum, Feuquerium & Turænium cum copiis ſubmitteret, qui obſtarent, ne Gallaſſius, imperatoriæ citerioris militiæ caput, limitem Galliæ premeret, aut ripam Rheni ſiniſtram occuparet. Bambergius tamen, Philippiburgi gubernator, carrum lapidibus gravem transmittit Rhenum, ut glaciei noſſet robur, conſequitur, vallum objectum, male cuſtoditum ex penuria militis, annonam quærentis, corripit, exercitui trajectum aſſerit. Accurrit Vinarienſis cum Gallicis copiis, non tam ut hoſtem rejiceret, ſed ut Francodalium aſſereret: ſed ibidem concludi inconſultum ratus, recedit Cæſarelautream; inſtat Gallaſius, expugnat locum, hæret veſtigiis fugientis, obſidet Bipontum, aſtu intercipit Landaſtulium: dum ſcilicet Vinarienſis certum nondum haberet, cui Divo litaret.

Cardinalis ſciebat, Metim, Nanceium, & Verodunum objecta eſſe hoſti ingruenti, ſed metuebat, ne Vinarienſis, omni ſpe deſtitutus, gratiam Imperatoris, quæ impensè offerebatur, ſubiret, & ex amico fieret hoſtis acerrimus, adeoque Gallaſſii exercitum numeroſum augeret. Deinde quærebatur operæ pretium aliud, poſtquam Philippiburgum ſtrategematis & violentiæ pateret, Briſacum nempe, ſi Germania ſuperior id Galliæ permitteret.

Id vero Vinarienſis ægerrime largiebatur, & ſaltem poſt ultima extrema, cum conſtituiſſet, eo maxime loco, adjutantibus Helvetiis, in poteſtatem redacto, & ſuam & Germaniæ pacem imperatori extorquere. Sed ubi copiæ Cæſareæ inſtarent, tumultuaria ſane fæderatio initur, cum ſumma rerum moram ulteriorem non ferret. Adduntur Vinarienſi copiæ Gallicanæ, obvertit ille faciem & arma, Gallaſſium nihil minus cogitantem, in fugam conjeciſſet, niſi Landaſtulium præbuiſſet refugium.

Itur igitur Moguntiam verſus, ſi qua penetrare liceret ad Haſſum, aut in Franconiam: obſtant Hatisfeldius & Lambojus, adeſt Gallaſſius, urget inopia rerum omnium. Itaque reducendus fuit exercitus, quem Cæſa

ani quadruplo copiarum numero ſuperiores conſequuntur, leoninum regreſſum ſemel atque iterum experti, donec relictis per montium invia tormentis, in agrum Metenſem eniteretur.

Cardinalis hoc rerum curriculo adverſo intelligit, & Francodalium feciſſe deditionem: hoſtem videt in limine, Suecos per Germaniam ad incitas redactos audit, Haſſum partium ſtudioſiſſimum, diſceſſiſſe in Friſiam, firmatis ſolummodo patriæ munimentis; adeoq; diem obiiſſe ultimum, regemq; cum Anglo & Hollandis ſcripſiſſe filii unici tutores. Stimulos igitur ſubdunt & authoritatis aſſerendæ ratio, & neceſſitatis durum telum. Sic fervent omnia, vires Galliæ colliguntur, & omnia procinctui aptantur.

Politica reminiſcentia.

ARmorum eſſe graviſſimas viciſſitudines, loquuntur omnium temporum hiſtoriæ, inprimis vero iſta Germaniæ: Ferdinandus imperator adeo debilem ſeſe ſentiebat ad primos Bohemiæ motus, ut Palatino tranſactionem offerret, æquis conditionibus pacturus. Sed prælio in Montealbano ad Pragam frangitur Palatinus, viribus licet ſuperior, & univerſo exuitur regno.

Magnæ erant vires Dano, ob Saxoniam inferiorem iſti bello immixtus; ſed temere confligere auſus, recedere cogitur in regni viſcera; & paciſci ſecuritatem. Quid vero admirabilius, regem Sueciæ manipulos vix ducere in legiones, & vincere, ac ſi Cæſareanorum torperent pugni? Quantæ autem fuerint Auſtriacorum vires, vel inde patet, quod ſæpiſſimè victi, devinci non potuere, ac ſi quovis vere renaſceretur miles cum plantarum germinibus.

Pugna autem poſtrema ad Nôrdlingam Sueviæ adeo fregit Suecorum vires, ut nullæ eſſent, nec ſpem ſupplementorum in Germaniâ invenirent. Victoriam enim ſequebantur Auguſta Vindelicorum, Ratisbona, Ulma, Norimberga, Argentina, adeoque munitiſſimum Herbipolis caſtellum. Urbes quidem extre-

Digitized by Google

ma non facile experiuntur, exemplo Magdeburgi ad Albim cautiores; ſed caſtellorum eſt diverſa ratio, quæ & anguſtioris ſunt ambitus, & non grandem requirunt annonam, & viciſſitudines rerum non incommode expectare poſſunt.

Ubi ſumma ingruit neceſſitas, duplicantur vires, fit impetus, & immania præſtantur, quod ipſum eſt fortitudinis indicium. Vidit Gallia olim Anglos dominari, ſed eoſdem fortiter ejecit: meminit nuper Hiſpanos in viſcera penetraſſe, & ſummo conatu eluctatam ſeſe. Ubi fimbriæ duntaxat arroduntur, conſuli poteſt ſummæ rerum.

CAPUT IV.

Aurelianenſis intimi coercentur.

POterat Gallia militiæ vacare penitiſſime, niſi Aurelianenſis & Reginæ matris intimi Bruxellis neſcio quas machinationes coxiſſent. Puylaurentius, Fargiſius, Gudræus & Mompenſerius inde redeunt ad Aurelianenſem, Galliæ redditum, ſed improbitatem prorſus exercent, Nanceji de Regis incolumitate conſultant, unde complures exulare juſſi, qui & Abbavillanum præfectum induxerant, ut Hiſpanis locum Pariſiis admodum vicinum traderet.

Conſulebat quidem Cardinalis Regi, ut Aurelianenſis haberetur magnificè, ne faſtidii ulla ratio poſſet obrepere; ſed cum intimi illius neutiquam abſtinerent tricis, & jam alia moles inſtaret, cenſuit fabros tricarum eſſe cuſtodiæ mancipandos, ne turbare, aut nocere poſſent.

Politica reminiſcentia.

ADeo cæca eſt ambitio, ut proprium non videat damnum: malum aulis proprium. Memorat Plutar-

tarchus, de Imperio certaſſe duos fratres apud Perſas, ſed ita conveniſſe, aut cui Senatus Regni, præſide patruo, illud addiceret, Rex eſſet, altero ſponte ad obſequium & adorationem, pro more Gentis, tranſeunte. Dum diſceptatur de cauſa graviſſima, mutuum ſeſe colunt fratres: percuſſorum ibi nulla ſuſpicio, aut veneni, nulla ad hostes imperii fuga, ſed conſtans amor.

Pronuntiatur pro ſecundogenito, quod is eſſet natus Rege patre, alter vero eodem privato, & ſub avi imperio conſtituto; adeoque matre nobiliſſimâ, quæ à Cyro, libertatis patriæ aſſertore, & Regni conditore, proſapiam duceret. Vidiſſes ibi primogenitum in genua provolvi, adorationem inſtituere, ſummum obſequium præſtare, & ad ultimum vitæ diem ſervare.

Quomodo ſiniſtra conſilia ceciderint Cyro minori, qui Græcos, Perſarum hoſtes juratos, in Regnum deduxit, fratri majori vim parans, & imperium cum vita, ſi potuiſſet, erepturus, recenſet idem Plutarchus. Quiſq; igitur ordinem naſcendi tuetur, nec ſiniſtris ſuggeſtionibus ſeſe permittat.

CAPUT V.

Bellum indicit Rex Flandris.

CUm Auſtriacorum ſors duabus familiis conſtet, & Hiſpanicâ, & Germanicâ, cohærent vinculo arctiſſimo, ut inſtar oculorum, qui ex duobus nervis in unum deſinunt, ut inde pari modo reguntur, in eandem partem vergant. Sic Hiſpanus ſummam operam adhibuit rebus Bohemicis; ſic bello Germanico nunquam defuit: Cardinalis igitur ſuadet Regi, ut miſſo fæciali, bellum indicat Flandriæ, adeoque Hiſpaniæ, cum differri nequeat ulterius, & injuriæ graviſſimæ poſcant vindictam.

Tolluntur ergo commercia, revocantur Oratores, firmantur limites, aſſeruntur fæderati, expediuntur arma

Digitized by Google

ma undiquaque. Rohanio committitur cura Alpium, ſubmiſſa in eum finem grandi pecunia. Chæniuscum Spinæo irruit in Arteſiam, Cardinalis Valettanus jungitur Vinarienſi; præter Forcæum; adeſt rex, fanum Michaelis, flore nobilitatis congregato, in Lotharingia expugnat, & in limite hoſtem exercet ambiguo, uti ſolet eventu.

Cæſariani igitur, cum pervadere nequirent, & per infinitum numerum tum hominum tum jumentorum, provinciam redegiſſent ad inediam: quietem quærunt, per hyberna retro ſparſi, magis attriti, quam ullo prælio, adeo ut trinam pugnæ cladem paſſi, vix tantum imminui potuiſſent.

Politica reminiſcentia.

Militia Gallicana ad eum gradum perfecti eſt deducta per ſtatuta diſciplinæ laudatiſſima, ut gloriam apud exteros acquirat ſummam, domi ſecuritatem præſtet incorruptam: Audacia nobilibus adeſt eximia, impatientia generoſa, impetus pervius, ut fræno potius, quam calcaribus habeat opus.

Potuit hoſtis aliquando diſcrimen virtutis notaſſe, unde nonnihil vituperii per antiquitatem in noſtrates redundare videtur, quod tamen adeo evanuit, ut fortitudo appareat continuata, non raptus aut impetus temerarius adeo ut parem non invenias, cum fervor idem ab exordio tranſeat per medium, uſque ad finem. Nationes illæ, victoriis aſſuetæ, jam ſæpius victæ, dicent quod Numantinus ille de Romanis, qui Scipione duce cladem intulerant: eædem oves, ſed ſub alio paſtore. Sic enim noſtrates moderatore rerum Cardinale, prorſus videntur diverſi. Nunc nullum munimenti robur reſiſtit virtuti, omnia cedunt fortitudini, nulla nunc ratio corruptionum inſtituitur, ad Philippi Macedonis mentem, qui, quo arma ferre non poſſet, mulam auro gravem ſubmittebat.

Arma, virtus, perſeverantia ſubigunt munimenta artis & naturæ, vano in poſterum prover-

Digitized by Google

bio, & arrogantiâ in jactantiam tranſeunte. Nemo non principis & miniſtri ſummi exemplo movetur, ad expeditionem properatur, inertiſſimus putatur armorum negligens, niſi ad gloriam Regis quod ſuum eſt contribuat, poſtquam ipſum conſpicatur in periculis obſidionis obverſari, & injuriam aëris perferre.

Sic igitur turgeſcit exercitus ad limitem, objectu corporum protegitur patria, nihil inauſum, nihil intentatum relinquitur. Olim Romanis evenit, ut decies mille cives honoribus exuerent, & feci plebis immiſcerent, quod integro quadriennio ſtipendium non feciſſent. Ubi de patriæ incolumitate agitur, cavendum, ne exercitus nimiis copiis creſcant, oppida vacuentur. Neque refert, repulſam minus feliciter tentari; quod fortuna primis vicibus negat, ultimæ plerunque ſepoſuit.

CAPUT VI.

Anglia conciliatur Galliæ, poſt ſublatum Bukinkamum.

ANglia videbatur id temporis agitare conſilia perniciosa, dum claſſem ſtruit quadraginta navium, Bukinkamio nondum oblito, quæ ad Rupellam eſſet paſſus ſiniſtra. Miſerat quidem Rex ſuperiore anno, qui diſſidio mederetur, Sed & occulta rimaretur. Propalatur tandem ſcripto publico, fretum omnino eſſe aſſerendum, cum tamen ſagaciores ſibi viderentur intelligere conſilia, quæ in Gallia & Hiſpania, ipſaque Roma cuderentur ad opprimendam Anglorum libertatem.

Tolluntur utique commercia inter Angliam & Galliam: Rupellani reſpiciunt liberatores, Rea petitur: ſed ubi Bukinkamius à Johanne Feltone ſicâ conficitur, in media turba, qui necem fatetur, ne inno-

innocens alius raperetur, indulget Rex religionariis petita, & redintegrat concordiam cum Anglo, gravioribus intentus negotiis.

Politica reminiſcentia.

INvidis vicini oculus dicitur ex veteri proverbio. Cum autem invidia generet ſimultatem, unde odium exurgat, quod in apertas prorumpat inimicitias, videndum eſt, ut concordia conſtet cum vicinis, maxime ubi ſatis negotiorum difficilium incumbit. Nam ſi vicinus, anguſtias noſtras aucupatus, bellum faciat, quaſi à tergo, non eſt unde ante & retro poſſit repugnari.

Sic Reges Galliæ in Palæſtinam ducentes, domi ante omnia conſtituebant rempublicam, ne à vicinis turbaretur. Imperatores autem Germaniæ in eandem expeditionem progreſſi, graviſſimis laborabant tumultibus, quod res imperii aut Italiæ non probe firmaſſent. Summum igitur fuerit Ludovici XI. conſilium, quo ille non ſemel eſt uſus feliciſſime, cum alterutro ſcilicet hoſte eſſe tranſigendum, ut alteri par ſis.

Habebat ille Anglum hoſtem, & Burgundum, adeoque Imperatorem, præter turbas domeſticas, ſed vel pretio adnumerato, vel tranſigendo ille commode lucrum faciebat & animorum & temporis.

CAPUT VII.

Rex occupat Alpium clauſtra ſubito.

QUantum res Galliæ juvarentur ab Helvetiorum militiâ, docent tempora proxima; cum autem ea Natio mercenariam exerceat militiam, & pecuniæ ſtipendiis annuis non opponerentur, alienior viſa eſt Helvetia à Gallis, adeo ut argentum Rohanio miſſum cogitaret ſibi ſervare; prævaluit tamen moderatorum

con-

conſiliorum ratio, ne Rex graviſſime illâ temeritate offenſus, vindictam pararet.

Poſtquam ſtatutum fuit, arma expedire, & Auſtriacos invadere, conſulit Cardinalis, qui meminiſſet, quantum exercitum Ferianus, & ſuperiori anno Ferdinandus Infans Hiſpaniæ, idemq; Cardinalis ex Italia in Germaniã effudiſſet, qui Suecorum fregiſſet vires, & jam Galliæ immineret, ut Alpium clauſtra occuparentur. In eum finem excurrere juſſus Rohanius Venetias, ut ſubita auxilia in quemvis eventum pararet, dum Prolius, Tiguro Curiam reverſus, copias Gallicanas luſtraret.

Ducit ille cum ſilentio; corripit Clavennæ, Rivæ, Wormatiæ & Morbegii anguſtias. Id vero irritavit Auſtriacos, qui decem millia Germanorum cogunt in agrum Tyrolenſem; Fernamuntius dux recuperat Wormatiam, trucidat ſexcentos Gallos, Vallem Telinam ſubjugat, præter Clavennam & Nucam: adeſt Rohanius, ſuis copiis adjungit incolas, fundit Cæſareanos, Fernamuntium profligat, recuperat amiſſa, & viam Venetias verſus, ad ſubvehendã neceſſaria ſibi firmat.

Neque Helvetiorum pagis per omnia placent, quæ agebantur; Conventum agunt Badæ, Hannibali Embſæo, Cæſareanis copiis liberum commeatum petenti, nihil indulgetur, quod Cardinalis miſiſſet, qui ſtipendiorum reliquias partim ſolveret, partim promiſſis redderet certiores. Rohanius igitur munimentum ſtruit ad Steygam, quod Bernatium credidit copiis; aliud excitat in Valle Engaddinâ, Tigurinorum fidei commiſſum, Tyrannidem tradit Solodurenſibus, & Rivæanum Saliſio tribuno; neque etiam habebat, unde iſta firmaret, aut adverſus Auſtriacorum adventantem exercitum tutaretur.

Pagi Catholici, Lucernæ congregati, militem Cæſareanum turmatim tranſmittunt; Fernamuntius denuo profligatur, à Rohanio, bis mille trucidatis, non paucioribus captis.

Poli-

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum intempeſtiva benevolentia parum differt à ſimultate; ita magni honores non ſemper arguunt ſummam gratiam, cum unius rei poſſint eſſe fines diverſi. In ſacro Codice legimus, quomodo Rex Iſraelis Saul, æmulatione gloriæ in Davidem concitatus, vitæ ipſius inſidiaretur, poſtquam vim apertam videret inanem.

Generum ſibi eum optabat, ſed qui ſponſæ adferret tot Philiſtæorum præputia: quo inſtituto ſperabatur aut victoria ab hoſte reportanda, aut cædes audaculi æmuli, qui ad demerendum ſocerum quidvis eſſet auſurus, ne tanto faſtigio indignus videretur, ſed ut, quod natalibus deeſſet ſplendoris, à virtute mutuaretur.

Cum hâc non ſucceſſiſſet, alia aggreditur Saul negotium viâ: Imperatorem eum dicit militiæ Iſraëliticæ, qui bella Domini gereret adverſus juratos hoſtes. Si quod operæ fieret pretium, partem gloriæ rapiebat Rex, qui fortiſſimum Ducem legiſſet; populares autem commodum ſentiebant & incolumitatem: Ubi vero tantus bellator caderet, à ſorte armorum nihil alienum eveniſſe crederetur, incuſato etiam nimio gloriæ ſtudio.

Sic piſciculos exigui pretii appendunt, adeoque vermes, ad ineſcandos lucios, ſi aleæ imponitur, quod jam perditum cenſetur, ſi fortuna ſortem cum uſura reddat: id quod non exiguæ eſt prudentiæ.

CON-

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO MDCXXXVI.

LIBER XIII.

CAPUT I.

Cardinalis aſſerit limitem Galliæ.

MOguntia ad ſummam inediam redacta, concedit in Cæſareanorum poteſtatem, antequam novus ex Gallia poſſet ſuccurrere exercitus. Nam Rex Hungariæ per Alſatiam aderat exercitui, donec ad Comitia Ratisbonenſia, quæ Regi Romanorum conſtituendo maxime erant indicta, vocaretur, & Gallaſſio ſummam rei militaris permitteret. Is graſſatur per Burgundiæ Ducatum, & horrenda veſtigia calamitatum relinquit, ſed ubique provida Cardinalis cura occurrebat, ut ille alludere ſaltem poſſet, pedem non figeret.

Vinarienſis enim circumferebat arma, Lotharingo maxime infeſtus, donec decem Polonorum millia, Cæſari ſponte, quod ajebant, militantia in Galliam irrumperent, quibus cautum erat, modo formidinem ſpargerent, exercitum gravis armaturæ ſecuturum. Illi quindecim milliaria in Gallicano ſolo conficiunt, ſed cum nullus à tergo exercitus compareret, regrediuntur, poſtquam Foteæus, à Rege vix exoratus ad hanc militiam, Pariſiorum maxime copias adverſus duceret. Senio enim gravis rude donari metuerat.

Is

Is copias Gallicanas confertiſſimas, ad modum phalangis Macedonicæ, rapiebat in hoſtes, gnarus utique hoc genus militum impetu valere, repetere ordines, & ſolvere, eâdem operâ. Cumque illos aliquoties mulctâſſet, recedentibus inſtat: ſed illi patriam repetunt, omnibus inviſi, & non paucos ſuorum in Galliæ limite & per Germaniam deſtituunt contumulandos.

Ubi Cardinalis hoc periculo eſſet defunctus, rerum Alſaticarum reſumit curam, ne quid Vinarienſi deeſſet, qui bellum trans Rhenum ferre, & in Alſatia pedem figere avebat.

Politica Reminiſcentia.

BElli gerendi rationes ſunt longe diverſiſſimæ, quas nemo certis complecti queat regulis. In Alpibus nullus fere eſt uſus equitum, cum anguſtiæ vallium & callium objiciant repagula, quibus impetus, quo eques valet, coërcetur. Ibi clauſtorum cura eſt ſumma. Per Poloniæ campos patentes pauci ſunt pedites, plerique equites, adeo ut pedeſtrem militiam ex Germania fere accerſat. Sic Parthorum fiebant prælia, ut confligerent, rariſſime ſtatariâ pugnâ decernerent.

Sed Germania utriusque militiæ uſum poſtulat: Gallia vero, ob fluminum frequentiam, & oppidorum, pedeſtrem præfert militiam, quæ uſum potiorem armorum flagitat, unde Helvetiorum agmina ſibi plerunque adſciſcit. Equitum ſane eſt vehementiſſimus impetus, ſed ſi incurſet in condenſatos ordines peditum, frangitur, uti torrens ad ſaxum in radice montis. Hâc ratione Antonius copias, licet laceras reduxit ex Parthia: ſic Xenophon ex Perſia rediit in Græciam: neque alio modo Philippus Macedo legionem habuit immortalem, quæ ſuo numero ſemper conſtaret, & quadratam referret aciem, ex omnibus partibus ad confligendum parata.

Ad palum ſudare, vallum ferre, ordines ſervare, docc-

Digitized by

docebantur Romanorum tyrones: hodie plurimum artis impenditur munitionibus, quæ vel Hollandico, vel Gallico, vel Hiſpanico fiant inſtituto, cum ubique rationes non contemnendæ militent, cur hoc pro illo, aut altero placere debeat inſtitutum. Sed de tactica non admodum laboratur, quod ea pars militiæ relinquatur uſui quotidiano, cum tamen maximi ſit momenti. Olim legiones erant numeroſiſſimæ, duces pauci: hodie, poſtquam plumbũ ſpargitur ex ignivomis fiſtulis, multi placent duces, manipulares non copioſi, ut facilius demi, & addi queant.

Quam rationem Belgæ primi recepere: ſed Sueciæ Rex poſtremus ordines amabat diſponere raros, ad frõtem longiſſimam, ne ictus tormenti plures, quam tres aut quatuor auferret milites. Diverſa tamen ratio; ubi equites, ſine tormentorum boatu involant.

CAPUT II.

Alicubi Hiſpani, alicubi vincunt Galli.

Miſſus erat Chaſtillionæus ad Moſellam, ut Hiſpanis, poſt indictum bellum oſtentaret arma: diſtractæ igitur vires Hiſpanorum ab Auraico ad Leodium cæduntur, captis ſummis ducibus & tormentis. Conjunguntur Auraicus, Chaſtilionæus, & Breſæus ad Tungram; obſident Lovanium, ſed ob annonæ penuriam re infecta diſcedunt. Auraicus Schenkenchauſium nuper amiſſum, & Bylantum, arcem munitiſſimam occupat, dum Galli per Arteſiam graſſantur populabundi; non levi inter Hollandos & Gallos ortâ æmulatione.

Coloredus, Iſolanus, Iſenburgicus & Lotharingus in Champaniam irruunt, tria Gallorum agmina fundunt, Mombaſonio & Monleuriano cæſis: ſed agglomeratos metuunt, duce Forcæo & cum præda recedunt: Ex altera parte tentatur Corbia Sommæ impoſita, quam

Baro

Baro Soicurtius perfide tradit; Capella expugnatur, an proditur, Coloredus capitur in conflictu.

Martem adverſum experiuntur Galli in Lotharingia: Condæus à Dolæ obſidione repellitur per Lotharingum & Lamboium: Tabernas tamen Alſaticas recuperat Vinarienſis, Blamontium & Rambervillam. Is cum Cardinale Valettano fundit in Burgundia Piccolominæos, Ungaros, Croatas & Polonos caſtris exuit, & mille octingentos rapit equos.

Corbiam Cardinalis ſummo conatu obſidendam ſuadet: ne Pariſiis trepidaretur; unde & deditio menſe Novembri eſt facta.

Politica reminiſcentia.

Quantum interſit inter aggreſſorem & propugnatorem, docet quotidiana experientia: unde noſtratibus ſolitum eſt dicere, primum ictum æquare duos. Nam qui alium cogitat incurſare, jam paratus eſt, aut differt rem donec omnia habeat commoda; unde animi vigor ipſi creſcit. Sed qui defenſioni tantum ſtudet, apparatum facit qualemcunque, cum nondum ſcire queat, quo in loco, aut quâ ratione invaſio ſit excipiendâ, adeo ut ad aggreſſoris nutum cogatur ſeſe componere.

Ubi autem pro focis dimicandum eſt, quævis arma ſunt uſui, vel ſudes præuſtæ: adeo chara ſunt pignora naturæ. Sed qui patriam hoſti proſtituat, & portas invaſioni pandat, graviter improbum, inſigniter impium eſſe oportet. Philippus Macedo amore proditionem, quod uſui eſſet; odio proditorem, tanquam hominum conſortio indignum, proſequebatur. Solebat tamen, ut ſanguini ſuorum parceret, munitiſſima quæque auro expugnare.

Cumque aliquando proditor, an potius traditor alicujus oppidi, ſecundum pacta verſaretur in aula, & omnibus eſſet deſpectui, adeo ut ipſum ſubſannarent palam; conqueritur ille, poſtquam operam tam illuſtrem navaſſet, ſibi deteſtandum crimen proditionis objici, cum honores & beneficia commeruiſſet. Benigne auditum

Digitized by Google

tum Rex iſtis verbis ſolatur, Macedones eſſe viros admodum agreſtes, ſcapham nuncupare ſcapham, ligonem, vocitare ligonem, adeoque quæque ſuis nominibus, à ſimulationibus alieniſſimos.

Ille tum demum intelligebat, quo in loco eſſet apud Regis animum. Nam qui poterit Mercator caſtelli fidem ſibi ſpondere ab homine novo, quem heri frequentare cæpit, & meminit in iterum priſcum fuiſſe perfidum? Diverſam rationem aliquando tenuit Alexander Magnus, qui ex neceſſitate cuſtodiam munimentorum reliquit præfectis aliquot Darij devicti, ne victoriarum curſum inhiberent, quod in Tyri expugnatione didicerat. Sic illis nullum diſcrimen erat ſervitutis, modo theſauris incubare liceret, & immori.

CAPUT III.

Rohanius coercet Hiſpanos per Rhetiam.

RHetia dudum exercuerat Gallorum & Hiſpanorum arma, pactum & tranſactum eſt ſæpius, ſed concordia nunquam conſtabat. Rohanius igitur paci ſeſe accingit totum, Vallenſes & Griſones eo deducit, ut hi politiæ, illi juſtitiæ rationem haberent per Vallem Telinam & Comitatum Wormatienſem. Tyrannii munimentum Gallis & Griſonibus crederetur, Vallenſes tamen annuum ſolverent tributum.

Deinde aggreditur Rohanius turrim fortiſſimam, ad Fuentæum munimentum, quam ſubjecto pulvere nitrato in aerem diſplodit, & ſolo æquat: duas equitum turmas profligat, unam peditum cohortem conficit, & ex adverſo munimenti Fuentæi aliud deproperat, quod eodem pene tempore cepit, & defenſioni aptum fuit, Mantelli nomine nobile: ſic enim Hiſpanorum excurſiones coercebat, cum ſummo popularium gaudio.

Poli-

Politica reminiſcentia.

ET cordate, & libere reſpondit ille Romanis victoribus, qui quærebant, an pacem eſſent culturi diuturnam, Si bonam dederitis. Nam ubi leges ſcribuntur duriores, ſingulis momentis irritantur popularium animi, ut ad proximam quamq; occaſionem obſequii frænum exuant, ſed ubi jugum ſit facile, & forſan priore levius, conſtabit pax perpetua.

Adeo duriter habebantur Iſraelitæ à Philiſtæis victoribus, ut ne falcem, ne ligonem quidem fabricare aut acuere poſſent, ad omnem neceſſitatem victoribus ſubjecti. Non tamen perpetuo jugo premi ſuſtinuere, quin ſeſe in libertatem vindicarint.

CAPUT IV.

Ob nimia tributa tumultuatum in aliquot provinciis.

NEſcio an genius Galliæ motibus delectetur inteſtinis, an tributorum impotentia interdum mentem rapiat in transverſum. Deſierat factio religionariorum, ſed tamen apud Santones, Engoleſmios, Limovices & Pericortios tumultuatum eſt, adeo ut octodecim millia confluerent, & omnem viciniam ad eandem væcordiam invitarent.

Meminimus, nuper Chaleſium fuiſſe, ſecuri percuſſum, quod atrocia in Regem eſſet machinatus. Habebat is fratrem, Marchionem Iſodunenſem, qui vel quærendæ vindictæ cauſa, vel ex novarum rerum ſtudio, ſeſe dabat popularibus Ducem, cum plebes marino æquori fere par, motum aliunde ſuſcipiat.

Non parum angebat ea cura Cardinalem, ne malum latiſſime ſerperet, de provincia in provinciam, motus autem ſumtibus fieri nequibat, ob tot exercitus

alendos. Inſtabant Hiſpani & Werthius præter Galaſſium, perierat fere Interamnia Sommæ & Peſiæ. Diſpicit igitur modum Cardinalis, ut tributa mitius exigerentur, & populares ſeſe componerent.

Politica reminiſcentia.

IN tributis exigendis varia ſunt ſpectanda: primum an debeantur? debentur vero principi ex lege divina, ut queat onera reipublicæ, tum ſuum ſuſtinere ſplendorem. Proxima eſt cura, ut pro ratione facultatum imponantur? videas enim virum locupletem, & tamen pauperem, quod cenſus laborem abſumat, aut uſuræ, quibus gravatur, fructum auferant, ut vix vitam trahere queat; dum bajulus quotidie lucellum addat lucello.

Eſt opifex, qui aſſiduus laboret, multo cum ſudore, exiguo commodo, dum alius per otium tantundem præſtet: eſt, quando quæ vænum exponit, itidem recondat; aliis perpetuo lucro beatis. Non igitur veſtis ſpectanda, quæ plerunque ex neceſſitate eſt nitidior; non facultates, quæ fructum nullum præbent, ſed redditus, ſive ex latifundiis proveniant, ſive ex opificio, aut quâcunque negotiatione.

Sed omnium ſummum arguerim modum exigendi: videas enim exactores, licet opulentos, nihil tribuere, quod in publica calamitate iniquum; ſed tributi partem, viceſimam, quadrageſimam aut ſexageſimam ſibi ſumere, tanquam operæ pretium; adeo ut non raro diteſcant exactores iſtiusmodi, cum magna ſuſpicione interverſi tributi.

Id vero viros probos crudeliter urit, homines leves, nam quis mitioris ingenij miniſterium iſtud ſubiret ſpōte? quorum ſubſtantia heri erat exilis, opulentiam ſumere, cæteris omnibus ad pauperiem delabentibus. Ajunt medici, ſplenis augmentum argui, ex omnium membrorum exinanitione; quod de iſtis ſanguiſugis rectiſſime dicetur. Diligentiſſime igitur diſpiciendum, ne amaritudo hæc affundatur tributo, ſatis per ipſam naturam acerbo.

Nar-

Digitized by Google

Narrant Iocoſeriorum ſive apophthegmatum collectores, Ducem quendam Germaniæ à ſacerdotibus rogatum, ut vinum hornum juberet præberi, ne novum auſterius valetudini faceret vitium: ſed reſpondiſſe, compeccatores recte eſſe combibones. Nimirum immunitas eſto à civilibus oneribus, ſed minime à militaribus, cum princeps ipſus tum maxime ſentiat imminui redditus, augeri expenſas: adeo ut ne exactores quidem à tributo liberari debeant.

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO MDCXXXVII.

LIBER XIV.

CAPUT I.

Gallia non facile pervaditur: & collectas inſtituit.

POſtquam limes Galliæ, qua prætenditur Belgio, & Germaniæ, probe eſſet munitus, ut Galaſſius perrumpere nequiret, jubet is Forgatſium, Carpum & Menhardum, Croatarum ductores, ſtrenue incurſare, ut copiæ Gallicanæ ſic exercerentur, dum ipſe inveniret feneſtram, qua illaberetur. Capit igitur Mirabaudum cum arce: obſidet fanum Iohannis ad Launam, & expugnaſſet, niſi Ranzovius ſuperveniſſet & hoſpitem tam importunum, Lugdunum verſus deſcendere coegiſſet.

Cum igitur nullum operæ fieret pretium, & copiæ Cæſareanæ admodum attererentur, reducendus fuit exercitus gravis in Sueviam & verſus Hailbrunnam, relictis

ctis Croatis in Burgundiâ. Cumque Imperatori viſa eſſet Gallia facili negotio penetranda, quod Suecus nuper copias exiles in Germaniam deduxerit, & pervaſerit, Gallaſſius autem octuagies mille hominum & amplius, hactenus victor duxiſſet: vocatur Ratisbonam, ad cauſam accepti detrimenti exponendam.

Is intrepidè refert Galliæ flumina crebra, oppida fere continua, & popularium myriades, qui deſertis agris tutiora peterent, & vim hoſtilem ſuſtinerent, donec exercitus ſuccurreret. Eſſe Galliæ ſolum integrum & rotundum, non ſparſum, uni regi ſubditum, non factionibus lacerum; deinde pro focis depugnari ultra virium facultatem. Neque etiam ſibi conſtitiſſe omnia neceſſaria, & militem, ducesq; immanibus fractos laboribus quietem quærere, & licentiam ſumere, obſequio nonnunquam languido.

Tranſierat Cæſar Rubionem, jacta erat alea: aut Galli provolarent in hoſtem ultra limitem, aut eum proforibus, & ſubtecto expectarent. Conventus igitur, adnitente Cardinale indicitur, edocentur provinciales, quanta limitanei ſint perpeſſi, quæ eadem cæteris omnibus imminerent: bellum extra fines regni gerendum, & hoſtem præoccupandum: uſuram facultatum huc conferendam, ut ſors conſtet.

Collectæ igitur grandes inſtituuntur, periculo etiamnum ob oculos verſante: iis, qui fimbriam fere faciunt, & graviſſima ſuſtinuiſſent; tributa in triennium remiſſa ut ædes ſtruere, æs alienum expungere, culturam agrorum exercere poſſent commodius.

Politica reminiſcentia.

VIdetur ipſa Natura diſtinxiſſe genera mortalium, non tantum linguæ uſu, ſed etiam locorum terminis. Sic Italiam dirimunt Alpes à Germania; Hiſpaniam à Gallia montes Pyrenæi; ſunt fluvij, freta & maria, quæ coërceant fines, quemadmodum & Oceano circumdati ſunt montes arenarum, ne exundet.

Iſtos terminos nemo facile immutabit impune, niſi ubi genius alicuius provinciæ ſobolem nimis numeroſam, tanquam in colonias deducit, ut ab origines caſtigen-

ſtigentur, ſub jugum redacti, vel extirpentur, ob cumulum peccatorum exuperantem: id quod cælorum terrarumque arbiter de Populis ſeptenis Palæſtinæ docet. Verum enim vero ea mutatio eſt infrequens, & vix altero quoque ſeculo recurrit, admodum tamen illuſtris, ſecundum magnas Cæli revolutiones, quæ octavo quoque ſæculo recurrunt, & nunquam non graviſſimas attulere mutationes.

Carolum Magnum ſcimus ante octo ſecula Europam fere domuiſſe & deſcripſiſſe; quemadmodum legimus Auguſtum feciſſe, ante mille ſexcentos annos: ſed iſta relinquimus naturæ ſuperioris myſtis, & credimus, Deum, qui ſibi armorum titulum & arbitrium in veteri fædere ſumſit, id nunquam depoſuiſſe: adeo ut ipſo tutore Reges regnent, & Regna tutentur.

CAPUT II.

Rex Hungariæ eligitur, in regem Romanorum, fruſtra obnitente Gallo.

Comitia agebantur Imperii apud Ratisbonam, in quibus Imperator, quod dudum deſideraverat, & Treverenſis nuper impedierat, filium, Regem Hungariæ & Bohemiæ renuntiat, ex conſenſu procerum, Regem Romanorum. Rex Galliæ ex æmulatione ſemper obſtiterat, ſi forte imperij apex in aliam quandam familiam perveniret, Auſtriacis jacturam potentiæ conciliaturus. Cum autem armorum fors Auſtriacis eſſet faventior, nemo repugnavit, præter Regem noſtratem, qui exprobrabat Aureæ Bullæ contemptum, quâ tamen ſanciretur Imperij libertas & gloria.

Locus electionis dicitur per illam Francofurtum ad Mænum: ſtatuitur electio in mortem Imperatoris, adeo ut nefas ſit, eam inceptari, præter extremam neceſſitatem. Vegetus quidem videbatur Imperator, ſed fatum vigori fecit finem, ut illud opprobrium e-

vaneſceret. Armata videbantur Comitia , & electio extorta, maxime ubi Treverenſis, Galliæ cliens abeſſet. Hæreditariam ſic fieri imperij adminiſtrationem , electione tantum in ſpeciem ſumtâ. Pervicit tamen ſuffragiorum potior numerus , adeo ut Rex , quamvis tardius, eum titulum negare deſineret , quem univerſi ordines dabant.

Politica remiviſcentia.

SOlennia adhiberi inaugurationibus, & patrociniis, cæteriſque actibus ſublimioribus, novimus omnes, & ſtupemus ; maxime ubi ludicra quædam occurrunt aut adeo abſtruſa , quorum ſenſum nemo facile aſſequatur. Priſcis Regibus uſitatum erat, vel antambulonem , vel pediſſequum habere ruſticum , cum ligone ex humeris pendulo: ut teſtarentur, ſibi colonorum maximam fore curam.

Eſt , ubi patrono debetur novæ nuptæ hymenæus, quem tamen ille cum poculo inaurato , numiſque gravi commutat. Eſt, ubi nefas fuerit, audiri coaxantem ranam, dum pernoctat Abbatiſſa. Eſt, ubi Elector Imperij ſtapedem tenet Epiſcopo, equum conſcenſuro. Eſt, ubi cantantes ad ſummum altare agreſtes perferunt anſeres. Et quæ nunc de ſingulorum Electorum officiis in coronatione novi Imperatoris perſcripta ſunt?

In ipſa Auſtria campus eſt regius, ubi ſedes ducalis lapidea, cum columna. Adſcendit ruſticus, ex immunitatibus vere nobilis: quærit ab appropinquante Duce, qui ſuperiori ſuccedere ſatagit, quid ſibi petat. Reſpondet ille, Vt ſedem illam occupare liceret. Sed es ne , quæritur denuo, æquabilem adminiſtraturus juſtitiam, & mihi meiſque immunitates aſſerturus , adeoque univerſæ patriæ, cum alioqui tibi non cedam ? Ipſo annuente, deſcendit ruſticus, colaphum infligit futuro duci levem , & comprecatur omnia fauſta : ſed Carolus Ferdinandi II. pater à provincialibus remiſſionem iſtius ceremoniæ impetravit; & tenuit.

Res hæc non caret myſterio, cum ſic ſacramentum fidei

Digitized by Google

dei mutuæ in oculos incurrat, & tenacius hæreat. Labanus cum Jacobo pactus, coacervatos lapides inclamat teſtes. Iubet Deus duodecim in Iordane conſtitui lapides, qui tranſitum Iſraelitarum in æternum arguant. Sic equidem intelligo, minutias eſſe additas ut majora rectius ſerventur, nam qui iſtas negliget, majora nihil curabit.

CAPUT III.

Galli per Arteſiam & Alſatiam triumphant.

LOtharingus & Vinarienſis venatum verius, quam bellum exercebant per Burgundiam & Alſatiam, mutuis cladibus, donec uterque majoribus ſuffulciretur copiis, quæ alibi videbantur magis neceſſariæ. Cenſuit igitur Cardinalis, Vinarienſem obſtiturum, ne Lotharingia corriperetur, aut ſecundum illam, ob clientelarum ſummum metum, fines Galliæ invaderentur: aut etiam tranſitum moliturum, ut bellum ultra Rhenum projectum, gereretur per Sueviam, poſtquam Moguntia, & Francodalium exiviſſent ex poteſtate noſtratium.

Mittuntur igitur crebra ſupplementa, & fit aliquando operæ pretium, per Burgundiam, aliquando etiam jactura. Potiſſimæ vires decumbunt in Flandriam, dum Imperator occupatur per Weſtphaliam, Miſniam, & Marchiam: Noſtrates enim corripiunt Aucinam, Cappellam Tiraſſiorum, Chimæam Hannoniæ, & Danuilleriam Lucemburgi, cæſis etiam Hiſpanis ad Maubegiam, & ad fanum Audomari; quod tamen fruſtra obſidetur, Cumque Vinarienſis ad Rheinfeldiam feliciter pugnaſſet in Cæſareo Lotharingos, feſtivis colluxit Lutetia Pariſiorum ignibus, templa perſonuere hymnis.

Politica reminiſcentia.

CVm Alexander Magnus duceret in Aſiam, ſuis uſus eſt ducibus & militibus, peregrinis abſtinuit, ſup-

Digitized by Google

plementis identidem ex patria repetitis: quod ſciret, dubiam fore fidem Aſiaticorum, ad rerum viciſſitudines; adeo ut nec peregrinorum conſilia admitteret. Perſarum Reges profugorum Græcorum quidem audiebant conſilia, ſed negligebant, unde immanes ſunt paſſi clades. Ottomannici robur exercitus ponunt in Ianitſaris, auxiliarium multitudine ad prædandum & populandum adſcitâ, ne qua ſeceſſio alicuius momenti in expeditionibus fieri poſſet.

Suecus, ubi Germaniam invadere conſtituit, Germanis uti voluit Ducibus, iiſque plurimis, quod ſciret, tædium Auſtriacorum obrepſiſſe, ob ſacra & bona Eccleſiaſtica, unde promtiſſimâ illorum eſt uſus operâ, robore nihilominus in populares conſtituto: ſed minabatur aliquando Tartarorum illuviem, ſi multitudine pugnandum foret. Veneti peregrino plerunque gaudent imperatore & milite; atque hactenus ſatis proſpere: ſed nihil advertunt Carthaginenſium ſortem, qui ob tumultuantem militem peregrinum non ſemel ſunt periclitati.

Romani ſuas ducebant legiones, ſupplementa ex provinciis inſerebant, ut nocere non poſſent; auxiliares ſociorum copias adhibebant quidem, ſed ſemper memores Metii Suffetii, illorum ſanguine victorias ſatagebant mercari, legionariis ad incitas ſervatis. Sed Gallia & Helvetiorum, & Germanorum, & Scotorum utitur opera, ut illi, noſtrate virtute poſt primum impetum deferveſcente, reliqua conficiant, popularibus æque ac hoſtibus, ex linguæ & morum diverſitate exoſi; unde ferventior ipſis pugna in ſolo alieno, & minus refugii, cum ſalus in dextris verſetur.

Sed in hoc genere militiæ diverſa eſt ratio, ubi bellum extra limites geritur. Ibi enim ſocii aut fœderati maxime ſunt conciliandi, qui noſtris partibus accedant, & hoſti negotium faceſſant. Quod ſi ea fœdera comprobantur, nemo repudiabit militem ex eadē provincia lectum: ſed ea ibi eſt cautio, ut dux & miles peregrinus à nobis pendeat, & ſalutem illic magis ac magis perdat, per nos ſubſiſtat, & ſummam rerum ne attingat, verū ſuccenturi-

Digitized by Google

atus inſerviat; nec eam poteſtatem adipiſcatur, quâ nocere poſſit, aut quam nos evertere nequeamus. Ubi enim ſeſe neceſſarium putabit, inſoleſcet: id quod Imperatores ſuperiorum ſeculorum magno cum imperij Romani malo didicere, cum uterentur Gothorum & Vandalorum, adeoque Reges noſtrates Normannorum operâ.

CAPUT IV.

Leucata ſtrenue defenditur adverſus Hiſpanos.

CVm Hiſpanus Hollandorum armis graviter exerceretur, & terra marique citra ac ultra lineam æquinoctialem damna ferret ac ſumtus faceret, intelligebat facile, Cardinalem tranſegiſſe, ut Hiſpanicæ poteſtatis reliquæ provinciæ per Belgium inter ſocios Gallos & Hollandos dividerentur, id quod res erat; cum Hollandis de pace, ſive de induciis agere non deſtitit per cuniculos, ut ſi alterum hoſtem conſopiret, cum altero expeditius acturus.

Dolebat, ſibi uſum Alpium ademtum, ex qua parte exercitum effundere ſolebat: in provincia igitur Narbonenſi vellicandam cenſes Galliam, ut virium potior pars ex Flandria revocaretur, propriis tutandis; cum longe ſatius ſit viro prudenti, ſua aſſerere, quam aliena appetere.

Leucatam igitur obſident Hiſpani, valido excitato vallo: verum Cardinalis, ſagacitate ſuâ omnia complexus, limitem illum noverat ſtrategematis & violentiæ expoſitum: unde Halerinum, virum cordatum, advigilare jubet. Is contrahit quatuordecim millia provincialium, quibus hoſpites illi erant ingratiſſimi; obſidentes aggreditur, per quinque horas continuas molitur vallum obnixe, perrumpit, & equitem in caſtra hoſtilia immittit, cædit ultra duo millia, capit plurimos, ſuffocat aquis non paucos, rapit quadraginta duo tormenta, & patriam aſſerit.

Poli-

Politica reminiſcentia.

NOn omnibus eadem fortuna, quæ Agathocli & Scipioni, qui domi afflicti, auſi ſunt in hoſticum tranſire, & caput rerum angere, donec à patria omnem vim hoſtilem abſtraherent, & in ſe converterent, quemadmodum corde oppreſſo ſanguis ab extremis partibus recurrit ad ſuam ſcaturiginem; quâ ſalvâ, evaneſcit lipotimia, & redit vigor priſtinus.

Cum Oſtenda obſidetur pertinaciter, circumfert arma Auraicus & longe potiora occupat, quam locus ille præſtaret; ſed hæc in eadem fiebant provincia, nam ubi vires diffunduntur latius; ut coire citius nequeant, periculum ingruit utrinque. Eſt tamen, ubi difficilius unias & contrahas vires, ob diſtantiam locorum, quod Hiſpano eſt ſolitum, qui vaſtiſſima quidem poſſidet regna, ſed quæ interſecantur à Regibus vel æmulis, vel malevolis.

Diſpiciendum etiam magnopere, in quam provinciam decumbat major belli moles, ne illa infirmior frangatur penitus, aut liberior irritetur, pertæſa nimirum belli neutiquam neceſſarij, quod in longinquioris provinciæ commodum ſuſceptum, ſua interturbet commercia, & compendia; unde ſeditiones & perduelliones poſſint exiſtere, quæ gravius angant, quam bellum ex altera parte.

CAPUT V.

Quibus de cauſis rex Galliæ bellum ſuſceperit.

ARguebatur Rex de inſtituto parum æquo & utili, poſtquam ſociaſſet arma cum Hollandis, & Suecis, Germaniſque; ſed ille favet his aut illis, ut ambitionem Monarchiæ univerſalis coërceat, quæ fines Galliæ arrodebat. Hos aut illos agit extorres, ut vibrato enſe caſtiget,

get, quos prudentia ad officium deducere non potuit, etiam poſt beneficia contumaces. Tyrannicis auſis obſtat ut clentes aſſerat, dextera eadem æque generoſa uti magnanima uſurpata recuperans & reddens, unde potuit in medio hoſtium virtutem & ingenuitatem, ſumma regiæ majeſtatis trophea erigere.

Nulla ipſi cura aut libido proferendorum finium, ut ambitioni immolet ſuorum ſanguinem; repetit, quæ alii ſibi accommodarent præter fas & nefas, & authoritatis apicem ſtatuminat. Actionibus circumdat juſtitiam, virtutem dirigit æquitate, alioqui orbis imperium uſurpaturus quod pronum videbatur. Quicumque primus arma corripit, non ideo author eſt belli exorti, ſed qui cauſam præbuit armorum.

Per effecta licet animadvertere, quantum Deus faveat armis noſtratibus, vel ob juſtitiæ uſum, dum illos caſtigat, hos ambitioſis artibus dejicit, adeo ut diverticulis, quantacunque per induſtriam & potentiam inſtituere potuerint, conſilia prudentiæ plena, nec mutarint, nec fregerint. Prima victoria ad Aveinam contribuit juſtitiam cauſæ, Baſilicis Pariſiorum feſtiva, regi invicto triumphi materiam, Miniſtro incomparabili gloriam.

Hinc tranſitus liberi, poſtquam nullæ reſiſterent copiæ virtuti, & omnes omnino conatus vani, tametſi diſcordiis ſeminandis, & domeſticis turbis ſumma impenderetur opera.

Politica reminiſcentia.

PRoſperi iſti ſucceſſus nonnullis occaſioni fuere traducendi fædera diverſorum ſacrorum, quaſi verò acatholici minus cordatè dimicarent, aut ſegnius urbes domitas expoliarent. Evenit etiam ſæpiſſimè, acatholicos ſacra habuiſſe catholicorum reverenter, quæ illi conculcarent; hæretici non raro palam deteſtati ſunt abominandas ſacrorum violationes. Exempla ſuperiorum temporum prætereo, ut unum hoc, cui interfui, recenſeam; amiſſa recuperatur urbs, ſed liberatores ſævius graſſantur, quam hoſtes, hos tamen mare abſorbſit, & iſtos ſuffocavit peſtis.

Fædera

Fædera cum regibus Idololatris & infidelibus contra-cta; tum ea, quæ Imperator publice firmat cum principibus Germaniæ, quorum etiam ſeſe protectorem perfert, forte minoris fuerint momenti, præ illis cum Turca & Hæreticis. Sacræ literæ diverſas docent tranſactiones Iſraelitarum cum Regibus vicinis, adeo ut ſapientiſſimus Regum non recuſarit cum Hiramo, Tyri Rege ſociari. Theologus eximiæ ſcientiæ, idemque Hiſpanus, (hæc enim ratio per iſtiusmodi confœderationes plurimum offenditur, & forſan re ipſa eas frequentius comprobat) demonſtrat, poſſe Pontificem Maximum Hæreticorum armis uti, etiam contra ipſos Catholicos, ſive ad defenſionem, ſive ad vindictam.

Bellum ſumitur, aut ad pacem obtinendam, aut ad damnum vitandum, quod metuitur: id vero nunquam pro voluntate confici poteſt, niſi vicinos habeas amicos, qui ad hoſtium partes alioqui poſſent tranſire magno cum detrimento rerum noſtrarum. Dubitare de inſtituto, aut progreſſum retardare ex majori fiducia, ob ſacra diverſa, magis hypocriſin olet, quam reipublicæ curam, quam non Ceremoniæ, ſed virtus tutatur. Recte juſta ſuſpiciuntur bella, in quibus apparet fervidum fidei Catholicæ ſtudium: ſed non minus recte ij nobis conciliantur, qui hoſtium poſſunt eſſe numero, quos tamen amicos habere licuiſſet. Neque enim decet, ſcrupulum aliquem male ſuſceptum certiſſimam adferre perniciem.

CAPUT VI.

Cardinalis conſilia ſuccedunt proſpere.

Hoſtis recolligebat animum & vires, veluti fax pene extincta, Bellonam non adeo adverſam expertus, quin aliqua loca per limitem corriperet, etiam ulterius penetraret, unde noſtratibus potuiſſet trepidatio exurgere, niſi minus prudentiæ in conſervando, quam

Digitized by Google

quam violentiæ in irrumpendo oſtendiſſet. Quod autem ſpem gloriæ fecerat, locum ignominiæ fecit, poſtquam & occupata amiſit, tametſi permunivisset, & victoriæ ſegetem præbuit, fugienti non diſpar, uti Leucata per extrema auſa docuit.

Cardinalis in omnibus monſtrabat principem ſuum invictum, exercitus plures, eosque validos expedit, quibus ambitum Monarchiæ vaſtiſſimæ committit; hoſtibus ſic undiquaque imminens, & trophæis celebris.

Claſſis per utrumq; mare, ubique incutiebat terrorem Hiſpaniæ, admirationem Orbi terrarũ, ex conſilio, quod primitus Hollandis erat ſuggeſtũ ut nempe claſſe adornarent, & Hiſpaniæ vires ſic frangerent. Reſpondit utrobiq; eventus, nobis ceſſere Inſulæ Honorati & Margarithæ, quæ, quod inacceſſæ viderentur, invictæ credebantur: ubi vero & validum præſidium naturam locorũ adjuvit, jã temeritatis extremæ putabantur auſa. Nihil tamen negare potuit virtuti Comitis Harcurtij fortuna, qui ſeriem ſucceſſus proſperi perſecutus, utramq; ſuperavit.

Suo memorabitur loco facinus ſub oculis Genuæ, atriremibus utrarumq; partium geſtũ, non quod inde victoriæ emicuerit fructus, ſed quod apparuerit orbi terrarum, victoriã potius à virtute, quã à numero pendere. Hoſtes noſtri certiores ſibi videbantur de trophæis ſtatuendis, tametſi inferiores eſſent futuri numero, & eodem longe ſuperiores mirabantur ſeſe vinci. Quæ ſors eos plerunq; occæcat, qui cauſis abundant, ratione deſtituuntur; priſcâ potius authoritate freti, quam modernis viribus. Quantacunque inde in Galliam redundet gloria, debebitur Marchioni Ponte Curlæo, Cardinalis nepoti.

Exercitus terreſtres, ex conſilio Cardinalis admirabili, & præſentia regiæ majeſtatis, ubivis locorum reportabant victorias illuſtres. Qui per Germaniam cum Suecia pepigerant fœdus, æque magnanimi ac felices, conſtituerant, per conſtantiam inconcuſſam Regis, etiam in morte triumphantis inſtitutum perſequi, ſed potentia Auſtriacorum oppreſſi, Galliam reſpectabant, cujus auxiliis confiſi ſpondebant certiſſimam Germaniæ mutationem.

Cum itaq; per viciſſitudines armorum tandẽ viciſſent

Pic-

Piccolominæum, humanitate matronis gratiſſimum, & Flandriam aſſeruiſſent, adeo propinqui voluerunt eſſe urbi, per imperium ſummæ, ut ipſa & commeatum; & annonam vel invita lubens præberet.

Politica reminiſcentia.

Rerum ſane ſunt eæ viciſſitudines, quæ humani ingenij acumen fugiant, & prudentiam omnem deludant. Videas artium gnaros exiguo cenſu pollere; agreſtes opibus affluere. Sed ſi aſcendas ad cauſas altiores; obſervabis primum inconſtantiam inferiorum, deinde arbitrium implicitum cælorum, Dei denique voluntatem abſtruſam.

Paſſa eſt Gallia noſtra aliquando extrema; adeo ut Anglum, vel ex ratione matrimonij, cui leges fundamentales repugnant, vel propter ſummam potentiam ſumeret Regem. Bis vidit eadem Reges captivos ſuos, alterum in Angliam, alterum in Hiſpaniam duci. Tanta aliquando fuit ſolitudo per agros, ut clariſſimâ luce lupi in Vrbem, toties ampliatam, pervaderent, nullo pene metu: tantum ſanguinis hauſerat hoſtis, tantum ſobolis præpediverat calamitas publica.

Licuit tamen, vel per miraculum, & Heroinæ virtutem exantlare tot ærumnas, donec cælum mitius illuceſceret. Quantopere Hiſpanus exagitârit Galliam, nihil attinet dicere; nunc talionem ſentiens, nihil habet; quod conqueratur. Fuimus aliquando numero ſuperiores, ſed virtute inferiores, aut induſtriâ: ſoli ferebantur Hiſpani ſapere & bellare. Converſus eſt rerum ordo, vinci didicere victoriarum genimina, ut ſciant, ambulatoriam eſſe fortunam, non hæreditariam.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Regis arma vocantur in Italiam, ob duo teſtamenta.

NOvam vero occaſionem exercendorum armorum præbuit Italia, dum hujus lucis uſuram deponit Dux Mantuæ, qui ſupremis tabulis adminiſtrationem reipublicæ condixerat Mariæ viduæ; tutelam Cæſari & Eleonoræ, imperatoriæ viduæ, executionem Gallo & Venetis. Satis prudenter iſta omnia, ne homagium, quod debebatur imperio, violaret, ſed ut Galliam haberet faventem, cui tamen inſoleſcenti Veneti obſtarent.

Incidit fatalis dies in Septembrem, ſed menſe Octobri inter vivvs itidem numerari deſiit Carolus Emanuel, dux Sabaudiæ, ſororius Regis, cui ſtomachus adamantis pulviſculo arroſus, quinquageſimum primum ætatis annum vix permiſit. Filium octennem, & tres reliquerat filias; uxorem fecerat tutricem, Regem executorem, Thomam & Cardinalem fratres inofficioſe præteriens, quod alter videretur Imperium ſibi aliquando rapturus.

Hanc ſuſpicionem intendebat apud morientem memoria ducum Mediolanenſium, ubi patruus nepotem, hæredem imperij, everterat, ut ipſius dominaretur. Quemadmodum autem Cardinalis gaudebat, juſtitiam Regis adeo celebrari apud Exteros, ut & Germani & Itali eum ſibi optarent protectorem; famam iſtam & gloriam prorſus ſartam tectam ſervare meditabatur, expeditis quibuſcunque mediis, ad aſſerendos hinc inde clientes & ſocios.

Politica reminiſcentia.

MOrientis vox ſacra, quod nullus reſtet metus mortalium, nulla proſit ſimulatio, ſed & tribunal de-

Digitized by Google

cretorium ſit adeundum, ubi & cogitatorum & actorum ſint reddendæ rationes. Tunc enim anima, origini ſuæ vicinior, & à terrenis defæcatior, etiam futura præſagit, longe felicius, quam per inſomnia, ubi corpus quieſcit, & mens ſola exercetur.

Sed illa fides, quam moriens ſibi perſuaſit de ſuperſtitibus, æque eſt ſacra, ne manes turbentur, & vindicta divina exerceatur. Eſt tamen, ubi morientes aliquid humani patiantur erroris, qui ſecundum Deum eſt corrigendus. Iſaacus melius cupiebat Eſavo, quam Iacobo, quod illum imperio aptiſſimum, ex venationis ſtudio, & clientum copiâ auguraretur; hunc vero caſarium jugo ferendo natum putaret.

Correxit mater ſagax errorem, quem ſenex capularis agnovit, revocato ſibi in memoriam oraculo. Quod ſi vel ante errorem correctum obiiſſet diem ſuum teſtator, planum eſt, oraculum viguiſſe, & per lapſum memoriæ humanæ, aut benevolentiæ inconſultæ non evanuiſſe. Hinc teſtamentarij judices potius ad mentem teſtatoris, quam ad verba teſtamenti reſpiciendum eſſe cenſent. Verborum enim ſunt involucra, in quibus mens, tanquam nucleus in cortice aut putamine latet, prudenter excutienda.

Philippi Macedonis ambitio arguitur, qui à duobus Thraciæ regulis, de hæreditate diſceptantibus arbiter lectus, armatus acceſſerit ad exarmatos, ſed ſibi imperiolum illud rapuerit: unde fortaſſis violentâ perire morte meruit. Quemadmodum Mediolanenſium Ducum ſtirps à perfidiâ non diu gaudere potuit, quin exterminata alienis rempublicam relinqueret. Recte ille Diſcite juſtitiam, moniti, & non temnere Divos, Reges divinæ juſtitiæ vicarij, debent & poſſunt viduis ac pupillis ſecuritatem præſtare.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Factio Gallicana apud Rhetos perit paulatim.

AD Cunicas anguſtias cæduntur Hiſpani, & noſtrates per Flandriam & Alſatiam, adeoque Narbonenſem provinciam occupatiſſimi, Rhetiæ curam ſe poſuiſſent, adeo ut Rohanio neceſſaria non reddita, relinquerent militiam imbellem. Clavenna & Archettum reſtituuntur popularibus, cum aſſeri non poſſent, quæ ſuis ſibi præſidiis firmarent.

Sed gubernator Mediolani ſagaciſſime omnia ad ſe paulatim traducebat, tametſi tres gliſcerent factiones, Auſtriaca, Gallicana, & inter iſtas media: quæ, uti facile eſt judicatu, non diu ſubſiſtere potuit. Gallis non licebat ſacra acatholica firmare, ob Pontificis ſummi reverentiam: & Hiſpani eo, quo ſemper, prætextu ſuperbiebant, adeo ut populares ex illo Zelo quidvis ferrent patienter, dum levicula quævis offenſa Gallorum, quam ob penuriam neceſſariorum evitare non poterant, raperetur in graviſſimam injuriam.

Politica reminiſcentia.

MIſerrima eſt ſors eorum, qui factionibus fecêre locum, iisque ſuſtentandis exterorum auxilia quæſivêre. Nam Exteri non ſemper pollent viribus, quas alienis rebus commodent; nec ſemper eandem ſervant mentem, quæ benevolentiæ effectum præſtare velit. Solent etiam ſumtuum eam inſtituere rationem, ut partem reipublicæ trahant, ubi univerſam corripere nequeunt. Vbi vero occaſionem offenſarum præbuere, & irritavere populares, hoſtilia non raro ſumunt.

Deinde, nunquam patiuntur, diſſidiorum ſemina

 tolli,

tolli, quæ ſollicite fovent, ut ſuis uſibus ea ſeponant. Hoc Philippo Macedoni, viro vaferrimo, uſitatum, in bello ſacro maxime, ubi ſacra profanis miſcere, nullus dubitavit, donec per eam occaſionem univerſam pene ſubjugaret Græciam. Eandem ſane rationem ſumſere Ottomannici, ad Peleponneſum corripiendum.

Quanto igitur ſatius eſt, concordiam colere, Exteros miſſos facere, & mutuam inire tolerantiam. Quomodo Angili, Saxoniæ inferioris populi, tranſierint ad Britannos, recenſet hiſtoria illorum temporum. Quo in gradu lubrico hæſerit Corona Galliæ, Hiſpano etiam Pariſios poſſidente, horret animus duntaxat meminiſſe.

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO MDCXXXVIII.

LIBER XV.

CAPUT I.

Vinarienſis Briſacum cogitat obſidere.

POſtquam percrebuit rumor apud Auſtriacos, Vinarienſem non repetere Moguntiam, unde pontem ſtrueret ad Haſſos Caſſellanos; non curare Francodalium, ad ſuſcipienda ex Gallia auxilia; non incurſare Philippiburgum, ad Rhenum coërcendum, poſtquam illa loca perdidiſſet, ſed immane quid audere, Rhenum ſcilicet per Alſatiam, Helvetiorum benevolentia fretum, & aliquot locis in Burgundia captis confiſum, ſecundum Lotharingiam, quam Gallus poſſidebat,

Digitized by Google

debat, frænare, cujus oræ loricam fere apposuerat munimentorum.

Sed dum ipſe hinc inde circumfert arma, & Croatas crebrius repulſat, audit Gallos ex illis munimentis ejectos. Inſtat apud Cardinalem, demonſtratque quanto ſatius foret, de Rheni trajectu dimicare, quam hoſtem ultra limitem admittere. Id conſiderans Cardinalis, valida ſupplementa deſtinat, mandatque, ut Briſacum obſideratur, quo vires Auſtriacorum à Gallia averteret, cum id munimentum per ſitum & opera eſſet inexpugnabile: fama inſtituti per induſtriam repente propalata.

Ibi vero Auſtriaci in ſinu gaudere, quod gigantulus iſte cum ipſa natura pugnare decreviſſet; certi utique, univerſum genus mortalium ſi congruat, & vim moliatur, fruſtra futurum. Sed Cardinalis per Helvetiam providerat, & Erlachio, primario Vinarienſis duce, allaborante, cui in vicinia clientelæ erant potentes, & in patria Helvetia magna authoritas, id dedit effectum, ut Briſaci gubernator, qui veterem annonam exercitibus imperatoriis elargitus erat, mandatorum nimis ſedulus obſervator, aut crumenæ inflandæ ſtudioſior, ſpe & uſu recentis annonæ, fruſtraretur: Baſileenſibus ſive conniventibus, ſive adactis ad compendium Galliæ.

Politica reminiſcentia.

Hoſtes ut horſum vorſum trahas, variæ ſunt rationes: ſed nulla potentior, quam quæ caput rerum petit. Senones Galli ubi reliqua loca prætereunt, ad Urbem contendunt, Romam incurſant, finem pene imperio Romano attulere. Scipio, in Hiſpaniam transgreſſus, Carthaginem novam, quæ & munitior, quam ut tentari poſſet, putabatur, expugnandam ſumit, & rem conſulto citius perficit

De Alexandro Magno celebratiſſimum illud fertur Nihil diſtulit. Quemadmodum enim irruptio terrorem incutit, licet ſit populabunda ſaltem, ita obſidio loci prorſus muniti virtutem arguit eximiam, quæ fulciatur,

Digitized by

& audaciam incendat. Nihil communius auditur, quam illud ſolitum, Tela prævisa minus nocent: ſed ubi ſecuritas excutitur, ſubit trepidatio & pavor. Nobis Philippiburgum videbatur invictum, cui expunando nec Sueci quidem vim, ne fruſtra forent, adhibuere, ſed famem circundedere. Invenit tamen & acumen ingenij, & induſtria audacia modum illius corripiendi.

Illuſerant Alexandro Magno montanſilli, an Macedonibus eſſent alæ, ut in rupem illam præcipitiis undiquaque munitam ſubvolarent: ſed obſtupuere, ubi eosdem, Damarum inſtar, perreptaſſe, & à tergo inſtare cernerent. Mira enim eſt ingenij humani fæcunditas, mira manuum induſtria, mira caſuum viciſſitudo. Vnde Plautus de homine nunquam ſatis cauto ait, cum maxime ſeſe caviſſe cautor ille putet, ſæpius tamen captum eſſe.

CAPUT II.

Vinarienſis inſignem reportat victoriam.

NOn fefellit ſagacitas Cardinalem; fit, quod rebatur; incipiunt metuere munimento inexpugnabili, averruncant Gallos à Rheno, per abſentiam Vinarienſis. Vrit id Ducem leonini ingenij, arripit ſupplementa, petit plura, ſpondet eventum optatum, de Helvetiis per Erlachium certior, irruit valide, copias traducit Rheinfeldiam, ſubſiſtit ad Steinium, Sekingam deditione, Lauffenburgum vi occupat, Rheinfeldiam obſidet. Sed ne ſibi nimium tribueret, cæditur, & obſidionem ſolvit.

Certus autem, vel tranſitu firmato trajicere in Sueviam, & molem belli trahere, aut ad Rhenum operæ pretium facere; Copias igitur contrahit Buquenum, Cæſareanos graviſſime cædit, Savellium, Werthium, Enkefortum, Sperreuterum ſummos duces; Furſtenbergerum, Neuneccium, Goldium, Wolffium, Hinderſohnium,

nium, tribunos; Zellium, Reugerum, Scharpenſelium, legatos, præter Duces minoris nominis complures, octingentos & mille pedites, mille ducentos equites, triginta octo vexilla, duodeviginti ſigna capit, poſt ſtragem immanem. Occubuere ex Vinarienſibus Comes Rhenanus, equitum magiſter, Bodendorpius, Barſtetterus & Vorbringerus, cum centum ſeptuaginta gregariis: adeo ut jactura Nordelingiana videretur reſarcita.

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus, maxime ubi deſperatio incendit animum: nam adeo adverſo marte pugnabat Vinarienſis prima vice, ut Schavelifius, Erlachius, Berenholdius & Dannenbergerus capti traherentur, & feſtiva contonarent per Rhenum inferiorem. Quanta autem virtus fuerit Gallorum vel inde patet, quod Rohanius, qui ex Alpibus deſcenderat, ut opem impetraret Rhetiæ, aut operam præſtaret Rheno, ſæpius reſtituit ordines, ſæpius in hoſtem duxit, donec cum Erdmanno graviter vulneratus, excederet pugna continua; is Konigisfeldiam perlatus, annis & tædio rerum præſentium gravis, ex vulnere moritur, ſexagenarius.

Politica reminiſcentia.

Multum differt Imperator à Duce, & Dux à gregario. Hic ſatis habet tueri locum, ut eum corpore tegat cæſus, quem vivus inſiſtebat, hoſtibus haud tergo, ſed fronte, & pectore notus. Ille laboranti gregario proſpicit, torquet cohortem, obliquat vim, propellit impetum, attinet fugientem, ſufficit animum. Ille rariſſime proruit in aciem, ad exemplum Cæſaris, qui aliquando fugientibus ſigna eripuit, & in hoſtem convertit.

Et quoties Romanorum imperatores ſigna in medios hoſtes conjecere, ut vel per ignominiam miles ea repeteret? Sic ou[illegible]llantes oculis objiciunt ſtrophium, quod aciem oculorum turbet ino-

inopinato fulgore, & aggreſſori impetum largiatur liberum. Hinc ſervat principia imperator, habet triarios, quibus concitandis diſpicit momenta prælij: nihil ille turbatur his aut illis ordinibus ruptis, curat ut reſarciantur. Summam rerum in æquilibrio appendit.

Bironius in prælio acerrimo enſem non nudaverat, fiſtulam non diſploſerat, loco non ceſſerat, otioſus conflictuum ſpectator: cumque ſuggillaretur à quibuſdam rei ignaris, Regem, noſtrum illum Henricum vere magnum habuit encomiaſten, qui non dubitabat aſſeverare, agmen illud Bironianum ſibi fuiſſe ſepoſitum, tanquam anchoram ſacram: neque vero operam illius inanem expertum ſeſe, cum hoſtes impetum novum ab agmine integro & alacri metuerint, & campo exceſſerint, aut projectis armis deditionem fecerint.

Mauritius Auraicus etiam laudem eximiam reportavit, ad Neoportum cum Hiſpanis conflictatus, adverſo primum marte; ſed ubi legionem flavam reſtituiſſet, ingentem & incredibilem adeptus eſt victoriam.

CAPUT III.

Poſt grandem alteram victoriam deditionem facit Briſacum.

VIdiſſes univerſos Pariſios ſpectatum proruere, ubi Werthius, ſtrenuiſſimus miles & dux adduceretur captivus. Hinc ſupplementa, à rebus arduis neceſſaria à Cardinale ſubmittuntur, ut hoſtis ad Rhenum diſtentus, de Gallia invadenda nihil amplius cogitaret. Vinarienſis fortunæ ſeſe præbenti offert, Rheinfeldiam menſe Martio ad deditionem cogit, Neoburgum in ripa Rheni occupat, Friburgum Briſgoiæ expugnat, Canofiskio partes dat cingendi Briſaci, ne annona perferretur. Gotiſius tranſit ſemel atque iterum magis furtim, quam aperte, delatâ quantum potuit annonâ.

Vinarienſis occurrit Lotharingo, cladem infert; recur-

curritf eodem pene momento, & Gotiſium mulctat itidem, quorum alteruter tardius aut citius quam conventum erat, proceſſerant. Nuſpiam tanta pertinaciâ pugnatum, nunquam ſæpius eâdem æſtate: contrahuntur igitur Auſtriacorum vires, adſunt & Bavari copiæ, incurſant, poſt velitationes uti ſolet dubij martis, ipſa munimenta, circa pontem ſparſa, fatigatur Vinarienſis ad extremum halitum, conciditur fere legio Scotica, miram præſtant fortitudinem Galli, ipſius Vinarienſis & miles, & dux, & imperator ubique conſpicitur, animum fert intrepidum, oculos igneos, armat calones & fæminas haſtilibus, contis, & quicquid defendendo vallo aptum, aut offendendo hoſti idoneum depromit.

Ubi autem hoſtium copiæ ſuccederent recentes, & jam jam actum videbatur, audet ultimum virtutis conatum, quem hoſtis nunquam cogitaſſet, & perinde confuſius ſuſtinuit, erumpit ex vallo, in fugam conjicit hoſtes, potitur tormentis & impedimentis. Cecidere ex Cæſareo Bavaris mille quingenti gregarij, octo tribuni, ſeptem legati, multi Rheno hauſti. Ex duodecies mille vix bis mille ducenti evaſere: annona Briſaco deſtinata, mille curribus impoſita, cum octoginta vexillis victori ceſſit. Cruenta tamen fuit victoria, ſed per illuſtris.

Briſacum premitur vehementius, cibos à natura humana alienos vertit in victum, adeo ut pueri de platea rapti. famelicis vitam ſuſtentarint. Hinc Reinacherus, munimenti cuſtos, ne videretur naturæ bellum indixiſſe, deditionem facit adulto Decembri.

Politica reminiſcentia.

Tamerlanes Scytha Bajaſethen Turcam devicit, & in cavea ferrea per Aſiam circumtulit, nemine non ſtupente ad tam ſubitam rerum humanarum mutationem, cum ante oculos etiam verſaretur faſtuoſa illius potentia, quâ terram conculcabat, cælum territabat, fluvios ſiccabat, maria tegebat, montes planabat, planitiem exaggerabat dicto citius. Sic videas lupum rapaciſſimum in fovea agninam oſtendere manſuetudinem, niſi ipſi oculi rabiem cordis proderent.

Quam ſæpe ſuperbus ceciderit hoſtis, triumphante grege puſillo, docuerunt vel ſacræ literæ: ſed ipſam Naturam non poſſe tutari ſuos, id vero enorme & prodigioſum. Qui ſalutem ab Oceano petit; abſurdus eſt, cum ipſus ſit ſterilis, & periculorum uberrimus campus. Sed qui terram, matrem almam, roget ſuſtentationem, nihil aberrat. Eſt enim penu locuples, & opulentiam ſuam cuivis præſtat.

Concinnavit ſibi diverſa delitiarum loca in plano; miracula ſervavit montibus: qui altiſſimi abundant aquis & lacubus: ibi nubium tempeſtates deſpicit, volucribus præbet nidos tutos, damis refugia; mortalibus aſyla. Sponte docet provolutis lapidibus impedire tramites, ne hoſtis adrepat, nullus ibi metus tormentorum ignivomorum, nulla cura cuniculorum agendorum: adeo ut in montium cacuminibus rerum humanarum ſecuritas ſit rata.

Cum autem homo audiat animal ſociale, ſine commercio non diu producet vitam, fami utique obnoxius. Quemadmodum enim Noachus bifrons ille procul dubio miſeram finiviſſet tandem vitam, abſumtis omnibus & alimentis, & animalibus, niſi diluvium deſiiſſet, & uſum terrarum reddidiſſet: ita cuſtos montis excelſi in penuriam incidit, & niſi atra fame perire malit, clauſtra reſerare, & libertatem theſauroſque cum pane quotidiano permutare cogitur, ipſa natura ad inopiam redacta.

CAPUT IV.

Clades ſuſcepta in Cantabria.

DUm Gallicanæ cum Hollandicis jungerentur copiæ, nihil egregium præſtitere, provincia univerſa tantum conculcata: Apud Leodienſes partes Galliæ fovebantur, à Ruellio conſule, quem Warfuſæus proditorie in

in convivio trucidavit, ipſius à plebe tumultuante diſcerptus, propter ſtudium diverſum, quod ſane non magno erat uſui, ad ſcribendum militem ſtrenuum, cujus illa provincia eſt feraciſſima. Viſum igitur Cardinali, ut Hollandi ex illa parte agerent, ne ſimultates, quæ gliſcebant, in nervum erumperent. Illi ad Antverpiam Calloanum aggreſſi munimentum, vires Hiſpanorum in ſe converterant, inſigni affecti clade: dum noſtrates per Arteſiam & Flandriam ſatis ſegniter verſantur, diverſis expeditionibus intenti.

Nam Cardinalis Briſacum ſtatuerat ſubigendum, ut ſic Gallia novo propugnaculo, ſecurior degeret, unde & potiores vires in Alſatiam protrudebat. Voluit autem fortuna moderari noſtra gaudia, & cladem immanem redhibere. Condæus, princeps Regij ſanguinis, & eius opulentiæ, quâ poſſet exercitum labeſcentem ſtipendiis firmare, viginti millia peditum, & quatuor millia equitum ducit: cui enim iſti honores deberentur, niſi proximis Regis? Alterâ ex parte Hiſpaniam invadit, ne Leucata denuo tentaretur, Italiæ nimis vicina. Figuetum munimentum corripit, portum Paſſagium occupat, prædam trahit grandem.

Fanum Sebaſtiani petit, Fontarabiam obſidet, cuniculos agit, exploditque vim parans: ſed eodem momento erumpunt Hiſpani tam atrociter, ut mille quingentos ceciderint, quingentos captivos traxerint, tormenta, & principis ſupellectilem pretioſiſſimam obtinuerint, cæteris fugâ Bayonnam dilapſis: adeo dubius eſt fortunæ bellonæque favor.

Politica reminiſcentia.

IN legendis ducibus ſumma eſt adhibenda induſtria: Fabius cunctator nonnullis videbatur nimis propinquus ignaviæ; ſed Marcellus parum aberat à temeritate, uti & Terentius Varro. Aliter ſumuntur legati, qui ſuis ſumtibus principis gloriam augent, uti de Crequio meminimus; ſed illa pompa eſt innoxia: illic licet prodigis eſſe, qui comprobare ſatagunt

illud vetus Stultitiam patiuntur opes. Neque enim pecunia nervi vicem obtinebit, niſi prudentia ipſam regat.

Quibus fortuna indulſit opulentiam cum natalibus, ter forent beati, ſi fortunæ uſu itidem pollerent; ut autem ab ignominia removeantur, & opum faciant periculum, recte adhibentur rebus arduis; ſic enim uſu rerum addiſcent, quid ſibi deſit. Socrates ex Alcibiade quærit, an fidium ignarus teſtudinem auderet tangere? neque vero rerum imperitos juvenes rempublicam rite adminiſtrare poſſe.

Quautum ignominiæ contraxerit Perſa, in Græciam effuſus, quod viribus ſuis fideret, nihil attinet dicere. Hinc inter ſummas ſcientiæ militaris virtutes, à Cicerone memoratur prudentia: quæ pericula proſpicit & declinat, vires exiguas intendit, veſanas carpit, & quod Anytus in Socrate calumniabatur, ex cauſa mala facit bonam.

CAPUT V.

Naſcitur Galliæ princeps in matrimonio per 20. annos ſterili.

QUamvis Hiſpani & Galli congenito fere odio diſſideant, connubiis tamen implicantur, adeo ut Rex noſter ſuam Hiſpano ſororem, illius ſibi copulârit. Obſtat vero reipublicæ ratio concordiæ penitiſſimæ. Privatas coluntamicitias, publica exercent odia. Quingenti illi ad Fontarabiam capti noſtrates brevem ſervierunt ſervitutem, ſponte ad ſuos redire juſſi, nullo redemtionis pretio, poſtquam auditum fuit Regi natum eſſe quinto die Septembris Henricum, cui boni ominis ergo nomen fecêre Pacifici.

Viceſimus fere numeratur annus, ex quo matrimonium iſtud conflatum eſt: arguebant alij ſterilitatem matricis, alij Regis infecunditatem, qui præter ingenium

Digitized by Google

noſtratium neque mulieroſus, neque uxorius eſſet, ſed frigidior ſine dubio ex rerum graviſſimarum curis, quæ ſubinde renaſcuntur novæ. Erant qui veneficium ſuſpicarentur. Sed quoties auditu accepimus, fæminas caſtiſſimas aliquot annos nihil genuiſſe? Recordemur, Iſaacum, Patriarcharum optimum, totidem coluiſſe annos matrimonium ſterile.

Rationem ſterilitatis dabit Iacobus, Iſaaci filius, poſtquam fæcunditatem nemo derogabit primæ benedictioni, qua Deus juſſit genus humanum creſcere, & multiplicari. Cùm enim Rahel, conjugum dilectiſſima, ex tædio ſterilitatis, quam perpetuam fore credebat; mortem haberet potiorem, removet ille iſtam potentiam à viribus humanis, ut Deo attribuere clavem matricis aperiendæ & claudendæ, quemadmodum illam ſepulchri, & cordis ſibi ſoli vindicat. Benignitas igitur ſupremi Numinis ſummum hoc bonum in iſtunc annum, pro liberrima ſua voluntate, diſtulit.

Politica reminiſcentia.

GAllorum & Hiſpanorum ingenia quidam adeo contraria cum conſiderarent, dubitare cepere, an utriusque Gentis ſoboles eodem naturæ ordine gigneretur in mundum. Gallum vides præcipitem in diſpiciendo, ſed inſtituti nihil tenacem. Hiſpanum autem tardum, ſed minima quæque examinantem. Nos ſcientiam in uſum deducimus, etiam ſacra diſputamus; ille nihil avet ſcire, aut quod ſcit, implicite novit, nullis fere opificiis clarus. Nos in deliberationibus nihil movemur ſtrepitu, ad prandia etiam de rebus graviſſimis aures præbentes; ille ſeceſſum quærit; & muſcæ prætervolanti iraſcitur meditabundus.

Nobis memoria ſemper eſt præſens, exiguo penſo præteritorum aut futurorum; illi recurrunt præterita, ad dimetienda futura; unde nobis excandeſcentia promtior, illi ira tardiſſima. Amores temere legimus & deponimus, ille ad inſaniam deperit: eosdem propalare nulla nobis religio, illi ſumma. Auram popularem non admodum

dum curamus ; ille ad anguſtias uſque gloriolam venatur: hinc nobis fas eſt, neceſſitati permittere pallium, enſem , veſtem exteriorem; ille ab interula incipit penuriæ conſulere. Nobis concidit animus in anguſtâ re familiari; illi inflatur.

Videas Gallos , facultatibus lapſos & ad peram redactos , eleemoſynas ad commiſerationem compoſito geſtu & ſermone venari ; dum ille mentitur ſiniſtrum aliquem caſum , qui mendicitatis onus impoſuerit viro alioqui opulento, qui ſi innoteſceret , inter ſummos poſſet numerari , vultu ad auſteritatem facto. Etiam corpora diverſa tribuit natura; nos longiores ſumus ; ille brevior videtur : nobis color albicans & capillus flavus ; illi cutis fuſca & caput nigrum: capillitio nos profuſo , ille truncato gaudet: nobis impatientia frequens ; ille tolerat : nos promtiores, ille tardiuſculus ; nos leviculi , ille gradivus; nos hilares , ille triſtis ; nos rixoſiores & temerarii , ille pudibundus & ſuſpicioſus. Impetu valemus nos , ille timorem vertit in pertinaciam. Vituperatur merito in nobis jactura obſequii in arduis , cum ille famem, adeoque mortem malit ſubire ; quam ſtationem deſerere.

Veſtis itidem diverſa eſt ; nobis turgent caligæ , illi thorax ; is utrinque nobis recluditur , illi nec æſtuanti. Collare nobis anterius, illi poſterius conſtringitur ; tibialia ferimus rugata, ille planiſſima ; nos manus protendimus, ille in pallium recondit , thoracem conſtringimus a ſummo globulo, ad imum ; ille ab imo incipit ; nos thoracem poſtremo injicimus humeris ; ille primo. In victu magna itidem diverſitas, nos jentamus ; prandemus, merendamus & cænamus ; ille bis reficit corpus; nobis fruges & poma menſam claudunt ; illi aperiunt; carnes & altilia integra nobis ; illi conciſa apponuntur ; nobis reliquiæ cænarum nullæ in poſterum diem, illi creberrimæ redduntur ; elixa præferimus ſtomacho, ille aſſa ; acetaria nos refrigerant ubique ; illum per cænæ initium : deambulamus ſaturi, ille ſedet dormiturìens ; aquam vino nos, ille vinum aquæ infundit ; confabulamur per menſam , ille vix verbum profert ; pau-

tum

cum panem nos carnibus, ille multum pauculæ carni addit; nos deproperamus menſam, ille baſilice recumbit.

Per plateas facimus complures unam frontem, Hiſpani ternis nunquam plures incedunt, ſed ſubſequantur; eundem ſervamus ordinem, illi extimos per vices in medium convertunt; acceleramus nos, illi fere repunt; nobis ocreæ & calcaria peditibus placent; illi deponunt calcaria ſemper, plerunque ocreas; tolutarios equos amamus, illi gradivos; pediſſequos habemus, illi antambulones; famulus nobis pallium & enſem fert, illi famulorum etiam enſes: garrimus per plateas geſticulabundi, illi ſilentes componunt corpus; operoſi ſumus in ſalutationibus, illi graviſſime defunguntur; pomum ex caligis producere, aut in platea emere & arrodere nobis fas; illis ſummum nefas; nos detrahimus nobis invicem apud Exteros per æmulationem, pro more omnium omnino Europæorum, ſoli Hiſpani, licet Vatiniano flagrent odio, ſeſe mutuum laudant, regis negotia crepant, natales, & ſummorum virorum affinitates proferunt, opulentiam patriam enarrant. Quæ omnia tamen neque matrimonia regum reciproca, neque benevolentiam mutuam etiam ferventibus bellis, nihil impedivere.

CAPUT VI.

Princeps Poloniæ attinetur in Gallia.

Regis Polonici frater Caſimirus, ut virtutis ſpecimen extra patriam daret, Hiſpano addicit operam; vel Luſitaniæ perficiendus, vel alicubi exercitum ducturus. Tranſit Galliam, & attinetur. Expendebat enim Cardinalis, exulcerato hoc ſeculo, & bellis undiquaque ferventibus, ad vigilandum impenſius. Nemo in urbe quacunque pernoctabit, inſcio guber-

ber-

bernatore: nemo in provinciam alienam tranſibit, inſalutato principe: ſed qui ad hoſtes contendit, ſuſpicionem movet, quod ſpeculatum veniat, & proxime ſit vim paraturus.

Erat tamen alia ratio occultior, quam Cardinalis fovebat, nuperrima ſcilicet Polonorum irruptio in Galliam, quæ licet regiis non facta diceretur auſpiciis, odium tamen Genti conciliabat, maxime ex amicitia arctiſſima Poloni cum Auſtriacis. Fore igitur locum exprobrandi, ubi legati libertatem captivi eſſent quæſituri, & forſan occaſionem familiaritatis, quæ Henrico III. non per omnia conveniebat, & nunc poſſet eſſe uſui.

Dimittitur Caſimirus princeps, poſtulantibus legatis, ſed proteſtatus de Gallia non offendenda, pergit Bruxellas.

Politica reminiſcentia.

IN Ægyptum non licebat deſcendere, niſi mercatoribus, ſecundum commeatum regium, ne proderetur patria, aut nova moliri inciperent peregrini. Lacedæmonij eandem rationem inſtituerunt, ſed ex diverſa cauſa, ne ſcilicet peregrini mores, pecunia & delitiæ inferrentur. Scimus, neque Moſcoviam, neque Perſiam, neque Turciam calcari, niſi ex permiſſu: Hiſpania ſane, cura ſacrorum genuinorum prætexens, inquiſitionem ſervat.

Gallia, à Francis, Gente libera occupata, ſemper patet omnibus, niſi qui hoſtilia meditentur. Carolo etiam Quinto tranſitum permiſit Rex, ad turbas Gandavenſes properanti, & multum honorem addidit. Auſtriacis pronum, vel Angliæ Regem, ab expeditione ſacra, privatim ad ſuos revertentem, attinere, & grandi pecunia mulctare, ob æmulationem armorum in Palæſtina, per militiam communem obortam: quod tamen excuſari queat, ſi concordiæ ſarciendæ causâ, & ad abolitionem præteritorum amica vis adhibeatur.

Digitized by Google

CAPUT VII.

Rhetia pereunte, obtinetur victoria navalis.

GRandem fecit Rex jacturam in morte Rohanij, tametſi extorris, propter res Rhetiæ, quas ille ſatis bene conſtituerat. Major acceſſit ex caſu Crequii, qui, ut Hiſpani Wormatiam, quam modo ceperant, extorqueret, globo trajicitur. Hinc Vercellæ per deditionem, & Pomara Montis ferrati per vim tranſeunt ad Hiſpanos, magno rerum Gallicarum cum detrimento.

Exercitus tamen regius, imperatore magno rei tormentariæ magiſtro, per Picardiam & Arteſiam, uti porro videbimus pulchre procedebat. Expugnatur Hesdinum à Carolo V. ad defendendum eum limitem extructum, & majoribus victoriis pandit viam. Imperator bacillum Mareſchalci aufert, honoris meriti ſignum. Hinc augentur victoriæ, & quod prorſus videbatur ultra vires humanas, ſpectantibus tricies mille hoſtibus, procumbit; caput nempe Arteſiæ.

Hoc tamen anno prælium initum navale ad Genuam acerrimum; Gallis victoribus ultra ducenta millia coronarorum ceſſere, non vero ſine mutuâ clade. Id enim Cardinalis agebat, ut claſſem in utroque haberet Rex mari, ad quoſcunque caſus, hoſtem etiam vellicandum: cum ſciret, hac unâ ratione emerſiſſe Hollandos, poſtquam adverſus Hiſpanos claſſem adornare cepere.

Politica reminiſcentia.

GEryonem ajunt tricorporem fuiſſe, adeoque Hiſpaniæ Regem; quod tribus vicibus ſuperandus eſſet Herculi. Valebat enim claſſe, exercitu & munimentis. Vbi mediterranei habitant, aut Alpeſtres, navibus carere licet: ſed Hiſpania alluitur Oceano undiquaque,

Digitized by Google

tanquam caput circumfuſum aëre, cohærens collo tenus cum Gallia. Noſtra ipſa Gallia latiſſime alluitur à mari, atque adeo utrinque & nunquam rebus maritimis ſtuduit, niſi quantum mercatura poſtularet. Ipſa nunc neceſſitas diverſum ſuadet, poſtquam imperium eſt conſtabilitum, & Angli, Normannique ejecti, Armorici etiam acceſſerunt.

Ipſa Roma longiſſimo tractu temporis debellavit viciniores Italiæ partes, tutandis finibus valde occupata, donec in Siciliam trajiceret, & inde Corſicam, Hiſpaniam & tandem Africam aggreſſa eſt: primitus non ſemel afflicta per imperitiam militiæ navalis & Oceani; ſed ubi dies diem docuit, magno paſſu contendit ad Monarchiam, maxime per exercitus navales. Quæ mens ſi Galliæ veniret, uti cives habet audaciſſimos, ita poſſet imperium in orbem terrarum cordatius ſperare, & ſumere.

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO MDCXXXIX.

LIBER XVI.

CAPUT I.

Vinarienſis moritur, & exercitum prius ordinat.

QUantum emolumentum Galliæ conciliaſſet Vinarienſis, ſubacto Briſaco, in dies pateſcebat, tranquillitate per limitem reſtituta. Is igitur per Sunegoviam munitiora non admodum operoſe corripit, & defatigatum militem trans Vogeſum, in Burgundiam Hiſpanicam traducit. Ibi ſævitum utrinque, ob gentem in hoſpitam. Vina-

Digitized by Google

Vinarienſis Pariſios excurrit, cum Rege & Cardinale de rebus graviſſimis deliberat, Briſacum tamen Gallicano præſidio permittere renuit, fidem imperij cauſatus, & pactorum non per omnia memor. Hinc ſuſpicio aborta; quaſi hoc pignore cum Auſtriacis tranſigere conſtituiſſet. Arguebatur etiam injuſſus texiſſe caput coram Rege, quod principibus regiis & Exterorum legatis tantum datur, Sed ille familiam Electoralem prætexebat, & ſummum in exercitum imperium.

Dimittitur ad exercitum; & Alſatia probè communita, præter quædam per Burgundiam occupata, trajecturus in Sueviam, conficitur triduana Colica Neoburgi; Suſpicionem veneni ſpargebant malevoli, quaſi eximia virtus æmulationem ſuſcitaſſet apud noſtrates; quibus artes iſtæ ſunt inſolitæ. Intemperantia, belli tam varij perpetua comes, robuſtiſſima corpora dejicit, quod Cæſareanorum plurimi ſunt experti; per vanos Briſaci liberandi conatus.

Supremas ſcripſerat tabulas Vinarienſis, ubi præter donaria, exercitus eam teſtabatur curam, ut Ohemimium, nobilem eſt inferiori Palatinatu; probatiſſimum ducem ſcripſerit Directorem, addito conſiliatio Rohlingero Auguſtano, Comiti Naſſavio, Erlachio Helvetio, & Roſano Sueco armorum violentiam commiſerit; donec Gallia & Suecia ipſis caput adderent. Invidiam declinat Ohemius, & eodem cum tribus collegis vult eſſe ordine, tanto celebrior.

Politica reminiſcentia.

QVam facile evaneſcunt humanæ mentis ſomnia; ubi Saturnus falcem immittit; & imos cum medioximis & ſummis metit? Conſtituerat Henricus noſter Magnus, rebus per Regnum rite compoſitis, Reginæ conjugi etiam delata adminiſtratione Regni, in agrum Juliacenſem aut Geldrenſem movere; ne illæ provinciæ, quæ Galliam aliquot nominibus attinent, in Auſtriacorum concederent poteſtatem. Dicebatur etiam in Germaniam pervaſurus, & apicem imperii

Auſtriacis erepturus. Verum, eheu! in ipſo conatu lethale accepit vulnus à phrenetico ſicario, ut omnis apparatus evaneſceret.

Guſtavus Adolphus, Sueciæ poſtremus Rex, rem aggreſſus eſt immanem, ubi Auſtriacis bellum indixit, quos ſciebat Hiſpanorum univerſâ potentiâ ſtare, Catholicorum clientelis inniti, & triumphare à multis annis. Incredibilia præſtitit, noſtris utique adjutus opibus: occidit ineunte prælio, quod ipſi fatale fuit, & heroicum ſpiritum in duces ſuperſtites efflavit; ut pene eadem ſerie procederet bellum. *Sed illud* complures fovebat principes Germaniæ, *qui ſuis rebus* non aliter conſultum videbant, niſi *bello continuato*, tametſi Pacem Pragenſem adepti per *otium potuerint* ſuam deplorare præcipitantiam, & noſtri *neglectum*.

CAPUT II.

[illegible] exercitum Vinarienſem.

V[illegible] nuntiatur Pariſios, ſtuporem [illegible] quod tantum Imperatorem in oculis [illegible] & ſibi aliorum triumphorum mate[illegible] promitterent. Rex ſane aulæ im[illegible] ceteret, quanti faceret virtutem: etiam [illegible] per fiduciarios de pace cum imperatore [illegible] quaſi mortem ſtrenuiſſimi imperatoris [illegible] os nihil affligere poterat; [illegible] derent; & vires noſtras [illegible]

[illegible] quantum eſſet robur [illegible], ut nec operæ, nec impen[illegible] ex manibus ducum redime[illegible] um, aut utrumque obtineret. [illegible] Montoſerius, Colmariæ agunt [illegible] quos demulcere nequeunt, niſi [illegible] mbrem aureum ſpargeret. Neque tamen

tamen ſic Cardinali ſatisfactum, qui auſteritatem tempeſtive mitigare cogitabat, quemadmodum pomorum quædam genera acerbitatem tandem ponunt.

Exeſâ Alſatiâ, Burgundiâ vaſtatâ, quærendus erat victus, donec ſupplementa ex Gallia adeſſent, aut liceret ad Suecorum duces pertranſire. Deſcenditur in Palatinatum inferiorem, accurrunt Bavari copiæ, tranſmittitur Rhenus, occupatur Wetteravia, donec occaſio virtutis reponeret. Recedit Bavarus, non acer hoſtis, à Cardinale parorum ſuperiorum admonitus, & ab Imperatore ad graviora invitatus.

Politica reminiſcentia.

SUmmam ſemper induſtriam adhibuere rerum militarium periti, ut exercitus & duces hoſtiles ad ſeſe traducerent. Sic Lepidum omnibus copiis nudavit Antonius, Antonium pene Auguſtus. Ingemuit Gallia Caroli Burbonii faſtidium, & Andreæ Doriæ diſceſſum, qui deſertis partibus noſtratibus, tranſiere ad Auſtriacos, immani cum Galliæ detrimento.

Novimus, quanta damna ſucceſſerint, quoties legiones tædioſæ ſtipendium intempeſtive flagitantes, vincendos non deſtituere. Cum igitur exercitus viritim ſcribatur noſtro tempore, non legatur, aut imperetur, uti ſolebat in republica Romana; facile intelligitur compendium temporis, & uſus expeditus copiarum. Deinde nota eſt conſuetudo animarum venalium, quæ nullis territoriis affixæ, dexteras porrigunt prodigalitati, nullâ curâ partium.

Duplum igitur emolumentum adipiſcitur; qui exercitum [illegible] imperatoris ancipitem adeoque ſacramento [illegible] ſibi conciliat: nam, cum ille poſſet accedere [illegible] laborioſius foret pugnandum, ubi vero noſt[illegible] mus vires. Hollandis id ignarum, in corr[illegible] niæ claſſe aurifera; quæ in ipſorum poteſta[illegible] nervos belli gerendi apud Hiſpanos reddit [illegible] Hollandorum lacertos roborat.

Digitized by Google

illud vetus Stultitiam patiuntur opes. Neque enim pecunia nervi vicem obtinebit, niſi prudentia ipſam regat.

Quibus fortuna indulſit opulentiam cum natalibus, ter forent beati, ſi fortunæ uſu itidem pollerent; ut autem ab ignominia removeantur, & opum faciant periculum, recte adhibentur rebus arduis; ſic enim uſu rerum addiſcent, quid ſibi deſit. Socrates ex Alcibiade quærit, an fidium ignarus teſtudinem auderet tangere? neque vero rerum imperitos juvenes rempublicam rite adminiſtrare poſſe.

Quantum ignominiæ contraxerit Perſa, in Græciam effuſus, quod viribus ſuis fideret, nihil attinet dicere. Hinc inter ſummas ſcientiæ militaris virtutes, à Cicerone memoratur prudentia: quæ pericula proſpicit & declinat, vires exiguas intendit, veſanas carpit, & quod Anytus in Socrate calumniabatur, ex cauſa mala facit bonam.

CAPUT V.

Naſcitur Galliæ princeps in matrimonio per 20. annos ſterili.

QUamvis Hiſpani & Galli congenito fere odio diſſideant, connubiis tamen implicantur, adeo ut Rex noſter ſuam Hiſpano ſororem, illius ſibi copulârit. Obſtat vero reipublicæ ratio concordiæ penitiſſimæ. Privatas coluntamicitias, publica exercent odia. Quingenti illi ad Fontarabiam capti noſtrates brevem ſervierunt ſervitutem, ſponte ad ſuos redire juſſi, nullo redemtionis pretio, poſtquam auditum fuit Regi natum eſſe quinto die Septembris Henricum, cui boni ominis ergo nomen fecêre Pacifici.

Viceſimus fere numeratur annus, ex quo matrimonium iſtud conflatum eſt: arguebant alij ſterilitatem matricis, alij Regis infecunditatem, qui præter ingenium no-

noſtratium neque mulieroſus, neque uxorius eſſet, ſed frigidior ſine dubio ex rerum graviſſimarum curis, quæ ſubinde renaſcuntur novæ. Erant qui veneficium ſuſpicarentur. Sed quoties auditu accepimus, fæminas caſtiſſimas aliquot annos nihil genuiſſe? Recordemur, Iſaacum, Patriarcharum optimum, totidem coluiſſe annos matrimonium ſterile.

Rationem ſterilitatis dabit Iacobus, Iſaaci filius, poſtquam fæcunditatem nemo derogabit primæ benedictioni, qua Deus juſſit genus humanum creſcere, & multiplicari. Cùm enim Rahel, conjugum dilectiſſima, ex tædio ſterilitatis, quam perpetuam fore credebat; mortem haberet potiorem, removet ille iſtam potentiam à viribus humanis, ut Deo attribuere clavem matricis aperiendæ & claudendæ, quemadmodum illam ſepulchri, & cordis ſibi ſoli vindicat. Benignitas igitur ſupremi Numinis ſummum hoc bonum in iſtunc annum, pro liberrima ſua voluntate, diſtulit.

Politica reminiſcentia.

GAllorum & Hiſpanorum ingenia quidam adeo contraria cum conſiderarent, dubitare cepere, an utriusque Gentis ſoboles eodem naturæ ordine gigneretur in mundum. Gallum vides præcipitem in diſpiciendo, ſed inſtituti nihil tenacem. Hiſpanum autem tardum, ſed minima quæque examinantem. Nos ſcientiam in uſum deducimus, etiam ſacra diſputamus; ille nihil avet ſcire, aut quod ſcit, implicite novit, nullis fere opificiis clarus. Nos in deliberationibus nihil movemur ſtrepitu, ad prandia etiam de rebus graviſſimis aures præbentes; ille ſeceſſum quærit; & muſcæ prætervolanti iraſcitur meditabundus.

Nobis memoria ſemper eſt præſens, exiguo penſo præteritorum aut futurorum; illi recurrunt præterita, ad dimetienda futura; unde nobis excandeſcentia promtior, illi ira tardiſſima. Amores temere legimus & deponimus, ille ad inſaniam deperit: eosdem propalare nulla nobis religio, illi ſumma. Auram popularem non admodum

dum curamus ; ille ad anguſtias uſque gloriolam venatur: hinc nobis fas eſt, neceſſitati permittere pallium, enſem, veſtem exteriorem; ille ab interula incipit penuriæ conſulere. Nobis concidit animus in anguſtâ re familiari; illi inflatur.

Videas Gallos, facultatibus lapſos & ad peram redactos, eleemoſynas ad commiſerationem compoſito geſtu & ſermone venari; dum ille mentitur ſiniſtrum aliquem caſum, qui mendicitatis onus impoſuerit viro alioqui opulento, qui ſi innoteſceret, inter ſummos poſſet numerari, vultu ad auſteritatem facto. Etiam corpora diverſa tribuit natura; nos longiores ſumus; ille brevior videtur: nobis color albicans & capillus flavus; illi cutis fuſca & caput nigrum: capillitio nos profuſo, ille truncato gaudet: nobis impatientia frequens; ille tolerat: nos promtiores, ille tardiuſculus; nos leviculi, ille gradivus: nos hilares, ille triſtis; nos rixoſiores & temerarii, ille pudibundus & ſuſpicioſus. Impetu valemus nos, ille timorem vertit in pertinaciam. Vituperatur merito in nobis jactura obſequii in arduis, cum ille famem, adeoque mortem malit ſubire; quam ſtationem deſerere.

Veſtis itidem diverſa eſt; nobis turgent caligæ, illi thorax; is utrinque nobis recluditur, illi nec æſtuanti. Collare nobis anterius, illi poſterius conſtringitur; tibialia ferimus rugata, ille planiſſima; nos manus protendimus, ille in pallium recondit; thoracem conſtringimus à ſummo globulo, ad imum; ille ab imo incipit; nos thoracem poſtremo injicimus humeris; ille primo. In victu magna itidem diverſitas, nos jentamus; prandemus, merendamus & cænamus; ille bis reficit corpus; nobis fruges & poma menſam claudunt, illi aperiunt; carnes & altilia integra nobis; illi conciſa apponuntur; nobis reliquiæ cænarum nullæ in poſterum diem, illi creberrimæ redduntur; elixa præferimus ſtomacho, ille aſſa; acetaria nos refrigerant ubique; illum per cænæ initium; deambulamus ſaturi, ille ſedet dormituriens; aquam vino nos, ille vinum aquæ infundit; confabulamur per menſam, ille vix verbum profert; pau-

cum

zed by Googl

cum panem nos carnibus, ille multum pauculæ carni addit; nos deproperamus menſam, ille baſilice recumbit.

Per plateas facimus complures unam frontem, Hiſpani ternis nunquam plures incedunt, ſed ſubſequantur; eundem ſervamus ordinem, illi extimos per vices in medium convertunt; acceleramus nos, illi fere repunt; nobis ocreæ & calcaria peditibus placent; illi deponunt calcaria ſemper, plerunque ocreas; tolutarios equos amamus, illi gradivos; pediſſequos habemus, illi antambulones; famulus nobis pallium & enſem fert, illi famulorum etiam enſes: garrimus per plateas geſticulabundi, illi ſilentes componunt corpus; operoſi ſumus in ſalutationibus, illi graviſſime defunguntur; pomum ex caligis producere, aut in platea emere & arrodere nobis fas; illis ſummum nefas; nos detrahimus nobis invicem apud Exteros per æmulationem, pro more omnium omnino Europæorum, ſoli Hiſpani, licet Vatiniano flagrent odio, ſeſe mutuum laudant, regis negotia crepant, natales, & ſummorum virorum affinitates proferunt, opulentiam patriam enarrant. Quæ omnia tamen neque matrimonia regum reciproca, neque benevolentiam mutuam etiam ferventibus bellis, nihil impedivere.

CAPUT VI.

Princeps Poloniæ attinetur in Gallia.

Regis Polonici frater Caſimirus, ut virtutis ſpecimen extra patriam daret, Hiſpano addicit operam, vel Luſitaniæ perficiendus, vel alicubi exercitum ducturus. Tranſit Galliam, & attinetur. Expendebat enim Cardinalis, exulcerato hoc ſeculo, & bellis undiquaque ferventibus, ad vigilandum impenſius. Nemo in urbe quacunque pernoctabit, inſcio guber-

ber-

bernatore: nemo in provinciam alienam tranſibit, inſalutato principe: ſed qui ad hoſtes contendit, ſuſpicionem movet, quod ſpeculatum veniat, & proxime ſit vim paraturus.

Erat tamen alia ratio occultior, quam Cardinalis fovebat, nuperrima ſcilicet Polonorum irruptio in Galliam, quæ licet regiis non facta diceretur auſpiciis, odium tamen Genti conciliabat, maxime ex amicitia arctiſſima Poloni cum Auſtriacis. Fore igitur locum exprobrandi, ubi legati libertatem captivi eſſent quæſituri, & forſan occaſionem familiaritatis, quæ Henrico III. non per omnia conveniebat, & nunc poſſet eſſe uſui.

Dimittitur Caſimirus princeps, poſtulantibus legatis, ſed proteſtatus de Gallia non offendenda, pergit Bruxellas.

Politica reminiſcentia.

IN Ægyptum non licebat deſcendere, niſi mercatoribus, ſecundum commeatum regium, ne proderetur patria, aut nova moliri inciperent peregrini. Lacedæmonij eandem rationem inſtituerunt, ſed ex diverſa cauſa, ne ſcilicet peregrini mores, pecunia & delitiæ inferrentur. Scimus, neque Moſcoviam, neque Perſiam, neque Turciam calcari, niſi ex permiſſu: Hiſpania ſane, cura ſacrorum genuinorum prætexens, inquiſitionem ſervat.

Gallia, à Francis, Gente libera occupata, ſemper patet omnibus, niſi qui hoſtilia meditentur. Carolo etiam Quinto tranſitum permiſit Rex, ad turbas Gandavenſes properanti, & multum honorem addidit. Auſtriacis pronum, vel Angliæ Regem, ab expeditione ſacra, privatim ad ſuos revertentem, attinere, & grandi pecunia mulctare, ob æmulationem armorum in Palæſtina, per militiam communem obortam: quod tamen excuſari queat, ſi concordiæ ſarciendæ causâ, & ad abolitionem præteritorum amica vis adhibeatur.

Digitized by Google

CAPUT VII.

Rhetia pereunte, obtinetur victoria navalis.

GRandem fecit Rex jacturam in morte Rohanij, tametſi extorris, propter res Rhetiæ, quas ille ſatis bene conſtituerat. Major acceſſit ex caſu Crequii, qui, ut Hiſpani Wormatiam, quam modo ceperant, extorqueret, globo trajicitur. Hinc Vercellæ per deditionem, & Pomara Montisferrati per vim tranſeunt ad Hiſpanos, magno rerum Gallicarum cum detrimento.

Exercitus tamen regius, imperatore magno rei tormentariæ magiſtro, per Picardiam & Arteſiam, uti porro videbimus pulchre procedebat. Expugnatur Hesdinum à Carolo V. ad defendendum eum limitem extructum, & majoribus victoriis pandit viam. Imperator bacillum Mareſchalci aufert, honoris meriti ſignum. Hinc augentur victoriæ, & quod prorſus videbatur ultra vires humanas, ſpectantibus tricies mille hoſtibus, procumbit, caput nempe Arteſiæ.

Hoc tamen anno prælium initum navale ad Genuam acerrimum; Gallis victoribus ultra ducenta millia coronatorum ceſſere, non vero ſine mutuâ clade. Id enim Cardinalis agebat, ut claſſem in utroque haberet Rex mari, ad quoſcunque caſus, hoſtem etiam vellicandum: cum ſciret, hac unâ ratione emerſiſſe Hollandos, poſtquam adverſus Hiſpanos claſſem adornare cepere.

Politica reminiſcentia.

GEryonem ajunt tricorporem fuiſſe, adeoque Hiſpaniæ Regem; quod tribus vicibus ſuperandus eſſet Herculi. Valebat enim claſſe, exercitu & munimentis. Vbi mediterranei habitant, aut Alpeſtrês, navibus carere licet: ſed Hiſpania alluitur Oceano undiquaque,

Cccc tan-

tanquam caput circumfuſum aëre, cohærens collotenus cum Gallia. Noſtra ipſa Gallia latiſſime alluitur à mari, atque adeo utrinque & nunquam rebus maritimis ſtuduit, niſi quantum mercatura poſtularet. Ipſa nunc neceſſitas diverſum ſuadet, poſtquam imperium eſt conſtabilitum, & Angli, Normannique ejecti, Armorici etiam acceſſerunt.

Ipſa Roma longiſſimo tractu temporis debellavit viciniores Italiæ partes, tutandis finibus valde occupata, donec in Siciliam trajiceret, & inde Corſicam, Hiſpaniam & tandem Africam aggreſſa eſt: primitus non ſemel afflicta per imperitiam militiæ navalis & Oceani; ſed ubi dies diem docuit, magno paſſu contendit ad Monarchiam, maxime per exercitus navales. Quæ mens ſi Galliæ veniret, uti cives habet audaciſſimos, ita poſſet imperium in orbem terrarum cordatius ſperare, & ſumere.

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO MDCXXXIX.

LIBER XVI.

CAPUT I.

Vinarienſis moritur, & exercitum prius ordinat.

QUantum emolumentum Galliæ conciliaſſet Vinarienſis, ſubacto Briſaco, in dies pateſcebat, tranquillitate per limitem reſtituta. Is igitur per Suntgoviam munitiora non admodum operosè corripit, & defatigatum militem trans Vogeſum, in Burgundiam Hiſpanicam traducit. Ibi ſævitum utrinque, ob gentem in hoſpitam.

Vina-

Digitized by Google

Vinarienſis Pariſios excurrit, cum Rege & Cardinale de rebus graviſſimis deliberat, Briſacum tamen Gallicano præſidio permittere renuit, fidem imperij cauſatus, & pactorum non per omnia memor. Hinc ſuſpicio aborta; quaſi hoc pignore cum Auſtriacis tranſigere conſtituiſſet. Arguebatur etiam injuſſus texiſſe caput coram Rege, quod principibus regiis & Exterorum legatis tantum datur. Sed ille familiam Electoralem prætexebat, & ſummum in exercitum imperium.

Dimittitur ad exercitum; & Alſatia probe communita, præter quædam per Burgundiam occupata, trajectu- tus in Sueviam, conficitur triduana Colica Neoburgi. Suſpicionem veneni ſpargebant malevoli, quaſi eximia virtus æmulationem ſuſcitaſſet apud noſtrates; quibus artes iſtæ ſunt inſolitæ. Intemperantia, belli tam varij perpetua comes, robuſtiſſima corpora dejicit, quod Cæſareanorum plurimi ſunt experti; per vanos Briſaci liberandi conatus.

Supremas ſcripſerat tabulas Vinarienſis, ubi præter donaria, exercitus eam teſtabatur curam, ut Ohemimium, nobilem eſt inferiori Palatinatu; probatiſſimum ducem ſcripſerit Directorem, addito conſiliario Rohlingero Auguſtano, Comiti Naſſavio, Erlachio Helvetio, & Roſano Sueco armorum violentiam commiſerit; donec Gallia & Suecia ipſis caput adderent. Invidiam declinat Ohemius, & eodem cum tribus collegis vult eſſe ordine, tanto celebrior.

Politica reminiſcentia.

Quam facile evaneſcunt humanæ mentis ſomnia; ubi Saturnus falcem immittit; & imos cum medioximis & ſummis metit? Conſtituerat Henricus noſter Magnus, rebus per Regnum rite compoſitis, Reginæ conjugi etiam delata adminiſtratione Regni, in agrum Juliacenſem aut Geldrenſem movere; ne illæ provinciæ, quæ Galliam aliquot nominibus attinent, in Auſtriacorum concederent poteſtatem. Dicebatur etiam in Germaniam pervaſurus, & apicem imperii

Auſtriacis erepturus. Verum, eheu! in ipſo conatu lethale accipit vulnus à phrenetico ſicario, ut omnis apparatus evaneſceret.

Guſtavus Adolphus, Sueciæ poſtremus Rex, rem aggreſſus eſt immanem, ubi Auſtriacis bellum indixit, quos ſciebat Hiſpanorum univerſâ potentiâ ſtare, Catholicorum clientelis inniti, & triumphare à multis annis. Incredebilia præſtitit, noſtris utique adjutus opibus: cecidit ineunte prælio, quod ipſi fatale fuit, & heroicum ſpiritum in duces ſuperſtites efflavit, ut pene eâdem ſerie procederet bellum. Sed illud complures fovebat principes Germaniæ, qui ſuis rebus non aliter conſultum videbant, niſi bello continuato, tametſi Pacem Pragenſem adepti per otium potuerint ſuam deplorare præcipitantiam, & noſtri neglectum.

CAPUT II.

Cardinalis regi conciliat exercitum Vinarienſem.

VBi mors Vinarienſis nuntiatur Pariſios, ſtuporem multis incuſſit; quod tantum Imperatorem in oculis etiamnum ferrent, & ſibi aliorum triumphorum materiam ab ipſius virtute promitterent. Rex ſane aulæ imperat lugubria, ut pateret, quanti faceret virtutem: etiam quæ agitabantur per fiduciarios de pace cum imperatore ineundâ, rejicit; quaſi mortem ſtrenuiſſimi imperatoris vindicaturus. Id quod Cæſareanos nihil affligere poterat; cum ſi mortuo leoni inſultare gauderent; & vires noſtras deſpicerent.

Cardinalis, qui uſu didiciſſet; quantum eſſet robur iſtius exercitus; Regi perſuadet, ut nec operæ, nec impenſæ parceret, quo Briſacum ex manibus ducum redimeret, aut exercitum faceret ſuum, aut utrumque obtineret. Abeunt Longavillanus & Montoſerlus, Colmariæ agunt cum ducibus quatuor, quos demulcere nequeunt; niſi Jupiter Gallicanus imbrem aureum ſpargeret. Neque tamen

tamen ſic Cardinali ſatisfactum, qui auſteritatem tempeſtive mitigare cogitabat, quemadmodum pomorum quædam genera acerbitatem tandem ponunt.

Exesâ Alſatiâ, Burgundiâ vaſtatâ, quærendus erat victus, donec ſupplementa ex Gallia adeſſent, aut liceret ad Suecorum duces pertranſire. Deſcenditur in Palatinatum inferiorem, accurrunt Bavari copiæ, transmittitur Rhenus, occupatur Wetteravia, donec occaſio virtutis repoſceret. Recedit Bavarus, non acer hoſtis, à Cardinale pactorum ſuperiorum admonitus, & ab Imperatore ad graviora invitatus.

Politica reminiſcentia.

SUmmam ſemper induſtriam adhibuere rerum militarium periti, ut exercitus & duces hoſtiles ad ſeſe traducerent. Sic Lepidum omnibus copiis nudavit Antonius, Antonium pene Auguſtus. Ingemuit Gallia Caroli Burbonii faſtidium, & Andreæ Doriæ diſceſſum, qui deſertis partibus noſtratibus, tranſiere ad Auſtriacos, immani cum Galliæ detrimento.

Novimus, quanta damna ſucceſſerint, quoties legiones tædioſæ ſtipendium intempeſtive flagitantes, vincendos non deſtituere. Cum igitur exercitus viritim ſcribatur noſtro tempore, non legatur, aut imperetur, uti ſolebat in republica Romana; facile intelligitur compendium temporis, & uſus expeditus copiarum. Deinde nota eſt conſuetudo animarum venalium, quæ nullis territoriis affixæ, dexteras porrigunt prodigalitati, nullâ curâ partium.

Duplum igitur emolumentum adipiſcitur; qui exercitum ex morte imperatoris ancipitem adeoque ſacramento ſolutum, ſibi conciliat: nam, cum ille poſſet accedere ad hoſtes, laborioſius foret pugnandum, ubi vero noſter ſit, geminamus vires. Hollandis id ignarum, in corripienda Hiſpaniæ claſſe aurifera; quæ in ipſorum poteſtatem delapſa, nervos belli gerendi apud Hiſpanos reddit languidiores; Hollandorum lacertos roborat.

CAPUT III.

Carolus Ludovicus, ærumnoſi Friderici Exregis filius, attinetur in Gallia.

FRidericus Palatinus, infelici auſu deſcenderat in Bohemiam: latuit inglorius apud Hollandos & Regno Bohemiæ, & patriâ exutus: Anglorum ille unice reſpiciebat Regem ſocerum, â cujus nutu pendere conſtituerat, cum rectius Galliæ imploraſſet opem. Nam Hiſpanus vana ſpe alicujus matrimonii, & reſtituendi Palatinatus lactaverat animum Angli, & Anglus Palatinum abſtrahebat à fortibus conſiliis.

Prodit Suecus, reſtitutionem exulum cum Gallo pactus, accedit Palatinus, non cui exercitum ducere liceret, & æmulationem excitare, Germanis Germanum principem prælaturis externo, cujus facile ſubrepit faſtidium; ſed qui eventum belli expectaret propitium. Moritur Moguntiæ, patriæ aliquatenus redditus, cui etiam Hiſpanus Francodalium reddere voluit, aliquam initurus gratiam, quod tamen ulterius ſervare nequibat, & noſtratibus æque ac Suecis invidebat.

Rex Sueciæ non diu ipſi ſuperſtes, cadit in prælio: viciſſitudo armorum & negotiationum fit mira. Carolus Ludovicus, Friderici Palatini filius major, aliquid audendum ratus, dominium Meppæ in Weſtphalia coemit, & Hollandorum amicitia confiſus, & Anglorum ſubſidiis. Prodit in prælium, rei militaris imperitus, nullis cordatis ducibus uſus, vincitur à Hatisfeldo, vix elabitur, exercitum, impedimenta, & ipſam Meppam perdit, multum de Hollandorum iniquitate queſtus.

Cum igitur arma ſibi æque incommoda, ac patri defuncto ſentiret, redit ad Anglos, & ſpem fovet inanem, vel ad novas colonias Anglorum in altero Orbe tranſiturus, cum nullos haberet amicos, & Anglia turbas coqueret ſæviſſimas. Evigilat autem lethargicus ad mortem

tem Vinarienſis: ambit illum exercitum, cui Rex tantum pecuniarum erogaſſet, confidit, memoriam parentis valituram apud Ohemium patriotam, & Erlachium adeoque Naſſavium eorundem ſacrorum clientelas propinquorum non defuturas.

Sic argentum corradit, cambiales facit, tranſit ex Anglia in Galliam, ut ignobilis perveniret Briſacum. Id vero Cardinali indignum viſum, Exulem, ab omni auxilio nudum hæc audere, cujus parens nunquam ſeſe voluerit permittere Galliæ, & fortean cum Rupellanis ſenſerit Magnum futurum Angliæ nomen apud exercitum, tametſi inane, principem ſibi conciliaturum favorem totius Germaniæ, vel ob calamitatem parentis, vel ob juvenilem ætatem, & innocentiam; ſic Galliæ ſegetem alienis inferri horreis.

Suadet igitur Regi, poſtquam Polonus, nihil hoſtile aut damnoſum auſus, attineretur, temerarium iſtum principem illi dare captivitatis ſocium, ut pateat, quo animo venerit. Majeſtatis eſſe, authoritatem armis aſſerere, & quibuſcunque caſtigationibus, cum nihil metui poſſit, & Angliæ alioqui iniquiori inſultetur, planiſſimâ ad abolendam, ſi qua ſit, injuriam viâ, per auxiliorum & potentiæ fructum.

Attinetur igitur Molinis, nudatur literis, ducitur in curru per omnem apparatum ad ignominiam ſarcinato, in eam cuſtodiam, quâ exibat Werthius, homo plebeius, ſed armorum uſu Dux ſummus: ut intelligeret, virtutem anteſtare natalibus, ſed inprimis, quantum Gallia calcaret faſtum Angliæ. Nam Anglus tumultuabatur, attentis noſtratium mercatorum navibus, ſed delinitus aut territus eas dimiſit liberas, adeo ut & cæteri principes & queruli acquieſcerent, cum æquitatem Regis edocerentur, qui nollet quartam factionem ferre, non ſemper Suecicæ ſtudioſus, quæ tertiam faciebat.

Politica reminiſcentia.

QUemadmodum ſuperficies terræ non omnis fert omnia, ſed ſua ſingulatim, ita ingeniorum diverſiſſimus eſt proventus. Carolus Sueciæ Rex, poſt Sigismundum patruum Regno lapſum, natus videbatur armis, tametſi non admodum proſpere illis uteretur; ſobolem dedit pugnaciſſimam, illum noſtrum Guſtavum Adolphum, qui cum Dano, Moſcho, & Polono virtutem exercuit bellicam, in Germania incredibilia patravit, inde ab ultimo Oceano victor trans Rhenum proceſſit, armatus cecidit, & cadens vicit.

Longe alia Friderici Palatini ſors: ineſcatus is à blandiente fortunâ, coronam Bohemiæ capeſſit, incurſans potentiam Auſtriacorum, nullorum certus auxiliorum, neque ex Gallia, quæ non quæſierat; neque ex Anglia, quæ negabantur; neque ex Belgio, quæ valde erant dubia; ſed ſolis Unionis viribus confiſus, quæ belua multorum capitum plus nocuit, quam profuit, quemadmodum & ſoceri væcordia.

Poterat audere & ſperare aliquid ex verſutia Mansfeldii, & temeritate Halberſtadienſis; ſed eam militiam jubetur exauctorare, & ſpem pretio emere. Apud Suecum deluditur titulo regio, omnis potentiæ expers. Redit in patriam, ſed inglorius, & dubius: obit diem ſuum, & vel mortuus extra fines imperij deducitur in Galliam. Filius per hæc principia rerum infelix bellator, etiam libertatem amittit, ne quid deeſſet ærumnarum. Adeo verum eſt, nos fato trahi & retrahi, Deumque mentem prius adimere, ſi quem mortalium perditum velit, uti annotat Paterculus.

Sunt tamen viciſſitudines rerum, ut fortuna ſævitiem mutet in benevolentiam; quemadmodum David Rex Iſraelitarum, primo Rex deſignatus ærumnoſam duxit vitam, modo in hoſtico, modo in deſerto verſatus, donec Numen propitium lætiora conferret. Æneæ labores ſane graviſſimi, ſatis lætum habuere exitum, vel ſaltem apud poſteros.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

Clades Feuquerÿ rependitur in Arteſia.

POſtquam in Alſatiam & Rheni tractum omnia viſa eſſent ſecuriora, tum propter Briſaci munimentum, tum propter Vinarienſis exercitum, qui præſenti identidem fovebatur pecuniâ, ducibus etiam delinitis, exiſtimabat Cardinalis, Arteſiam porro, Picardiam & Moſellæ tractum aſſeri poſſe. Eo igitur decumbit vis armorum: Caſtelletum Arteſiæ expugnatur: Cæſareani funduntur in Lotharingia, Culunnia ad Lonam in Burgundia intercipitur; nam ſparſæ legiones per univerſum limitem excubabant, ut occaſionibus ſeſe accommodarent, & ad ſummam rerum expeditius accurrerent.

Theonisvilla, oppidulum munitiſſimum in ripa ſiniſtra Moſellæ, quatuor leucis infra Metim, tegebat agrum Lucemburgicum, & non ſemel ſiniſtra quæque machinabatur adverſus Metim. Hoc obſtaculum etiam nocebat Treverenſi agro: itaque ſumitur obſidendum. Eæ partes dantur Feuquerio, legationibus pernobili. Fortuna, ut inconſtantiam ſuam ſervaret conſtanter, negligentiam noſtratium in excitando vallo, oſtendit Piccolomineo, qui aliud agens, ſuſpenſo gradu, ſilente tympano, irruit, ſtragem edit, fugam facit, obſeſſos liberat: Feuquerium ducis ſtrenui officium facientem cum imperatorio prius fungi debuiſſet, ſaucium capit, in oppidulum ducit, ut ibidem extremum clauderet diem.

Id vero luſit fortuna, ut captivus intraret locum, quem victor obtinere ſperabat: neque enim habuit is oppidulum, ſed oppidulum ipſum cepit. Metuebat autem fortuna proritare genium Galliæ; itaque Heſdinum Arteſiæ, poſt quadraginta ſeptem millia ictuum tormentariorum, virtuti noſtræ rependit.

Politica reminiſcentia.

TAciturnitatis ſemper magna ſunt præmia: Hinc regula ejus vulgatiſſima juxta & veriſſima, Alium ſilere quod voles, prius ſile: Antigonus Aſiæ Rex, filio, de expeditionis inſtituto quærenti, quando nempe exercitus eſſet moturus, reſpondit, An tu ſolus tubæ ſignum non es auditurus? Metellus, per Hiſpaniam clarus, aſſeverabat, ſeſe interulam ipſam abjecturum, ſi eam conſiliorum conſciam crederet. Eumenes ſane apud Plutarchum celebratur, qui hoſtibus ſæpius impoſuerit, famâ inſtituti vulgatâ, quam aliquando ſequeretur, aliquando deſtitueret, ut jam nunquam credi poſſet.

Sed ubi Imperator cum exercitu in hoſticum tranſivit, nihil parcere debet ſumtibus, in ſpeculatores erogandis, ut quid ubique agatur, noſcat. Argus caput ſervat & vitam, quamdiu ſomnum arcet; & Imperator exercitum proſtituit, qui, quid fiat, ignorat. Oportebat hoſtium vires & inſtituta reſciviſſe, antequam obſidio ſumeretur: & ubi contrariis proceditur cuniculis, rationem inſtituti mutare pro re nata. Quicunque valet equitatu, pervolet provinciam, ne obrui queat; qui eo deſtituitur, vallum excitet, latas ducat foſſas, in tuto ſeſe collocet, ne oppidum obſidens, obſidionem patiatur graviorem.

CAPUT V.

Hiſpani affliguntur in agro Ruſſiliano.

HIſpanus in ipſa Hiſpania videbatur quærendus Cardinali, ut domi occupatior, negotium alibi faceſſere deſineret: obſidio Fontarabiæ male ceſſerat Condæo; eam igitur maculam deleturus, Salſam, in agro Ruſſiliano, obſidet, invadit, expugnat. Claſſis hinc inde vagatur,

gatur, & territat maritima loca, impingit tandem in Biſcaiam, capit Laredum, & fanum Antonii, Iohannem Sylvanum, quatuor legiones objicientem, repulſat, triremem exurit, aliam expoliat, centum rapit tormenta, & pannorum numerum.

Hæc ubi Hiſpani ſentiunt, approperant undiquaque, navigia cujuſcunque formæ & molis contrahunt: concurritur, dimicatur acriter, deſiderârunt Hiſpani viginti octo naves, etiam Prætoriam. Burdegalenſis, ut terrorem porro ſpargeret, ſeptem millia ſuorum exponit, qui pervagati provinciam, damnum dedêre, prædam gravem reportavêre. Cum autem copiæ undiquaque confluerent, quæ exercitum à navibus intercludere poſſent, receptui cani voluit.

Mandaverat autem Cardinalis Burdegalenſi, ut impetum circumferret, quo maior cautio amplius diſtraheret vires Hiſpanorum. Hinc igitur digreſſus, aggreditur Caiettam, in regno Neapolitano, ſed ubi fruſtra eſt, recedit.

Politica reminiſcentia.

SUmma plerunque imperia nobis referunt Circulum, cuius centrum eſt iners, circuitus vero maxime volubilis. Sic delitiatur Vrbs, caput rerum, cum ipſa provincia, quæ penu eſt divitiarum congeſtarum, dum vires ſparguntur per extima. Sic cor & ſtomachus hominis fruuntur lautitiis ſui generis, dum columnæ molem ſuſtentant, remigia conquirunt. Dolorem inferet per contingentiam brachium aut pes male habens; ſed languorem imo mortem, ſi quid cor aut ſtomachus opprimantur.

Sic igitur cor aut ſtomachus appetitur, ut cætera ſponte deficiant. Sic Hannibal bellum ex Hiſpania in Italiam, & Scipio ex Italia in Africam tranſtulit. Galli, ne denuo in Italiam ingruerent, uti cum Cimbris inſtituerant, domi occupantur, & Germani trans Rhenum quæſiti, non ad operæ pretium, ſed ne inripam Gallicanam trajicerent.

CA-

CAPUT VI.

Rex ſuſcipit patrocinium Sabaudi mino-rennis.

A Morte Sabaudi, hoſtis ex alieno diſpendio ſolitus ſuum facere emolumentum, ambitionem denuo inflabat ut acquireret, quibus tantopere inhiabat. Iuſtitiæ velum aſſumit, quæ ipſi gloriam protegendæ reipublicæ conferret, ſed certe, ut occupata poſſeſſione perpetuâ ſervaret ſibi, nihil reſpiciens hæredem legitimum. Inſtituebat quoſdam, qui libellis auderent, quod armis negabatur, non ſine ſcandalo publico, & irritatâ vindictâ: vidit tamen invitus, quæ vis ſuperaret, per juſtitiam ſervari.

Invadit metropolim, & alia quædam loca, quæ ad partes ipſius tranſibant, aut vi, aut proditione, dum operâ eorum utitur, quibus res novæ placent. Res autem conſtituit defenſionem parare illius reipublicæ, ut tyrannidem ſiſteret, non ut emolumentum aliquod ſibi quæreret, aut ex neceſſitudine obligaretur, ſed ut puer princeps ſuppetiis gauderet cum matre ſorore, cui adminiſtratio reipublicæ per pubertatem filii competebat.

Politica reminiſcentia.

VEſana eſt mortalium avaritia juxta & ambitio, maxime in rebus alienis, quæ noſtram fidem poſtulant. Tutor ſcribitur orphanis, quod tueri debeat eos, qui ſeipſos tutari nequeunt, adeoque aliena egent tutelâ. Sed qui tutelam ſterilem ſuſcipiant, pauci inveniuntur; ad uberem convolant, ſicuti vultures ad cadaver. Deinde juſtitiam ſibi amiciunt, quæ ſocios curarum recuſet, dum illi graſſentur pro lubitu, & reddant, quod incommode ſervatur.

Id

Id vero eſt raptorem potius agere, quam tutorem: res ſunt ſacræ, committitur ſacrilegum; quod nemo feret impune. Verumenimvero, ea eſt mens ambitionis, ut cæco oculo graſſetur, quæ non raro vomitu immani reddat ingluviem; diſruptis etiam ramicibus. Ipſe Deus Iſraeli ſuo comminatus eſt, ſi viduam opprimeret, orphanos ſpoliaret, clamaturos eos, quod injuriæ atrocitas cogit; ſeſe clamorem exauditurum, quid enim juſtius Deo, omnis juſtitiæ fonte? vindicem fore, cum mortales officio deſint; & ex talione orbitatem, viduitatemque immiſſurum; legem enim quam quis tulit, feret; ut nefarii tutores intelligebant, quam grave ſit, aliena ſub prætextu juſtitiæ & fidei rapere.

Polydectes, Spartæ regulus, duos genuerat filios, Eunomum & Lycurgum: maiori natu relinquitur ex ſtatuto Civitatis, Imperium, minori benevolentia Regis & ſpes ſucceſſionis. Obit Eunomus diem ſuum, prole non extante, ſuccedit in imperio Lycurgus? Quid fit, poſt pauculos menſes intelligit fratriam eſſe gravidam: deponit igitur imperium, & nomen tutoris ſumit, donec de partu conſtaret.

Erant qui ſuaderent, ut fratriæ abortum conciliaret, quam poſtmodum etiam conjugem duceret; abhorret mens Lycurgi à ſcelere, pertinax juſtitiæ. Parit vidua Charilaum, cui ſeſe Lycurgus præſtitit tutorem adeo integrum, uti in proverbium abierit apud Gentes; in opprobrium verterit apud Chriſtianos.

RES

CAPUT VI.

Rex ſuſcipit patrocinium Sabaudi mino-rennis.

A Morte Sabaudi, hoſtis ex alieno diſpendio ſolitus ſuum facere emolumentum, ambitionem denuo inflabat ut acquireret, quibus tantopere inhiabat. Iuſtitiæ velum aſſumit, quæ ipſi gloriam protegendæ reipublicæ conferret, ſed certe, ut occupata poſſeſſione perpetuâ ſervaret ſibi, nihil reſpiciens hæredem legitimum. Inſtituebat quoſdam, qui libellis auderent, quod armis negabatur, non ſine ſcandalo publico, & irritatâ vindictâ: vidit tamen invitus, quæ vis ſuperaret, per juſtitiam ſervari.

Invadit metropolim, & alia quædam loca, quæ ad partes ipſius tranſibant, aut vi, aut proditione, dum operâ eorum utitur, quibus res novæ placent. Res autem conſtituit defenſionem parare illius reipublicæ, ut tyrannidem ſiſteret, non ut emolumentum aliquod ſibi quæreret, aut ex neceſſitudine obligaretur, ſed ut puer princeps ſuppetiis gauderet cum matre ſorore, cui adminiſtratio reipublicæ per pubertatem filii competebat.

Politica reminiſcentia.

VEſana eſt mortalium avaritia juxta & ambitio, maxime in rebus alienis, quæ noſtram fidem poſtulant. Tutor ſcribitur orphanis, quod tueri debeat eos, qui ſeipſos tutari nequeunt, adeoque aliena egent tutelâ. Sed qui tutelam ſterilem ſuſcipiant, pauci inveniuntur; ad uberem convolant, ſicuti vultures ad cadaver. Deinde juſtitiam ſibi amiciunt, quæ ſocios curarum recuſet, dum illi graſſentur pro lubitu, & reddant; quod incommode ſervatur.

Id

Id vero eſt raptorem potius agere, quam tutorem: res ſunt ſacræ, committitur ſacrilegum; quod nemo feret impune. Verumenimvero, ea eſt mens ambitionis, ut cæco oculo graſſetur, quæ non raro vomitu immani reddat ingluviem, diſruptis etiam ramicibus. Ipſe Deus Iſraeli ſuo comminatus eſt, ſi viduam opprimeret, orphanos ſpoliaret, clamaturos eos, quod injuriæ atrocitas cogit; ſeſe clamorem exauditurum; quid enim juſtius Deo, omnis juſtitiæ fonte? vindicem fore, cum mortales officio deſint; & ex talione orbitatem, viduitatemque immiſſurum; legem enim quam quis tulit, feret; ut nefarii tutores intelligebant, quam grave ſit, aliena ſub prætextu juſtitiæ & fidei rapere.

Polydectes, Spartæ regulus, duos genuerat filios, Eunomum & Lycurgum: maiori natu relinquitur ex ſtatuto Civitatis, Imperium, minori benevolentia Regis & ſpes ſucceſſionis. Obit Eunomus diem ſuum, prole non extante, ſuccedit in imperio Lycurgus? Quid fit, poſt pauculos menſes intelligit fratriam eſſe gravidam: deponit igitur imperium, & nomen tutoris ſumit, donec de partu conſtaret.

Erant qui ſuaderent, ut fratriæ abortum conciliaret, quam poſtmodum etiam conjugem duceret; abhorret mens Lycurgi à ſcelere, pertinax juſtitiæ. Parit vidua Charilaum, cui ſeſe Lycurgus præſtitit tutorem adeo integrum, uti in proverbium abierit apud Gentes; in opprobrium verterit apud Chriſtianos.

RES

RES
ITALIÆ
PER ANNUM
MDCXXXIX.

AGITATÆ INTER DUCISSAM & principes familiæ Sabaudicæ.

UBI CONTINENTUR COMPLURES epiſtolæ & negotiationes rerum Pedemontanarum & Monſertatenſium.

I.

Epiſtola Cardinalis Richelij, ad Cardinalem Valettanum, amanuenſe Cherao.

DOMINE,

EAdem operâ geminis tuis epiſtolis reſpondebo, compendio verborum, uſus; ut intelligas, proviſum rei numariæ, quantum ad ſuſtentationem copiarum attinet, ut Deo volente nihil tibi ſit defuturum. Argenſonius Lugduni, cum tranſiret, mandavit perferri centum ſexaginta millia librarum, quas metuebas tardius numeratum iri.

Pecunia ad præſidia Caſalæ & Pinerolæ, in menſes Ianuarium, Februarium & Martium viæ eſt commiſſa ante biduum, applaudentibus Emerio & Argenſonio

Mandata ad apparatum bellicum neceſſaria ea expedita ſunt, ut planiſſime poſſis acquieſcere,

Co-

Copiæ, quas in literis ad Noyerium non exauctorari velles, non exauctorabuntur. Neque tamen verno tempore ſubmittentur, niſi eas petas. Quicunque ex Italia redeunt, demonſtrant, eaſdem nihil tempeſtivius tranſiturus, poſt hyemem finitam; non tamen certiſſime ſequemur tua deſideria.

Turainius mandata accepit, ut tranſeat in Italiam ad te, ipſum adiuvamus abeuntem, extra ordinem, ut facilius agat.

Abeo ego ad Pariſios, ubi providebo de ſuppetiis iſtius naturæ, quibus opus habes, ut ſit, unde ſumtus quotidianos ſumas.

Valde lætor ex tuo inſtituto fortificandi loca illa, quæcunque demum pecunia impendatur in eum finem, cum nihil tibi recuſetur, nec exprobretur.

Impenſe gaudeo, te operam adhibere fuſioni Caſalanæ.

Admodum metuo, in eum devenire locum, ut rebus Ducisſæ nihil amplius impediar, cum mihimet & ipſi debeam, iuxta literas, quas ad ipſam, latore Strada dedi, iſtanc methodum: ubi ipſa contemnit conſilia, quæ lumen naturæ poſſet ſuggerere in negotiis, quibus angitur, Deum oro, ut oculos aperiat, donec expendat periculum, in quo verſatur, id quod maxime debet.

Princeps craſtino die aderit Pariſiis; expecto eum impatientius, ut opinionem ſequiorem eximiam, ſi quam habet, tuam cum fratris Valettani cauſa cohærere: ingeram quantum oportet, ut edoceam, mea à tuis non ſeparari compendiis, adeo ut nunquam ſim mei ipſius cauſa facturus, quod in tuum commodum, quotieſcunque neceſſitas id requireret, auderem.

II.

Epiſtola Cardinalis Valettani, ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE.

CVm nulla ſuppetat ratio ad copias conſervandas, quæ

quæ hyemem in agro Pedemontano tranſigunt, ex inopia victus, curſorem hunc ad te mittendum cenſui, qui ſecundum mandata tua referret, ex centenis millibus aureis, qui in ſingulos menſes promiſſi erant, ducenta nempe millia librarum exercitum, & centum millia librarum in præſidia Caſalæ & Pinierolæ, quinquaginta tantummodo millia aureorum ad mediam partem Novembris fuiſſe adnumerata. Adeo ut abſumtis omnibus, quæ minutim potuimus corradere mutua, copias videam propediem diſſipandas, niſi tu id agas, ut quæ ex Novembri, etiam univerſo Decembri debentur, idque menſtruatim prorſus ſoluantur.

Perſcripſeram, me, ſi promiſſa ſolutionis conſtaretit, quater mille conſervaturum expeditorum, quibus intra menſem adderem alios mille, id quod maximum attuliſſet commodum conſervandæ per hyemem Caſalæ, etiam ad expeditionem vernalem, cum quater millia iſta duplam præſtent operam, ad illos proximo vere advenitantes collati: ſpem autem evaneſcere ſentio, ob non ſoluta ſtipendia, niſi tua authoritas ſubveniat. Crediderim ego, conſervationem iſtorum quater mille maximum allaturam momentum in exercitu, & agro Monſerratenſi. In eum finem curſorem hunc unicè dimitto, ut terogem h.. nillimè de mandatis expediendis, quibus ſatisfiat non tantum in Novembrem & Decembrem, ſed etiam in poſterum; donec producatur exercitus; ut conſerventur copiæ illæ, & vituperium per Italiam ſparſum tollatur.

Cauſa Patris Monoti eſt definita; Duciſſa eum transfert in caſtellum Montis Meliani, quod Paluqvius & Strada referent; ipſius rationem id obtinendi à Duciſſa præbuit fugiens. Nullibi puto futurum eum ſecuriorem, cum fieri nequeat, ut Duciſſa velit ipſum in manus regis tradere, ex cauſis, quæ tibi ſunt notiores; quam mihi.

Dicam nunc de mandatis tuis: conſultum putaverim, ut ad Duciſſam admodum civiliter perſcribas, teſteris que quantum facias ipſius ingenium. Conqueritur enim ſumme, quod tam abjecte de ſua ſentiat capacitate. Libertatem

tatem loquendi audeo ſumere, humillime deprecatus veniam, quam ſtudio meo erga tua commoda imputabis. Occaſiones opto mihi dari, in quibus me præſtem, qualem debeo, teſterque & gratitudinem & fidelitatem.

Duciſſa etiamnum inhæret titulo celſitudinis regalis, de quo ſenſa mei animi ipſi aperui: ſperat ipſa cauſam Monoti aliquid compendii apud Regem obtenturam, & apud te, quod Palluavius & Strada meminerint recenſere, præter conatus Comitis Philippi, Abbatis Montani, & Felicis, in cauſa Monoti ſuſceptos.

Reſcripſere amici Pariſiani, Quæſtorum principes gravari tria millia peditum porro ſtipendiis inſtruere, tametſi hactenus id Duciſſæ ſit datum. Arbitror equidem, meum eſſe, prorogationem illorum ſtipendiorum indicare, non ſolum propter neceſſitatem Duciſſæ præſentem, ſed etiam quod ea ratione nanciſcatur militem Gallum, quem in omnia præſidia ſpargat, idque uti autumo non contemnendo Regis emolumento.

Turino, 8 Ian. 1639.

III.

Alia epiſtola Cardinalis Valettani ad eundem.

DOMINE PATRONE.

Renuntiata eſt mors Patris Ioſephi, cum multa formidine doloris tui, cum nota ſit ingenii tui benignitas, erga clientes; quamvis autem ex jactura illius ſummam conceperim ægritudinem, vehementius tamen indolui propter animum tuum afflictiorem. Debeo tibi plurimum, & ſingulis diebus tot ſigna benignitatis tuæ recipio, ut certiorem te facere queam, quemadmodum nemo plura debet, ita nullam unquam tibi paratam ex cliente gratitudinem maiorem.

Reſcivi ex Chavinio & Nayerio, quanto honore me amplectaris, decies mille aureis extra ordinem adnumerari juſſis. Erubeſco ſane quotidianis à manu tua cumulari beneficiis, tam parum autem præſtare officii: aſſeverabo utique tibi, nullum unquam cura tua fotum, cur commodis affixum, adeoque deſiderio maiori ad tua commoda ferri, quin primas auferam per gratitudinis debitum.

Palluavius & Strada memorabunt, quid in causâ Monoti ſit actum, copiarum ſtatum, & quid ad proximam expeditionem conſtituerimus, modo peditum conſtet numeros: iſtos facile retinebimus ſub ſignis, ſi ſtipendia adnumerentur, quæ juſſiſti; metuo cæterum eas penitiſſime amittere, quod regiis commodis maximum eſſet allaturum detrimentum. Nihil ego prætermittam officii, & ut certior ſis, nihil mihi æque in votis eſſe, quamdiu hanc lucis uſuram traxero, niſi ut gratiſſima quæque faciam, actionibus denique oſtendam, me eſſe cum omni genere fidelitatis, reverentiæ & ſtudii.

DOMINE PATRONE.

Tuum humillimum, obſequentiſſimum & devinctiſſimum clientem.

CARDINALEM VALETTANUM.

Treno, 11. Ian. 1639.

IV.

Marchio Villanus, Cardinalis Richelio, ex Italico.

EMinentiſſime & reverendiſſime Domine & patrone colendiſſime: plurimum rogavi Emerium, ut te mei

mei ſtudii redderet ſecurum ; quemadmodum omnem ſpem lautioris fortunæ colloco in regia maieſtate, ſub gratia & protectione tuæ Eminentiæ. Explicabit ille tibi, quid expectem & deſiderem, nullus autem poſtulem, cum pleniſſime ſit mihi ſatisfactum illis honoribus, quos recipio, quotieſcunque maieſtas regia dignatur mea uti opera. Confirmo igitur tibi perpetuam meam gratitudinem humillimâ reverentiæ ceremoniâ defunctus.

Turino, 9. Ian. 1639.

Eminentiæ tuæ

humillimus, & obligatiſſimus cliens.

GVIDO VILLANVS.

V.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE.

NVnquam in tam profundam cecidi lethargiam, quin clare cognoverim, quid merito tuo debeam, & deſiderio meo, quod recondo occaſionibus tibi complacendi. Novi viros mihi iniquiores, & inprimis Emerium, conatos obfuſcare candorem mearum actionum; quibus pronum eſt Solis carpere maculas. Rogo autem ut conſideres, quid præſtiterim non ſolum tempore Ducis Caroli Emanuelis, ſoceri mei ; & mariti mei defuncti, ſed etiam vigente adminiſtratione ; & perfecte cognoſces, nihil ulterius tuliſſe facultates, ad conſilia tua promovenda, ut omnis mea opera in commodum Regis fratris mei vergeret.

Fateor, ſummam mihi obortam fuiſſe ægritudinem, poſtquam ad talionē teſtatiſſimæ meæ benevolen-

tiæ erga Galliam, ſola conſideratio Patris Monoti potuit obſtacula concordiæ, quam mihi à regia majeſtate, & tua humanitate atque amicitia promiſeram, objicere. Nunc igitur ſententiæ tuæ poſtremæ penitus accedo, perſonæ Monoti ſum certiſſima, linguam frænavi, querimoniam coercui, cum in caſtellum Montismeliani eum ſepoſui, unde nihil obfuerit juſtæ meæ ſpei, occaſionibus improperiorum utrinque ſublatis.

Hoc igitur in loco, quæſo ut querimoniæ præteriti temporis contumulentur: quemadmodum vero tibi promitto in poſterum amicitiam ſinceram & inviolabilem, ita te ad uro, ut ad eum finem correſpondeas, quo mihi ſuppeditentur copiæ auxiliares ad proximam expeditionem, quibus apprime egeo, ut memet ab armis hoſtili bus tuter, quæ duodecim millia peditum, & quatuor millia equitum numerant, conſtitutâ invaſione, ante Gallici exercitus adventum. Quod ſi copiæ regiæ nullum alium ſibi ſcopum in Italia ſumunt, niſi ut occupata tutentur, aſſeverare poſſum, hanc rempublicam non ulterius parem oneri armorum hoſtilium ferendo.

Palluavius & Strada referent particularius mea ſenſa de commodis regiis, tuâ ſatisfactione & meo compendio. Rogo, ut hæc omnia tandem cum operæ fructu des confecta, quod idem de Marchione Sancti Mauritij dico, qui iſtas tibi exhibebit, ut animadvertere queam per interceſſionem tuam potentem familiæ hujus & reipublicæ emolumentum. Dum vero iſtud de amicitia tua mihi promitto, rogo ut credas vere me.

DOMINE COGNATE.

Tui ſtudioſam cognatam.

CHRISTINAM.

Turino 4. Ian. 1639.

VI.

VI.

Comes Angliæ patrono ſuo Cardinali Richelio, ex Italico.

Eminentiſſime & reverendiſſime mi Domine, patrone colendiſſime.

INtellige ex latoribus, qui revertuntur, quomodo negotiatio patris Monoti fuerit terminata, poſtquam evaſio aut recuſatio alicuius rei, quæ ſententiam finalem attingebat, pene abſtuliſſet Duciſſæ imperitanti executionis libertatem, in iis, quæ poſt graves conteſtationes deliberata fuerant, juxta tuum deſiderium & mentem. Is igitur invito illo deductus eſt in caſtellum Montismeliani, ubi accurate cuſtoditus non habebit, quod exerceat acumen ingenii perverſum ex propria libidine.

Nemo certe negabit, negotium hoc millenis ſpinis fuiſſe difficile; tempus, dilationes, pericula & impedimenta comprobata id docent abunde. Scio ſtudium, quod huic cauſæ applico, & ad quod te propenſum video, non minus collaudatum iri ab ipſius judicio, quàm à relatione benignâ, quam Strada faciet. Confiteor tamen, ad modum illius naucleri, qui Cæſarem vehebat, eventum neutiquam meæ operæ eſſe adſcribendum, dum fortuna & authoritas, qui mihi eam provinciam impoſuit, imbecillitati meæ, quam difficultates vaſtæ vincebant, ſuccurrit.

Reliquum eſt, ut tu fidem clientum tuorum fulcias, regiæque familiæ oſtendas, ſecundum rationem ſequendam eſſe illam fortitudinem, quæ nihil novit velle, niſi gloriam illam, quæ tempori & loco accommodat compenſationem. Eo modo firmabitur nunquam non apud Duciſſam imperitantem eques, qui ſummum reputat bonum, inſervire regiæ maieſtati, ſub auſpiciis tuæ Emi-

Eminentiæ, cujus in omni reverentia imploro ſempiternum patrocinium & conſervationem benevolentiæ, proteſtatus humillime coram. Dabam Turini 14. Ian. 1639.

Eminentia tua

Humillimus, devotiſſimus
& obligatiſſimus
cliens.

PHILIPPVS AGLIANVS.

VII.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE,

NOlui à me dimittere Baronem Palluavium, quin ſimul mitterem teſtimonium hoc mei ſtudij, & fiduciæ, quam in tua amicitia colloco, cuius me tam particulariter feciſti ſecuram per eundem, ut iſtas tibi ceremonias reddere debeam, cum gratiarum actione, quæ egrediuntur ex veriſſima & ſinceriſſima gratitudine, cujus unquam favores queant ſuſcipi.

Ipſus vidit adeo clare meam mentem, moratus per iſtam provinciam, & quanto ſtudio requiram occaſiones tibi complacendi, ut ipſius relationi fidere poſſim, quæ non poteſt eſſe non fidiſſima in ore nobilis meritiſſimi. Finiam igitur, te adjurans, ut me credas, quod ſum.

DOMINE COGNATE.

Tui ſtudioſa cognata.
CHRISTINA.

Turino, 14. Ian. 1639.

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Alia epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE.

VOluiſti addere novas obligationes ad ſuperiores, collato favore ſententiæ tuæ eximiæ & conſilio ad emolumentum meæ cauſæ. Suſcepi illas cum ſenſu obligationis, & confidentiæ ſummæ, quemadmodum judicare potuiſti ex ſucceſſu ſubſecuto, ubi nullos alios limites mihi propoſui, niſi ut ſatisfacerem deſiderio tibi complacendi, calcatis etiam cæteris omnibus conſiderationibus, quæ mihi frænum potuiſſent injicere.

Spero igitur, merito, quod acquiſivi in immolandis meis voluntatibus per eam occaſionem, te invitatum iri, ut mihi regiæ maieſtatis benevolentiam concilies, quam tuis officiis acceptam feram, ſtudioque, quod mihi teſtaris verbis adeo gravibus, ut in me ipſam forem iniuria, ſi de effectis, quæ infallibilia ſunt, dubitem. Expectabo autem ea dete, qui hoc modo relinques in familia iſta monumenta ſempiternæ obligationis, & apud animum meum recordationem præſentem earum curarum, quas voluiſti impendere pro ſorore illius, cui te ipſum voviſti, & qui nihil novit recuſare precibus meis, ſi ex tuo ore procedant.

Præter ea, quæ Strada tibi indicabit, injunxi etiam Marchioni ſancti Mauritii, legato meo, ut ſeſe particularius in hoc negotio explicet; rogo ut libenter eum audias, & credas, me eſſe perfecte,

DOMINI COGNATE

Tui ſtudioſam cognatam,
CHRISTINAM.

Turino, 14. Jan. 1639.

Digitized by

IX.

Epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE.

PAlluavius & Strada rationem reddent tibi de expeditione itineris ſuſcepti, & Duciſſæ inſtituto, ut nempe Patrem Monotum in caſtellum Montismeliani ſeponat, quod mandavi. Ipſa etiam exoptat vocari Celſitudo regia, & de legatorum exceptione agi, prout tibi recenſebunt. Rationes equidem, quas Rex habebat ad neganda petita, importunius tibi perſcriberentur, & Palluavius in numerato habet, explicui.

Auſus ſum ad te ſcribere, de ſubductis tribus millibus peditum, quos rex ſolebat Duciſſæ ſuſtentare; dicendum tamen amplius cenſeo, ei nullam reſtare facultatem ad alendas legiones Gallicas, aut conſervanda munitiora: adeo ut prorſus neceſſarium arbitrer, idem ſtipendium continuari, cum abſque illo bellum facere nequeat.

Idem Palluavius tibi referet, quid impedierit ſermonem de matrimoniis inſtitutum, de quibus Chavinius mihi ſcribit, quemadmodum etiam de ſuſtentatione legionis excubitoriæ. Expecto ego, donec ipſa deſideret aliquid, quod ex tuis mandatis magni fecero pretij.

Palluavio dedi delineationem pontis Eſtræi, & quæ Caraus ibi meditatur ſtruere; ubi nullum temporis momentum perierit, quamprimum pecunias fuerimus nacti. Neceſſaria in futurum ſine intermiſſu inferuntur Caſalam: fervet opus fuſile & munimentorum, intra biduum excurram, ut urgeam, & rationem tibi reddam.

Turius à biduo nobis adeſt, deducam eum Caſalam, in poſſeſſionem præfecturæ. Si ſubſiſtenta noſtra juvetur ſtipendiis, habituri ſumus quinque millia peditum egre-

egregiorum, quæ ſpes me facit importunum apud te, ex ſtudio eos conſervandi, cum in eo nunc verſetur rerum ſumma, & ex ea pendeat conſervatio munimentorum; ipſique pedites promtiores ſint in aëre Italiæ, quam duplum eorum ex Gallia adventantium.

Nuncius Pontificis juſſus eſt tranſactionem inſtituere inter Cardinalem Sabaudiæ & Regem, adeoque Duciſſam. Satis commodum ſeſe præbuit in cauſa Monoti, indultis permiſſionibus, quas optabamus: rogatus ab ipſo tibi hæc refero.

Non puto te longiore ſermone importunius diſtinendum, aut epiſtolam mihi finiendam, niſi humillime petam, ut credas, me nunquam depoſiturum memoriam infinitorum beneficiorum, quibus me tibi devinxiſti, aut occaſiones prætermiſſurum, quin demonſtrem, me, ſecundum gratitudinem, reverentiam & ſtudium, quod debeo,

DOMINE PATRONE

Tuum.

Turino, 14. Ian. 1629.

X.

Alia epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

NOn tantum arrogo mihi, ut queam humillimas agere gratias, quas tibi habeo, ob nimiam tuam erga me benignitatem, quam ſubinde teſtaris, cum id excedat facultatem meam. Satis tamen habuero, tibi indicare, me nunquam illius memoriam obliteraturum, adeo ut nec vitæ ſim parſurus meæ, ad gratitudinis teſtimonium.

Poſtquam intellexi, Ducem Valettanum pergere vitam tibi omnino ingratam, teneor tibi referre, quod ſi, uti dicitur feciſſe, defuit tibi, primus ego ipſi adverſa-

bor. Certum enim, me futurum ingratiſſimum mortalium omnium, niſi tuum commodum præferrem, non ſolum illius commodis, ſed etiam propriis. Sentio me id debere ex ſummis beneficiis, quæ tibi debeo à longo tempore, adeoque ex ratione ea, quam nunc in hac occaſione præſtas, Exiſtimo equidem, à me ſupplendos propinquorum errores, ut vel inde impenſius tuis commodis humillime ſtudeam, quantum illi ab officio recedunt.

Intelligo ex epiſtola, quâ me dignari voluiſti ſexto die huius menſis, quantâ curâ amplectaris conſervationem huius exercitus. Veniam rogito ſæpius factæ importunitatis, cum deſiderium illius conſervandi & augendi me perurgeat videamque, te ad quamcunque poſtulationem diligenter providere.

Accepimus centum ſexaginta millia francorum, ex prænumeratione Argenſonii: ubi reliqua pervenerint, de quibus nullus dubito, pedeſtres copias rectius quam unquam curavero; præſto ſunt quater mille quingenti & amplius milites, præter Duces & famulitia. Omnem operam impendo, ut numerum augeam, adeo ut potius duxerim panem tardius ſolvere, & ſtipendium, quod Duciſſa petit ſervandis equeſtribus, remorari, quam peditum negligere mutuum.

Crediderim ego, ſi duo, aut tria millia peditum transmitterentur menſe Februario, commode nos reliquum exercitum præſtolaturos, ad diſturbanda hoſtium conſilia, cum octona millia peditum, & bis mille quingenti equites nos à metu liberare poſſint uſque ad menſem Aprilem, quo cæteræ copiæ pertranſirent. Non tamen putem, duo aut tria millia equitum, tranſmittenda, niſi ſtipendium ſuppeditetur, cum nulla alia appareat ſubſiſtendi ratio: neque commodum fecerint miſſi. Hæc eſt curarum mihi ſumma, ut pedites meos habeam laute, & ſic Gallos apud hoſtem merentes attraham, faſtidium meis etiam Italiæ demam.

Palluavius & Strada memorabunt, quid ſpei & operæ conceperim, modo ne deſit pedeſtris exercitus. Certus ſum eo, adventante, nos tuis deſideriis ſatisfacturos.

Accinctus ſum, ad obeundas ſtationes, & Turiū Caſalæ im-

imponendum: procedunt illic operæ diligenter,&in muniментis excitandis,& in fundendo ære, comportatur etiam annona in Citadellam, quod juſſiſti. Miſi tibi delineationem Pontis Eſturani, & computum impenſarum.

Fæni coacervatio fiet ſub finem Februarii, & Caſalæ,& Aſtii, & Turini. Nullum denique momentum temporis perdidero, quin ſatisfaciam mandatis, quæ miſiſti.

Duciſſa ſepoſuit Patrem Monotum in caſtellum Montismeliani, ut perſcripſi. Profitetur illa, ſeſe tua conſilia ſecuturam, & optare te protectorem: rectius id judicabis per effecta, quam per mea verba. Benignitas tua, quâ teſtari voluiſti Principi, quanto honore me dignareris, ut ipſe me ſuum credat, eſt prorſus eximia, ea cura mei tibi eſt propria. Nunquam finem fecero, ſi gratias humillimas tibi agere exordiar, quotieſcunque novum aliquod à te ſuſcipio beneficium. Compendium ſumo ſermonis, tuus ſum, nunquam majori lætitia perfundendus, quam ubi licuerit teſtari, quod ſim.

DOMINE PATRONE.

Tuus &c.

Turino, 17. Ian. 1639.

XI.

Alia epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

NOn defatigaris mihi ſufficere ſigna benignitatis tuæ & protectionis: ne ingratum quæſo habe, gratiarum actionem humillimam, ſi multoties te reddo certiorem humillimi ſtudii & gratitudinis. Quod dignatus es Principi in mei gratiam dicere, intimus me tangit, quam ut explicare queam; id duntaxat dicam, nunquam te falli, ſi credas, nihil rerum humanarum mihi ſtudium tui erepturum, aut confidentiam, quam concepi de tuâ in me benevolentiâ.

Non

Non ſcripſi ad te poſt diſceſſum Palluanii, quod ultra decendium inſumſerim ſtationibus obeundis, & Caſalæ viſitandæ, ut luſtrarem exercitum pedeſtrem, & Turium conſtituerem ibidem, qui ſane receptus fuit cum omnium applauſu. Credo ego, regem & te ab ipſo commodam habituros operam.

Mitto compendium luſtrationis, quam feci exactiſſimam: habemus quarer mille pedites expeditos ſub ſignis, præter legionem Nereſtani, quæ ſexcentos excedit; ſi per univerſum menſem ſubmittatur legio aliqua, quæ Ægabonianam, Pinierolæ hærentem relevet, æquæ fortis & numeroſa procedet. Cum autem difficillime bis mille gregarii per menſem tranſierint, cum ſupplementorum incommodo, incidit mihi, ſi tibi videretur, decem cohortes ſcribere ex agro Monſerratenſi, operamque dare, ut ſeptingenti aut octingenti confluerent, adeoque ſub finem Februarii ſex millia peditum expeditorum numerarentur, quos inſtituto hoſtium objicerem, donec ſupplementa noſtra accederent.

Legio illa Monferratenſis, ſi conſervetur, minoris foret impenſæ, & cohortes numeroſiores, quod dux mihi promiſit, ampliorem præſtareat operam. Quæſo igitur, ut mentem tuam de ſcribenda illa legione aperire digneris, quæ intra duodecimum diem conſtabit, modo argentum adnumuretur, quod noſtræ conſervationi deſtinaſti, aut ſors ſaltem ſit certa.

Conveniemus cum Theobaldo Lugdunenſi, aut alio quovis, qui nobis argentum ſingulis menſibus prænumeret; eo pacto conſervabimus ſex millia peditum expeditorum, præter ſupplementa etiam expeditiſſima futura. Quod ſi miles tranſmittendus officium faciat, ſatisfiet tuo deſiderio per expeditionem proximam. Optarim quidem legionem Germanorum, ut illos ejuſdem nationis apud hoſtem militantes traducerem, ſed uti res ferent, carebimus.

Scribo ego ad Chavinium, quod de decreto ad me permanare potuit, poſtquam Cardinalis Sabaudiæ ab Imperatore id impetravit, ad tutelam ducis Sabaudici. Spero, tibi copiam illius factam, cum legato Sabaudiæ, apud Regem

Digitized by Google

Regem commoranti ſit transmiſſa : Româ allata fuit, dum per agrum Monferratenſem verſaret.

Duciſſa non poterit ſubſiſtere, nec tueri ſua, niſi Rex ter mille pedites illos, quod ſolebat, ſtipendio inſtruat, id quod ex Baroniſo intelliges.

Hiſpani magnum apparatum colligunt & argenti, & militis, quod ex Genua innoteſcere poteſt tibi. Quod ſi decem millia expeditorum poſt omnia ſupplementa conficiamus, nec pecunia deſit tempori, nihil metuendum confido, cum neque ab invaſione nos arcere poſſint, quod Palluavius & Strada renuntiare poterunt. Expecto reſponſum illarum quas pertulerunt literarum; ut cum Duciſſa agam ex ordine mandatorum. Proxime mittam pretium conventum Pontis Eſturani : opus continuo exordiemur, ad pecuniam præſentem. Semilunaria Caſalæ intra tres ſeptimanas perficientur, nihil temporis perditur infuſione tormentorum, nec in annona comportanda, uti juſſiſti. Hæc habeo dicere, poſtquam humillime rogavero, ut credas, neminem unquam mortalium cum majori fidelitate tibi futurum.

DOMINE PATRONE

Tuum, &c.

Turino, 2. Febr. 1639.

XII.

Alia epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

INtellexi ex illis, quas ad me quarto viceſimo Ianuarij dare es dignatus, mandata, quæ expediviſti tum ad ſtipendia præſidiariis Caſalæ & Pinierolæ, in tres primos iſtius anni menſes connumeranda, tum ad conſervationem exercitus.

Centum illa, ſeptuaginta quinque millia librarum, præ-

præſidiis deſtinata, in dies recipiuntur ; adeo ut nullum ibi defectum ſperem.

Ex centies mille francis, quos Lauſonius mittet, pervenere quinquagies mille ; reliquum hic expectatur intra ſeptimum aut octavum diem, prout Lugduno perſcribitur quod certum haberi debet. Credo itidem cæteros ducentis mille francos propediem adfuturos ; uti Theobaldus Lugdunenſis mihi promittit ; ubi igitur tercenties quinquagies mille libræ , quas ſcribis hoc menſe tranſmittendas, & per Martium, perferantur ; ſecure confides , copias noſtras optime habituras. Videtur autem mihi neceſſarium , ut articulatim teneam , quemadmodum ſoles mandare, ſortem ; de qua poſſimus eſſe certi, quoniam ex ea ratione poſſum præripere terminum ſolutionis detracta uſura mutui.

Curſorem hunc in eum mitto finem, ut intelligas, nova de ſupplementis Occitaniæ; lege quæſo, qui Caſtellanus de iis mandet, ut remedium jubeas adferri : oportet enim ut omnia ſupplementa & turmæ equitum Pedemontium ingrediantur ad decimum, aut quintum decimum Aprilis , ut ineunte Maio poſſimus pervadere in agrum Mediolanenſem. Vbi perſcripſeris , quid primum cenſeas agendum , tempeſtive me diſponā ad executionē.

Præter duos illos Caſtrorum Adjutores, quos in agrum Lugdunenſem & Delphinatem miſi, alium itidem ablego in Occitaniam ; ut ſciam ſupplementorum rationem. Duces non ſatis poſſunt urgeri , cū ſponte ſint tardiuſculi.

Perſcribo ad ſingulos exercitus duces, ut arma habeant expedita , ſclopetorum fiſtulæ unciale ferant plumbum, haſtilia quatuordecim aut quindecim pedes longa , præter apparatum , ut velis nobis curare quinquies mille ſclopeta & totidem haſtilia: ipſa arma, ſi mittantur , lubens excipio, ſin minus, fabricari juſſero. Oportet tamen ut expeditum mihi adferatur conſilium, quod alter menſis , ſit impendendus fabricandis armis. Rogo autem humillimè, ut credas , me nihil defuturum regiis commodis, ſecundum ordinem tuorum mandatorum: ſumma cura mihi eſt ſupplementorum , ut ea maturentur; metuo enim ut duces faciant officium : conſtitui intra quintum

quintum decimum diem omnes copias traducere, ad expeditionis felix & tempeſtivum exordium.

Optatim, ut Turænius acceleret; nihil poteſt addi benignitati tuæ erga ipſum, & quoſcunque ſincere agentes.

Honorem illum; quo ſubmittere voluiſti ſtructorem aciei, interpretor ſummam benevolentiam: expetivi autem eum, ex ſtudio, & ordine per iſtum exercitum, quo apprime eget, recte conſtituendo. Nolim tamen quantovis pretio te rogare, quod à ratione alienũ duceres; quod ſi fieret nihilominus, ſubmitto me tamen penitiſſime tibi, cui omnem reverentiam & obſequium debeo.

Palluavius expoſuerit tibi, quid actum ſit in cauſa Patris Monoti; rectius quam ego pernoſti Duciſſæ ingenium: credit ipſa regem & te ſibi plurimum debere, ex detentione Monoti: etiam heri ſub veſperam ipſi meam ſententiã de eo negotio aperui, quemadmodum etiam de neceſſitate, quæ ipſam ad regis & tuam protectionem compellit.

Renuntiatum eſt ipſi, Hiſpanos invaſuros Pedemontium, unde maxime turbatur. Quamprimum autem copiæ noſtræ tranſierint, ſpero eam adverſus vim, non tamen adverſus proditionem aſſeri poſſe. Moniti ſumus de proditione, quæ Chenchium corripere ſatagebat, intercedente Cardinale Sabaudiæ: inſtituta eſt inquiſitio in complices. Omnem moveo lapidem, ut ipſa ſolidam inſtituat adminiſtrationem, difficillime tamen inducitur, ut eos comprehendat, qui ſuſpicionem non vanam dedêre: certior eſt facta, Cardinalem Sabaudiæ coëmiſſe Genuæ venena admodum ſubtilia, unde inquietiſſimam video, putemque non præter rationem metuere.

Quamprimum reſciverimus, cambiales noſtras fuiſſe gratas, quas ad Pontis Eſturani conſtructionem concinnavimus, opus aggrediemur, intra biduum mittam rationum computum, à Colberto factum, rerum iſtarum ſcientiſſimo. Non deſiero omnia & ſingula ad te perſcribere, neque occaſionem ullam prætermittam, quin officiis humillimis teſter debitam fidelitatem & gratitudinem, qui ſum.

DOMINE PATRONE.

Tuus, &c.

Sub-

Subjungo hic impenſarum rationem, quæ poſſent neceſſariæ eſſe ad munienda loca agri Monſerratenſis per univerſum annum, quam Colbertus inivit; compendium ejus mittit ipſus Noyerio.

Mitto Noyerio epiſtolam Caſtellani, ut tibi laborem legendi adimam.

XIII.

Alia epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE.

JActuram feci Candalij, quem Caſalæ decumbentem dum juvo, tempus & otium tibi ſcribendi perdo. Officij mei dehinc judico eſſe, ut tibi mortem fratris mei indicem, dicamque, te fideliſſimum amiſiſſe clientem, per gratiam divinam excuſſit conſcientiam, uſus eſt omnibus ſacramentis, & obiit chriſtianiſſime. Extremum inde ſentio dolorem animi, quem ex jactura viri adeo propinqui, plurimamque amicitiam teſtantis, capere debeo.

Spero ego, nec regi, nec tibi ingratum fore, ſi Ducem Valettanum faciam certiorem, ob jus ipſius & commodum: nobilem mitto ad Eſpernonium, ut calamitatem noſtram noſcat.

Res noſtrates nullam ſunt paſſæ mutationem à poſtremis meis literis. Non credit Duciſſa, Pontificem, aut ut rectius loquar, Barberinum Galliæ vel ſibi multum ſtudere: quin potius eum facere cum Cardinale Sabaudicæ, adverſus ſuum commodum, quod ſaltem ipſa mihi indicare voluit,

Copiæ noſtræ bene ſeſe habent, habemus, aut habituri ſumus ducenta millia librarum, quæ deſtinaſti, adeo ut jam reliqua ſint trecenta quinquaginta alia millia librarum, quæ dignatus es perſcribere, ad futura ſub finem iſtius menſis, aut principium Maij. Quod ubi obvene-

venerit, auſim fere fidem obſtringere meam de numero copiarum, quem deſignavi.

Iam expecto legionem Turij, quæ non acceſſit tempore, quod Comes condixerat: opto illam Caſalæ imponere, & Nereſtanam educere: rogo etiam humillime, ut ex tuis mandatis Ægaboniana eximatur Pinieſolâ. Sic enim duodecim millia pugnatorum producemus in expeditionem: reſcribo præterea Lugdunum, ut Alincurtij ſupplementa propediem traducantur, modo ſint in procinctu, uti ſcribitur; etiam Chamblænna, ut exercitum pedeſtrem habeam menſe Martio, cuius & uſus & opus erit, quantum video.

Mando etiam omnibus noſtris ducibus, copias omnino ſub finem Martii deducendas, ut tempeſtivi ſint, quod metuam ipſorum ſocordiam, cum neceſſum ſit, copias ad quintum decimum, aut viceſimum Aprilis, ſine ulteriore morâ præſto eſſe. Hinc audeo ſuppliciter te rogare, ut Curſores hinc inde dimittantur, accelerandis copiis, & argento in ſupplementa numerando. Menſis enim Martius ſubito tranſvolabit, & nullum tempus perdendum mihi videtur, ubi copiæ accedant fortes & numeroſæ, quod ſpero, & cum Baroniſo tranſigatur; unde ſpem expeditionis tuo inſtituto accommodo. Scribo etiam ad Turænium, rogitans, ut promte moveat; poſtquam enim frater meus ultimum clauſit vivendi diem, nullos video ſummos duces apud exercitum, præter Pleſſæum & me, per abſentiam Campiductorum & ſtructorum aciei.

Nihil poteſt accedere ad ſollicitudinem Magni Magiſtri; quod ipſius eſt facultatis, procedit bene quantum poteſt: atque utinam cæteri tua mandata æque accurate explerent. Nihil deeſt præfectis rei tormentariæ, præter argentum; quod non eſt curæ ipſi, poſtquam ſors ſex tantum menſes complectitur. A Deo precibus contendo, ut eo favente egregiam operam regi præſtem, & tibi, per hanc expeditionem, adeo ut ſatis felicem me feram, ſi tibi queam teſtari, quod ſim.

DOMINE PATRONE.

Tuus &c.

Turino, 15. Aprilis 1639.

XIV.

Alia epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

INtellexi ex geminis literis, quas & undecimo, & viceſimo Februarij ad me dare voluiſti, quam curam ſuſcipias, non ſolum ob neceſſaria exercitui ſubmittenda, ſed etiam ob articulatam reſponſionem ad meas.

Duciſſæ renuntiabo, Regem conſtituiſſe ſtipendium porro ſolvere tribus millibus illis: huc ego ſemper inclinavi, non ſolum, ut eis uti liceat in expeditione, ſed etiam in munimentis ſervandis. Nam revera ipſa non poteſt ea credere popularibus; ſed Galli, quos habet, regio ſtipendio merentes, poterunt nonnunquam præſtare operam non contemnendam, & inprimis per iſtam occaſionem, ubi adventus principis Thomæ poteſt ſuſcitare magnas ſuſpiciones adverſus populares.

Legio Monferratenſis paulo difficilius ſcribitur, ex morbo primicerij, qui graviſſimus eſt ob ætatem provectiorem, febris ſcilicet duplex terriana, continuæ affinis. Ab eo Caſalam, ſi forte queam promovere illam legionem, ſine illius opera, & ut omnia componam per agrum Monferratenſem, ipſo moriente. Exiſtimo equidem, neminem ſuſcipiendum eſſe à Principe Mantuana, qui aut primicerium agat, aut ducat exercitum, cum omnino Galliæ infeſtum ſit miſſura. Non patiar quicquam innovari per agrum Monferratenſem, ſine tuo juſſu.

Nihil poteſt addi ad mandata tua, quæ de ratione ſupplementorum ex literis Caſtellani expediviſti: nunquam non copias expetivi ad viceſimum Aprilis, ut in agrum Mediolanenſem poſſim deſcendere ad primum Maji; quod ſi octiduum tantū defecerit, modo ſupplementa Chamblæana & Alincurtiana compareant ad quintum decimum

Digitized by Google

imum, aut viceſimum hujus menſis , præter legionem illam , quæ Ægabonianam Pinierolâ diſcedere jubeat, repulſabimus hoſtilem impetum uſque ad viceſimum Aprilis.

Honorem eum mihi ſumſi , ut te certiorem facerem, de inſtituto Duciſſæ , quæ meditatur locum aliquem corripere , cui executioni ſumtus eſt quintus decimus dies iſtius menſis. Si fortuna ipſi favet, ad obſidionem nos rediget , unde impenſius opto copias tempeſtivius adduci.

Pecuniæ, quas noſtræ conſervationi deſtinaſti, hactenus fuerunt numeratæ; non dubito, & trecenta quinquaginta millia librarum, quæ reſtant, itidem ſecutura, cum id volueris perſcribere. Didiceris jam, quo in ſtatu ſint pedeſtres copiæ, & quam cordatus ſit miles: reliquum eſt, ut arma præbeantur, cui rei ſummam impendam operam, oportebit tamen , ut rex jubeat præterea Duces ſummos, veniant bene armati, & duces Nereſtani, Maugeroni & Chamblæi officium faciant diligenter: plurimi enim ſunt in illo agmine, qui ſibi immunitatem ſumunt, ex diverſis coloribus numerum & permiſſionum regiarum, ne univerſum annum adſint ad ſigna : cæteras legiones, ſi tibi videtur, facile redigam in ordinem.

Cum nullum inſtitutum tibi proponas particulare, commodiſſimum quod videbitur, tenebo. Non poſſum mihi ſpondere primum impetum , quod noſtræ copiæ non tranſierint, niſi hoſte jam expedito; confides autem, nos dimicaturos, quantulumcunque exæquentur vires, tametſi ad tria vel quatuor millia peditum eſſemus inferiores. Optarim duntaxat ſcire, an & annona & tormenta, ad exercitum maritimum, ſi qua occaſio nos illuc traheret cum parte copiarum, poſſint ſuppeditari; id quod Palluavius potuit expoſuiſſe. Non quod à ſuſcipienda obſidione, ſi vires ſufficiant, ſim alienior, ſed quod videam hoſtem metuere maritimis.

Nihil à te habui, poſtquam princeps Thomas Flandriam reliquit , ut huc veniret. Duciſſa recepit à legato ſuo literas & à Piſiæo per Curſorem Parmenſem, quæ docent tuam ſollicitudinem de principis Thomæ itinere;

etiam fiduciam, quam feciſti de auxiliis regiis & tuis, adverſus malevolentiam affinium. Promiſit mihi, ea lege ut ad te perſcriberem, nulli tranſactioni cum quocunque aurem præbituram, ſine regis conſenſu & tuo. Cardinalis vero Sabaudiæ ipſi ſcripſit, literas non niſi me præſente relinere voluit: puto miſſuram legato ſuo copiam; ut certior ſis. Exiſtimo eam cum Cardinale illo non acturam, niſi ut ex Pedemontio recedat; & in Pontificis aliquam provinciam abeat. Eo eventu conſtituet illi patrimonialia ad Pontificis maximi preces, ſi rex & tu id conſultum putetis. Hinc confido, illam non ceſſuram à rege; poſtquam agnoſcit; quam exiles poſſideat facultates ad conſervandam rempublicam ſine protectione regis, tum vivente filio, tum, quod fieri poteſt, eodem mortuo.

Metuit ne Hiſpani accerſierint principem Thomam in Italiam, ſi qua ipſum Ligæ alicuius facerent caput adverſus Turcam, ut exercitum ſubdent, de quo illi pro lubitu diſponant, bello Turcico deſinente. Certum eſt, Pontificem maximum miſiſſe ad Duciſſam Breve; quo illam inducat ad tranſigendum cum Cardinale Sabaudiæ, Nuntioque injunxiſſe, ut conetur ipſam diſponere, ad fidei ſacramentum Cardinali Sabaudiæ præſtandum; ſi quid humanitus Duci accidiſſet. Id vero ipſa graviſſime tulit cum ſumma ratione. Pontifex teſtatur, quantum deſideret, Cardinali Sabaudiæ aſſerere ſucceſſionem, metuatque ne illa filiabus obtingat.

Rationem tibi reddo eorum, quæ Duciſſa mihi dixit, cordi ſibi eſſe ſiniſtros de ſe ſermones: equidem dixerim, me rectius ipſius commodum, quam mentem perſpicere, id quod Comes Philippus optime novit: dicebat ipſa, ſeſe Niceam aſſerturam; video eam in diſpoſitione, erga Baronem Turii, cui locum confidat; laborat etiam Felicem facere ſuum. Conſulo ego, ut ſibi acquirat aliquot proceres, putem etiam, regem poſſe ipſis conſtituere ſtipendium: vellet pecuniam à rege accipere, quam eiuſdem nomine diſtribueret: cumque proponerem; ut ſtipendia regia ipſis conciliaret, reſpondit, Pedemontanos ea recuſaturos. Id quod non per omnia falſum eſt.

Neque tamen ſcio, an ea excuſatione utatur, quod neutiquam deſideret, ſuos ſubditos à rege capere ſtipendia. Debere mihi viſus tibi moleſtiam craſſioris epiſtolæ, ut particularius omnia teneas; finiam igitur, redditis humillime gratiis ob infinita beneficia, quæ tibi debeo, aſſeverans utique, quod ſemper ſim futurus eâ fidelitate, quâ debeo.

DOMINE PATRONE.

Tuus, &c.

XV.

Alia epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

RESciviſti ex Piſiæo, quomodo princeps Thomas digreſſus ſit ex Flandria, ut ad nos perveniret, & legiſti literas, quæ ad Piſiæum fuère datæ, quarum copia tranſmiſſa eſt Duciſſæ. Non dubito, principem Thomam venire ſub ſpe alicuius tumultus, aut proditionis, quæ cuſtodes munimentorum concernet, id quod mihi ſumme metuendum videtur, nullo expedito remedio, poſtquam res Duciſſam ſolam ſpectat. Optarim ipſi aliquanto plus ſeveritatis, ſed hactenus difficulter pervenitur ad executionem earum rerum, quas videbatur conſtituiſſe; cauſam in ſexum, ingenium & res Pedemontanas rejicio.

Si legio, quæ Ægabonianæ debet ſuccedere, aut ſupplementa Chamblæana & Alincurtiana accedunt intra quintum decimum huius menſis, quemadmodum petivi ante tres ſeptimanas, ſpero me ſtare poſſe adverſus vim apertam uſque ad viceſimum Aprilis, quem terminum ſemper præfixi congregandis omnibus copiis. Quoniam autem miſſi ad ſupplementa cogenda, renunciant, nihil etiamnum argenti eſſe adnumeratum, audeo ſuppliciter te rogare, ut per provincias diſtribua-

Digitized by Google

tur, quantum in eum finem eſt promiſſum, additis ſeveris mandatis, ut ad viceſimum Aprilis in Pedemontio ſint præſto.

Neceſſe enim eſt, quod mihi videtur, ut ipſis Calendis Maij ſuſcipiamus inſtitutum, quod imperaſti, niſi hoſtes prævaleant: Iuſſa tua expectabo, de eo negotio, quod per Argenſonium, Palluavium & Bonnellum renunciavi. Si enim hoſtes dimittant copias in Hiſpaniam aut Germaniam, nulla etiam oriatur per duellio per Pedemontium, licebit operæ tentare pretium.

Recepimus pecunias, quas in hyberna nobis deſtinaſti, præter illas trecenties quinquagies mille libras, ad initium menſis adnumerandas. Quod ſi fiat, uti nullus dubito, copiæ optime ſtabunt, adeo ut magis fidam iſtis noſtris quinquies mille pedibus, quam univerſæ multitudini anni præteriti. Exacta ratio, quam ſtipendio noſtro voluiſti addere, tantum poteſt ad exercitum bene conſtituendum, quod nunc inceptamus. Video denique multum fiduciæ ad felicem expeditionem, modo ſupplementa accedant numeroſa, & ſors rei numariæ cum Baroniſo recte ſtabiliatur. Hâc enim ratione ſpero conſervare exercitum, eamque operam præſtare, quæ Regi & tibi ſatisfaciat. Opus eſt mihi impræſentiarum Turænio, quamprimum per valetudinem ſeſe viæ dare poterit, quod major pars Ducum abſit: ſcribo ad ſingulos, ut diligentes ſint in officio, præter Caſtelanum & Rupeſerverium, quos juſſiſti ire ad ſupplementa.

Duciſſa heri uſa eſt erga me magnis proteſtationibus, quod cauſam regis nunquam eſſet deſertura, rogans, ut primoribus hujus reipublicæ exponerem, nunquam paſſurum regem, ut princeps Thomas ingrediatur Pedemontium, quod ipſa non ſine cauſa metuit plurimum. Puto equidem, te ad primum de itinere principis Thomæ nuntium, expediviſſe curſorem, qui mandata perferat: curabo interea, ut quæ ſunt mearum partium, optime ſeſe habeant. In eum finem cras abiero Caſalam, ut etiam cum primicerio diſceptem, quid Marchioni Leganeſio ſit reſpondendum.

Me-

Digitized by Google

Metuo, ut prinicerius mortalitatem longius trahat, itaque tempeſtive eſt diſpiciendum, quæ ratio adminiſtrandi Monferratenſis agri ab ipſius obitu poſſit inſtitui, cum Mantuana tum voluerit providere illi muneri: id quod commodis regiis plurimum obeſſet. Mandabis, quid facto opus ſit, conſultum mihi videtur, ut jam nunc dominia primicerio, Pratenſi, & Soleræ, vigilum præfecto apud Caſalam, elargiaris, ob rem boni exempli, & excitandum deſiderium partium regiarum.

Nihil fit apud Pontem Eſturanum, neque Roſſiniani, quod cambiales noſtræ, in eum finem concinnatæ, non fuerint gratiæ, quod nos quidem ſciamus. Iube, quid nobis ſit agendum.

Qui Duciſſæ res agunt, inſidias ſtruunt Vercellis: inſtituto pro votis procedente, obſidenda veniet Citadella. Hinc optare ſoleo ad quintum decimum hujus menſis duas illas legiones, toties petitas. Negotium non ſatis clam eſt, ut eventum optatum mihi promittere auſim; Fit tamen aliquando, quod minus ſperaſſes; ideoque in omnem eventum accingi vellem.

Exercitus principis Thomæ magnas dabit turbas per Pedemontium, quemadmodum Duciſſæ renuntiatur, conabitur ante omnia tranſigere, id eſt, inducias illi perſuadere, ut ipſam is, vel Cardinalis recipiat in Pedemontium, quod illa mihi teſtatur à mente ſua eſſe alieniſſimum, non utique de imbecillitate eius caverim, perduellione ſub oriente, novit tamen optime, ſalutem in ſola tua & Regis protectione ſibi paratam.

Citadella Turini probe cuſtoditur; Duciſſa optime valet, filius bona eſt valetudine, ſperat ipſa habere tria vel quatuor millia Gallorum, qui ſaltem per præſidia ſpargētur; hinc ego ſemper cenſui, Regē debere ſtipendiū in tria millia peditum adnumerare, quos æq; neceſſarios arbitror ad præſidia firmanda, ac ad expeditionem augendam, propter caſus; quibus res humanæ ſubjacent, varios. Videtur

detur mihi, ſi quid ſiniſtri accideret Ducissæ, perſona Ducis corripienda, etiam Turinum, ſi fieri poſſet; in quem finem Galli Ducissæ forent admodum utiles.

Aſſevero tibi, me nihil omiſſurum mearum partium, ad regis commoda promovenda, & ut tibi teſter, quod ſim cum reverentia & ſtudio, quod debeo.

DOMINE PATRONE.

Tuus, &c.

XVI.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE,

SCribo ad regem fratrem, protectionem ipſius mihi optans, cum auxiliis validis, ſecundum uſum rerum præſentium. Quemadmodum autem tibi juravi integram amicitiam, ita nullam omnino gratiam aut favorem à regia majeſtate mihi promitto, niſi per tuam interceſſionem; eoque magis hoc curriculo rerum, quod Marchio Sancti Mauritij dete mihi retulit, quanta ſibi teſtimonia benevolentiæ erga me præbuiſſes, adeo ut juſte credam, ſiniſtras ſuggillationes, quas illic patiebar, nihil imminuiſſe priſtinam tuam amicitiam, quam etiam talem ſemper optaveram, cum fiducia meriti.

Marchioni igitur committo, ut tibi mea explicet mandata; quoniam vero ipſi aſſeveras, te omnia mea cauſa facturum, adjuro te, ut jam nunc extent effecta, per validas ſuppetias & militis & pecuniæ; adeo ut Gallia, cui me totam immolo, aliquid audeat, ad gloriam & immortalitatem celebre, & ſumme utile; quo pateat, tibi & patris & matris ſtudium eſſe gratum, quod in perſona filii rependas; Id vero te adjuro. Cum autem Ordines meæ reipublicæ adeo premantur, ut nihil queant contribuere

ad

Digitized by Google

ad ſumtus, quos ſuſtineo immanes pro cauſa regiæ majeſtatis, rogo ut in hac occaſione mihi ſubvenias, quo poſſim pergere in ea voluntate inſerviendi Galliæ, & meipſam ſuſtentare per interceſſionem, invitiſſimis hoſtibus.

Mi Cognate, ad te itur, amica rogat amicum, per eandem ingenuitatem, quâ me reddidiſti certiorem, te mecum victurum. Velim credas, beneficium hoc infinitum apud me habiturum pondus, ſi tuâ interceſſione liceat obtinere à rege gratiam expetitam; id vero pignus fuerit amicitiæ tuæ, cum tibi in pignus meæ dem voluntatem, quâ deſidero eſſe ex omni corde.

Turino, 5. Ian. 1639.

XVII.

Epiſtola Cardinalis Valettani, ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

NEceſſarium duxi, tibi ſignificari, quomodo hoſtes contrahant copias, & videantur verſus Aſtum moturi. Dicitur princeps Thomas exercitum ducere, unde clientelas & colluſiones ſuſpicor. Confluunt copiæ noſtrates ad Montem Calvum, quo hoc ipſo momento propere ab eo: pedites numerabo quaſi quinquies mille; nihil tamen nuntiatur de legionibus Chamblæi & Alincurtii, quas dudum accerſivi, nec etiam auditur illa, quæ Ægabonianæ debebat ſuccedere Pinierolæ, unde per duo fere millia peditum ſumus hoſtibus inferiores: Ægabonus enim ad expeditionem adducet ſeptingentos.

Liceat humillime te rogitare, ut noſtrates copias acceleres, etiam ſupplementa reliqua, quæ lente procedunt; quod ipſos intelliges ex literis Ducis Ledigerii, & quorundam ducum. Hoſtes produxerunt omnia præ-

Digitized by Google

ſidia, ut fortiores compareant per agros. Audeo itidem humillimè te rogitare, ut tuo juſſu ſubmittantur trecenties quinquagies mille libræ, quæ hybernis debentur, ut copiæ noſtræ per reliquum iſtum & alterum ſubſiſtant menſem.

Ab eo nunc ad Montem Calvum; medium agmen hoſtilium copiarum Alexandriæ hæret; temporis anguſtia non permittit, ut tibi nunc recenſeam verba civilitatis, quibus Duciſſa apud me eſt uſa de te, cum eadem Chavinio mandem: ait, ſeſe diſceſſuram in tuam protectionem. Modo liceat contrahere Duciſſæ copias, antequam hoſtes aliquid audeant & aggrediantur, defenſionem opponemus, licet longe inferiores. Nullam de Pedemontanis adverſus Hiſpanos ſumerem ſuſpicionem, ſed ea carere non licet, ob principem Thomam: hinc tantum copiarum Gallicanarum mihi deſiderium, in primis equeſtrium.

Cum nullos apud exercitum habeam duces, ſupplicare libet tibi, ut Maliſſio, donec Caſtellanus, aut Turænius advenerint, dentur illæ partes.

Cum primicerius Caſalanus febri laboret jam quintum & viceſimum diem, Turium non licet repetere. Omnes Caſalani vellent, regem diſtribuere primariis nobilibus Vrbis ſex millia librarium in ſtipendium annuum. Mandabis, quid tibi videatur, & ego te humillimè rogo, ut credas, me eſſe cum reverentia & fidelitate, quod debeo.

DOMINE PATRONE

Tuum &c.

Turini, 19. Martij. 1639.

HUmillimè etiam rogito, ut ad nos mittantur Argenſonius & Baroniſus: Lugdunum, & in Delphinatum perſcribo, ut copiæ procedant: neque enim mihi adeſſe poterunt ante viceſimum menſis proximi, quamcunque præſtent diligentiam. Admodum deſidero, legionem Ægabonianam impræſentiarum eximere Pinierolâ, per inopiam peditum.

XVIII,

XVIII.

Alia epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE.

POſtquam ſcripſiſſem ad te, quam hîc vides epiſtolam, curſor ſtationarius tuam mihi exhibet quarto viceſimo datam Februarii, adeo refertam ſignis continuatæ tuæ benignitatis, ut erubeſcam ex tanto ære contracto, ego tuis rebus inutilis. Dicam vere, nihil rerum humanarum mihi tam eſſe cordi, quam rationem beneficiorum, quibus me tibi devinxiſti, adeo ut tua commoda ſemper ſim prælaturus proprio emolumento. Scio, quid debeam continuis ſignis tuæ protectionis & gratiæ, quibus me honorare dignaris.

Nihil poteſt addi mandatis tuis, quæ vel ſupplementa, vel ſolutionem trecenties quinquagies mille librarum, quas intra hunc menſem etiam ſimus accepturi, ſpectant. Ab eo, ut legionem Ægabonianam educam: luſtratio legionis Saulitanæ exhibet mille centum manipulares. Nihil prorſus deeſt ſollicitudini Ledigerij; debet etiam tranſmittere altera ſupplementa. Non potuimus ſatis advigilare, quin Freſelerius & Caniſius nobis detraxerint trecentos aut quadringentos pedites.

Poſſum tibi affirmare, quocunque in ſtatu verſer, officio nihil defuturum, conaborque ad tuum nutum agere: ſpero me habere ſub ſignis quinque millia peditum expeditorum, præter Duces, quamprimum Ægabonus acceſſerit, tametſi quingentos tantum eſſet adducturus; puto nihilominus, eum trahere ſeptingentos, præter famulitia.

Ducíſſa mihi promittit duo millia peditum; ubi univerſi confluxerint, non fuerit, cur tantopere metuamus vires hoſtium, abſque colluſionibus principis Thomæ ſi eſſemus. Humillime denique te rogito, ut

gre-

credas me nihil obliturum eorum, quæ ad officium meum facient, ut tibi faciam teſtatum, quod ſim cum omnimoda gratitudine, fidelitate & ſtudio.

DOMINE PATRONE

Tuus, &c.

Turini, 19. Martij. 1639.

XIX.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE.

FIducia tui non eſt exigua mihi; verumenimvero neceſſitas benevolorum officiorum apud Regem fratrem, non eſt minor: Hoſtes enim nos invaſerunt ex una parte, parati ad alterum latus tentandum, quod particularius poteris ex Gonterio intelligere, quem meam dico creaturam, & in eum finem unicè ad te lego. Adjuro te igitur de validis auxiliis, quæ ſoles præſtare amicis tuis, poſtquam & ego illorum numerum auxi; ut appareat, Gallicanam protectionem eſſe parem univerſis hoſtibus, ſecundum cauſæ communionem, quæ mihi collibuit, ex nullo alio penſo, niſi ex gloria Galliæ commodandi.

Confido, mi cognate, me à te amari, & teſtatum id fore, per auxilia, quæ mihi à rege fratre procurabis: occaſio nunc ſane urget; quod ſi deſideres mihi præbere experimentum ullum bonæ tuæ voluntatis, nullam unquam optatiorem nanciſceris rationem, ubi reſpublica in alea dubia verſatur. Sperabo meliora, & credam, te ſequiora averſurum. Id vero te rogo ex toto corde. Ne autem ſim longior in hac epiſtola, ad Gonterium me refero, cui plenam habebis fidem omnium eorum, quæ tibi à me nuntiabit: crede quæſo, me eſſe totam, nec per

Digitized by Google

per tot vaſramenta, qualem conati ſunt me depingere.

Tuam, &c.

Turini, 22. Martij. 1639.

XX.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE,

EN me, eo redactam, ut operâ amicorum egeam: certiorem aut potentiorem te non quæſiero, qui mihi in ſummis anguſtiis opituletur: Id ipſum perſcribo ad regem fratrem, univerſam tamen fiduciam in te colloco, qui nobis regis tui ſororem deſerere, cum obligeris per officia Galliæ reddita, non Ligæ, ipſi conſervare rempublicam & libertatem.

Eam tamen ſubivi aleam, ut utramque videar perditura, niſi opem ferant univerſæ Galliæ vires: Credo, te nihil defuturum, id te adjuro, cum adeo væcors animi non ſim, tametſi plurimum roger diſcedere, ut filij chariſſimi rempublicam proſtituam, quin omnem ſuſcipiam ſollicitudinem ad illam defendendam, nullo etiam vitæ habito penſo.

Hic igitur perſiſto, ſpe tui freta, qui non permiſſurus me ſis exitio, ſed potius in juſta cauſa aſſerturus. Id te adjuro ex toto meo corde, & per illam confidentiam, quam in te habeo, certo ſperans, te non deſerturum cauſam meam apud regem fratrem; ſic ſemper ero,

DOMINE COGNATE

Tua, &c.

Turini, 7. Martij. 1639.

XXI.

XXI.

Epiſtola Cardinalis Valettani, ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

IAm reſciveris ex Colberto, quis tumultus fuerit coortus Turini, ipſo abeunte: væcordia gubernatoris Chivaſiani, præter ſummam negligentiam, perdiderunt illum locum, unde coactus fui deſerere inſtitutum, quod ſumendum erat ad Chanſæum aſſerendum, ne pavor, qui omnia corripuerat, & Turinum perderet. Progreſſi eramus omni diligentiâ, ut opem feremus Chanſæo; & viceſimo ſexto huius menſis ducebamus copias regias, præter mille quingentos equites Duciſſæ, ut hoſtes in ipſo vallo adoriremur.

Primo invaſimus montem, ubi hoſtes diſpoſuerant munimenta exiliora, quæ Pleſſæus corripuit, dum alteram partem exercitus, in quo erat Marchio Rangonus, per viam diverſam duco: ubi Pleſſæus Pralinius omnia excelſa occupaſſet, conſtituimus vallum aggredi, tametſi acceſſus eſſet valde difficilis: impetus ſane erat inſigniter generoſus, per octo horas integras, ſine intermiſſione, ex parte Pleſſæi Pralinij; putem etiam, ſi noſtrates equites diſſipaſſent hoſtem occurſantem, univerſum exercitum potuiſſe vinci.

Cum autem equites noſtrates rejicerentur in pedites, turbati ſunt ordines nonnihil, unde impoſſibile fuit vallum tenere, quod aliquoties occupaveramus: ſic poſt conflictum octo horarum, conſedimus in ſummitatibus, ex quibus hoſtem dejectum dixi, certi animorum, quacunque ratione opitulari loco illi, & parati ad alteram invaſionem. Dum vero tormentum, quale inveniri poterat, adducitur, nuntiatur Chivaſium captum, cum pavore Turini adeo grandi, ut coactus fuerim illuc abire,

reme-

remediumque properè facere, quod & Duciſſa, & omnes omnino præſentes inſtanter rogabant.

Pleſſæus Pralinius multum honoris acquiſivit in illo conflictu, adeo ut Rex & tu habeatis, cur eum magni faciatis.

Campetus miram etiam præſtitit operam, quamvis duobus ſclopetorum ictibus ſaucius, non deſiit copias omnes deducere, quotieſcunque confligeretur.

Duces peditum regiorum admirandam navarunt operam; ex duobus centurionibus Nereſtani, qui conflictui interfuere, alter cecidit, Arenſius nempe alter Mottanus, olim ſclopetarius regius, octo ictus ſclopetarios recepit, admodum benignos, dum egregia patraret facinora: ex tribus Maugeroni centurionibus duo ſauciantur: ex tribus Chamblæanis totidem, & ſic deinceps per legiones depugnantes.

Senantes globo ſclopetario vulneratur; & Turius legionem aliquam Duciſſæ ducens, optime egit.

Commendator Suuræus, agminis ductor, eximium ſeſe præſtitit: ultra quinque horas ſeſe expoſuit ſclopetorum ictibus; crediderim, ſi ab exordio adfuiſſet, diſſipaturum fuiſſe illud hoſtile agmen, quod vallum aſſeruit. Amiſimus ſexaginta fere milites, qui cecidere, ducentos habemus ſaucios, præter complures duces, ſecundum exiguum ipſorum numerum, & plurima ſclopeta.

Hoſtes longe plures amiſerunt: primo enim in conflictu ceciderunt tres Centuriones Hiſpani, cum centum manipularibus & amplius. Septena millia peditum numerabant, & duo millia fere equitum, cum nobis tantum eſſent quinque millia peditum, quibus connumerabantur ſeptingenti Duciſſæ, quod legionem Ægabonianā non liceret adſciſcere. Pedites noſtri ſunt lectiſſimi, deſint duces, quorū plurimi abiere ad ſupplementa: quod ſi copiæ noſtrates propediem advenient, hoſtes ſatis exercebimus.

Chivaſium operâ quatuor virorum fuit interceptum niſi id eveniſſet, fruſtra fuiſſent hoſtes: putem Chanſæum aſſeri potuiſſe, & fortè non ſine periculo retraxiſſet pedem. Hoc rerum ſtatu debilior appareo per agros, quod Taurinum poſtulet copias. Pavorem facilè diſpi-

cies

cies ex Colberti relatione. Quicquid autem fit, promitto tibi ſtrenuam meam operam adeo ut malim mortem obire, quam indignum quid tanto honore, quo me beaſti, committere.

Non puto trepidandum vobis eſſe, uti hic fit: fateor tamen, opus fore viribus ulterioribus ad aliquid audendum, propter exiguam fiduciam popularium, & præſidium Turini firmandum.

Modo vidi delineationem exercitus, quam Argenſonius mihi miſit, & continet octodecim legiones pedeſtres, Rivaræi & Delphini. Metuo ego, ſi viginti quatuor illæ legiones, quas prima delineatio ſuppeditabat, reducantur ad octodecim, exiguum quid peditum acceſſuтum; legio enim Rivaræi non poterit exire Caſalâ, aut expeditioni intereſſe, quòd aliquoties ſcripſi. Legio vero Delphini nondum eſt ſcripta, adeo ut hic exercitus ſic ſit futurus debilior, quam ille anni ſuperioris, ſex legionibus truncatior, argento etiam in ſupplementa nondum adnumerato; quod ex Delphinatu mihi refertur.

Inſtitutum de corripiendis Vercellis non fuit traditum executioni, quod hoſtes ſextum diem ante coirent, quam invaſio fieri debuiſſet.

Cogitaveram ſtationem Creſcentini occupare, ut principis Thomæ tergo hærerem; nefas autem eſt Turinum deſerere, ubi metuo pavorem, non obſidionem.

Reſciveris etiam ex Colberto, Duciſſam miſiſſe liberos ſuos in Sabaudiam: optaſſem, ipſa legiſſet Pinerolæ hoſpitium, ſed præſto non eram.

Primicerius Caſalæ diem ſuum obivit ultimum: conſtituimus non admittere Epiſcopum, ſine regis mandato, aut tuo: nullam patietur urbs mutationem. Neceſſarium arbitror, aliqua ſtipendia ſolvi Caſalæ, & in primis Senatoribus quibuſdam, maxime vero Reveræ, qui regias ſumſit partes, omnium prudentiſſimus. Eſt etiam Nacæus, quam primicerius defunctus mihi ajebat magnificè habendum.

Forte non ſuppetet otium, ut poſthac tam vaſtè tibi ſcri-

ſcribam, propter occupationes ab hoſtibus : rogo igitur humillime, ne in alienam capias partem, ſed credas, me nunquam perditurum memoriam eorum, quæ tibi debeo, nec occaſiones, in quibus tibi faciam teſtatum per humillima officia, quod ſim,

DOMINE PATRONE,

Tuus &c.

Dum irem ad exercitum, rogavi Curium, ut apud Ducifſam remaneret; id quod fecit: arbitror etiam, præſentiam illius non fuiſſe inutilem : vir eſt probiſſimus, admodum induſtrius, & in quo illa collocet fiduciam. Vniverſæ pedeſtres copiæ ſtrenue egere, ſed ante omnes, legio Chamblæana.

XXII.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE,

ABbas Montanus, quem ad regem fratrem lego, ut ſtatum rerum præſentium demonſtret, ei exponet, omnem mihi fiduciam in te collocari : jamque tempus veniſſe opitulandi, niſi me totaliter perditam velis, & omnes una fœderatos, qui deſpondebunt animos, quam primum viderint, tam nihili curari devotiſſimos, qui vitam juxta & rempublicam Galliæ bono immolent; id quod mihi uſuvenit, quæ ad eas partes tranſivi, unde noveram longe plus damni, quam emolumenti obventurum.

Crediderim autem, officia mea eo majoris æſtimanda, quod periculi ſummam pernoverim, non tamen declinarim, ut Galliæ fautoribus placerem, & ex omnibus viribus Regi fratri commodarem. Hinc confido, te aliquanto ferventius cauſam meam ſuſcepturum, ad inte-

gritatem famæ tuæ, quam cum meo exitio conjunctiſſimam video. Nimis generoſus es, quam ut exitium meum ſpectare velis ignominioſum, & mihi nimis amicus, quam ut præſens malo remedium neges.

Hæc igitur mihi officia præſta apud Regem, quæ expeditiora duxeris, ut tantum cumulum gloriæ acquiras, quantum hoſtes iſtius Coronæ tibi imprecantur ignominiæ: Revoca Regi in memoriam, quod ad me perſcripſit, renuntiavitque impenſurum ſeſe univerſum in univerſum. Iam nunc igitur appareant neceſſum eſt effecta, quæ ſpero ex auxiliis, nulli alij remedio intenta, quam quod tute attuleris; cætera Abbati relinquo tibi referenda, quantoque ſtudio ſim.

DOMINE COGNATE,

Tua, &c.

Turini, 2. Aprilis. 1639.

XXIII.

Epiſtola Turij ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

QVamprimum Caſalam, ex regis & tuo mandato, perveni, timebatur reditus Epiſcopi, qui diſceſſum ex Gallia parabat, defunctus legatione; ſemperque à primicerio auditum fuit, non ferendum eum eſſe in hac urbe. Eadem ſententia quorumcunque Galliæ ſtudioſorum & Ducis, quibus accedit Cardinalis Valettanus, id quod mihi dixit, cum eum relinquerem ad Montem Calvum, iturus Aſtum: in eam rem Chavinium inde ab initio perſcripſi, ſed reſponſum nondum accepi.

Moritur primicerius, adventat Epiſcopus, mitto obviam Lugdunum uſque, aut paulo citerius, moneo, nefas mihi eſſe, eum admittere, niſi mandatum adferat à Rege & à te, aut à Cardinale Valettano. Obviam miſſus, familiaris erat, à ſacerdote ipſius procuratore, qui

qui mihi renunciat, non occurriſſe, quod iter per Genuam inſtituiſſet. Vedrinum igitur, medicum Turini accerſo, qui idem poſtulatum deferret, ne ſcilicet veniret, abſque mandato. Tranſit ille occultè, neque inviſit ad Cardinalem Valettanum Turini hoſpitantem, neque ad Nuntium, alioqui amicum, ſed recta petit Chivaſium, ubi ex cymba excendit, adeſt poſtridie ad Pontem Eſturanum.

Mitto ego Gareinium, qui exponeret meam diligentiam, ut tempeſtivè noſceret, abſque mandato non eſſe veniendum, rogaretque plurimum meis verbis, ut Mantuam pergeret. Reſpondet, non credere ſeſe, mihi ea eſſe mandata, quibus à domicilio ſuo arceretur, poſtquam à rege & te diſceſſiſſet admodum benevole: inimicos conciliare hanc moleſtiam ſibi. Mittit ſalvum conductum à rege, qui liberum tranſitum permittit, nihil impedio, quod Caſalæ nulla ibi mentio.

Sententiæ igitur primicerii defuncti inhærens, omniumque eorum, qui Galliæ benevolunt, non putavi me errare, ſi adventum ipſius impedirem: remanſiſſet enim & magnam ſumſiſſet authoritatem in Senatum, cujus futurus erat caput, magnas turbas daturus. Conſtituit igitur excendere, & terreſtri itinere à Ponte Eſturano Briennam petere, ubi cymba foret præſtò. Senatoribus id volupe fuit, quos credo unanimiter facturos officium; aſſenſit etiam Mantuana, poſtquam edocta fuit, neminem ſine regis aut tuo mandato recipi: quam ipſis benevolentiam vult teſtari.

Promiſerunt mihi, ſeſe nullum conventum acturos, ubi de republica aut militia deliberetur, niſi me præſente. Quod Mantuanæ redditus ſpectat, & adminiſtrationem reipublicæ, pergent, uti ſimul conjuncta opera fecerunt. Pars illorum ſunt ſtudioſiſſimi commodi regii, adeo ut confidam, eos operæ futuros pretium; quod ſi præſtent, meruerint effectum gratiæ, quemadmodum Cardinalis eos recommodavit de meliore nota, ſi qua ratio extaret ſtipendij ipſis adnumerandi: novit enim eos.

Exiſtimavi ego, conſultiſſimũ fore regiis commodis, ſi

Digitized by Google

Senatus ſimul ageret, Epiſcopo enim illum moderante non licuiſſet carere turbis, ob factionem ipſius. Demonſtro tibi, quomodo proceſſerim in hoc negotio, & rogito humillime, ut credas, alium mihi non fuiſſe ſcopum, niſi ut inſervirem regi, cum id deberi cenſerem. Quæ de inquiſitione ſunt reliqua, ſuperſedebo, cum res diſquiſitione digna: lubeat tibi mandata expedire, ut obſequar cum omni ſollicitudine & ſtudio, uti debeo, quo rectius merear credi, quod ſum.

Tuus, &c.

XXIV.

Inſtruitur Emerius de rebus Pedemontij & Sabaudiæ.

EMerius quantocius ibit Lugdunum, ibi convocabit Gravæum, Imbertum & alios, quibus à Rege erat injunctum, ut exercitum in Italiam trajicerent: ex iis diſcet ſtatum copiarum, tempus progrediendi, obſtacula pro virili removebit: & ut expeditius tranſeat, ad Cardinalem Valettanum perſcribet, ut ille copiam tranſeundi impetret parti copiarum, per Sabaudiam. Ocyus nuntiabit Comiti Aletiſio & Mareſchalco Schombergio, ut copiæ ex Occitania procedant & Proventia per Barcellonettam; ut uterque forum annonarium conſtituat per provinciæ ſuæ latitudinem, nihil attentis quibuſcunque difficultatibus.

Lugdunum appulſus, Cardinali Valettano nuntiabit ſtatum rerum militarium, ex cuius mandatis copias promovebit aut tardabit.

Vbi res Pedemontij fuerint prægnantes, ut tranſitus copiarum differri non poſſit, donec univerſæ confluxerint, mediam earum partem, aut quantum fuerit præſto, præmittet, ducibus retentis, qui reliquum agmen, ubi expeditum ſit, deducant.

Cum autem copiæ minus paratæ, & quibus ſcribendis

dis maiores occurrant difficultates, ſint Occitanianæ, poterit, prout ipſi videbitur, abire uſque ad Schombergium, ut copiæ illæ tempeſtivius progrediantur.

Si Cingium foret captum, aut res Pedemontanæ ex novo aliquo caſu factæ eſſent deteriores, tum Emerius relinquet mandata neceſſaria Lugduni, in Delphinatu & Occitania, ad tranſmittendas illas copias, iturus Pinierolam, ut illic rerum ſummam diſcat, curetque pro virili.

Pinierolæ inviſet ad Maliſſium, & Curium, ut ſic promoveat, munimenta illius loci, eamque ſecuritatem circumdet, quâ ſiniſtri caſus averruncentur. Si fieri poſſit, quocunque pretio, geminos apparatus inſtituet, alterum Pinierolæ, alterum ad fanum Brigidæ, ne tamen ſeſe invicem remorentur. Quoſcunque difficultates ſuperabit, ut hunc effectum adipiſcatur; pecuniam, quantam expenſæ poſtulabunt, Curio adnumerabit, cambiales ſumet ad Pariſios, quæ propediem exoluentur. Vbi vero non poterunt fieri gemini apparatus, ante omnia Pinierolæ firmabit omnem ſecuritatem, munimenta Divæ Brigidæ defenſione certa amplexabitur & Peruſæ.

Poſtquam Emerius mandata neceſſaria Pinierolæ expedierit, tum munimentis promovendis, tum ſecuritati firmandæ; perget Turinum ad Duciſſam: cui fiduciam faciet benevolentiæ & protectionis regiæ, quoad perſonam ipſius & rempublicam, cum Cardinale Valettano deliberabit, quomodo cum eâdem fuerit agendum in re præſenti.

Exiſtimat rex, obſidione Cingii, quod ſperatur, ſolutâ, rebus Pedemontanis in ſtatum priſtinum reſtitutis, tum nullam propoſitionem ſorti committendam, de reddendis occupatis, quæ regia emolumenta, & ſecuritatem Pinierolæ, quem locum Duciſſa in manus regis reddiderat, ſpectant, ne hoſtes Galliæ inde occaſionem ſumerent, Duciſſæ animum pervertendi, cum Hiſpani alias adponerent, donec inſtigantibus fratribus illa induceretur ad diſpendium regiarum, ſuarumque partium: ſed ut iſta, quantum fieri poterit, inſinuentur per

intimorum principes, aut ubi aliquatenus animum permiſerit, quamcunque inſtituent rationem Cardinalis Valettanus & Emerius, ut optata referant.

Sed ſi Cingium capiatur, & res Pedemontanæ ex quovis caſu labefactentur ad exitium proclive; ibi Emerius Ducissæ demonſtrabit, id unum remedium exitij penitiſſimi ſupereſſe, ut ipſa Hiſpanis, fratribuſque ſuis denuntiet, nulla alia ſalutis & ſuæ & publicæ ſibi relicta media, quam ut filium & munimenta penitus permittat Regi, qui exitium ſit præventurus, & Hiſpanos ex occupatis ejecturus, certiſſima utique, Regem redditurum omnia, quandocunque Hiſpani ſua redderent.

Emerius non ſolum proponet Duciſſæ hanc rationem, ad ſiſtendos Hiſpanorum per Pedemontium progreſſus; ſed ubi rerum viciſſitudo minetur patriæ exitium, Duciſſæ ex parte regis dicet, Quamdiu ipſa diffidat Regi, quod hactenus fuerit animadverſum, loca Pedemontana non tantum paulatim amitti, uti compertum ſit à morte Ducis Sabaudici, ſed & protectionem à rege non poſſe ſuſcipi feliciter, niſi Duciſſa ipſi fidat aliquot loca, ad conſervationem reliquorum penitus neceſſaria.

Explicandum fuerit ad oculum Duciſſæ, hâc ſolâ ratione mala fratrum & Hiſpanorum conſilia ſiſti: fratres utique conſideraturos, ſi male habeant Duciſſam, Galliæ ceſſuram aliquam partem reipublicæ, quam ſibi expectant; Hiſpanos vero, ſic regem ad obluctandum potentius invitari, cum eo modo hyberna poſſet ſumere alicubi, provinciâ exoneratâ, copiis neceſſariis, ad rempublicam tutandam, & Hiſpanos à ſubreptionibus vernis, quod ſolebant à biennio, arcendos.

Sive Emerius, aut alius quiſpiam iſta proponat, offeret Duciſſæ eam ſecuritatem, non per ſimplicia promiſſa, ſed per literas magni ſigilli, quam à rege deſiderare poſſet, ad reſtitutionem illorum locorum, & uſumfructum redituum. Prudentiæ relinquitur Emerii, ut inducat, ſi queat, Duciſſam ad propoſitiones iſtas ſponte ſumendas: tunc poterit teſtari, Regem difficulter huc evaſurum, ob immanes ſumtus, quod conſervatio Pedemontii exigat, ſine emolumenti reciproci ſpe. Quæret etiam occaſionem

Digitized by Google

ab ipſa petendi, nomine per mutationis, ſtipendii, aut cujuſvis rationis valles Dendroniam, Divi Martini, Luſernæ, Reueli, Brigeraſij, Cahurſij, & qui diſtrictus ulterius pertingunt uſque ad Pinierolam, neceſſariæ utique ad conſervationem illius loci, commodæ etiam aliquatenus ad compenſandos ſumtus, quos rex cogeretur facere ad protectionem à Duciſſa quæſitam.

Quod ſi Duciſſa inceptaſſet aliquam tranſactionem cum Cardinale & principe Thomâ, ſive de mediis partibus fovendis, ſive de armiſtitio, aut alia quavis ratione; tum proteſtabitur Emerius ex parte regiæ majeſtatis, iſtiuſmodi tractatus inferre rupturam unionis. Quod ſi Duciſſa cogitaret tranſigere cum illis principibus, ut eos à partibus Hiſpanorum traduceret ad regias, & Gallicanas; ibi Emerius porriget manum, oblatis à rege omnibus, quæ ad illum finem poſſent contribuere, inter cætera matrimonio Cardinali, principi Thomæ honoribus, & utrique reddendis ſtipendiis.

Si Emerius fiat certior, Duciſſam cum fratribus agere de mediis partibus, armiſtitio, aut unione cum Hiſpanis; ibi deliberabit cum Cardinale Valettano, quomodo firmari poſſint loca inter Pinierolam & Caſalam, remque confectam ſtudebunt reddere.

Emerius poterit diſtribuere Brevia, tum Duciſſæ, tum ſubditis, quæ accepit, alioſque uti videbitur, faciet ſuos; cui rei applicabit pecuniæ, quantum videbitur, eamque cambialibus apud Pariſios accipiet.

Si vero accidat, ut Duciſſa velit filium regiæ majeſtati credere; recipiendum eum curabit Emerius Pinierolæ, ut inde in regnum deducatur, ſuppeditatis per eam occaſionem ſumtibus neceſſariis.

Si Duciſſa velit copias Gallicanas introduci in loca quædam, Cardinalis Valettanus, ſine cuius conſilio Emerius illam negotiationem non inſtituet, eas immittet, ſine ulteriore mandato.

Poſtquam Emerius munimentorum rationem apud Pinierolam pro neceſſitate conſtituerit, & propoſitiones ſuperiores Duciſſæ fecerit, modo res Pedemontanæ ſint tum extra periculum, permittit Rex Emerio reditum

Digitized by Google

tum, prout ipſi videbitur conſultum. Perſcribet interea ad regem quotieſcunque poterit, de rerum ſtatu.

Emerius dabit mandata neceſſaria ad ſecuritatem Caſalæ, & impensâ additâ operâ, ne jactura primicerij animos percellat eorum, qui cum ipſo faciebant, æquè Galliæ ſtudioſi & ducis pupilli, domini ſui, cum à deſideriis Duciſſæ matris illorum res ſint ſeparatiſſimæ.

In eum finem Emerius curabit, ſi epiſcopus Caſalæ velit habitare hoc rerum curſu in urbe, ut Turius ipſi demonſtret ex conſenſu magiſtratus primarii, regiarum partium ſtudioſi, Conſultum eſſe, ut Mantuam abeat, incolatum ipſius nimiâ laborare ſuſpicione, quin per vices rerum præſentium tolerari queat Caſalæ.

XXV.

Epiſtola Cardinalis Richelij, ad Cardinalem Valetanum, amanuenſe Cheræo.

DOMINE,

NOn poſſum tibi ſatis teſtari meam ſollicitudinem, quam tui cauſa ſuſcipio, tum ob ſeriem ſiniſtram, quæ conſequi poteſt, tum ob tuam ipſius tranquillitatem. Velim enim te certo credere, nihil rerum humanarum me gravius tangere, quam ubi tu male habes.

Negligentia eorum, quibus Duciſſa credit munimenta, miſeranda eſt; & ſimul intolerabilis. Aſſevero tibi, caſum Chivaſij mihi maiorem attuliſſe dolorem, ob jacturam, quam Duciſſa fecit, quam ut tibi demonſtrare queam. Conveniet nihilominus quævis remedia neceſſaria comportari, ut ipſa à ſpontaneo aſſeratur exitio.

Omnem diligentiam, ut copiæ tuæ pertranſirent, expedivimus; miſſi ſunt & remiſſi diverſis vicibus, qui urgerent; ſcis autem, mortalibus celeritatem corvorum eſſe negatam, quod Hebronus pronum habebat dicere, ut volatu pervadant. Emerius de novo abiit Lugdunum, ut omnia acceleret.

Ne-

Digitized by Google

Neſcio, quid Argenſonius ſibi quæſiverit, cum mandaret, exercitum tuum reductum eſſe ad octodecim legiones: nihil immutatum à prima ratione, quam tibi miſi: mallemus exercitum augere, ſi facultas ſuppeteret.

Vbi adjunximus legionem, Delphinatui propoſitam, nomine Delphini, auctarium fecimus, nullâ, quæ prius fuerat deſtinata, legione ſubductâ. Verbo dicam, proteſtor coram Deo, nihil rerum poſſibilium omiſſum iri ad deſideria Duciſſæ, cum rex ipſius commoda ſemper ſit habiturus chariſſima, pro voto ipſius.

Vt rempublicam recte conſervet, neceſſum eſt peniſſime, ut conſtituat hyberna copiis, ad defenſionem neceſſariis, cum hoſtes alioqui promtum habeant, ipſam opprimere, antequam copiæ ex Gallia tranſeant.

Non longior ero in hoc ſermone, cum utilis ad futura, præſentibus nihil commodat, poſtquam Ducissa conſilia conceperit adeo firma, ut fratres tantundem mali per ſeriem rerum poſſint metuere, quantum ipſi inferre ſatagunt. Acumen tibi ingenii nullam perdet occaſionem, quin oculis glaucoma detrahas, ut proprium commodum perſpiciat, neceſſitate ingruente. Hinc plura non addo: certum ſolummodo te fecero de ſincera & fideli amicitia, quam tibi per univerſam vitam vovi, unde conabor eo magis compertum dare, per quaſcunque occaſiones, Valettanum magis ac magis eniri ad coronandum ſiniſtrum inſtitutum.

Tolono communicavi novum caſum, qui in eo negotio patuit per imprudentiam & malitiam alicuius matronæ. Chavinius rem ampliſſime ſcribit: omnes conatus iſtiuſmodi hominum erunt Deo volente vani; & ego ero in perpetuum,

DOMINE

Tuus.

XXVI.

Epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

RESciveris utique ex literis Duciſſæ, quem tumultum Chivaſij correptio, & principis Thomæ authoritas per Pedemontium excitaverint. Solus iveram Caſalam, ob mortem primicerij, dum hoſtes in agrum Monferratenſem ducunt exercitum Chanchæ hærentem. Eram ad Montem calvum, ipſis adventantibus, ut caſtellum aſſererem, & poſtridie Pontem Eſturanum, cum tamen neutrum iſtorum ſint aggreſſi. Cumque inde irem Verruam, quo juſſeram convenire copias noſtrates Turini relictas, incurſarunt hoſtes beneficio tenebrarum, adeo ut deditio fieret poſtridie, tormentis nondum apparentibus.

Quantumcunque trepidetur in illa provincia, aſſerendam tamen confido per auxilia à te ſubmiſſa. Nullas habui copias, præter illas in hybernis, quarum numerus accedebat ad mille quadringentos, cum Chancham peteremus. Crediderim centum ex noſtratibus occidiſſe & amplius, ducentos quinquaginta vulneratos, trecentos fugiſſe aut periiſſe per itinera expeditiſſima: cæteri ſeparati ſunt diverſis in locis. Agmen quadringentorum militum impoſui in Neo Aſtum, & totidem, Pontis Eſturani cuſtodes, Turinum traduxi, cujus potior eſt habenda ratio, donec alium militem liceat immittere.

Poſtquam exiguam vim animadverti Verruæ opponi, væcordiam aut perfidiam gubernatoris, juſtamque formidinem Duciſſæ Turini, redii propere, putaviq; omnes copias, quæ reliquæ nobis eſſent, eo contrahendas. Servatis enim Turino, Carmoniolâ, Aſto, Villanova, Trino & Santhiâ, confido nos amiſſa recuperaturos, quamprimum fortiores tenuerimus planitiem. Velim denique cre-

Digitized by Google

credas, me nihil parſurum vitæ meæ, ut inſerviam Regi & tibi, quod debeo in hac occaſione.

Duciſſæ deſit pecunia & omnia: ipſa ad quaſvis negotiationes avertit aures, ſine Regis conſenſu; quicquid ipſi ſuggeratur, firma ſibi conſtat in inſtituto, quod à principio mihi eſt teſtata.

Oblitus eram dicere, miſiſſe me quingentos milites cum Rupeſerverio Creſcentinum, qui circumdatum ſeſe vidit inopinato, quod doleo, cum locus defenſioni ſit ineptus. Turinum cogitabam ipſum transferre, aut ad exercitum; cum autem ſeclusus ſit, pedem referre nequit. Vir eſt cordatus, quem hîc mihi præſentem opto, aut honoratiori loco impoſitum.

Securo potes eſſe animo, quoad nos; faciemus enim quicquid fuerit in viribus noſtris, donec copiæ ex Gallia adventent. Credo te curaturum, ut copiæ quæcunque nobis ſubmittantur: equidem vitam potius projecerim, quam ut quicquam honore meo indignum committam, ut debeas credere, me cum fidelitate debita eſſe.

DOMINE PATRONE,

Tuum.

Licebit mihi denuo ad te ſcribere craſtino die, per alium Curſorem, ad vos abeuntem: hic eſt ex cenſu Duciſſæ nobilis. Putem conſultum, ut ad Duciſſam ſcribas conſolatorias, quo certior fiat de protectione Regis & tuâ.

Turini, 11. Aprilis 1639.

XXVII.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Ducem Richelii.

DOMINE COGNATE,

Redacta ſum ad incitas, quæ tibi rectius ex ore iſtius Nobilis, quam per meam manum innoteſcent: ſatis eſt,

eſt, te ſcire, mihi periiſſe ſeptem provincias, & totidem loca, ob commeatum interclusum, diſpendii augere ſummam. Prævideram utique omnem hanc calamitatem, adjuravi te, ut mitteres copias auxiliares, quæ malo ferrent remedium, aut generales concederes inducias. In primo poſtulato video tua mandata fuiſſe inania; ad alterum noluiſti condeſcendere, ob regis commoda, cuius voluntatibus me ipſam immolavi.

Neque pænitet, quin & gloriæ duco, modo hinc occaſionem ſumas, aſſerendæ famæ, ad conſervationem reipublicæ & meæ libertatis: bonam enim partem illius amiſi, & iſtius intentatur periculum; neque præter rem; cum nullæ adſint copiæ ad defenſionem, aut earum adminicula. Adjuro te igitur, mi cognate, ut utrique neceſſitati provideas, ne ſinas perire principem regio Galliæ ſanguine natam, & omnia Regis commodis immolantem. Fruſtra tibi perſuadere patieris, malum non adeo eſſe enorme, cum tantum ſit, ut facultatem linguæ & calami excedat. Quicunque diverſum tibi referunt, nec regiis, nec tuis rebus ſtudent. Conſule in medium, ſine mora, niſi interitum meum planiſſime deſideres, urge maieſtatem regiam, & promove ipſus, quæ faciunt ad meam libertatem, & tuam gloriam.

Mi cognate verſor in extremis periculis: non metus hæc mihi exprimit, virtutem enim animi demonſtravi, & nunquam non compertam dabo: credas velim, hanc mihi nunquam defuturam. Adjuro igitur te, ut opem feras, ut pateat, quod me ames, nec exitium mihi optes, cum tibi debuero vitam, & quamdiu illa mihi ſuperfuerit, ſim futura.

DONINE COGNATE,

Tua.

Turini, 11. Aprilis 1639.

Denuo te adjuro, ut opituleris, & memineris, mihi nihil confidentiæ, aut patrocinii, præterquam in te eſſe. Iuva me, quod te adjuro, nec permitte, ut peream, poſtquam gloriæ duco, tua dici amica.

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII.

Epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

HEri honorem mihi ſumſi; ut aliquid literarum ad te darem, per nobilem aliquem Duciſſæ, ad te miſſum, ut renuntiarem væcordiam & perfidiam gubernatoris Verruani. Poſt illius loci jacturam invaſere hoſtes Creſcentinum, locum adeo debilem, ut Rupeſertierius major illuc concluſus; enixa opera vix diutiuſcule poſſit eſſe par defenſioni. Quemadmodum verò promtè peribit, eadem facilitate recuperabitur.

Modo Deus præſervet nos à jactura locorum potiorum, quam quæ hoſtes corripuêre, nihil deſpero, per hanc æſtatem reſtituere Pedemontanas, ſi ſupplementa adveniant ad eum maximè numerum, quem duces promiſere. Duciſſa intra Turinum recepit legiones Lotharingicas, Senantæ, & Comitis Mauritii. In ſuburbio Eridani contineo bis mille milites, & plus, qui ſuperabant, poſt quater mille, quadringentos; expeditioni ſumtos; adeo ut Duciſſam & Turinum credam extra periculum.

Craſtino die mitto, qui Carmoniolæ impertiet, cum quingentis manipularibus, aſſeremus etiam Neoaſtum tum ut hoſtium inſtituto intercedamus, qui cogitabant poſt correpta iſta loca, Turinum laxo ambitu claudere, tum ut commeatum ſervemus liberum, in Monferratenſem agrum, & verſus Caſalam.

Supplementum Alincurtii acceſſit heri admodum forte, illud Chamblæi conſequitur. Quamprimum facultas erit agminis pedeſtris, retraham copias, neceſſario hinc inde diſperſas; ut exercitui hoſtili obviam procedam. Id unum metuo, ne inter tranſmittenda ſupplemēta tantum interſit temporis, ut poſtrema diutiſſime expectentur. Quicquid accidat, humillimè te rogito, ut credas, me omnem

omnem ſollicitudinem pro virili allaturum, ut impediam calamitatem, ex perduellione provincialium metuendam, ſuſceptam etiam reſarciam, de quo nullus deſpero; cum nihil tam vehementer deſiderem, quam ut eligam ex tua mente, dignus honore, quem habuiſti, teſterque quod ſim ex ſenſu debitæ gratitudinis.

DOMINE PATRONE,

Tuus.

Turini, 12. Aprilis. 1639.

PERNOTAS.

CAſalâ reverſus, occurri Nuntio, qui ibat ad principis, propter aliquas propoſitiones cum Duciſſa: Ipſa mihi aſſeveravit, ſeſe nullam illarum unquam accepturam, niſi ex conſenſu Regis: crediderim ipſam in eo metu, quo urgetur, omnia facturam ad lubitum Regis. Nuntius mihi ajebat, quod ſua ſponte non loqueretur: id quod non recuſavi; putem etiam principem Thomam ipſi locutum, cum eum adiret, ante aliquot dies; tametſi dicatur Nuntius iſte ſuſpectus, audiendum tamen cenſui.

XXIX.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE,

PEſſimo ſum loco, recommendo tibi liberos, & meam libertatem: ſi Deo viſum fuerit de perſona mea diſponere, curam gere filij mei chariſſimi, ut hoc ſaltem ſolatio fruar, & credere poſſim, me tibi adeo dilectam fuiſſe, ut ipſi libertatem & rempublicam aſſerere velis, ut & filiabus, quæ natalibus reſpondent. Adjuro te hoc; in manus tuas illos trado, tanquam chariſſimi amici, quem in hoc mundo habeam.

Sup-

Digitized by Google

Suppetias neſcio, an in eo ſtatu, ubi me video, expectare cum otio queam: ne ſaltem peſſime diſperea m, confido tibi, fac quod rebus meis conſultum videbitur, mea commoda tuis permitto conſiliis, & eorum, qui mihi ac Galliæ inſerviunt. Sum denique.

DOMINE COGNATE,

Tua.

Turini, 13. Aprilis 1639.

XXX.

Epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

DUciſſa mittit iſtum Curſorem ad regem, opem petitum, non amplius dubitans, quin princeps Thomas, & Marchio Leganeſius Turinum ſint invaſuri: princeps ille cum univerſo exercitu equeſtri proceſſit Vulpianum uſque, & aliquot copiæ tribus millibus diſtant: intra oppidum contraxi reliquum peditem, certus, huc, concludi, ſi hoſtes audeant aliquid, & defenſionem ultimam parare. Spero te mandata ad Pedemontium neceſſaria expediturum, cum perduellio fere gliſcat generalis: numeramus ter mille, quingentos Gallos, quibus comprehenduntur duæ legiones, Senantæ & Lotharingorum.

Princeps Thomas viſitavit Nuntium, & Cardinalem Sabaudiæ: nulla ibi ratio tranſigendi, niſi Duciſſa partem tutelæ concedat, quod illa admodum averſatur: Promittit mihi, nihil ſeſe ſine regis conſenſu facturam. Credo, ipſam conſtituiſſe Pinierolam ſecedere. Spero, me comprobaturum meam in hac occaſione operam, aſſeverans tibi, me potius mortem oppetiturum, quam officio defuturum. Alias ſcribam, plus otij nactus.

Nuntius certum facit, hoſtes habere ſub ſignis decies ſepties mille pedites, & quater mille equites: putem, eos

eos invaſuros ad Turinum, aut Aſtum: quid ſit futurum, pauculi dabunt dies. Rogito humillime, ut mihi conſerves honorem tuæ benevolentiæ, credaſque, me nunquam futurum ingratum ad ea beneficia, quæ à te habeo, adeo ut ſummum meum deſiderium fuerit; ut tibi teſtatum faciam per humillima mea officia, quod ſim.

DOMINE PATRONE,

Tuus.

Turini, 13. Aprilis. 1639.

Gubernator Verruæ eſt in exercitu Hiſpanorum; ubi ſtipendium facit; quod magnum proditionis eſt argumentum.

XXXI.

Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium.

DOMINE COGNATE,

NOn decet fortitudinem jactare, ubi effecta apparent, aut metum ſimulare præter occaſionem: nihil dico, niſi hoſtes ſubiiſſe hunc locum ex una parte, Mando tibi rem ipſam per iſtum Nobilem; quo in ſtatu verſetur oppidum. Adjuro te, ut mihi opem feras: recordare, unicum mihi ſolatium in te collocari, nec libertatem meam aliunde ſperari, quam etiam alibi quærere nolo. Adjuva me, ne peream, Galliæ inſerviens, quod fit. Auge tuam gloriam eximio hoc honore, ſi liberator audias Principis oppreſſæ, & extremè afflictæ; tuere juſtitiam meæ cauſæ per arma regis juſti. Cæterum omnia tibi confido, & finio, extrema, quæ me urgent, expeditura, aſſeverans tibi, me fore in æternum.

Tuam.

Turini, 14. Aprilis 1639.

XXXI.

XXXII.

Epiſtola Emerij ad Cardinalem Richelium.

CVrſor tibi nova perfert, quomodo hoſtes progrediantur verſus Turinum: ibam in Delphinatum, Occitaniam, & Proventiam, ut omnes omnino copias tranſmitterem, ſed iſta nova converterunt inſtitutum. Curavi adnumerari Gravio vicies mille aureos, quos inter copias diſtribuat, quæ luſtratæ in Delphinatu & Occitania nihil recepere ſtipendij, cum continuo pertranſeant. Fidem etiam in hac urbe ipſi relinquo, ut ad neceſſitatem poſſit amplius ſumere. Ipſus recta contendo Pinierolam, quod credam Mareſchalcos Schombergium & Comitem Aletiſium ex illa occaſione & neceſſitate perurgeri, quam ex mea præſentia: rogavi etiam Gravium, ut eam curam, adeoque iter ſuſcipiat.

Non poteſt metui Pinierolæ ab hoſtibus, Turino relicto; metuerim tamen, Duciſſam ex nimio pavore cum liberis ſuis pacturam, adacturamque Cardinalem Valettanum, atque adeo pauculos Gallos, ad eas leges ſubeundas, quæ ipſum à Pinierola ſecludant, quem ipſum locum defenſioni imparem crediderim, ob numerum præſidiariorum nimis exilem.

Deducam Comitem Sauſij per iſtos montes; deſero argentum, ne ulli rei deſim in hac occaſione, quam vix adeo fervidam putem, pro iſtorum ſermone, cum difficillime credam, hoſtes obſidionem formaturos loci muniti, veluti Turini, in quo concluduntur quinquies mille pedites & bis mille equites; præter trepidationem & imbecillitatem Duciſſæ, adeoque popularium exiguum ſtudium, nihil video, quod ſit metuendum.

Abbas Montanus ſcribit nihilominus ad me, laborare obſeſſos inopia pulveris nitrati, quæ tamen neceſſitas non eſt extrema, ut quicquam extremi urgeat. Cardinalis Valettanus illuc ſeſe concluſurus, adjunxit ſibi

Faberium, & complures alios duces exercitus. Finio.

Tuus.

Abbas Montanus mandat; conſultum ſibi videri; ut Comes Harcutius promoveat exercitum navalē verſus nos; ut aliquas cōpias, ſi opus foret, obſeſſis addere queat.

Lugduni, 17. Aprilis 1639.

XXXIII.

Alia epiſtola Emerij ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

DVm in hac urbe ſcribo; reperi nobilem Donni Felicis, qui me conventum vellet. Abeo igitur Baraucum; ubi collocuti ſumus: animadverti; ipſum agitare commoda Ducissæ & filii, quem cum filiabus gubernat: Recepit literas à Principibus, Cardinale & Thoma; quas legi, quibus mandant, ipſum pro labi in crimen læſæ majeſtatis, affinem conſiliorum, quæ Duciſſa ſequeretur; ipſos igitur agnoſceret, & obſequio coleret.

Vidi etiam reſponſum ipſius, quod refert; ſeſe ſi conſervet rempublicam & perſonam ſui Principis; obediatque Duciſſæ; quæ juridicialiter eſſet inſtituta tutrix & regens, nullum crimen quod crederet; incurſurum; ſed magnam laudem mereri; ipſos viam tendere ad evertendam rempublicam, cuius maximè deberent quærere commoda.

Vir iſte propinquus eſt Abbatis Montani; admodum exoſus fratribus, unde metuit in illorum incidere manus: Abbas Aglianus eſt cum ipſo. Eſt cur credam, quantum quidem judicio poſſum aſſequi, ipſum ab impoſtura eſſe vacuum.

Quæſivi ex ipſo, quæ conſtitutio eſſet Sabaudiæ, tum

cum poſt Lavaldoſti deditionem, fratres poſſent unâ noƈte tranſmittere quatuor aut quinque millia peditum, & mille equites.

Reſpondit; tenere ſeſe quingentos pedites perpetuæ militiæ, in duabus ſtationibus; in Burgo ſancti Mauritij & per viciniam excubare ad impediendum tranſitum: conſultum eſſe, ut Rex quatuor legiones ſcribat, duas in Delphinatu & duas in agro Lugdunenſi; quæ ſibi adjungerentur, ſi forte hoſtes ex Pedemontio inſtituerent in Sabaudiam tranſire.

Avebam ſcire ex ipſo, quo gradu ſecuritatis eſſent Dux & ſorores; aut quid inſtituti ipſus eſſet ſumturus, ſi forte hoſtes adeo copioſi ingruerent, ut repulſandis eſſet impar.

Reſpondit; nullas ſeſe videre principis Thomæ creaturas, ullius facinoris capaces; eſſe ſibi duo millia peditum, excubiarum loco, centum equites levis armaturæ in caſtello Chamberiano; quod ſi fratres per agros graſſentur, conſtitutum ſibi, cum duce & ſororibus in caſtellum Montismeliani ſecedere, ubi neceſſaria in triennium ſint ſepoſita.

Pergebam quærere, an Turinum obſideretur, & Ducisſa illuc concludi, pro inſtituto, ſuſtinuerit; an ipſa trepidaret, cum hoſtibus ageret, ad libertatem recuperandam, an ipſi mandaret, ut Sabaudiam & munitiora traderet fratribus; quid eo rerum eventu eſſet facturus, an Monsmelianus in ipſius ſtaret poteſtate.

Reſpondit, quicquid Ducisſa de iſtis rebus foret mandatura, nihil ſeſe obſecuturum; ſatis ſibi Imperij eſſe in gubernatorem Montismeliani, & præſidium illud; ut in ſua ſint poteſtate quandocunque voluerit; ſeſe tutaturum locum illum pro virili; ad vim extremam tradendi ſi adigatur, regem adjuturum, utpote Ducis, domini ſui protectorem, rogitans plurimum, ut hoc ipſius nomine apud regem ſponderem & apud te: comitem Philippum, & Abbatem Aglianum cauturos de ſua fide.

Inſtabam ulterius, ut ſcirem, ex ipſo; an Turinum obſidione cingeretur, & quid in Patrem Monotum vellet ſtatuere. Ad primam quæſtionem reponebat, ignorare id

id ſeſe; ad alteram reponebat, ſibi ſumma cura ſervari Patrem Monotum, quod ſua intereſſet.

Cum igitur nondum eſſem certior, an Turinum obſideretur, non cenſui ipſi demonſtrandum, conſultius fore, ut Dux & ſorores, adeoque Pater Monotus in manus Regis traderentur, ſi forte Monsmelianus obſideretur, quam ut in eum locum concluderentur: metuens plurimum, ne ingenium ipſius tentarem ſuſpicionibus, cum etiã tum de Turini obſidione ambigerem, & eo caſu ſatis eſſet cum eo agere, per Abbatem Aglianum, ſecundum neceſſitatem superventuram, & Regis voluntatem.

Hoc duntaxat placuit addere, Regem id unum deſiderare, ut ſtudium erga Duciſſam, & filium ſervaret, nihilque metueret eventum rerum: ſpondere me ex parte Regis & tuã, nunquam ipſam deſertum iri: etiam per ſucceſſum deſperatum, ipſi in Regno æquos honores, munia & opes paratas, uti in republica Ducis Sabaudici, quã de re & Rex & tu eſſetis ad ipſum ſcripturi.

Reſtat igitur, quod Donnum Felicem ſpectat, ut à Rege, aut à te accipiat literas, quibus pateat, extreme ſatisfactum Regi per illam fiduciam, quam mihi fecerit de ſtudio ſuo erga Duciſſam & filium; etiam involvatur ſpebus, quas feci, in quamvis eventum, de eo aſſerendo.

Etiam reliquum fuerit, ut Ledigerius & Alincurtius jubeantur ſcribere, quiſque geminas legiones, quod ipſis proclive, ob expeditionem adeo vicinam: remoranda tamen fuerint illa mandata, donec noſtrates copiæ tranſierint in Italiam, ne milites noſtri tranſeant ad illas novas legiones.

Quatuor illas legiones video neceſſaria, non tantum ad conſervationem Sabaudiæ, ſed etiam ad emolumentum ad Regis: per hanc enim expeditionem intelliget princeps Thomas, poſtquam pertranſierint noſtrates copiæ, nullum ſeſe operæ pretium facturum in Pedemontio; unde forte inducet animum, cum parte exercitus tranſire Lavadoſtum, in Sabaudiam irrumpere, & Delphinatem, Lugdunenſem, adeoque Breſſenſem agrum concutere.

Am-

Digitized by Google

Amplius credo , copias illas in Sabaudiam ire juſſas, ſubjiciendas Imperio Donni Felicis , cui adderetur laudatus Campiductor, qui eum amplius devinciret.

Antequam Barautum abirem, cum facile intelligerem, me non adeo repente Pinierolam perventurum , compendium mandatorum miſi ad Maliſſium & Curium, quod Cardinali Valettano perferendum curarent, negotiandum ſcilicet eſſe cum Duciſſa & ante obſidionem, & ſecundum illam ; copiam eorum itidem Chavino miſi, cuius rei mihi à te debetur mandatum , antequam cum Duciſſa agere incipiam. Conſultum etiam mihi viſum, ut Cardinalis Valettanus iſta quaſi ſua ſponte proponeret, ne perlata viderentur, aut ad aulam perpenſa.

Alioqui enim Duciſſa novæ diffidentiæ ſumeret anſam , dum neceſſitas rerum præſentium nondum eouſque premat , ut occæcationem, quam ſuſtinet, abjiciat. Quemadmodum autem ipſa vidit , me ſemper ex mandatorum illorum ſerie egiſſe , metuebam, ne, ſi ego primus ea proponerem , ipſa meum id opus crederet. Neque vero negotiari incepero , quouſque fuerit libera, ante reditum Curſoris , qui mihi referet mandata explicita.

De rebus Pedemontanis perſcribam tibi, quæ Donnus Felix renuntiavit , & quæ aliorum literis ex Pinierola & Valerio perferuntur.

Hoſtes verſabantur ad utramque ripam Eridani verſus Turinum , numerabant quinquies decies mille pedites, & quater mille equites, cum aliquot tormentis. Princeps Thomas præſens adeſt , Marchio Legaveſius nondum junxerat ſuas copias, Cardinalis Sabaudiæ hærebat Ireæ: circumvallatio nondum cepit fieri , nec ulla ſtatio ſumta, ad intercludendam annonam , nec molendina corrupta, quod tamen facillimum factu.

Veliana ſervatur Duciſſæ , caſtello probe munito. In caſtello Suſano Gallus quidam imperitat , cum aliquot cohortibus Nereſtani & Curſellani. Equites hoſtiles excurrunt uſque ad Velianam.

Turinum numerat ſex millia propugnatorum, & ſexcentos equites.

Marchio Aglianus, & Santhomaſius Pinierola juſſi ſunt exire, Turinumque petere: populares videntur rectius agere, quam prius.

Equidem adverſus omnes illas literas, quæ ex illa provincia adferuntur, non video, quomodo hoſtes ſint aggreſſuri Turinum, quodadmodum eſt munitum, & viris cordatis firmatum. Crediderim, eos acceſſiſſe, ut terrorem incuterent Duciſſæ, aut ad exeundum urgerent, & populares adverſus militem inſurgerent; denique Principem Thomam produxiſſe Marchionem Leganeſium Turinum uſque, ex ſpe alicuius colluſionis: certum autem habeo, Leganeſium ſeſe minime impediturum circumvallatione.

Si Turinum non infeſtetur, aut fortiter repugnet, de Pinierola non eſt dubitandi locus, cum hoſtes nunquam ſint relicturi à tergo locum munitum, & copiis militaribus inſtructum.

David miniſter hoc ipſo momento adeſt Pragellaſio, refertque Maliſſium ipſius remiſiſſe ducentos pedites, & trecentos equites, quos prius miſerant Pinierolam: hodie tranſmiſimus quadringētos pedites, ut ocyus pervadant

Poſtquam cura Pinierolæ iter meum in Occitaniam & Proventiam inſtitutum, ad maturandas copias interrupit, res autem eo ſint in ſtatu, uti tibi ſcripſi, parum abfui à reciprocando illo inſtituto; pergo tamen Pinierolam, ut in rem præſentem veniam, & ſi quid cauſa regia deſideret, curem, etiam de exercitu & Duciſſa ſollicitus. Vbi nulla extrema ibidem reperero, huc rediero ad principium menſis proximi, quod tempus tranſmittendis noſtris copiis & accelerandis eſt commodum.

Sic fuerint numeroſiores, ſi fieri poteſt; ubi longe magis timeo peditum, quam equitum penuriam. Quantum licet judicare de rebus longinquis, putarim conſultius eſſe, hoſtes Turinum invadere, quam alium quemvis locum; ſi enim vires alioſum converterent, deforet noſtris copiis tranſmittendis otium, ad defenſionem.

Apparet paulatim per vires & duces hoſtium lentor quidam. Quamprimum appulero Pinierolam alium ad te mittam Curſorem, ut tibi demam ſollicitudinem, quâ

forte

forte exerceris; vellem profecto aliquid adferre remedii, quod tibi gratum eſſe poſſet, quemadmodum per univerſam vitam hoc tenuero deſiderium, ut merear dici cum omni reverentia.

Tuus.

Gratianopoli, 20. Aprilis 1639.

Puto equidem, domine patrone, Barauto rectius eſſe providendum, ut defendi queat.

XXXIV.

Inſtruitur Chavinius, iturus in Pedemontium, viceſimo primo Aprilis 1639.

CAlamitas præſens Italiæ eſt gravis; quæ, niſi promte & potenter curetur, remedium reſpuet tandem.

Prout res ferunt, cogitare debet Duciſſa de extremis remediis, cum æſtimet, ſemel ad extrema delapſæ, nullum remedium profuturum.

Parva Imperia ſunt inſtar ædificiorum, quæ turgent Interſerinis, & oborto incendio conflagrant citiſſime, niſi per ſummam diligentiam ſeparentur cohærentia, ſerpet flamma.

Quamvis Emerius inſtructus ſit omnibus neceſſariis, quæ agat, & in hac occaſione Duciſſæ proponat, perſona autem non ſit admodum grata, timendum eſt, ne propter illam averſionem animi, ſalutaria reputentur noxia.

Hinc viſum, alium quempiam mittere, qui apud Duciſſam habeat aliquid authoritatis, poſſitque ipſi demonſtrare induſtrie & valide ſolum illud medium ſalutis aſſerendæ.

Id vero fuerit, ut liberos mittat in Galliam, & principaliora reipublicæ loca muniat, ne ſit cur metuat perditionem, aut propter propenſionem Pedemontij erga affines, aut propter vires illorum potentiores.

Sola via ad hanc ſecuritatem relicta eſt Duciſſæ, ut Gal-

Gallos recipiat in munimenta, quod ad ſecuritatem , & honorem ipſius fiet. Securitatem præſtabunt Regis promiſſa, de reddendis illis , quandocunque Duciſſæ libuerit: honorem præſtat, Hiſpanorum invaſio, quæ ex ratione conſcientiæ, & perinde per honorem , ipſam debet inducere ad ſolum illud remedium amplexandum , quod violentiæ tantæ opponitur.

Nihil adeo valide ſiſtet ambitionem Cardinalis Sabaudici, & principis Thomæ, quam metus , ne uſurpare ſatagentes Imperium Ducis , nepotis ſui , locum faciant Hiſpanis, & Gallis, illud diſcerpendi.

Nulla apparet via melior, nec aliud medium , ad recuperanda, quæ Hiſpani nunc corripiunt , niſi ut tantundem Regi permittatur, ut ſic Pontifex maximns & principes Italiæ obligentur, ad intercedendum , donec omnia utrinque reddantur Duciſſæ, fratribuſque ipſius ex æquo & bono ſatisfiat.

Si Duciſſa ſit capax conſilij per quam ſalutaris , geminabit Rex vires ſuas per Italiam, in ipſius ſalutem.

Sin tergiverſetur, ſemper anceps partium , regia majeſtas , coram Deo & hominibus repudiat protectionem, quam ipſi offert, cum eandem videat fore inanem.

Si Duciſſa reponat, ſubditos ſuos improbare hoc inſtitutum, demonſtrandum eſt , tempus præſens iſtis conſiderationibus non amplius moveri ; neque conſilium hoc proponi, niſi poſt facultatem à ſubditis, ex væcordia ſcilicet, & ipſam & munimenta deſerendi, permiſſam.

Si Duciſſa iſtis prætextibus utatur , ad velandam diffidentiam , quam de Gallia concepit ipſa , libere ipſi indicandum , quantum confidentiæ ipſa norit ſibi collocandum eſſe in Hiſpaniam , & in fratres, qui ſæpius aggreſſi ſint honorem ipſius, libertatem & vitam , quemadmodum ad Regem ipſa renuntiarit: quod ſi illic inveniat impoſſibilia quæque, jam aliud non extare remedium , præter iſtud, quod proponatur.

Vt autem iſtæc negotiatio ad bonum finem deducatur, Chavinius à principio nihil proponet Duciſſæ , niſi ut regio nomine teſtetur, unice miſſus , ſummum ſtudium, ſubditos confirmet , & univerſo mundo oſtentet validam

ſidam protectionem, ipſi paratam, expeditis remediis quibuſque promtiſſimis & potentiſſimis, ne calamitas augeſcat, ſed ſuſcepta ſarciatur.

Secundum hanc propoſitionem generalem, conabitur Ducisſam inducere, ut ſponte diſpiciat, quæ ſunt uſui, idque tribus hiſce capitibus.

Primum fuerit, ut firmentur loca, commeatum Caſalæ præſtantes.

Alterum, ut ingreſſus in Italiam pateat Regi magis ac magis, ſi nempe caſtella Regi permittantur, quæ introitum in Valles ſervant, utpote Cahurium, Ruelum, Conium; & quæ per vallem Breſæam ſunt ſparſa, inprimis Remonum, & quæ loca hoſtem ex partibus Sanchæi deſcendentem impediant, ne occupet clauſtra omnium illarum vallium, intercluſa omni facultate Galliæ, ad Pedemontium aſſerendum.

Poſtremum, ut Duciſſa liberos ſuos in tuto collocet, loca, quorum diſpoſitio in republica ipſi eſt relicta, firmet.

Ad hoc ultimum neceſſe eſt, ut intelligat, non poſſe aſſeri illa loca, niſi tradantur Gallis, quos ſuos fecit; mature hanc rem expendat, cum per fratrum optatiorem curſum, amor & ſtudium ſubditorum minuatur: unde ſumma rerum tandem eo poſſet evadere, ut per extremorum ſortem à ſubditis nihil agnoſcatur, cum viceverſa munimentorum compos, quibus illi in obſequio continentur, eundem effectum auferat, quem amor & ſtudium præſtarent.

Quicquid Duciſſa hic agere queat, fuerit cura, primores reipublicæ ſuis, & ſimul Galliæ commodis involvere.

In eum finem demonſtrandum ipſi fuerit, neutiquam à ſpecioſis verbis, & ſpe futuri quicquam emendicandum, cum ipſa in eo rerum ſtatu debeat beneficia expromere, quæ ipſis ſint perpetua.

Hæc ſpes firmandæ fortunæ non aget radices fiduciæ, niſi ex voluntate Galliæ, ad protegendam Duciſſam unde obligabitur ipſis per effecta demonſtrare, quomodo ſeſe penitiſſime tradat Regi, velitque, ut illi Galliæ, ob beneficia futura adhæreant.

Digitized by

XXXV.

Epiſtola Cardinalis Richelij ad Duciſſam Sabaudicam.

DOMINA,

NVllus dubito, tuam Celſitudinem in extrema verſari ſollicitudine, propter res Pedemontanas; patieris tamen, quod te rogatam volo, ut tibi dicam, non ideo eſſe trepidandum, aut animum deſpondendum, cum habeas fratrem Regem, qui conſtituit univerſam ſuam potentiam præſtare tuæ protectioni, ut opem ferat, & fratres tuos in ſiniſtro conſilio impediat.

Chavinius, quem Rex ad te mittit, tibi novam illius nomine faciet fiduciam, eademque opera demonſtrabit, eximio conatu in Gallia ad eum contendi finem, recenſebit copias, in Pedemontium abeuntes ad tui defenſionem, ſtudiumque meum in hoc negotio promovendo.

In eo rerum ſumma, ut munimentorum cuſtodes fidem ſervent, donec noſtrates copiæ perveniant; ſic ſatis habuero te humillime rogaſſe, ut ipſi omnem fidem habeas, cui ego penitiſſime confido; credaſque me nihil obliturum eorum, quæ meæ fuerint facultatis, ut tibi comprobem, quod ſim,

DOMINA

Tuus humillimus &
obſequentiſſimus
cliens.

CARD. DE RICHELIEU.

XXXVI.

Digitized by Google

XXXVI.

Epiſtola Cardinalis Richelij ad Cardinalem Valetanum, ſine ſubſcriptione.

DOMINE,

PAucula iſta verba non faciunt, ut cognoſcas ægritudinem animi, quam coquo ex rebus Pedemontanis, tibi notiſſimis, uti confido, ſed ut tibi dicam, modo Duciſſa ne deſit ſibi ipſi, Regem quidvis facturum, ut ipſam aſſerat ab injuſta oppreſſione Hiſpanorum & ſubditorum, hic cardo rei, ut ſuppetiis adferendis indulgeatur tempus.

Mitto tibi Chavinium, vice legati extra ordinem, ut univerſus mundus cognoſcat, protectionem, quam rex Duciſſæ deſtinat, & ipſa ſciat, Longavillanum cum novo exercitu ire in ſuppetias. Puto, te nihil reliquum feciſſe, ſollicite muniendæ Carmaniclæ, operamque dediſſe, ut Duciſſa munitiora ſuæ provinciæ firmet.

Conium & Ruelum prorſus ſunt neceſſaria, ut cum Pinierola ſerventur vallium exitus. Sponte ſcis, quantum momentum trahant Nicea & Momelianum.

Craſtino die expediemus Curſorem ad Comitem Alecíſium, ut ſecundum petitum tuum mille pedites habeat paratos, qui Niceam & Villamfrancam imponantur, ad Duciſſæ mandatum, modo authoritate ſatis ampla etiamnum polleat, ad introducendas copias noſtrates in munitiora.

Si Turini incolæ teſtentur ſtudium anceps quocunque modo, nihil conveniet ambigere de iis exarmandis.

In eo ſumus toti, ut copiæ Pinierolam tranſeant.

Per Deum te oro, ut tibi ipſi parcas, aſſevero tibi, vel propter tuum commodum, me omnia expediturum, ut ſuppetias feram, teque ex hoc negotio cum laudo educam, cum certo ſim futurus in perpetuum, &c.

20. Aprilis 1639.

XXXVII.

XXXVII.

Epiſtola Emerij ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

HIc oſtendi Curſorem, Pinierola ad me miſſum, qui mihi nuntiaret Turini obſidionem: niſi aliquid habeat ſub hoc inſtituto, quod nondum aſſequi licet, hoſtes ignominiam reportabunt, adeo ut exiſtimem, laudes Deo agendas, qui mentem in illas partes flexerit.

Pinierolam adjurant me, ut revertar, & copias adeoque pecunias promoveam: putavi igitur, meum eſſe ex vicinia tranſire, ut Duciſſæ inſtitutum, Marchioni Villano egreſſo cum jam obſideri inciperet, datum noſcerem, nempe quæ ſpectant Pinierolam, hoſpitia & ſuſtentationem copiarum adventantium, anguſtiaſque Suſanas ſervandas. Exinde abiero, ad copias tranſmittendas, & curanda, quæ Regis & tuum attinent commodum.

Depi operavi ad tuæ memoriæ ſubſidium delineare, quæ in hac occaſione ſcitu & factu fuerint neceſſaria, tumultuariè & ſine ordine, quod Curſorem retinendum non putarem, aut iter meum retardandum. Mitto illud ad Chavinium, ut tibi exhibeat. Conſtitues igitur, quicquid videbitur de ea re, ut tuam ſciam mentem. Certiſſimus eſto, me non defuturum ulli rei, quæ tua commoda ſpectet, cum eodem ſtudio, quo tibi devinctus ſum per univerſam vitam, nempe,

Tuæ Eminentiæ

DOMINE PATRONE

humillimus, obſequentiſſimus, & devotiſſimus cliens,

EMERIVS.

Gravæ, 21. Aprilis 1639.

XXXVIII.

Digitized by Google

XXXVIII.

Epiſtola Cardinalis Richelij, ad Emerinum.

DOMINE EMERI,

Vidi univerſas literas, quas huc ſcripſiſti de rebus Italiæ, poſtquam in Delphinatum abiiſti. Nihil poteſt addi ad ſollicitudinem, diligentiam & ſtudium, quæ in negotio Regis præſtas. Crede mihi nihil ulterius poteſt inſervire commodis regiæ maieſtatis, ad Duciſſam juvandam, quam quæ hic agitantur, cum conſtitutum ſit, præter exercitum Valettani, etiam illum Longavillani trajicere, in Pedemontium, ut Imperium ipſi rectius conſervetur, & ipſa adverſus quoſcunque hoſtium conatus aſſeratur.

Stupeo ad Hiſpanorum inſtitutum, Turini obſidendi, cum eas, quas ſcribis, habeas copias. Si enim oppidi gubernatores faciant officium, de quo nullus dubito; ſpero Hiſpanos ignominiam ſuſcepturos Exercitus Longavillani movebitur die Mercurii, ipſius Lugduni erit, præſto, antequam copiæ confluant.

Edocenda eſt Duciſſa de validis ſuppetiis, quæ deducũtur.

Longavillanus Imperio ſummo complectetur utrumque exercitum, quamdiu Cardinalis Valettanus concludetur; poſtea quilibet ſuum ducet exercitum.

Mandatum eſt Mothano, ut nihil expectato Longavillani exercitu, cum quater mille peditibus, & mille equitibus procedat, & anguſtias Scluſæ tranſeat. Hic videtur, primo hoc agmine coniuncto cum iis copiis, quas ex Cardinalis Valettani exercitu trajeceris, tentandum eſſe aliquid ad opitulandum Duciſſæ ex more Gallicano.

Curabis ut fora annonaria per Sabaudiam Copiis Longavillani præparentur. Omnino aſſerenda eſt Carmaniola & Villanova, Cahurium, ſi queas, Ruclum & Conium, id quod Duciſſa non putatur recuſatura, cum ſine illis locis provincia difficillime poſſit ſervari.

Con-

Omnis mihi confidentia in te eſt, quæ mihi ſpem facit tuorum auxiliorum, ne per eam te vidente ob Galliæ commoda, quæ curo. Id vero te adjuro, ut me credas, &c.

Turini, 19. Aprilis 1639.

XL.

Epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalem Richelium.

DOMINE PATRONE,

QUamvis proxime mandaverim, hoſtes infeſtaſſe hanc urbem, non tamen poſſum, quin indicem, quarto decimo hujus menſis eos tranſiiſſe flumen Staræ, caſtra poſuiſſe Madonæ campeſtri, poſtridie perveniſſe Grulia-ſcum & Rivolum, & per decimos; ſextum ac ſeptimum ſubſtitiſſe; abiiſſe de hinc Mancalerium verſus, non trajeciſſe Eridanum, ſed caſtramentatos Valentinii.

Eodem die equites Pedemontani valde trepidârunt, deſtituentes quadringentos ſclopetarios, qui ipſorum cauſa prodierant, adeo ut pene omnes perierint. Decimo octavo occupârunt ſuburbium Eridani, quod ſervare nequibamus: decimo nono progrediebantur per illud Eridani ſuburbium, ædificiis tecti, ubi ſatis acriter conflixi mus. De nocte nihil promoverunt, præter duos ſuggeſtus excitatos, ad gemina tormenta, quæ viceſimo inceperunt detonare.

Cum ſuggeſtus illi admodum ſint remoti, nihil nocituros puto, quantumvis vim ſimulent. Credo equidem id unum quæri, ut Duciſſa cum ipſis agere inſtituat. Dicebat mihi Nuntius nudius tertius, principem Thomam, & Marchionem Leganeſium offerre reſtitutionem Chivaſij, Creſcentinij, Verruæ & Lavadoſti, modo Galli exirent Pedemontij munimentis: Cardinalem Sabaudiæ, & principem Thomam conceſſuros ipſi tutelam, mo-

modo aſſereretur ipſis ſucceſſio, & Cardinalis Sabaudiæ alicubi per Pedemontium commoraretur, adeo ut etiam ferrent continuationem ligæ cum rege initæ.

Ducissa, cum omnibus ſuis teſtabatur aliquam propenſionem: ſed Nuntius referebat poſtridie, omnia eſſe immutata, Leganeſium ſervare velle Verruam & Creſcentinium, ut reditum copiarum regiarum ex agro Monferratenſi impediret. Duciſſa tamen mihi dicebat heri, malle ſeſe potius emori, quam à cauſa regia ſeparari. Debeo nihilominus tibi indicare, me adeo magnam in animo Comitis Philippi animadvertere formidinem, ex querimoniâ deficientis pulveris nitrati, & de incolarum perverſitate, ut non præter rationem metuam, ne Duciſſam deducant ad incommoda quædam pacta.

Non dubitabis, quin omnem operam ſim impenſurus ad ea ſubvertenda, ipſamque admonendam, quomodo nihil metuere debeat, poſtquam via ſit libera exercitui, à rege ad ſuppetias ferendas miſſo; proceſſum jam uſque ad limites, jam jamque in Pedemontium deſcenſurum. Sunt qui ipſi ſuggerant, quamvis hoſtes nullis hoſpitiis utantur, aut laboribus exerceantur Velianam verſus, adfuturos utique ad clauſtra Galliæ occupanda, antequam copiæ regiæ poſſint accedere.

Teſtatum ſic faciunt, quantopere deſiderent, Duciſſam tranſactionem inceptare, id quod ego præ omnibus metuo, cum non tam hoſtes, quam Pedemontanos metuam malevolos. Diſpicies hinc, quæ remedia fuerint adhibenda. Equidem fidem do, nulli me parſurum operæ, ne cauſa regia detrimentum patiatur, eroque per univerſam vitam, præter gratitudinem & fidelitatem animi, quam debeo,

Turini, 20. Aprilis.

Supplico tibi humillimè, id agas, ne legatus Sabaudiæ iſtas videat literas.

XLI.

Digitized by Google

XLI.

Sylloge rerum Pedemontanarum & Sabaudienſium, exhibetur Cardinali Duci à legato Sabaudiæ viceſimo tertio Aprilis. 1639.

QVæcunque copiæ præparentur rebus Pedemontanis, non tamen ſatis tempeſtivè pervenient ad liberandũ Turinum: proculdubio judicaverint Dux Longavillanus & miniſtri regii, Pinierolæ congregati, omnino neceſſum eſſe, ut auxilia per vim apertam tententur, ſi ipſis conſtet de ſiniſtro ſtatu illius loci, ut quantocyus exercitum decies mille peditum & ter mille equitum conflent, ex reverentia in Duciſſam, quæ intra Turinum concluſa in eminentiſſimo verſetur periculo, ne in poteſtatem hoſtium delabatur.

Chavinius qui legatum agit extraordinarium ad Duciſſam ex parte regis cum Emerio, ante ipſum Pinierolam delato proſpicient, uti rogantur, ut copiæ Duciſſæ, quæ illuc convenient, queant ſubſiſtere, ad rationem regiarum, ne dilabantur à ſignis. Rogatur etiam Comes Guichius, ut eas ſuſcipiat, & pari cum regiis amplectatur cura.

Quemadmodum vero maximi fuerit momenti, ut Turinum obſidionem extrahat, quantum poterit, ut otium ſuppetat copiis auxiliaribus, ad conveniendum; neceſſum eſt, quotieſcunque fieri poterit, ut Duciſſa regia & Cardinalis Valettanus certiores fiant, de ſuppetiis adventantibus, & neceſſaria in urbem comportentur, veluti pulvis nitratus, & argentum, quibus militi ſatisfiat, præter ſumtus extra ordinem ſuſtinendos.

Quod ſi per ſiniſtrum caſum periret Turinum, fruſtra adhibitis omnibus, quæ induſtria & virtus ſuggerere poſſent mediis; non tamen animus foret deſpondendus de rebus Pedemontanis, aut intermittendus conatus: quin potius fortiter & valide res fuerit promovenda, cum rationes pateant glorioſè abſolvendi.

Digitized by Google

Vt autem bene incipiamus, conſervandi ſunt, exercitus integerrimi, ubi annona primum & ultimum eſt, ſaſtuque promtum, dum hoſtes ad Turinum occupantur, ut interea promtiſſime proſpiciatur Carmaniolæ de rebus ad conſervationem neceſſariis, ruinæ etiam per anguſtiam temporis pro virili ſarciantur. Fiet autem ex Pinierolâ per ſubſidia miniſtrorum Ducalium, cum illic ſint præſto, Præſidentes nempe Cheva & Muruſſus.

Idem tentandum, ſi queat, Neoaſti, modo granaria Pedemonti ſerventur, Savilianum ſcilicet & Foſſanum frugibus turgida; exhortandi ſunt ut officium faciant, ſubornatis potentiſſimis apud populares: quibus auxilia vægrandia à rege ventura perſuadeantur, ad hoſtes exterminandos. Ante omnia vigilandum eſt propter Paſam, Saviliani gubernatorem.

Poſtquam proſpectum fuerit de annona exercitui numeroſo, licebit valide agere, cum hoſtes debilem luctam præbituri ſint ob vires ex diuturniore obſidione fatigatas & enervatas. Sic enim curam gerent reficiendi militis, nec ulterius ſeſe impediri patientur in medio noſtrorum munimentorum, centroque Pedemontij, quo pervolaverunt quaſi.

Cum ſic igitur ex agro diſceſſuri ſint, proclive fuerit, loca limitanea annona inſtruere Santhiam nempe, Trinum & Caſalam exigua regiorum equitum opera, dum pedites Chivaſium, Creſcentinium & Verruam, non diuturnæ loca luctæ, recuperant, niſi hoſtes longum ſeſe muniendi ſumant ſpatium temporis.

Et ſine temporis jactura, poſſet in tranſcurſu ager Turinenſis, vaſtari, & eadem operâ obſidio laxa addi.

In eum finem reſtaurandum foret caſtellum Moncalerij, recipiendis ducentis ſclopetariis, equitibus per oppidum ſtabulantibus, ut ex ea parte præſidiarij Turinenſes redigerentur intra muros. Vt autem equites ſecurius degant, civibus quibus aliquot foſſores addendi, injungetur reſtauratio oppidi; excitabitur munimentum aliquod exile ad Pontem extremum Eridani, tutando tranſitui. Neceſſum itidem foret, aliquot ſclopetarios in caſtellum

Cavo-

Digitized by Google

Cavoreti collocari, unde Moncalerium protegitur ex parte montis Turinenſis.

Præſidij etiam aliquid in caſtellum Rivoli imponendum, quod patrocinaretur equitibus in oppidulo, qui ex illa parte vellicarent præſidium Turinenſe. Recuperato Chivaſio, iſta urbs nulla ſubſidia poſſet ſuſcipere, neque ex monte Turinenſi, cum id facile impediri queat: ea igitur ratione ſecundum brevem temporis tractum neceſſario ſuccubuerit.

Creſcentinio & Verruâ receptis, Iuræa ſponte reſeraret portas; ut autem introitus Lavoldaſti aſſereretur, ex illa parte, præſidia ſine ulla difficultate imponerentur in caſtella Barri, & Muſui.

Quod ſi per iſtos armorum motus exercitus hoſtiles recuperaret vires, aliquid auſurus, cui regius teneretur ire obviam; aut adeo creſceret, ut Turino liberando par videri poſſet unde metuendum foret, eam urbem diutius in alienis hæſuram manibus; conſultum foret, ex regio exercitu ſegregari mille ducentos, quingentosve pedites, cum aliquâ turma equitum, qui ſtationem Vulpianam caperent, ubi commodiſſimè omnium in Pedemontio hoſpitatur exercitus, propter compluria opima oppidula per viciniam ſparſa.

Tum vero promtiſſimè muniretur caſtellum, exigua ſane opera, cum priſca munimenta etiam extent latentia. Statio illa tanti eſt ad Turinum momenti, ſi in poteſtate hoſtium relinquatur, ut tranſitum aſſerat copiis, quæ ſecundum Turinum, ex agro Mediolanenſi, ad latus montium Canavertorum, in valle Suſana, Pinierolam, aut in illam partem Pedemontii, quæ citerior eſt, ſint deducendæ.

Maximopere vero eſt prævidendum, ſi forte hoſtes occupent Turinum, antequam regius conſtaret exercitus Pinierolæ, nec ulterius vellent progredi ex metu illius exercitus, qui exiguo temporis ſpatio poſſet prævalere, & ipſis exitium minitari, ne ſtationem Vulpianam corripiant, qua permunita, occluderent

 penitus

penitus illam partem Pedemontii, quæ eſt Chivaſio ulterior: quâ ratione Trinum, Santhia & Caſala, cum reliquo omni Monferratenſi pauculo tempore incideret in illorum manus; ex illa igitur occaſione fuerint præveniendi, ſi fieri poſſit.

Verum enimverò, ut iſta omnia meditata rite deducantur in effectum, ſervandæ ſunt pro virili anguſtiæ Pedemontij, particulariter autem Vallis Suſana; quod conſtante Turini obſidione eſt proclive, hoſtibus caſtella Velianæ & Suſæ nondum occupantibus. Illud enim Velianum poſſet muniri & inſtrui à Pinierolâ, quemadmodum iſtud Suſæ ex Sabaudiâ, ſi copiæ maturius eo deducerentur, ut per omnia neceſſaria muniretur: cui negotio Donnus Felix accommodaturus eſſet viros induſtrios & diligentes.

Neque tamen contemnendi fuerint ſecundum iſta Hiſpanorum Comitenſium per Sabaudiam conatus, ſi quæ vires exoticæ, uti promittitur, ipſis accedant, nec ex Gallia per abſentiam Ducis Longavillani turbentur. Poſſent enim involare aliquem tranſitum, qui per Sabaudiam Lavaldoſtum uſque pertingeret, ad communicanda cum Hiſpanis conſilia.

Cum autem nunc poſſideant Iuræam, & Lavaldoſtum habeant propitium, neceſſum eſt, ut machinationibus utrinque obvietur, & conſilia ipſorum tempeſtivè noſcantur, id quod Lavaldoſti proclive eſt, propter commercia per Tarantæſiam cum ipſis, unde Senatorum quidam poſſunt locum diſpicere artificiis, quæ Hiſpanorum negotiationes inſtitutas aperiant.

Hæc autem conſilia nequeunt executionem attingere, niſi exercitus regius ſibi conſtet, & agros ſervet liberos, ubi ſupplementa crebrius accedant, quieti aliquid indulgeatur, & copiæ ſcribantur neceſſariæ ſaltem ad tempus proximæ expeditionis. Hæc ſi fiant ſperandum fuerit adjuvante Deo, res Pedemontanas à rege in bonum ordinem reſtituendas.

XLII.

XLII.

Sylloge uſibus legati Sabaudici data, viceſimo octavo Aprilis, 1639.

VIdi Syllogen legati, quæ continet omnia, & poſſibilia & debita, tum ad Turini liberationem tum ad Pedemontij ſalutem.

Reliquum eſt, ut ſumma detur opera executioni.

Copiam illius mitto Chavinio & Emerio, mandoque, Comitem Sanmauritianum eandem mittere miniſtris Duciſſæ, qui ſunt Pinierolæ, adeoque ipſi Duciſſæ, modo ſecurè tranſmitti queat.

Summa rerum in eo conſiſtit, ut tempeſtivè aſſerantur loca deſignata, cum metui poſſit, tum demum expetitum iri Gallos, ut introeant, cum non fuerit, unde neceſſaria ipſis ſufficiantur, & perinde defenſio relinquatur inanis.

Quod ſi tempeſtivè procurentur, quæ cum ſummo judicio Syllogæ ſunt inſerta, quam vidi, credo revera, Turinum poſſe liberari, eo etiam neglecto, aſſertum iri Pedemontium, & Turinum poſtea recuperandum.

Reliquum igitur fuerit, ut legatus id operam det, ne miniſtri Duciſſæ, qui ſunt Pinierolæ, ullam diligentiam omittant, ad executionem illorum conſiliorum quemadmodum regij miniſtri negotio nulli deerunt.

XLIII.

Epiſtola Cardinalis Richelÿ.

MIttitur Sylloge, quam Comes Sanmauritianus concinnavit, & ego admodum probo. In eo verſatur cardo

rerum, ut pro virili illa dentur effectui, ubi ſanè nihil omnino temporis eſt perdendum.

Promitto equidem mihi de tua induſtria tantum, ut etiam impoſſibilia ſis aggreſſurus, modo Ducíſſæ miniſtri, qui non ſunt concluſi, occæcationem ne ſumant ad Lethargiam.

Cæterum rogo, ut diſpicias, ubi circumvallatio Turini nondum ſit facta, an poſſit perferri pulvis nitratus. Forte Comes Guichius cum equitibus Duciſſæ, & noſtratibus ex Gallia adventantibus, qui certo nuntiantur bis mille, & amplius viam pervadendi invenerit Cubicularius iſte Duciſſæ aſſeverat, ſibi natos eſſe tramites, ad id inſtitutum apprime commodos

Crede mihi, res Pedemontanæ me obruunt.

Longavillanus craſtino die abit celeribus. Mandatum eſt Mothano, ut ducat quamprimum quater mille pedites, & mille quingentos equites.

Proviſum eſt de argento, quod Emerius deſiderabat, & particulariter de poſtremis terminis, id quod Noyerius ad ipſum perſcribit. Conſtitutum eſt etiam ultra facultatem procedere.

Quo tempore univerſæ regiæ copiæ, quas Italiæ deſtinavit, tranſierint, Emerius & tu curabitis ſupplementa fieri, quæ adulta æſtate ſaltem perveniant. Scit Emerius uſum illorum.

Propter Deum rogo, ut cures Syllogen legati Sabaudici fieri, qui mihi dixit, ſeſe eandem miniſtris Duciſſæ, qui ſunt Pinierolæ miſſurum. Id operam dabis, ne ſuſpicionem concipiant, nos diverſum quærere, quam ut loca illa aſſerantur, ad Duciſſæ commodum. Nimium induſtrij ſunt, ut eos fugiat, loca illa, niſi in Gallis aſſerantur, in poteſtatem Hiſpanorum tranſitura.

XLIV.

Epiſtola alia Cardinalis, ſine ſubſcriptione.

SCripſi tibi ſimpliciter per Gardonum, tuum fiduciarium. Nihil igitur habeo, quod nunc dicam, niſi id; con-

Digitized by Google

conſultiſſimum mihi videri, ut Nuntius Turino exeat,& Comiti Philippo tantum animi ſuggeratur, ne poſſit Ducissam ad ineunda cum fratribus pacta incommoda inducere, in quibus perditionem ſuam eſſet inventura certiſſimam.

Eadem ſors ipſum manet, & deterior, ſi quid gravius cogitari poteſt. Adjuro te, ut omnem moveas lapidem, quo pulvis nitratus inferatur Turinum: Vallæus præbet ſeſe ducem.

XLV.

Alia epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad regem.

DOMINE,

NIſi tua Majeſtas mihi opem ferat validè, video mihi ſuccumbendum eſſe in ſummis miſeriis, per reipublicæ perditionem, ubi maculam ſuſcipiet tua authoritas, ſi deſtituas tibi conjunctos & ſanguine & cauſa, qui à reliquis factionibus diſceſſere, ut ſeſe tibi penitiſſime adjungerent, & defendendos præberent. Supplico majeſtati tuæ, ut promtiſſimum remedium adferas, quod in rem utriuſque fuerit.

Cum autem Abbas Montanus te poſſit facere certiorem, uti à me eſt juſſus, quo in ſtatu impræſentiarum verſer, ſupplico denuò humillimè, ne perire ſinas eos, qui tibi æquo mecum ſtudio inſerviunt, ſed ut ii, qui eandem mecum mentem tenent, reddantur cordatiores, quemadmodum proteſtor, eam eſſe meam voluntatē, modo mihi mea ſerventur, & ſic occaſio relinquatur id revera teſtandi per effecta; adeo ut magis ac magis demonſtrare queam,

dum vitam ipſam, ut fit quotidie, expono, quomodo ſim per omnimodam ſinceritatem.

DOMINE

Tua humillima & obſequentiſſima ſoror & famula

CHRISTINA.

Turini, 2. Aprilis 1639.

XLVI.

Epiſtola alia Duciſſæ Sabaudiæ ad regem.

HVmillimas meas ſupplicationes itero, ut tua Majeſtas mihi opem ferat, in præſenti neceſſitate, quam ne deſcribere quidem licet, ne expaveſcas, ſanguinem tuum in hoc videre ſtatu. Non quod animum minus fortem geram, quam Natales mei præbent, ſed quod vires deficiant, unde paulatim ſuccumbo, ad hoſtium nimiam potentiam, nullis etiamnum comparentibus ſuppetiis, quæ tamen apprimè ſunt neceſſariæ in rebus extrema vergentibus, quod mihi uſu venit.

Domine, ſupplico tuæ majeſtati, ut verbis meis fidem habeas, cum ex ore meo nihil unquam intelligere debeas, præter veritatem, recorderis utique te mihi promiſiſſe, univerſorum alienam ad univerſa aſſerenda, cum neque credere poſſim, mea officia minus commeruiſſe, quam quæ cæteris Galliæ filiabus præſtantur, ubi reges ipſi ad illas aſſerendas ſunt progreſſi, longè minori de cauſa, quam nunc, in Italiam moventes.

Perdidi ſex provincias, dum tibi inſervio, ſeptem loca munita tranſiere in poteſtatem hoſtium; quid ulterius petes, Domine? Aſſere mihi libertatem, poſtquam præter

ſervitam nihil mihi eſt relictum. Si tua majeſtas eum honorem habeat iſti Nobili, quem mitto, ut audiatur, intelliges particularia, adeo ut verborum ſeges nunc ſit inanis, poſtquam effecta demonſtrarunt, quod ſim.

Tua

Turini, 11. Aprilis 1639.

XLVII.

Alia epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad regem.

DOMINE,

Hoſtis ſubiit iſtum locum ex una parte: emiſi hunc Nobilem, qui tuæ majeſtati referat, quomodo habeam: remanſi hic, certa perire: promitto mihi de tua benignitate ſuppetias, quod te rogo humillimè ex toto corde, ne hoſtibus deſtituar præda.

Recommendo tibi denuo chariſſimos meos liberos, ne ipſi pereant, dum ego pereo. Non eſt otium plura ſcribendi, quæſo tamen, ut liceat ſolatio tuorum auxiliorum frui. Aſſevero tibi, me tui cauſa quidvis facturam inſervire per univerſam vitam, demonſtrare etiam, quomodo titulum digne geram, nec ſine deſiderio, ut habear.

Tua.

Turini, 14. Aprilis. 1639.

XLVIII.

Alia epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad regem.

DOMINE,

Etiam hac vice lubuit ad te ſcribere, antequam me vi-

videam in hoc oppidum concluſam ab hoſtibus meis & Coronæ, ut opem tuam implorem.

Peſſimo verſamur in ſtatu, qui tuæ majeſtati non debet fucari. Oportet enim ut verum tibi innoteſcat, & potentiam tuam ad opem ferendam expedias. Malevolentia ipſorum me unam petit, in me exercebunt rabiem, adverſus tuum ſanguinem conceptam. Miſerere mei, quæ tibi inſerviendo pereo.

Tibi recommendo chariſſimum meum filium, unicum meum ſolatium, ut ipſi conſerves rempublicam, atque in eo pullulare facias benevolentiam, quam mihi demonſtras; ſic etiam tribus meis filiabus faveas, ne ipſarum ſors dejiciatur infra natales.

Committo illas tuo patrocinio, ſupplicoque ut paternum in eas animum ſumas, quin imò maternum, ſi fieri queat: neque enim ſcio, quid fortuna in me velit ſtatuere, ne unquam in manus iſtorum tyrannorum deveniant, qui conſtituerunt rempublicam evertere, ſub prætextu libertatis, quam ademtam volunt & illis & mihi.

Iſtæ forte fuerint poſtremæ ſupplicationes, quas tua majeſtas à me audiet: vides, & exerto digito ſentis, me nunquam perdere ſtudium erga Galliam & tum maieſtatem, niſi cum vita; malimque eam prodigere, quam à cauſa tua ſeparari, quin ſemper ſim.

Tua.

Turini, 17. Aprilis. 1639.

Adjuro te, Domine, ut permittas calamo meo, ad me conſolandum, hoc vocabulum, dilecte frater, ut curam ſuſcipias tuorum nepotum, meorum liberorum, & fidelium miniſtrorum. Si videas ſtatum, in quo impræſentiarum verſor, ad commiſerationem flecterere.

XLIX.

XLIX.

Epiſtola Chavinij ſine inſcriptione.

HVc perveni, Lugdunum videlicet, die Martis, veſperi, qua potui unquam diligentia, cum illi, qui celeribus tenuere viam regiam tantundem inſumſerint temporis. Hodie diſcedo, Gratianopolim ab eo, inde Pinierolam, ſine interpoſita mora, ubi audio eſſe Emerium, qui Turinum pertranſire non potuit.

Donnus Felix ad me huc miſit Piſiæum, qui me ſalutaret. Ex eo didici, Marchionem Leganeſium eſſe præſentem in exercitu Hiſpanico; is antequam eo accederet, voluit ſibi tradi Chivaſium, Verruam & Chencham: ipſus, Cardinalis Sabaudiæ, & princeps Thomas hoſpitantur Valentinij, cuius loci claves Duciſſa miſit obviam: incipiunt ex tormentis quinque impetere vetus caſtellum Turini.

Incurſarunt urbem, nemo facile pervadit; nondum ceperunt Suſam, nec Velianam, nec ullam produnt ſuſpicionem Carmaniolæ invadendæ. Duciſſa flagitat pulverem nitratum inſtantiſſime, puto miſſum eſſe à Pinierolâ, quantum potuit hinc mittimus quinquagies mille dolia, quorum ſingula centenas habent libras, ut habeant, unde exploſionibus porro ſufficiant. Curcellanus moratur etiamnum in hac urbe, qui fidem facit, univerſum apparatum bellicum ad exercitum iri delatum ad initium menſis proximi.

Quamprimum fuero in loco præſens, particulariter perſcribam ad Dominum patronum ſtatum rerum, quoad fieri poterit exactiſſimè & veriſſimè. Mitto Eminentiæ tu[illegible]ogen earum copiarum, quæ hic tranſierunt, veriſ[illegible]m: valde metuo, illas multum receſſuras ab hoc nu[illegible]ero, antequam perveniant Pinierolam: Aſſeverant, equeſtres copias eſſe expeditiſſimas, pedeſtres vero ſatis miſerabiles. De Occitania nihil habeo, quod dicam, cum nihil ſit renunciatum.

Salus

Salus rerum Italicarum mihi videtur in eo conſiſtere, ut exercitus Longavillani adproperet, quanto fieri poteſt numero, ne ſumma regis conſilia turbentur. Nam quantum ex ſermonibus colligo, metuendum eſt, ne Turini æque deſiat annona, uti pulvis nitratus. Quicquid ſit, obruitam ſeſe videt Ducisſa, certum utique, eos, quibus illa maxime fidebat ſummam rerum, curam neceſſariam non adhibuiſſe.

Comes Guichius diſceſſit heri, Pinierolam abiturus, ut copias recipiat. Conſtituit aliquid audere, quamprimum agmen aliquod non contemnendum poterit colligere.

Omnes carri tormentorum & annonæ Caſalæ ſunt; cumque præſentes hic eſſe nequeant, puto Dominum meum patronum nihil improbaturum, ſi centum mulas per Delphinatum conquiram, quæ apparatum perferant copiis iis, quas Comes Guichius contrahit, ubi aliquid velit audere. Conducendas curabo menſtruis quadraginta ſolidis, quo pretio ſingulæ diurnas præſtabunt operas: expenſa hæc efficiet ſaltem ſexaginta & unum mille librarum in univerſum, ad uſum commodiſſimum.

Humillimè ſupplico tuæ Eminentiæ, ut digneris mandare quid facto ſit opus, ſi forte induciæ proponantur particulares per Italiam; an oporteat impedire illam negotiationem, aut ſi quæ ſint conditiones, quæ armiſtitium admittant. Recepi literas Domini mei patroni, viceſimo ſecundo Aprilis ſcriptas.

Non prætermiſero exequi cum omni ſollicitudine, quicquid potero, mandatorum tuorum, quæ munitiora loca Duciſſæ ſpectant. Multum obtinuimus, poſtquam legatus Sabaudiæ teſtatus eſt tibi, mentem ipſorum eo vergere, ut in manus regis tradantur.

Finienti mihi iſtas ſupervenit Curſor, à principe miſſus ad Marchionem Sanmauritij, nullas feriens literas à Cardinale Valettano. Hoc unum potui ab ipſo diſcere, hoſtes à Turino receſſiſſe, Leganeſium abire in agrum Monferratenſem, principem Thomam verò remanere in Pedemontio: metuo, ne ille aliquid audeat adverſus Carmanio-

maniolam : plura ſcibis ex marchione Sanmauritiano, quam ego dicere queam.

Quicquid eveniat, laudandus eſt Deus, poſt Turinum liberatum, ob plurimas cauſas: hinc ego occaſionem ſumam videndi Duciſſam, priuſquam conſtitueram. Supplico humillimè Domino meo patrono, ut credas, me nihil obliturum, quæ mearum ſunt partium, ut benè & fideliter exequar mandata, quæ miſiſti, adeoque cum gaudio impenſurum vitam commodis tuis particularibus, cum nullum urgentius foveam deſiderium, quam ut tibi complaceam, adeoque demonſtrem, me eſſe, uſque ad mortem futurum,

TUÆ EMINENTIÆ

humillimum & obſequentiſſimum, fideliſſimum & obligatum famulum
CHAVIGNY.

Lugduni, 17. Aprilis. 1639.

Cum Cardinalem Lugdunenſem non offenderim hic, qui Cardinali Bichio valedicit, perſcripſi ad ipſum, quæ mandaſti, ut eum diſponam ad adeundam aulam. Ajunt, ipſum ſic conſtituiſſe, juſſiſſeque ut omnia impedimenta parata eſſent ad reditum ſuum ex Proventia.

CON-

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO M. DC. XL.

LIBER XVII.

CAPUT I.

Gallo Vinarienſes ad Bannerium vocantur.

NIſi Gallia barbaras nationes, & atrociorem militem Cæſareanum mallet in viſcera admittere, conſilia Cardinalis, de augendo exercitu Vinarienſi erant exequenda. Longavillanus igitur ipſi adjungitur, ne quid imprudentius fuerent copiæ, cum ipſus valeret & armis & conſiliis. Meminimus, iſtum exercitum Gallo-Vinarienſem in Wetteraviam conceſſiſſe, loca ibidem aliquot, ut liberalius degerent, corripiunt, & Bannerio, aliquot cladibus affecto, hoſtibuſque impari, eunt opitulatum, ne ille penitus conficeretur.

Redit Longavillanus in Galliam, Hamburgi navem ingreſſus; ſed Lotharingiæ dux per Alſatiam & Palatinatum inferiorem recuperat, quæ minus ſolidè fuerant firmata, adjutus ab Hiſpanis & Bavaris: ſimulatè ſibi reconciliationem cum rege optans.

Politica reminiſcentia.

QVantus vaſtiſſimo imperio incumbat terror, ubi hoſtis, licet non admodum potens, irruit, noverant Perſæ,

Digitized by Google

Perſæ, qui metuentes virtutem Ageſilai, Græcos corruperant multo auro, ut ob inteſtina mala ille ad patriam tutandam revocaretur. Senſit vir ſagax conſiliorum cauſam, ingemuit dolum an vim, queſtus, centena millia ſagittariorum incurſare, quibus impar cedere cogeretur. Intelligebat autem numum Perſicum, qui ſagittario ſignabatur, quemadmodum noctuam oſtentabat Athenienſis.

Mercurij, ſive argenti vivi ea eſt natura, ut ſemper foret, niſi in vaſis, ubi nihil arrodi poteſt, contineatur. Hinc immittitur aggeribus, ut illis vitium faciat, aquæ incumbant, molem diſturbent. Riſeris primitus machinamentum, ob tantilli inſtrumenti ſpeciem, ſed mireris effectum. Sic profecto hoſtis nunquam contemnitur impune, quando admittitur.

CAPUT II.

Atrebatum deditur Gallis.

CArdinalis, cui eximia quæque placent, in Gallobelgio, dum Hollandi vires Hiſpanorum ad Hulſtam occupant, & graviter atterunt, rem aggreditur, ultra ſpem & vires, uti videbatur, difficilem. Atrebatum obſidendum mandat, quam urbem tergeminam Hiſpani tenuerant centum quadraginta octo annos, Galli ſepties, ſed fruſtra obſederant, unde portarum frontiſpicio inſcriptum carmen patrio idiomate, tum demum Atrebatum Gallis ceſſurum, quando mures bello ſubegerint feles.

Nihil autem tanto genio difficile, nihil invictum: ſic tandem fit deditio. Cælum per omnia favebat Galliæ, & alterum principem menſe Majo indulget matrimonio regio.

Poli-

Politica reminiſcentia.

POpuloſæ urbes ob numerum incolarum videntur invictæ, ſed cum quotidianis egeant alimentis, quæ nec centeſimns recondit ad neceſſitatem annuam: Hinc igitur, hoste campos tenente, & angustias viarum obſidente, fames, & ex fame tumultus, adeoque deditio. Meminimus Magnum noſtrum Henricum exercitum admoviſſe Pariſiis, qui famelici magno ære ſibi comparabant victum, quem exercitus parciſſimè tranſmittebat, ut veſtem & quævis neceſſaria adipiſceretur miles, civis vero langueret, donec extrema urgerent, & deditionem ſuaderent.

Hinc citadellæ aut caſtella imponuntur urbibus, quæ exiguo numero propugnatorum valeant ſuſtinere obſidium diuturnum, rametſi oppidum corripiatur. Eſt tamen, ubi hoſtis perrumpat, & annonam inferat, aut eam obſidentibus intervertat, niſi magno molimine confligatur.

CAPVT III.

Luſitani & Catalauni deficiunt ab Hiſpano.

VT res mortalium ſunt fluxæ, ita varios præbent caſus. Ipſa Hiſpania tumultuari incipit, & regi ſuo eſſe perduellis. Luſitania poſt fatum Sebaſtiani, in Africa cæſi, & mortem Henrici ultimi regis conceſſerat in poteſtatem, fruſtra repugnante Antonio, extra conjugium nato, Caſtilianorum, qui ſeſe ex ſorore maxima, poſt de mortuos mares, genitos ferebant.

Bragantiæ dux conjugem habebat ex mare prognatam, unde ſibi potior jure videbatur, ſi potior viribus fuiſſet, ipſus

ipſus etiam recta linea ; ſed ſecundum ultimam ſtirpem illegitimam, deſcenderat. At Caſtiliani eum promiſſis onerant, cuniculis terrent, & ad quietem componunt. Cum autem Imperium Caſtilianorum eſſet graviſſimum, conſpirant Luſitani, ut proxima quaque occaſione ſeceſſionem faciant; Regem eligant, ſanguinem regium in thronum reſtituant.

Commodum inſtituto viſum bellum Gallo Hiſpanicum: itur ad Cardinalem, qui claſſem & militem præſtet, donec Regnum ſibi conſtet. Hic demum lex talionis valuit; poſtquam Guyſiana factio ex Hiſpania dudum eſſet fota, vel in eum finem, ne Luſitania jugum excuteret. Permittuntur igitur illis ducenti equites Galli, & ſex millia peditum, præter viginti triremes.

Verumenimvero, quercu ruente, ligna quivis colligit: Catalauni, ex altera Hiſpaniæ parte, perduellionem ſumunt, bello, quod circa Leucatam & Salſam gerebatur, oppreſſi, præter immunitates violatas, & ſacra calcata per militarem proterviam. Ibi mittunt duodecim viros graves, qui Gentem patrocinio Galliæ ſubmitterent, & auxilia rogarent. Fortunæ ſeſe præbenti inſtat Cardinalis, Condæum ad ipſos expedit, ex Marſilia vicina negotium urget. Promittit ipſis novem millia peditum, & tria millia equitum, ut cum popularibus pares eſſe poſſent oppreſſori.

Politica reminiſcentia.

Tyrannis duobus fere modis deſtruitur, vel per cauſas externas, ubi hoſtis vim infert, vel per principia interna, ubi ſeditiones gliſcunt, aut juſtus dolor & nimius ſenſus injuriarum arma imperant. Hinc pavore perpetuo agitatur, ob hoſtes externos & domeſticos, qui exitium ipſi moliri non deſinunt, alij per vindictam, alij ex amore libertatis priſtinæ.

Digitized by Google

Neque enim vægrandis opulentia Monarchias continet, ſed benevolentia ſubditorum & authoritas apud Exteros. Poſtquam enim valli obſequi, & vicini metuere deſiêre, demigrat amor in odium, & reverentia in contemtum. Vbi ſucceſſus parum reſpondet conſiliis aut viribus, excitantur animi, judicant, Tyranni bella præter iuſtitiam geri, coëunt, & libertatem quærunt.

Caſtilia non habet, quod miretur, Catalaunos & Luſitanos feciſſe ſecuſſionem, cum illi oneribus & feloniis nefandis ſint oppreſſi, iſti hactenus uſurpatori paruerint, deluſo domino legitimo; illi Regis Chriſtianiſſimi optârint iugum amicabile, iſti graviſſima excant ſervitute. Neq; enim ferri poteſt pernicies illata, libertatis exitium, tyrannidis veſania.

CAPVT IV.

Caſala liberatur, Turinum capitur.

GEmini exercitus conjunguntur in Italia, Imperatore ſummo Comite Harcurtio, in quo perficiendo videntur conſpiraſſe prudentia, fortitudo & fortuna propitia. Is continuo hoſtem ex agro propulſat, ſæpiſſime conflictatur, ſemper victor. Caſalæ obſidio probatum eum dedit. Fatalem illum premebant Hiſpani: Harcurtius eos aggreditur, tertium rejicitur, ſemper robuſtior, donec tranſitum ſibi aperiret, ſtupentibus hoſtibus ad virtutem eximiam

Turinum inde ducit; cuius Citadella obſequium in legitimum dominum nunquam exuit, locumque licet milite & neceſſariis inſtructiſſimum, obſidet integerrime. Miretur Orbis terrarum, Imperatorem iſtum nihil motum eſſe numeroſo exercitu, quem virtute ſuperavit, & quibuſvis difficultatibus, quas per prudentiam explanavit, dum ſextum menſem obſidio conſtat, plurimis egregiis

gregiis caſibus memorabilis, & locum legitimo principi reddit, hoſtibus ſub leges fortitudinis redactis.

Politica reminiſcentia.

IMprudentiæ humanæ, an fato cæleſti tribuas, addubites, clades crebriores, & conatus vanos, quibus aliqua loca nobilitantur. Atrebatum octava tantum obſidione conceſſit in Gallorum poteſtatem, quibus penitiſſime videbatur negatum. Mutantur enim tempora, & militiæ rationes; obſervantur errores præteritorum momentorum, exurgit prudentiæ uſus, & perficitur inſtitutum.

Oſtenda pertinaciſſimè obſeſſa, vel quinquies victa fuit, dum munimenta ab hoſte dejicerentur, tranſitu ſtructo, obſeſſi vero nova excitarent, donec tandem in anguſtum ſpatium redacti, vix haberent, ubi ſeſe verſarent, & deditionem glorioſam facere cogerentur. Tantum poteſt magnanimitas, licet aliquando damnoſiſſima.

Obſeſſis inferenda eſt vis, vel fames; hanc temporis diuturnitas conciliat, ſed variis caſibus obnoxia; illam expedit numerus & prudentia, retundit autem virtus oppoſita, quæ munimentis fulcitur: adeo ut vix deni milites uni reputentur pares obſeſſo.

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO M. DC. XLI.

LIBER XVIII.

CAPUT I.

Ariena capta & amiſſa.

CVra rerum Germanicarum augebatur Cardinali, poſtquam Bannerius fatis conceſſit, ne videlicet Suecis rejectis armorum moles in Galliam incumberet: veluti Cæſar Holientuiliam, arcem ſitu & opere inexpugnabilem, ſub Alpibus, quà Sueviam ſpectant, obſidendam cenſuit, ut expeditius pergeret. Per Belgium valebant arma utrinque, Hollandis Gennepam, exiguum; at munitiſſimum locum expugnant, dum Ferdinandus, Hiſpaniæ infans, qui Belgium per ſeptennium rexerat, diem ſuum obiit.

Cardinalis inſtituerat cum illo agere; de Belgio in Archiducatum vertendo, qui ab Hiſpania revulſus, propriis uteretur auſpiciis: unde ſuſpicio apud maleferiatos orta; de fato præcipitato; ſecundum Caroli Hiſpanici nuperum obitum, qui Belgium erat rapturus vel invito patre Rege, etiam de ſacris nonnihil ſuſpectus.

Noſtrates effunduntur in Flandriam populabundi: corripiunt Baſſæam, facili negotio denuo perdendam; Bapalinam etiam occupant & firmant. Arienam Arteſiæ ampliſſimo circuitu, etiam per paluſtria continuato claudit Rex, & ad deditionem perurget. Sed otium non ſumiſit

mit, ad explananda obſidionis munimenta, aut annonam inferendam, ubi audit Sueſſanum, Condæo ob prærogativam generis ſemper infeſtum, tumultuari, ne Hiſpanus illâc irrumperet in Galliam.

Sic Hiſpanus vallum occupat,& oppidum per inopiam omnium rerum recuperat pauculis diebus.

Politica reminiſcentia.

ARmorum vices ſunt ſtupendæ. Marcellus ab Hanniſbale victus, vincit poſtridie, ut eadem opera cum clade nuntiaretur victoria. Sed locum munitiſſimum tam brevi tempore mutare dominum, vix legas per vaſtiſſimos hiſtoriarum campos. Ludit ſane fortuna in rebus humanis, quemadmodum eadem hora cælum atrum & ſerenum aliquando oſtentat.

De Tiberio, Imperatorum prudentiſſimo, memorat Tacitus, quod provinciis nonnullis turbatis adeſſe non ſuſtinuerit, ſed Romæ quaſi affixus, caput rerum amittere noluerit. Idem conſilium Calani, Indi ſapientiſſimi, ad Alexandrum Magnum, ut nempe mediam vaſtiſſimi Imperij provinciam incoleret, cæteris per ambitum ſparſis ex æquo vicinus.

Summæ igitur neceſſitatis fuerit, aut magnanimitatis, prodire ad extrema Imperij, & turbulentis facultatem relinquere exercendæ protervix Verumenimvero aliis Nationibus alia ſunt inſtituta. Hiſpani expeditionibus immiſcere Reges ſuos deſiêre; noſtrates ſuorum Regum præſentia etiam impoſſibilia quæque aggrediantur.

CAPUT II.

Sueſſanus turbat, & cadit.

HOſtis intelligebat armorum ſuorum debilitatem, & Galliæ vires. A violentia igitur tranſit ad machinationes. Promiſſis laborat obtinere, quæ aperto marti negabantur, adeo ut juſtitiæ expers, occaſiones aucuparetur. Reperit ingenia quædam, quibus ex faſtidio neſcio quo reipublicæ allubeſcebat exitium, ſub prætextu conſervationis propriæ. Nectuntur tricæ, eodem momento conceptæ, propalatæ & ſuffocatæ.

Ea opera fuit fiduciariorum, de pace in limite Regni agentium. Scintillæ iſtæ immane poterant excitare incendium, niſi Deus patrocinio ſingulari arma Regis juſtiſſimi direxiſſet, & conſilia miniſtro ſagaciſſimo ſuggeſſiſſet. Comes Sueſſanus, quod Condæo inferior haberetur, à rebus gerendis remotus, cum Bullionæo perſuaſerant Aurelianenſi, ut Hiſpaniæ & Auſtriacorum copias in Galliam effunderet, Sedano tradito, & Pariſios angeret.

Cardinalis Chaſtilionæum, Imperatorem cordatum objicit ingruenti hoſti, donec Rex ab Arteſia adeſſet. Fit prælium acerrimum, cadit Sueſſanus victor, & diſparet nubecula illa perduellionis.

Politica reminiſcentia.

DOcuit experientia tumultus iſtius authorem primarium, longe aliter ſermones circinari, & agi, eloquentiam & res geſtas multum diſtare, cum facilior gloria acquiratur calamo, quam enſe. Debebat ille prudentiam conſulere, ut ſeſe potius muniret, antequam nos aggrederetur. Sic igitur ſeditioſa colluvies vicit numero, ſed caput perdidit.

Exemplo ſit iſtud fatum omnibus, & Regi & purpu-

ræ

re refractariis. Nulla eſt fortitudo in perduellione, nec victoria deſiderari debet, niſi eadem ſit juſta. Falluntur profecto miſere, qui lucrum in perfidia quærunt, cum per obſequium fidele licuiſſet indipiſci compendium honorum & opum. Iuſtiſſimam fert pænam, qui patriam incurſat armatus, & bellum bello cogitat extinguere, maxime vero, ubi homoligius legem Principi dare audet quamlibet.

CAPUT III.

Aurelianenſis jubetur exire Gallia.

COpiæ illæ adverſo ſtabant ſtudio, cum tamen eadem uterentur lingua, eodem turgerent animo, ſimul ſibi viſæ vinci & vincere. Dirimuntur tandem, ut appareret, nullam in rebellione eſſe collocandam fiduciam. In conflictu illo fatali cadit princeps, juvenili ardore ferox, non legitime pugnans. Apparebat effectus, latebat cauſa, demonſtrabat Deus, victorias aliis commodas, aliis adverſas obtingere.

Invitus hæc ſcribit calamus; dolet enim, viros natalibus claros plebi immiſceri ignobili, & gloriæ uſum projicere, ut ignominioſa morte diſpereant. Factio igitur capite & gubernaculo deſtituta, ſtupebat, non quod ducibus, quos ſubſtitueret, careret, ſed quod evidentiſſime hoc caſu doceretur, ſæpiſſime prudentiam fortitudini junctam evadere in præceps, quod ſola non auderet.

Tum Aurelianenſis conjurationis ſeriem revelat regi, trecentorum nobilium catalogum exhibet; Aurelianenſis jubetur aliquamdiu in Sabaudiam ſecedere, ſponſa Belgii pertæſus.

Politica reminiſcentia.

PLurimi mortalium ſeducuntur, qui ſequuntur, non imitantur duces, ex amicitiæ, non commodi ratione. Damnum, quod incurſant, non animadvertunt, quin etiam expetunt, ne abiecti animi arguantur, aut benevolentiæ non integræ, ſi magnates in periculo verſentur ſine ipſis complicibus; quaſi vero crimini darentur bona conſilia, laudaretur temeritas.

Impetus ille amicitiæ, aut deſiderium vindictæ tranſverſos rapit, mentis uſum eripit, ut neque ſalutis, neque turpitudinis habeant rationem. Quid vero ſtultius, periculoſius, & per excandeſcentiam importunius, quam regi inſultare, ex odio in Miniſtrum concepto, adeo ut popularium ſalus immoletur alicuius faſtidio.

CAPVT IV.

Bullionæus reconciliatur regi.

REx cum Cardinale accurrit quantocyus, validum trahit exercitum, ſi forte per principia illa minus actum eſſet, tametſi Arienam tum caperet; Doncherium recuperat, ubi rem tormentariam ipſus diſponit, primus explodit: exercitum admovet Sedano, ut Bullionæus intelligeret, quam perdite ſeſe opponeret principi victorioſo. Præſens iſta omnia ſpectavi; diſcant hinc Reges, quantum referat, ipſos in rem præſentem deſcendere

Rex univerſis copiis deſignat ſtationes, ſcientiam rei militaris demonſtrat eximiam, ut pateret, exercitia tot bellorum, & uſum tot victoriarum informaſſe animum. Voluit theatrum funeſtiſſimi conflictus calcare, & penitus obire, nimio æſtu nihil impeditus, cum ſequaces deficerent fere, donec inclinatiſſimo die recederet, ut liceret animadvertere, illuſtrem hanc curam nihil arguere victoriam, ſed ſupplicium.

Hoc

Hoc eventu Bullionæus ſuas ex ſolo Gallicano retrahit copias, ne aliquod infortunium ſuſciperet, ſed ut oſtenderet, ſeſe potius amicitiam defuncti ſecutum, quam obſequium in Regem rupiſſe, cui pronum habebat integram fidem præſtare. Rege igitur appropinquante, oblata Imperatoris vægrandia repudiat, ad officii cultum reverſus: adeo ut principi legitimo reconciliatus, firmam imperioli poſſeſſionem, præter teſtimonia benevolentiæ diverſa quæ & Rex & Cardinalis addebant, impetraret.

Politica reminiſcentia.

SApienter dicebant priſci, amicum uſque ad aras procedere, ut intelligeremus, propter amicos nihil lædendam eſſe conſcientiam. Si enim, uti Cicero ait, Amicitia ſit communio rerum divinarum & humanarum, vinculum pietatis, non iniquitatis, amici fuerit, conſulere in medium, ſiniſtram mentem reducere in viam, monere denique & moneri, adeoque adminicula ad virtutem exercendam præſtare.

Hinc patet inter latrones non poſſe eſſe amicitiam, ſed conjurationem, quæ lucem fugiat, cum vera amicitia ſpectari gaudeat. Amicitiam qui ex ſocietate humana tollit, Solem ex mundo tollere videtur, inquit ille; ſplendet igitur amicitia, & exhilarat ſeſe mutuum, adeoque viciniam.

Cum etiam ea ſit ſors rerum humanarum, ut nemo facile ſibi ſapiat, cum plerique foris ſimus lyncæi, domi cæcutientes; deliberandum eſt cum amicis, quid facto opus ſit, gloriam augeat, & ignominiam ciſpellat: ubi vero exacerbato ingenio objicitur irritamentorum major materia, ad exitium decurritur.

Digitized by Google

CAPUT V.

Perpinianum facit deditionem.

CAtalauni excuſſerant jugum Caſtilianorum, etiam victoria potiti, profligatis oppreſſoribus, & Galliæ parebant. Rex igitur, ex Cardinalis conſilio tranſit in agrum Ruſſilionenſium, ut libertati aſſerendæ opitularetur, Coliæbram committit Meileræo expugnandam, & Perpinianum, clavem univerſæ Hiſpaniæ, invictum hactenus creditum, obſidet.

Præſentia Regis, Schombergii & Meileræi virtus pervincunt, deditionem extorquent, tametſi Hiſpani molirentur extrema, ad obſidionem diſturbandam, adeo ut Haudencurtius ter fuerit captus in conflictu, ter ſeſe illorum manibus extricaverit. Sic redit ad Galliam, quod Caſtiliani à longo tempore uſurpaverant.

Politica reminiſcentia.

PLurimum facit ad gloriam principis, ſi valide præſtet patrocinium clientibus ſpontaneis. Hinc elucet illius juſtitia, quæ aliena æque ac ſua complectitur commoda. Potentiam oſtentat Exteris formidandam, qua eadem genuinis & nuperis ſubditis redditur charus.

Hac etiam via proferuntur limites Imperii cum gloria, ubi populares attrahuntur in obſequium, ex ſuavi cæterorum quiete. Quotieſcunque enim arma corripiuntur ad oppreſſionem, non ad defenſionem, pronum eſt vulgo judicare, violentiam occupaſſe mentem principis, æquitate extorre, qui ſcilicet ſuum emolumentum, non ſalutem alienam quærat.

Neque vero per hanc ſolam occaſionem reges Chriſtianiſſimi

niſſimi ſtudium ſuum exeruere, pro libertate populorum, quos crudelis premit tyrannis: ſic enim Flandris oſtendere, quomodo nec ſanguini, nec ſumtui parcerent in aſſerendis vicinis. Sic Duci Nivernio demonſtrarunt, tranquillitatem propriæ reipublicæ nihil magis ſibi eſſe cordi, quam illam Monferratenſem, & Mantuanam. Ipſe Sabaudiæ Dux agnovit nos non tanti feciſſe Mediolani lucrum, ſed Sabaudiam & Pedemontium ipſi aſſeruiſſe.

Dux Lotharingiæ in patriam ſeſe vidit reſtitutum, poſtquam ad officium rediit; perit autem perfidia geminata, ſecundum tot noſtræ ingenuitatis teſtimonia. Nihil hîc de Luſitania loquor, tametſi Iohannes IV. occaſionem conſtituendi Regni non invenerit, niſi in virtute noſtra, quæ Philippi Caſtiliani fregerat faſtum.

Magnus animus nihil parvum audet, hinc munitiſſima quæque primo videntur impetenda, ut cætera trahant. Hæc enim reddita, cæteris deditionem monſtrant, quæ ſub iſtis fere clavibus ſervantur. Perpinianum ſane per univerſam Hiſpaniam locum parem non habet, incolis ſuperbit fortiſſimis, quod à longo tempore audirent invicti, adeo ut Franciſcus I. munimentum hoc fruſtra aggreſſus, Ludovico Iuſto id reliquerit domandum.

Vis quidem non eſt adhibita, deditio tamen Galliam cumulat gloria maiori, quod iis fuerit extorta, qui ſibi prudentiæ uſum ſummum, Gallis impetum tribuunt. In hac enim occaſione didicere, nobis plus eſſe conſtantiæ, quam ipſis fortitudinis, qui reipublicæ decus illud propugnaculum væcorditer deſtituerint. Vaframenta ſane, ad circumveniendum Regem ipſis æque fuêre inutilia.

CA-

CAPUT VI.

Lambojus vincitur & capitur.

COmes Guebrianus ad copias Vinarienſes abierat cum ſupplemento: deſcenderat moles belli in agrum Colonienſem: conjunguntur Galli, Vinarienſes & Haſſi, invadunt Lamboium, inſignem reportant victoriam & prædam, Duces complures faciunt captivos, ipſumque Imperatorem Lamboium, qui Pariſios deductus, non tantum admirationis meruit, quod novum non eſſet, ſummos duces hîc luere temeritatem invaſæ Galliæ.

Mothanus Maudencurtius apud Catalaunos rem ſtrenuè gerit, Marchionem Povariæ cædit, & cum majori parte Nobilitatis captivum trahit. Hîc Cardinalis conſulit, ut Mareſchalci inſigne utrique, virtutis ergo, offerretur, quod Rex, pro imitatione negligere non voluit.

Politica reminiſcentia.

QVicunque princeps à ſuis expectat operam, pretium addet ſuperiori, ut ſubinde novam invitet. Mens generoſa ob honorem maxime agit, rarius ex commodo; ubi animadvertere licet, operam principi non ingratam, intenduntur nervi ad potiora.

Diſpiciendum tamen, ne munia graviora committantur ineptis, ſed induſtriis. Sic enim ipſi deulcentur, & cæteri invitantur ad conſortium commodi, tametſi gloriæ nulla haberetur ratio. Ubi enim quivis obvius evehitur, clauditur atrium virtuti, quod indignioribus patet. Gnavi inde ab exercitu recedunt, poſtquam ſuis meritis honores negari vident, & magnæ occaſiones rei benegerendæ prætervolant, ignavis ad ſigna tantum remanentibus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Breſaus vincit Hiſpanos claſſe.

MArchio Breſæus, Imperator claſſis; cum Hiſpanis confligit ad Barcellonam; eos profligatos perſequitur, uſque ad portum Majoriæ; unde rebus noſtratibus ſumma acceſſit ſtabilitas. Miraculi vicem præſtant in Heroe adeo juvene virtus & prudentia, adeo videri poſſit victoriarum ſumere exordium, ubi cæteris ducibus finis.

Hæc demum ſunt effecta inſtitutionis, quam Cardinalis accuratiſſimam applicuerat: hæ ſunt primitiæ meſſis uberioris, quas ſpes meriti, & ſumma notitia navigationis, adeoque omnium rerum marinarum, protruſit hoc vere ætatis luxuriantis.

Politica reminiſcentia.

VBi onus aliquod imponitur viro induſtrio; legendi ſunt induſtrii, & periti rerum, qui ipſum ducant. Præſtat enim ſummis honoribus caruiſſe, quam ad ignominiam per illos deſcendere. Hinc nunquam ſatis laudari poterit eximia Regis prudentia; in legendis ſubditis, quos oneribus ſufficiat; Huic induſtriæ debet ſucceſſum rerum ſecundarum.

Marchio iſte nunquam non prodiderat teſtimonia prudentiæ & virtutis: fretum Africanum ſi humanitus loqueretur, encomium perhiberet fortitudini, quâ claſſem Hiſpanorum devicit; ſummo Imperatore etiam occiſo; laudibus efferret miſericordiam; quæ fervente victoria Hiſpanis ſalutem obtulit, dum incendium vitaturi, naufragio perire, & undis abſorberi vellent.

Nihil igitur mirandum, ſi Ludovicus Iuſtus, ut rependeret Marchioni officia illa illuſtria, munus denuo produxit, quod nuper aboleverat, thalaſſiarchæ, ut eximia virtus eximios ferret honores.

CA-

CAPUT VIII.

Novæ tricæ ventilantur.

OBſidione Perpiniani operosè procedente, æmuli quidam Cardinalis, captata occaſione morbi, quem nimiæ ſollicitudines, reipublicæ bono impenſæ contraxerant, exitium vel ſibi, vel Regno quærebant. Ingratitudini addunt perfidiam, & utrique vitio imprudentiam, ut ope Hiſpani Galliam denuo turbarent: Deus tamen dedit, ut machinationes illæ pateſcerent, Rege coacto eos juſtitiæ rigori permittere, qui regia abuſi benevolentia, tumultuare incipiebant, Sanmarcius & Thuanus.

Cardinalis interea ſecedit Taraſconem, ut Regi teſtatum faceret, ſeſe per ambitionem non adhærere aulæ, ſed ex deſiderio proferendorum limitum, & gloriæ acquirendæ. Rex ingenuitatem mentis intelligit, & conſiliorum utilitatem advertit, unde miſit, qui de reſtaurata valetudine gratularentur, & ægritudine, quam ex ſeceſſu tam diuturno concepiſſet.

Politica reminiſcentia.

VBi princeps vacat rei arduæ alicui, non turbanda fuerint conſilia, ne optime cogitata in fumum abeant, poſtquam cauſæ, quæ inſtitutum diſpoſuêre, in executionem non poſſunt prodire. Quomodo enim foris procedet opus, ſi domi impediamur, diſſidio vires acquirente, per ſummam concordiæ inopiam.

Summi vero miniſtri reipublicæ non debent incurſari, quando per abſentiam videntur indefenſi: quicunque enim perſonam illorum invadit, principem ipſum aggreditur,

Digitized by Google

ditur, qui eius opera tam utiliter utitur. Cum Maximus conſtituit palam ſumere vindictam de Imperatore Valentiniano, nullam aliam viam tenuit, niſi ut Imperatori perſuaderet Aetii exitium, qui tamen per Gallias inſignem præſtiterat operam.

Hinc Imperator, cum ex nobili quodam Romano quæreret, quid ipſi de hoc inſtituto videretur periculoſiſſimo, hoc reſponſum tulit, ſic dextram amputari à ſiniſtra. Vbi enim Imperij moles evertenda eſt, convelluntur fulcra. Magnates quidem aliquando commoventur in miniſtros, ſed nunquam licebit illis clam aut palam agere cum hoſtibus reipublicæ, eo quod conſilia aliquamdiu occulta, aut eatenus impunita, tandem ſevere vindicentur

Ipſiſſimi illi, qui eorum utebantur opera, ad reſtituendas per impoſturam res collapſas, ubi ſuis aperta defecit, valde amant proditiones, ſed à proditoribus abhorrent. Veriſſimum enim eſt, eum, qui adverſus patriam conſpirat, nullis unquam partibus aptum fieri; cum væcordiæ ſit ſummæ, ob lucellum aut voluptatulam vindictæ, vendere principem & rempublicam, majori ad Exteros commodo, qui noſtris diſpendiis impenſe ſtudent.

Perfidia denique magnorum per rempublicam eſt malorum cauſa, majora tamen ſequacibus infligit. Deus, creator Regum & inſtitutor, opus ſuum tutatur; quemadmodum enim potentiam ipſis contulit ſummam, ut imaginem ſuæ omnipotentiæ exhiberet, ita nihil ipſos latere vult, ut imaginem ſimul ferant ſapientiæ infinitæ.

Principum benevolentia, cum ſit gratuita & fortuita, eo maiorem requirit gratitudinem. Hinc videas eos facile dimittere, ſi qui exclientibus aut intimis irritaverit malevolentiam per ingratitudinem aut temeritatem, aut infidelitatem, aut denique tricipiti hoc cerbero atratus. Sapiens ille non ſine ſumma ratione profatur, Vulnera ab hoſte profeſſo minus nocere, quam oſcula fucati amici.

Princeps vehementius irritatur per creaturæ ſuæ per-

perfidiam, quam ſi à quovis alio prodatur. Vult enim memoriam ſuorum beneficiorum eſſe tenaciorem, quanto plerunque minus meriti præceſſit; Cumque infinita pene ſit diſtantia inter regiam majeſtatem, & ſubditi obſequium, licet amicitia nonnihil æqualitatis videatur inferre, ſi qua ſit; videas aliquando, Reges odiſſe ex authoritate ſuprema, quos amaverant in cenſu mortalium.

Vbi vero crimina cooriuntur, ſterileſcente virtutum agro; rigorem vindictæ in ſuaviſſima etiam objecta gaudij exercent. Sic vidit Sol complures magnatum intimos, poſt perditam authoritatem, etiam truncari capite. Hinc per oppoſitionem contrariorum licebit arguere, ſi qui miniſter omnem huius lucis uſuram impendat gloriæ principis; principem etiam ſummam ipſius conſervandi ſuſcepturum curam

Officium quidem eum ſatis adſtringit ad commoda principis, etiam præter vincula benevolentiæ; certum nihilominus, fidelem ſubditum infinite gaudere, quando animadvertit, ſuam perſonam Regi æque eſſe gratam ac momenta actionum. Hinc morbi, per ſtudium inſerviendi contracti, mitigantur, ex repræſentato tanto objecto; hinc morti ſeſe lubenter objiceret, quam aut evitare, aut differre poſſet, ex compendio laborum, modo principi acquirat immortalitatem diſpendio ſuæ vitæ.

Quamvis autem malitia æmulorum non raro apud principis animum ſuggillaverit fideliſſimorum ſubditorum actiones; non credunt illi tamen, ſeſe ſuſpicionibus involutos eſſe, gnari utique, juſtitiam ſemper deferre triumphum veritati, adverſus mendacium, cum iſtorum ſtudium æque pateat oculis, uti perfidia cæterorum non diu latere poteſt, quin in lucem protrahatur.

CON-

Digitized by Google

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

ANNO M. DC. XLII.

LIBER XIX.

CAPUT I.

Regina mater moritur.

REgina mater Bruxellas deſerit, in Angliam tranſit, inde in Germaniam abit, quemadmodum turbulenti illius comites nullibi quieſcendi inveniebant locum. Vltimum diem vitæ tandem claudit Coloniæ Agrippinæ ingenti cum dolore Regis filii, quod perverſi ipſius conſiliarii tranquillam in regno vitam non tolerarent.

Inaudivit obitum Cardinalis, cum jam meliuſcule inciperet habere; & malum duplicato impetu recurſare ſenſit, ex triſtiſſimo obitu tantæ fæminæ, dominæ ſuæ clementiſſimæ. Quamvis autem affectum corpus vix liceret permittere aëri liberiori, emortualia tamen ipſi fecit ſolennia Taraſconi, præſens ad ſacra.

Teſtatum ſic faciebat, ex ſenſu intimo mæroris, quamvis infeliciori natus ſidere inciderit in illius indignationem præter culpam meritumque; in votis tamen ſemper habuiſſe ſummis, etiam ante ultimum exceſſum ſubire oculos, & demonſtrare, quanto plus ſtudii & cultus ſibi eſſet, præ intimorum in ſe ſimultate & odio.

Politica reminiſcentia.

SI princeps ſummo loco nata circa ſeſe foveat familiares, qui faſtidium aliquod identidem refricent, nunquam obliterent, tranquillitatem animi, etiam anxie quæſitam, non inveniet. Reſpublica quam ortu ſuo illuſtravit; diſplicet, poſtquam ex ea exivit, nunquam reverſura: quam adminiſtravit, non explet libidinem, poſtquam princeps hæres Imperium ſummum arripuit, & ipſa adminiſtrationem abdicavit: apud Exteros, ubi aſylum quærit, incommoda adfert & patitur.

Malunt principes unam alere aulam, eamque numeroſam & ſplendidam, quam duas mediocres, quarum altera ſit oneri, & exiguæ curæ. Magnates nemini cedere amant, & vidua magni alicuius Regis vult, ut ſibi cedant omnia. Quamvis etiam ordines univerſi cuperent dominam ferre, non tamen tolerabunt illius miniſtros, qui conſilia perniciosa ſuggerunt, & turbas domi excitarunt ad exitium vicinorum.

Hoſtes principis apprime gaudent fovere diſſidia familiæ regiæ, quouſque compendium emicat; ubi vero inceperint fieri aut inutilia, aut damnoſa; negligunt eos, quos modo triumphabundos ſuſceperant. Sic enim ſua commoda habent ante aliorum ſenſa.

Licet etiam miniſter excuſſus ſit benevolentia Dominæ, nullo ſuo merito aut vitio, non tamen deſinet cultum ipſi reddere, ſemper memor conditionis ſuæ, & illius, cum ſubditorum cenſu valeat, & illa domini audiat mater. Diſcrimen ille conſtituet juſtum inter majeſtatem matronarum ingenuarum, & malitiam familiarium, qui eas conſectantur in perniciem prolapſas, modo compendium inveniant in reipublicæ naufragio.

Ira ſummarum perſonarum æque eſt veneranda, ac clementia. Qui ſe culpæ vacuum novit, ſentiat nihilominus ſiniſtram ſortem, qua imprudens offendit & diſplicet. Oportet perinde Miniſtrum excuſationibus vacare præter neceſſitatem, ne poſſit argui cuiuſcunque neglectus. Faſtidia utique obſtant reconciliationi, cum con-

cordia

ſordia ſumma opus foret; ille igitur inconcuſſam præſtabit fidelitatem.

CAPUT II.

Torſtenſohnus vincit Cæſareanos.

Nihil intermittebat Cardinalis curam, de fæderatis iſtius Coronæ ſuſceptam, nullo penſo graviſſimæ valetudinis Torſtenſohnus, caput militiæ Suecicæ, Bannerij ſucceſſor, factionem per Germaniam pene extinctam reſtituit; memorabili victoria adverſus Archiducem Leopoldum & Piccolominæum, duces Cæſareanorum, parta.

Notatu dignum venit, collatis ſignis pugnatum fuiſſe ad Lipſiam, eodem pene loco, ubi Guſtavus Adolphus, Rex Sueciæ, Tillium ſuperaverat, quaſi princeps victor veſtigia moriens deſignaſſet, ad futurum triumphum.

Politica reminiſcentia.

VBi princeps fædus pepigit alicuius momenti, miniſtrorum eſt, omnem curam applicare illi ſervando: hinc authoritas reipublicæ, & fiducia exteris acquiritur. Facilius firmantur pacta, quam ſervantur. Fædera inprimis ea, quæ contrahuntur ad diſtrahendum hoſtem, alioqui nociturum, tanto accuratius debent ſervari, quod ille domi occupatus, nos vellicare deſinet.

Cum Auſtriaci, ut verum fateamur, Germaniæ viribus duntaxat valeant, non admodum auro Caſtilianorum potentes; nulla commodiore ratione labefactari, & ab univerſali monarchia diſtineri, ne & Galliam opprimant, poſſunt, niſi ut potens adverſarius eos in ipſa Germania occupet.

Hæc induſtria ſuaſit, quamvis alia graviſſima ut gererent, ut bellum ſemper apud vicinos faceremus, adeo ut

Digitized by Google

ut in nos armati, ſeipſos impeterent. Philippus II. Rex Hiſpaniæ, ajebat, elapſam ſibi eſſe Galliam, poſtquam Reges noſtrates eo redegit, ut geminam tolerarent factionem, & totidem pene Reuteros aut Caſtilianos cernerent, ac ſubditos genuinos: ſperabat enim deglutiendum eſſe Regnum, in ſuum ipſius exitium operoſum.

Hoc tamen licebit nobis profari; niſi Gallia pluris eſſet, quam univerſa mundi Imperia, proclive eſſe Regi ab hoſtibus rapere diadema, quod nobis eripuêre: poſtquam factiones numerum provinciarum æquant, & Sueci ſuum Regem perdiderunt in provincia aliena, ut illius poſſeſſionem adirent ex more priſco, collapſi in terram.

Hoſtis nunquam eſt contemnendus, tametſi imbecillis, cum victoriam per virtutem ſemper liceat adipiſci. Sunt qui numerum exercituum ex propoſito imminuant, omnia ſibi ſubiecturi, cum maxime crederentur victi. Qui enim minus fidunt numero copiarum, virtutem accuratius ſpectant, id agentes, ut ſinguli complures valeant. Si Gallaſſius perſecutus fuiſſet Suecos fervide; Piccolominæus non opus habuiſſet fuga ſeſe eripere; cum autem exiſtimaret, populum illum peregrinum ſponte delapſurum, vidit & doluit, univerſos ſuos peregrinos ab iiſdem profligari.

Cardinalis rationem prorſus adverſam tenuit, ubi tolerare non potuit, hoſtem ullum in Gallia, quin eum continuo ejiceret. Quomodo vero factiones exoticas in Gallia tuliſſet, cum diviſiones domeſticas ſuffocaverit. Ipſius ergo conſilia & illuſtres actiones oſtendêre univerſæ Europæ, id demum principi convenire ſummo, ut omnibus omnino provinciis ſuis imperitet æquabiliter, cum hoſte nihil partiatur.

Quicunque enim diviſionibus ſemper exercentur civilibus, minus vere diadema geſtant, cum nunquam non diſceptare cogantur de ſumma rerum & fundo territorii. Mihi ſane poſſidere non videtur proprium quod ad quemvis conatum queat eripi.

CA-

CAPUT III.

Cardinalis moritur, rex maret.

POſtquam Cardinalis rediiſſet ad Pariſios, & per Regis negotia curam valetudinis obliviſceretur, periculoſam patitur recidivam, animam leniter reddit in lecto, Galliæ æternum ſui deſiderium relinquens; quæ profecto tantæ jacturæ ſolatium non inveniſſet, niſi perpenderet, genium adeo divinum potius Cælo, quam terris deberi.

Rex cum Regina ad ipſum inviſit, per curriculum morbi, adeo ut fere inter manus regias expiraverit, cuius commodis, ſecundum cultum Dei, omnem devoverat vitam. Quod Rex tanti miniſtri merita agnoſceret, à lacrymis nec temperare potuit; per eam occaſionem teſtatus, benevolentiam ſuam reſpondere rebus vel geſtis, vel conſultis ad reipublicæ gloriam.

Politica reminiſcentia.

SVmmæ difficultatis eſt, Miniſtrum in apice fortunæ commori, non ſolum ex aularum natura, quæ cælum & præcipitium ſimul præbent; ſed etiam ob principum inconſtantiam, qui plerunque deſtituunt, quos altius extulerunt; vel per diffidentiam, vel per faſtidium, ut hos deſtruant, illos de novo creent.

Sic vidimus intimos exponi odio populi & furori, nonnullos etiam ab ipſis principibus traditos, ut ſic exonerarent in ipſos invidiam violentis conſiliis attractam. Meminimus, Reges puniviſſe, anteceſſoribus adamatos, caſtigatis nimis ſplendidis officiis, ad modum criminum, adverſus rempublicam admiſſorum.

Quibus lapſus obtigit benignior, ab aula abſtinere juſſi, poſtquam potentiam in illa pene abſolutam exercuiſſent quamvis autem videri poſſint humanius ſic haberi, certum tamen manet, animum rebus arduis aſſuetum otium neceſſarium impatientius ferre, cum ipſa quies, eo quod imperetur, diſpliceat.

Aufertur aliquando miniſterium, vel quod minus capaces videantur à principio, vel qnod abutantur cum tempore, vel quod tandem rerum agendarum mole opprimantur, & oneri reddantur impares, aut Regibus non ſemper eadem conſilia placeant, adeo ut nuper gratiſſima, nunc repudientur cum nauſea. Hinc rebus ſuis optime conſultum putant, ſi per aulam aliqua inſtituatur mutatio.

CAPUT IV.

Cardinalis moritur beatus.

HIc demum miniſter, de quo nobis omnis impletur pagina, hujus vitæ uſuram reddidit in benevolentia principis: hic demum curſum vitæ finivit in ſumma dignitate, eo quod cæteros omnes antecelleret felicitate, induſtria & fide, adeo ut ſumma, quæ huic reipublicæ conciliavit commoda, ipſi expoſcerent eminentiſſima quæque munia.

Colebat denique principem, qui eum amabat tenerius, & non ſine cauſa; qund prudentia admiranda polleret, ad dignoſcenda ſubditorum merita: cui adjunxerat fortitudinem immenſam, ad rependendum ſtudium & favorem. Princeps enim ſemper ſibi conſtans, mutatione non delectatur in rebus arduis reipublicæ tranſigendis, quamprimum infallibilem invenit fiduciam, & integram fidem.

Poli-

Digitized by Google

Politica reminiſcentia.

QUamvis eximij viri digni habeantur immortalitate, cum vulgo tamen vivere deſinunt. Videas, eos frequentius perire, quam plebem, ſive ob pericula graviora, quibus à fortuna objiciuntur, ſive invidia vehementius laboret in eis deſtruendis, ſive denique mens exhauriat vires corporis per conatus eximios: quicquid ſit, coguntur neceſſitati cedere, poſt quam cæteris rebus omnibus reſtitere, & hic deficere.

CAPUT V.

Obitus & ætas Cardinalis.

CArdinalis exuit mortalitatem quarto Decembris die, feriâ quinta, hoc anno quadrageſimo ſecundo ſupra milleſimum ſexcenteſimum, à meridie, ante horam primam, annum ætatis agens quinquageſimum octavum: quod ſane curriculum vitæ valde anguſtum eſt, ſi rerum geſtarum reſpicias molem, & quæ etiam in manibus verſabat.

Nemo noſtrum poſſet ſolatium ullum admittere, poſt amiſſum tantum miniſtrum,& perditum conſilium adeo potens, niſi eo gauderemus rege, qui revera ſibi ſolus ſufficit ad bene gubernandum.

Cæterum, & omnia ſacramenta Eccleſiæ, antequam defungeretur, ſuſcepit; ut ſic moriens doceret, eximios reipublicæ miniſtros optime noſſe conjungere jus divinum cum humano & regio, adeoque Eccleſiæ cultum & reipublicæ curam reddere Quies denique illa, per quam reddidit ſpiritum, ſatis demonſtrabat, quod crederet exilio defungi, & patriam petere, adeo ut

Digitized

bona conſcientia, cum fortitudine invicta nihil metuat terribilium terribiliſſimum.

Poſſet addi cum gaudio immenſo eum exceſſiſſe vivis; quod principi ſuo vixerit, principi ſuo mortuus ſit, etiam proximum habuerit principem. Quamvis autem modeſtia cæteras animi dotes æquaverit; facile tamen intelligebat, nomen ſuum non penitiſſime abolitum iri, niſi univerſus interiret mundus: quin imo dicemus, egregia quæque facinora æternitati conſecrari, mundum autem perire.

Politica reminiſcentia.

PLurima ſunt adminicula pietatis & exercitia: Verbum dicitur verum animæ pabulum, quo ipſa nutriatur in ſpem vitæ æternæ. Sacramenta ſunt ſigna, quæ in oculos quidem incurrunt, ſed gratiam inviſibilem præſtant credenti. Hiſce gradibus adſcenditur ad cælos.

Falluntur, qui emaculationem conſcientiæ ad finem vitæ rejiciunt, cum neſciant, an eius uſus & copia fiat. Nam vir vere Chriſtianus moritur quotidie, non tam per deliquium virium, quæ effluunt inſenſibiliter, ſed per creberrimam meditationem & mortificationem peccati in carne corrupta, adeo ut mortis facies jam ſit familiariter nota, & nullum horrorem incutiat.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Cardinalis tumulatur: ei ſuccedit Mazarinus.

CORpus Cardinalis exanime componitur in lectum bene adornatum ad mærorem, viſitatur à multitudine immenſa populi, qui vel ſic teſtabatur, quanti feciſſet vivum, quem etiam à morte veneraretur. Solenniter dehinc portatur ex Palatio Cardinalitio in Collegium Sorbonnæ, ubi vivus ſibi tumulum ſtruxerat; quaſi tantus genius ſepeliri non ſuſtinuiſſet, niſi in æde ſcientiæ.

Cum autem Rex memoriam illius æque amaret, uti perſonam, omnibus propinquis promiſit patrocinium, deq; ſua benevolentia eos voluit eſſe certiores. Sic etiam ſtatuit eadem conſilia promovere, quæ tantus miniſter in regium commodum diſpoſuiſſet, in ſenatu reliquit, quoſcunque Cardinalis introduxiſſet, & inprimis Eminentiſſimum Cardinalem Mazarinum, dignum collegam & ſucceſſorem tanti viri: de quo vere dicitur, eundem genium, pari dignitati acceſſiſſe. Natales enim, actiones, & officia, cum purpura conjuncta, cum ſummis mundi muniis efficiunt dignum.

Politica reminiſcentia.

HEroës non tantum honorandi ſunt per iſtanc vitam, ſed etiam poſt exceſſum ex vivis: ſtudium enim, quod memoriæ illorum datur, cæteros invitat ad ſimilia & parem gloriam. Videas, populo exoſos tum demum amari; quemadmodum enim plebes nihil expendit præſentia incommoda, agnoſcit tandem merita laudatorum virorum, & dolet iacturam reipublicæ. Quis denique adeo hebes eſſet, & naturæ degener alum-

nus, ut nollet amare, qui patriæ amori ſe totum immolavit, pervigil uſque ad quietem reipublicæ ſecuram.

Adde iſtis, invidiam, rerum egregiarum gangrænam familiarem, ſublatis perſonis evaneſcere, ubi judicio licet admirari, quod obſtinatio contemſerat, aut temere ſuggillaverat. Sic purpura detrahitur heroi contumulando, ſed ut eum clarius oculis inferat; neque enim bona noſtra, quæ poſſidemus, pro dignitate æſtimamus, niſi iiſdem privati.

Oportet ſane Naturam per aliquot ſecula laborare, ſi inſtituat producere virum eximium: neque etiam Phænix Galliæ renaſcitur quotidie, niſi per recordationem, & vitam ſequacium. Vtut redire in vitam nequeat, totus utique non moritur. Quæcunque enim hiſtoriæ gloriam Regis narrabunt, laudem miniſtri ſonabunt, ut omnes omnino libri ſint interituri, ſi nomen Richelij excidat ex mortalium memoria.

Dicam etiam, Rupellam, Montalbanum, Caſalam, Pinierolam, Nancejum, Turinum, Briſacum, Atrebatum, Perpinianum, Sedanum & Tortonam depingere virtutem huius miniſtri, quæ penicillo ad poſteros tranſmittatur loquaci.

Si princeps ſummum miniſtrum fato communi perdat, non utique mutabit ſua conſilia, ſuis rebus commoda, nec benevolentiam recuſabit ipſius familiaribus; raro enim ab uno ad alterum tranſitur extremum, ſine medio periculoſo. Sic igitur conſtant munia inter præſentes, ubi meritorum præteritorum habetur ratio.

Poſſent enim hoſtes credere, meliora conſilia evanuiſſe, cum vita miniſtri, & rempublicam turbare intus, etiã fædera cum Exteris inita frangere, & operosè acquiſita eripere. Vt igitur inſtitutum promoveatur, in Senatu retineat oportet principaliora inſtrumenta, qui dignitatibus fulgeant ad authoritatem conciliandam validiis, iis etiam dotibus excellant, quæ quoſvis honores & munia mereantur.

Quis vero hic non animadvertat ſapientiam Ludovici Iuſti, quæ ſemper reſpondet ipſius virtuti? facit enim

Digitized by Google

nim Richelium ſuperſtitem in Mazarino illuſtriſſimo, cæteriſque perſonis ab eodem miniſtro adamatis & cultis. Hoſtis igitur metuat manes defuncti, & genium, fateaturque, Galliæ eſſe conſilium æternum rectius, quam Hiſpania ſibi illud arrogavit.

Finis hiſtoriæ de miniſterio Cardinalis Richelij.

HISTO:

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER I.

Summa capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta Politica reminiſcentia.

1624.

1. LAus regis Galliæ: quis ad Miniſterium reipublicæ adſciſcendus. p. 1.
Cardinalis in partem curarum aſſumitur. 3
2. Matrimonium inter regem Angliæ & Henriettam Mariam, Virginem Galliæ principem, ſancitur. 4
Matrimonia principum utilia, in prophanis & ſacris. 9
3. Articuli matrimoniales inter regem Magnæ Britanniæ, & Henriettam Mariam, principem Virginem Galliæ. 12
Fæminæ convertunt maritos. 13
4. Aliæ leges matrimoniales, familiam novæ nuptæ ſpecialius ſpectantes.
Rex Galliæ elocat Virgines principes. 13
5. Matrimonia ex conſuetudine permittuntur. 14
6. Pater Berulus legatur ad Pontificem, ad impetrandum diſpenſationem matrimonialem. 16
Opinionem prudentiſſimi aucupantur. 18
7. Villoclericus ad regem Angliæ extra ordinem legatur. 20
Fides data eſt ſincere ſervanda. 21
8. Fædus inter regem & Hollandos renovatur. 22

Fæde-

Fædera reipublicæ inprimis neceſſaria. 24
9. Ornanus tribunus militaris, in Baſtiliæ carcerem, & inde in Caſtellum Caormi compingitur. 24
10. Ornatus ex tribuno evadit Mareſchalcus Galliæ. 26
Majeſtas nec ſanguinem ſuum reſpicit. 27
11. Marchio Veterivillanus ad fanum Germani cuſtodiæ mancipatur, in Caſtellum Amboſianum ſeponendus. 28
Principia dominandi ſint lenia, non aſpera. 30
12. Champinnius & Mariliacus fiſco præficiuntur. 31.
Non nimium eſſe diffidendum. 33
13. Haligrius ſigilli cuſtos, ab obitu Silierij, fit primicerius. 34
Non ſemper aptiſſimos poſſe adhiberi muneribus. 35.
14. Fiſci adminiſtratio excutitur. 36
Peculatus ſemper punitus. 38
15. Turbæ per Vallem Telinam. 39
Virtus unita fortior. 41
16. Bethunius mittitur Romam Orator, revocato Silierio. 42
Orator ſit prudenter importunus. 43
17. Marchio Cæurius ad pagos Helvetiorum legatur, ob Rhætiæ turbas. 45
Aliud reſpublica, aliud princeps ſpectat in magnis rebus. 46
18. Fædus inter Regem, Sabaudum & Venetos coit, de Valle Telina reſtituenda. 47
Quomodo fædera ſint contrahenda utiliter. 49
19. Cæurius ducit exercitum ad munimenta Vallis Telinæ occupanda. 50
Quid in expeditione quavis ſit obſervandum. 52
20. Religionarij, Duce Subiſio, claſſem adornant, & Blabiæ portum occupant. 54
Vigilantiam gubernatori per quam neceſſariam eſſe. 55.

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER II.

1625.

Summaria Capitum

1. LAus Cardinalis Richelij. 56
Summi Miniſtri officium. 57
2. Deliberat Rex cum Cardinale de bono publico. 58
Pacis ſtudium, ut reipublicæ damnoſum. 60
3. Cæurius de novo jubetur exorſam telam in Valle Telina armis perſequi. 61
Conſilium præſtat robore. 63
4. Pontifex Cardinali Valettano, adeoque Bethunio teſtatur, quam ægre ferat, munimenta ſuæ fidei commiſſa, per Vallem Telinam tentari. 64
Depoſitum ſancte reddendum eſſe. 65
5. Pontifex ad regem legat Bernardinum Naryum, qui ægritudinem teſtaretur de Ceurij progreſſu per Vallem Telinam. 67
Quomodo legati habendi ſint. 68
6. Hiſpanus fœderi ſuperiori fœdus opponit cum principibus Italiæ initum. 69
Europam in duas factiones dividi. 69
7. Hiſpanus diffamat fœdus Galliæ cum Sabaudo & Venetis. 70
Religio, efficax prætextus in juſtitiæ. 72
8. Colluſio Hiſpanorum cum Religionariis. 73
Non licet rebellare regi.
9. Rex aggreditur Genuenſium rempublicam, ob graviores cauſas. 76
Fœdera quæ in bellis externis ſpectanda. 77
10. Pontifex mittit Cardinalem Barberinum cum authoritate

Digitized by Google

ritate legati, pacem conciliatum inter Reges Galliæ & Hiſpaniæ. 78
Pontifices quales ſint arbitrii pacis. 80
11 Berulus Pontificem adit, ob diſpenſationem matrimonii inter Henriettam Mariam, Galliæ Virginem, & principem Walliæ contracti. 81
Legatus nihil præter mandata agat. 83
12. Quæ diſpenſationem matrimonij cum Anglia contracti impedierint. 83
Dandum eſſe aliquid neceſſitati. 85
13. Moritur Rex Magnæ Britanniæ, perficitur matrimonium inter principem Walliæ filium, & Henriettam Mariam Galliæ virginem. 86
14. Dux Bukinkamiæ à Rege Magnæ Britanniæ in Galliam legatur, ut Reginam conjugem deduceret. 87
Reges debent eſſe ſumtuoſi. 88
15. Colluſio legatorum Angliæ cum Matronis quibusdam aulæ Cardinalis innoteſcit. 89
Fæminæ cur turbis ſtudeant. 89
16. Bellum per agrum Genuenſem. 90
Audentes fortuna juvat. 91
17. Quæ Galli porro per Italiam egerint. 93
Fædera principum facile ſolvuntur. 95
18. Religionarii, inſtigatore Hiſpano, potenter in Regem inſurgunt. 96
Summum virum decet ſumma vigilantia. 97
19. Rohanij auſa per Languedociam: ſententia Parlamenti Tholoſani adverſus ipſum. 98
Regi fruſtra refragantur ſubditi. 100
20. Calamitas circa Mõtalbanũ, ab Eſpernonio infertur. 101
Populatio agrorum cogit ad obedientiam. 101
21. Momorantius vincit Religionarius. 102
Rebellio ſemper infelix. 104
22. Barberinus, ſedis Apoſtolicæ legatus, ob Vallis Telinæ incommoda in Galliam venit. 105
23. Barberinus ſubito ex aula Galliæ diſcedit. 108
Pontificia poteſtas ut à regia differat. 109
24 Rex proceres regni cõvocat, ſuper legatiõe Barberini. 110
Conſilium ſemper capiendum à proceribus. 113

25. Val.

25. Vallis Telinæ incolæ volunt Pontifici ſubjici. 114.
Qualis debeat eſſe Zelus ſacrorum 115
26. Hollandi mittunt, qui regem ad fædus mutuum inducant. 116
Bella prudentiſſime eſſe ſumenda. 118
27. Religionarij afflicti, clementiam Regis inclamant. 119.
Occaſio opprimendarum factionum ſpectanda. 121.
28. Viniolius ſupplementum ſex milllium deducit in Italiam. 122
Ambitio punitur cælitus. 123
29. Supplementum ſubmittitur Cæurio in Vallem Telinam. 124
Audaciam prudentia eſſe regendam. 125
30. Rohanius excuſat, quod leges factioni ſuæ perſcriptas accipere nequeat. 126
Imminutam Regis authoritatem profuiſſe Religionariis. 127
31. Cardinalis laborat, ut regi matrem, fratrem, & agnatos reconciliet. 130
Concordia opus eſt per familiam regiam. 132
32. Blainvillanus extra ordinem legatur in Angliam. 134.
Matrimonia principum raro pacem ferunt. 135
33. Cura Cardinalis circa fiſcum. 135
Ærarium ante bellum ſuſceptum inſtruatur. 136.
34. Libelli quidam infames, ab Hiſpanorum ambitione orti, in Conventu Clerici damnantur. 137
Eccleſiaſtici tenentur contribuere ad bellum. 138.
35. Lotharingia ex Teſtamento Ducis Henrici turbatur. 139.
Mares quot modis fæminis ſuperiores. 145

HISTO-

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER III.

1626.

Summa capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta Politica reminiſcentia.

1. SAbaudus continuat bellum contra Hiſpanos. 147
Pax optima rerum. 148
2. Pactorum Monſoniorum finis. 149
Ad finem obtinendum formam non adeò ſpectandam eſſe. 152
3. Pontifex ſumme lætatur ob pacem inter reges. 152
Et orator & Pontifex ſæpe diverſarum ſunt partium. 153
4. Bulionius ad Sabaudum legatur ad pacta perſuadenda. 155
Medij principes peſſimo ſunt loco. 156
5. Caſtelnovanus in eundem finem legatur Venetias. 158
Infirmiores malè habentur à potentiſſimis. 160
6. Quomodo de munimentis ſolo æquandis convenerit. 161
Cur Pontifex colendus. 163
7. Leges pacis Rupellanis datæ. 164
Non omnia ſeverè eſſe vindicanda. 165
8. Edictum duellis coercendis. 166
Vindictam non eſſe exercendam. 167
9 Damnatur libellus Sanctarelli Ieſuitæ. 168
Pontifex non poteſt exauctorare reges. 169
10. Subtilis modus Saxones inferiores adverſus Auſtriacos fæderandi. 171
Quomodo bellum ſit ſuadendum. 173
11 Conſpiratio quorundam Aulicorum in regem & rempubl. 174
De ſilentio ſervando. 176
12. Ornanus Mareſchalcus atttinetur ad Fontem delitiarũ deducendus in ſylvam Vincennarum. 177
Diſſimulatione opus eſſe in conſpiratione. 179

13. Cardinalis à rege petit dimiſſionem. 179
Moderatio ſuperat invidiam. 181
14. Vindonicenſis, cum ſummo Priore, fratre, Blæſiæ attinetur. 182
Quomodo fides ſit ſervanda. 185
15. Rex Ordines cogit Nannetum. 186
Quatenus Principum matrimonia ſint libera. 189
16. Chalæſius incarceratur. 190
Amores & ambitionem vitandos. 191
17. Conſpiratio Chaleſij à judicio Nannetenſi punitur. 192
Princeps non debet ſemper eſſe clemens. 193
18. Sententia mortis fertur in Chalæſium. 194
Non rigidè in conſpirationis ſocios procedendum. 196
19. Turbæ à domeſticis reginæ excitantur in aula Angliæ. 197
Peregrini cur plerunque exoſi. 198
20. Baſſompetrus in Angliam legatur. 199
Jurisjurandum nunquam eſſe violandum. 201
21. Commercia maritima conſtituuntur. 202
Commercia eſſe neceſſaria. 205
22. Cardinalis conſtituitur ſummus Magiſter commerciorum. 204
Tituli ambitioſi accuratè vitandi. 205
23. Proceres coguntur Lutetiam, ad regni turbas coercendas. 206
Conſilio Procerum eſſe utendum. 209
24. Baradas ab Aula removetur. 210
Fortunæ non eſſe fidendum, ob benevolentiam principis. 211
25. Diſſidium Veroduni inter Epiſcopum, & præfectos oppidi.
Quouſque valeat anathema in miniſtros Regios. 214

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER IV.

1627.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. RUpellanorum tumultus inſolentes. 215

Demo-

Democratiæ in commoda. 217
2. Ambitus Rohanij per Languedociam. 219
Bellum non temere ſuſcipiendum. 221
3. Rex Cardinalis conſilio inſtigatus, Rupellam obſidendam cenſet. 222
Bellum cautiſſimè ſumendum. 225
4. Lotharingus regem adit Lutetiæ, ut conqueratur de præfectis Verodunenſibus; etiam homagium de Ducatu Barrenſi præſtet. 216
Mutatio legum cavenda. 229
5. Moritur Aurelianenſis, enixa filiam. 230
Incerta eſſe omnia ſumma. 231
6. Duellum Pralini & Butevillani ſevere punitur. 232
Duella cur deteſtanda. 234
7. Artes Angli, & principum vicinorum, ad regem à Rupellanis divertendum. 235
Iuſtitia valeat in factionibus ſuſcitandis. 236
8 Æmulorum conatus ob Rupellam. 237
Authores bellorum raro felices. 239
9. Turbulenti quidam Baſtiliæ mandantur. 241
Qui turbulentorum nocentiſſimi. 242
10. Litigium inter Eſpernonium, & Parlamentum Burdegalenſe, per Cardinalis ſapientiam componitur. 243
Litigia an, & qui intum conducant. 244
11. Rex Lutetia ad Rupellam properans, ipſo die diſceſſus Villaregiæ decumbit. 245
Quanta negotia incumbant ſummo Miniſtro. 247
12. Claſſis Angliæ ad Reæ inſulam accedit. 248
Anguſtiæ difficulter defenſantur. 250
13. Obſidio Rupellæ è longinquo. 251
Prudentiæ ſumma laus. 253
14. Bukinkamus citadellam munimenti Sanmartiniani aggreditur. 254
Quæ ad obſidionem ſuſtinendam requirantur. 256
15. Extrema patiuntur obſeſſi in inſula. 257
Rationes diverſæ ad nunciãda neceſſaria ex obſidione. 258
16. Inſula Reæ accipit auxilia. 261
Quomodo auxilia maritima perducenda. 263
17. Aurelianenſis accedit exercitum, redit Lutetiam. 264

Imperium non admittit conſortem. 266
18. Rex ſanitati reſtitutus, ad Rupellam properat, ut ſua præſentia Anglos ex Reæ inſulâ dejiciat. 267
Deus conſtituit, & ſerviat imperia. 268
19. Auxilia denuò obſeſſis in Reâ ſubmiſſa. 269
Aggreſſoribus omnia ſunt facilia. 271
20. Angli fruſtra incurſant munimentum. 272
Quæ ſit ratio tuendi munimenti. 274
21. Angli victi exiguntur ex inſula Reæ. 275
Nihil præcipitandum in patriâ. 276
22. Regis clementia in captivos. 277
Cur clementia victori neceſſaria. 278
23. Obſidio Rupellæ ſumitur. 279
Ad bellum & pacem parari decet. 281
24. Maris uſus adimitur Rupellanis. 282
Oppida maritima difficulter concluduntur. 284
25. Marchevillanus ad Bavarum & Trevirenſem Electores mittitur, ad pacem imperio procurandam. 285
Fæderati ſunt propugnacula noſtra. 288
26. San Chaumontius ad Vincentem Mantuæ ducem, extraordinem legatur. 289
Fæderati ſunt adverſus ſumma imperia aſſerendi. 291
27. Rethelii princeps ducit Mariam Mantuæ hæredem. 292
Succeſſor maturè quærendus imperio. 295
28. Rohanius turbat occultè per Languedociam, dum Subiſius frater Rupellanis Anglorum auxilia procurat. 297
Plebis miſer fit ſervus, qui ſe ei ducem dat. 299
29. Gallandus ex ordine Senatorum intimorum, mittitur ad firmanda oppida, qua Rohanius pervertebat. 300
Factioſi ex oppidis ſunt ejiciendi. 301
30. Rex poſt negotiationes ad Rohanium coërcendum inanes, expedit arma. 302
Religio militem facit fortem, ducit proſperum. 304

HISTO-

1366

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER V.

1628.

Summa Capitum quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. RVpellani mittunt, qui à rege Magnæ Britanniæ auxilia petant. 306
   Rebellio ad extrema facile prolabitur. 308
2. Hiſpanus Fridericum Toletanum ad regem mittit cum claſſe. 309
   Exteri milites non ſunt fidi, ut ſubditi. 310
3. Spinola cum filio & Leganeſio apparatum obſidionis Rupellanæ contemplatur. 312
   Princeps ſit liberalis & magnificus in hoſpites. 313
4. Rohanius ſpem in Languedocia progrediendi mittit. 314
   Quando impoſtura & ſtratagemate liceat uti. 316
5. Rex ab obſidione Rupellana & Pariſios recurrit, ut factiones per Picardiam, Champaniam & Briam à Religionariis excitatas coerceret. 317
   Quæ virtutes requirantur, ad ſervandum Principis favorem. 319
6. Cardinalis exercitui præeſt, abſente rege. 321
   Diſciplina militaris ſumme neceſſaria. 323
7. Cardinalis crepitaculum intentat Rupellæ. 325
   Quantum malum ſit ignavia 326
8. Rex ad nuucium de Anglorum claſſe, quæ Rupellanos liberaret, ſtatuit ad exercitum redire. 327
   Odium & invidia, peſſimi conſultores. 329
9. Fecialis rogat Rupellanos deditionem. 331
   Princeps curet neceſſaria militi. 332
10. Claſſis Anglorum ad Rupellam contendit. 333
   Diſciplinæ militari maximè ſtudendum. 335
11. Angli fruſtra Rupellanos liberare tentant. 337
   Populo rebelli non fidet extraneus Princeps. 339

12. Angli, poſt conatus quosvis inanes, ad ſua redire conſtituunt. 340
Principis pietas victoriam conciliat. 342
13. Rupellanorum diſcordia, ob Anglorum diſceſſum. 344
Plebes ad extrema defertur. 346
14. Transactio inter regem & Rupellanos. 347
Vigilantia ſummè neceſſaria in bello. 348
15. Rupellani fame ad extremas miſerias rediguntur. 350
Fames omnem vim ſuperat. 351
16. Rupellanorum extrema fames. 352
Vana ſeges & ſatio obſeſſis concedenda. 353
17. Eruptio Rupellanorum. 353
Quid obſidentes & obſeſſi ſpectare debeant. 354
18. Rohanius continuat machinationes per Languedociam. 355
Quid requiratur ad bellum ſumendum. 357
19 Dux Trimuliæ tranſit ad ſacra Romanenſium. 359
Quomodo hæretici ſint convertendi. 360
20. Subiſius & Rupellæ Deputati fruſtra obtinent tertia auxilia ab Anglis. 362
Pudor ſæpe recuperavit victoriam. 363
21. Prælium maritimum inter Galliæ & Angliæ exercitus. 365
Quæ ſint imperatoriæ virtutes, 366
22. Armiſtitium aliquot dierum, inter Gallos & Anglos, ad Rupellam belligerantes.
Miles poſt cladem acceptam timidiuſcule pugnat 369
23. Embius, imperator Anglorum, mittit Montacurium ad regem. 370
Non temere confidendum aut fortunæ aut hoſti. 371
24. Rupellani leges deditionis agitant. 373
Quomodo per longam obſidionem victi ſint habendi. 375
25. Rex introit Rupellam. 377
Clementia erga victos omninò neceſſaria. 379
26. Rex religionem Catholicam Rupellæ conſtituit. 381
Religio apud omnes Gentes mordicus retinetur. 382
27. Conſtitutiones regiæ ad Rupellanos in obſequio continendos. 383

Quomo-

Digitized by Google

Quomodo victi ſint habendi. 384
28 Gloria regis ſumma ex capta Rupella. 386
Imperia urbum creſcunt per virtutem, cadunt per vitia. 387
29. Cardinalem & Rupellam ſubigendam plurimum contuliſſe. 388
Miniſter partem gloriæ cum Principe fert. 389
30. Obſidio Rupellana quadraginta Milliones librarum inſumſit. 391
Pecunia recte adminiſtranda. 392
31. Copiæ regiæ per Languedociam graſſantur. 393
Obſidio propter diverſiones cautiſſime tuenda. 395
32. Condæus Pameriam, & alia loca capit. 396
Campi ſunt tenendi, ne obſeſſis ſubveniatur. 399
33. Sabaudus ſociatur gubernatori Mediolanenſi adverſus Nivernij & Mantuæ imperium. 400
Annona exercitu ſumme eſt neceſſaria. 402
34. Rex curam ſuſcipit Rætorum fæderatorum. 404
Mandatorum executio debet eſſe libera. 406

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER VI.

1629.

Summa Capitum quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. IUcundi ſunt tranſacti labores. 408
Semper manent ſemina bellorum. 408
2. Rex poſt deditam Rupellam, abit ad ſolvendam Caſalæ obſidionem. 419
Quantum vir prudens præſtet cæteris. 412
3. Quare intempeſtivè ſuſcepta fuerit hæc expeditio. 412
Temporis opportunitas, maximum rerum momentum. 413

4. Rex conſtituta expeditione in Italiam, reginæ matri rem publicam committit. 414
Fæminæ honoribus demulcentur. 415
5. Rex iubet Mariliacum, ſigillorum cuſtodem, principaliores regulas anno 1614. per Ordines cenſitas conquirere, ut ex Senatusconſulto vim ſtatutorum adipiſcantur. 416
Quomodo leges à Parlamento ratificentur. 417
6. Rex Pedemontium ingreſſurus, Religionarios per Languedociam ſubigit ad arma ponenda, & declarationes ſacerdas. 419
Quatenus hæreſis ſit toleranda. 420
7. Digreſſive regis ad iter Pedemontanum, incidit in 15. Ian. 421
Cur reges rarius debeant prodire. 422
8. Lotharingus regem ſub diſceſſum inviſit, homagio de Barrenſi Ducatu in reditum reiecto. 423
Venatus decet Principem. 424
9. Vincitur Sabaudus 14. Febr. 1629. 425
Eloquentia habet vim ſummam. 428
10. Sabaudus regem fruſtra differt promiſſis. 429
Princeps ardua negotia ipſus curet. 430
11. Rex anguſtias perrumpit, & Suſam occupat. 431
Quid interſit inter temeritatem & fortitudinem. 433
12. Princeps Pedemontii Suſam venit, ut ex authoritate parentis cum rege agat. 435
Neceſſitati aliquando cedendum. 436
13. Mantuanus ab Hiſpanorum oppreſſione per regia arma penitus liberatur. 437
Prudentia ad res arduas multum conducit. 438
14. Pedemontanus cum coniuge ſalutat regem. 439
Principes metum oſtentent. 440
15. Tricæ Pariſienſes matronarum, de matrimonio Aurelianenſis cum Maria Mantuana. 411
Fæminæ ſunt valide impotentes. 442
16. Rex non poteſt placare matrem reginam. 444
Fæminæ ſunt cautiſſimè tractandæ. 445
17. Rex Caſalâ, & aliis Monferratenſibus communitis, Suſam linquit, Languedociam luſtraturus. 446

Rebellio

Digitized by Google

Rebellio in ortu opprimenda. 447
18. Rex Hiſpaniæ cum Rohanio agit, ad nova per Galliam diſſidia excitanda. 448
Iuſtitia decet principem. 449
19. Rex Privaſium petit Cardinale Suſæ relicto. 450
Diffidentia præ negligentia habenda. 451
20. Rex Privaſium obſidet, & capit. 452
Metus adhibendus, ubi clementia fruſtra eſt. 454
21. Marillacus, à regina matre miſſus, adit regem ad Privaſium. 455
Ambitioſi ſunt cavendi. 457
22. Rex capto Privaſio, per Languedociam facit ampliſſimos progreſſus. 458
Rebellio ſine duce non durat. 460
23. Rex introit Vleſum, Nemauſium, aliaque rebellium oppida, cum Edicto pacificationis. 461
Hæreticorum natura & inſtitutum. 462
24. Conſpiratio adverſus Cardinalem. 463
Labor decet Principem. 464
25. Guronus Montalbanum legatur. 465
Primò liberalitas eſt coercenda. 467
26. Montalbanenſes perſuadentur. 468
Populus in utramque partem eſt nimius. 469
27. Montalbanum ad obſequium regis redit. 471
Victoria incruenta laudatur. 472
28. Cardinalis introit Montalbanum victor. 473
Qui finem obtinet, eſt victor. 475
29. Malevoli non agnoſcunt Cardinalis operam. 476
Abſentia in aula eſt damnoſa. 477
30. Merodius, Imperatoris Cubicularius, invadit Rætos inopinantes. 479
Nemo alienas terras temere invadat. 480
31. Merodius Galliæ legatum violat. 481
De jure legatorum. 481
32. Sabranus ad Imperatorem legatur. 482
Quomodo negotiatio pacis ſit inſtituenda. 484
33. Crequius ad Sabaudum legatur. 485
Neutras partes non eſſe fovendas. 486
34. Leonus in Helvetiam legatur. 487

Digitized by Google

Concordia ſervantur imperia. 488
35. Auſtriaci cum exercitu in Mantuanum imperium irruunt. 489
Duces debent colere fidem. 491
36. Mantuanum juvant Veneti. 492
Viciniſſimi debent oppreſſo promta auxilia. 492
37. Fædus inter Galliam & Angliam renovatur. 494
Modi diverſi ſanciendi fæderis. 495
38. Aurelianenſis ſecedit in Lotharingiam. 496
Principes cur non debeant regno excedere ob tædium. 497
39. Cauſæ, cur Aurelianenſis ex regno ſeceſſerit. 498
Quæ ad reſtituendam rempublicam requirantur. 500
40. Mareſchalcus Mariliacus à rege ad Aurelianenſem legatur. 502
Negotiatoris publici officium. 503
41. Aurelianenſi augetur appanagium. 505
Quæ Appanagia ſint conſtituenda principibus regiis. 506
42. Cardinali mandatur ſummum imperium in exercitus regios per Italiam. 507
Quæ ſint ſummæ Imperatoris virtutes. 510

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER VII.

1630.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. ANnus Europæ, atque adeo Galliæ, & inprimis Cardinali laborioſus. 512
Omnia inferiora ſunt inconſtantia. 518
2. Archiepiſcopus Lugdunenſis & Bannius, purpuratis adſcribuntur. 514
Gallia habet patronos in Curia Romana. 515
3. Eſtræus ad Venetos legatur, bono Mantuani. 516

Impa-

Imparatus nunquam ſit princeps. 517
4. Rex iter in Italiam ſuſcipit. 518
Offenſas vindicant Principes. 519
5. Rex præſentia ſua vult animare militem. 519
Præſentia Principis victoriam parit. 520
6. Regina mater comitatur regem. 520
Quid ira inveterata præſtet. 521
7. Sabaudus non vult ſtare pactis cum rege initis. 522
Princeps fidem datam exoluat. 523
8. Quid Sabaudus Cardinali propoſuerit. 524
Quomodo colloqui debeant ſummi viri hoſtili animo 524
9. Cardinalis artes Sabaudi intelligit. 525
Quæ ſint principum excuſationes. 526
10. Panzirolus Nuntius media pacis inter Sabaudum & Cardinalem proponit. 527
Incommoda belli & commoda pacis. 528
11. Caſala accipit annonam. 529
Tractatus cur non facile debeant abrumpi. 530
12. Diverſa colloquia Pedemontij cum Cardinale. 531
Caute eſſe colloquendum cum hoſte. 532
13. Sabaudus fit perplexus. 533
Nihil præcipitanter eſt agendum. 534
14. Quare Sabaudo ſit bellum inferendum. 535
Semper deliberandum. 537
15. Quibus de cauſis Sabaudus ad partes Imperatoris & Hiſpani tranſierit. 537
Odium eſt peſſimus morbus. 539
16. Cardinalis traducit copias Dorian. 540
In trajiciendis fluminibus apparet ſcientia militaris. 540
17. Obſidio Pinierolæ. 541
Strategemata non poſſunt doceri. 542
18. Pinierola redigitur ad obedientiam regis. 543
Prima ſors armorum eſt maximi momenti. 543
19. Citadella Pinierolæ concedit in poteſtatem regiorum 544
Imperatoris autoritas multum valet. 545

20. Tran-

Digitized by Google

20. Tranſitus ex Galliâ in Pedemontium fiunt liberi, poſt ſubacta aliquot oppida Sabaudiæ. 546
Nihil à tergo relinquendum. 546
21. Seditio oritur Divioduni. 547
Quomodo ſeditio ſit coercenda. 548
22. Frater regis redit in Galliam. 549
Sanguis arguit propinquorum amicitias. 550
23. Rex Aurelianenſi confert imperium in exercitum Champaniæ, cum præfectura Pariſiorum. 551
Quomodo habendi ſint Principum propinqui. 551
24. Rex pervenit Lugdunum & Gratianopolim, ubi Cardinalis eum accedit. 552
Reges æque moventur, uti privati. 553
25. Mazarinius Cardinalis feliciter negotiatur pacem inter regem & Sabaudum. 553
Pax fit optimè inter æqualiter armatos. 554
26. Chamberiacum Sabaudiæ capitur. 555
Caput provinciæ petendum, idque promptiſſimè. 556
27. Regii capiunt Anneſyum & Romillyum. 557
Nihil moræ admittendum, in expeditione. 558
28. Plurima caſtella ſubiguntur. 559
Exercitus victor eſt par torrenti. 559
29 Rex occupat univerſam Sabaudiam. 560
Galliæ rex gloria cumulatur. 560
30. Rex ad petitionem iteratam reginæ matris redit Lugdunum 561
Fæminæ deſideriis potius, quam judicio recto ducuntur. 562
31. Regina mater iram adverſus Cardinalem exercere pergit. 563
Non turpe eſt, ad prudentum conſilia cedere ab inſtituto. 563
32. Conſtitutio juris annui. 564
Honorum commercium eſt valde damnoſum. 565
33. Supprimitur jus annuum in Iudicaturâ, quod rex poſtmodum reſtituit. 566
Non ſemper optima poſſunt conſtitui. 567
34. Rex à fano Iohannis Moriani redit in Galliam. 568
Rara avis in aulis miniſter fidelis. 569
35 Mari-

35. Mariliacus Mareſchalcus exercitum Campaniæ non ducit in Italiam juſſus. 570
Ambitio ſibi ſoli conſulit. 571
36. Quas artes cuſtos Sigillorum & frater Mareſchalcus, Mariliaci, conſuerint. 571
Diſſimulatio non poteſt diutiſſimè teneri. 572
37. Pugna cum Hiſpanis, ſed Gallis parum fauſta. 573
Milite exercitato opus eſt reipublicæ. 574
38 Mantua capitur ab Imperialibus. 575
Obreptionibus patent quævis munimenta. 576
39. Quare Manta fuerit capta. 577
Novum imperium diligenter eſt firmandum. 577
40. Marchio Spinolæ aggreditur Caſalam. 568
Ignominia ſæpè peperit victoriam. 579
41. Redintegratio fæderis Hollandici agitur. 580
Et vis, & prudentia hoſti opponenda. 581
42. Rex imperium militiæ committit Momorantio, Effiato & Forzæo. 582
Summæ prudentiæ eſt, complures adæquare in concordiam. 583
43. Triumvirorum victoriæ. 584
Non temere oppugnatores potentiſſimi offenduntur. 585
44. Schombergius capit Velianam. 586
Prima victoria trahit cæteras. 586
45. Sabaudus concedit fatis. 587
Mors ante tædium miſeriarum optanda. 588
46. Princeps Pedemontij imperium ſumit in exercitum, poſt mortem parentis, Sabaudiæ ducis. 589
Commodis propriis ducuntur omnes Magnates. 590
47. Armiſtitium conciliatur inter regios Hiſpanos, interceſſione Mazarinij. 591
Induciarum mentio non eſt temere rejicienda. 592
48. Cur Galli inducias pepigerint. 593
Non nimis eſſe tranſactiones intendendas. 594
49. Rex graviter decumbit, & de republica diſponit. 595
Regum ſors eſt communis. 596
50. Benignitas Cardinalis adverſus inimicos. 596
Fæminarum impotentia in amore & odio. 598

51. Con-

Digitized by Google

51. Conſtantiæ Cardinalis adverſus benevolentiæ regiæ turbatores. 599
Odium eſt coërcendum. 601
52. Summæ dotes Cardinalis. 601
Summus miniſter non facilè invenitur. 602
53. Quare rex Pariſios deſeruerit, & Cuſtodem Sigillorum, ac Mareſchalcum fratres Mariliacos cuſtodiæ manciparit. 603
Ingratitudo depingitur. 605
54. Pax agitatur inter Imperatorem & Mantuanum. 606
De rebus loginquis male inſtituitur tranſactio. 607
55. Rex legat Ratisbonam ad Conventum Imperij. 608
Non unum finem tantum habent negotiatores pacis. 608
56. Exercitus Gallicus aciem ſtruit ſub aſpectum Caſalæ. 609
Non verbis, ſed agendo procedunt negotia. 609
57. Cardinalis Mazarinius dextre tranſigit de Caſalâ, inter regem & Hiſpanos. 610
Deus dat pacem & facit bellum. 611
58. Caſalam infertur annona. 612
Hoſti excedenti non nimis fidendum. 613
59. Rex Sueciæ Germaniam invadit. 614
Cur reges limites ſuos tranſeant. 615
60. Conventus Ordinum agitur Ratisbonæ. 615
Nihil præcipitandum in ſummis rebus. 616
61. Rex Mommorantium & Thoiraſium bacillo Mareſchalci ornat. 617
Præmia ornant & invitant. 617
62. Rex Servientum jubet eſſe Actuarium ſecretum. 618
Actuarii ſecreti dotes. 619
63. Rex Vindonicenſi ignoſcit. 619
Quomodo habendi ſint Magnates poſt veniam. 620

HISTO-

Digitized by Google

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER VIII.

1631.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. ÆGritudo reginæ matris. 621
Magnates poſſunt, ſed nolunt quietem colere. 623
2. Odium reginæ matris adverſus Cardinalem. 634
Magnates ſtultè obediunt intimorum compendiis. 625
3. Matronæ circa reginam matrem turbant. 626
Magnatum intimi, quibus artibus valeant. 627
4. Cardinalis conatur demereri gratiam Reginæ matris. 629
Matres non debent reſpici in publicis. 630
5 Schombergius ad eundem ſcopum contendit. 632
Impotentia fæminarum obſtinatur per ſubmiſſiones. 633
6. Aurelianenſis improbat tricas reginæ matris. 634
Magnatum intimi ſunt beneficiis devinciendi. 635
7. Inſtitutum reginæ matris, ad ſeducendum Aurelianenſem. 637
Matres ſolent poſtgenitos tenerius amare, ſed malè. 638
8. Mater regina ſeducit Aurelianenſis intimos. 639
Magnatum intimi ſeceſſiones quærunt. 642
9. Aurelianenſis conſtituit ex aula ſecedere. 643
Ex diverſis offenſis concordant diſcordes adverſus rem publicam. 644
10. Regina mater lætatur de ſeceſſione Aurelianenſis. 646
Spes malè fundata, perit & perdit. 648
11. Rex rogat matrem reginam, à tricis abſtineat. 649
Diſſidium regiæ familiæ perničioſiſſimum. 650
12. Quare regina mater ſit remota. 652
Quomodo caſtigentur turbatores regiæ familiæ. 653
13. Senatus conſultum de ſemovenda regina matre. 655
Nulla ratio unquam fuerit ante bonum publicum. 657

14. Rex

Digitized by Google

14. Rex redit ad Pariſios, poſtquam dediſſet mandata de regina matre retinenda. 658
Etiam reginæ caſtigantur. 660
15. Principes iſtius ſectæ comprehenduntur. 661
Principes regii & cuſtodiâ & vita mulctantur. 662
16. Eſtræus conatur perſuadere reginæ matri voluntatem regis. 663
Non eſt turpe, ſententiam aliquando mutaſſe. 664
17. Intimi Aurelianenſis conqueruntur. 666
Quomodo committatur crimen læſæ majeſtatis in miniſtro ſummo. 667
18. Rex matrem reginam ſeverè admonet. 669
Veritas non facilè in aulis Magnatum dicitur. 671
19. Regina mater inquirit in factum regis. 672
Aſtrologorum prædictiones ſunt vaniſſimæ. 673
20. Rex metuit, ne regina mater ad Hiſpanos abeat. 674
Animus ulceratus promittit, quæ ſervare non cogitat. 675
21. Regina mater exit ex Gallia 675
Ira eſt frænanda, ob ſumma incommoda inde naſcentia. 677
22. Regina mater introit Bruxellas ſolenniter. 678
Exteros profugos ſemper honorifice eſſe ſuſcipiendos. 679
23. Infans mittit Carondeletum ad regem, qui concordiam cum regina matre negotietur. 682
Civilitatis officia nunquam debent intermitti. 683
24. Rex Cardinalem Valettanum mittit Aureliam ad fratrem. 684
Quomodo conſiliarii ſint legendi Principi. 685
25. Quantas turbas intimi Aurelianenſis conflarint. 687
Nihil temere audendum. 688
26. Rex Aureliam abit: veræ ſuſcepti itineris cauſæ. 689
Nihil differendum ad obruendam ſeditionem. 691
27. Aurelianenſis abit Veſontionem, unde ad regem dat literas. 693
Clementia eſt damnoſa, ſi factionibus indulgeatur. 694
28. Conteſtatur Parlamentum Pariſienſe de Declaratione adverſus perduelles. 695

Magi-

Digitized by Google

Magiſtratus fulget regia authoritate. 697
29. Petit Aurelianenſis à Parlamento, ut Cardinalis in jus vocetur. 699
Dotes eximiæ ſummi miniſtri. 700
30. Petit regina mater rem eandem. 702
Solitum eſt, non regem, ſed miniſtros aggredi, per ſtudium turbandi. 703
31. Reſpondetur calumniis, quas regi ſunt auſi proponere. 705
Fama eſt aſſerenda principi per ſeveritatem. 706
32. Rex juſtificandi & defendendi Cardinalis curam ſuſcipit, tum literis, tum Declarationibus. 707
Maximi intereſt principis ſummos viros aſſeri. 709
33. Cardinalis exiguam beneficentiam à rege ſentit, ad exemplum ſuperiorum temporum. 710
Præfecturæ non debent eſſe diuturnæ. 713
34. Opulentiam Cardinalis non eſſent invidioſam. 715
Divitiæ regunt mundum, ſed non poſſunt virtutem compenſare. 716
35. Arguitur Cardinalis, quaſi regi quidvis perſuaderet. 718
Princeps non curet minima: ſed in magnis ſequatur conſilium. 719
36. Cardinali imputantur nimia pop[illegible]arium onera. 721
Pecunia ſemper ſit præſto: ſi eum finem debentur tributa. 723
37. Miniſtri reginæ matris, & Aurelianenſis, coercentur. 724
Semper eſt ſpectandum publicum, maxime in factionibus. 725
38. Cardinalis plurimis graviſſimis negotiis diſtractus, omnia expeditus curat. 726
Summus miniſter expeditè agit in diverſis & graviſſimis negotiis. 727
39. Germaniæ negotia: de fædere cum rege Sueciæ. 729
Regum eſt, vindicare injurias. 730
40. Iuſtitia fœderis, quod rex cum Sueco pepigit. 732
Vnus Deus eſt ſuperior regibus. 733
41. Reſpondetur Hiſpanis, qui ſuggillant fædus inter Galliam & Sueciam. 737

Aliena judicamus nobiſmetipſis parcimus. 737
42. Fædus cum Sueco eſt in Eccleſiæ commodum ſancitum. 737
Intermedii ſemper patiuntur à belligerantium partibus. 738
43. Regis inſtitutum nõ poteſt omnibus innoteſcere. 739
Licet inire fædera cum infidelibus, & cũ hæreticis. 740
44. Italiæ negotia. 741
Pax non eſt recuſanda, ſi æqua fuerit. 743
45. Cur Caſala Hiſpanis ſit magni momenti. 744
Ambitio graſſatur per fas & nefas. 746
46. Jura Mantuani nihil derogare Imperatori. 647
Neceſſitas ſuperat omnia. 748
47. Sabaudus & Mantuanus pacem ſuſcipiunt. 749
Princeps expoliatus deſiderat reſtitui. 749
48. Legati principum Chriſtianorum conveniunt, de pace acturi. 750
Dotes legato neceſſariæ. 753
49. Tranſactio pacis Queraſiana. 755
Pacis facies longe jucundiſſima. 759
50. Altera tranſactio de pace. 757
Obſides in maiorem fidem dari ſolebant. 759
51. Conatus Hiſpanorum, ad frangenda pacta Queraſiana; unde denuo tranſactum Mireflorii. 760
Iactura particulæ poteſt conſervare reliquum. 763
52. Quando Sabaudus promiſerit Pinierolam regi. 764
Inſtitutum eſt regendum. 765
53. Subſidiorum Curia interdicitur. 766
Princeps non debet contemni. 767
54. Rex fæderatur cum Duce Bavariæ & electore Trevirenſi. 769
Fœdera defenſiva omnibus neceſſaria. 770
55. Rex legatos mittit ad regem Marocci. 771
Commercia, maxime maritima, potentiam augent & opes. 772
56. Nova inſtituitur Curia Iuſtitiæ apud Pariſios. 773
Rex authoritatem Senatoribus confert & aufert. 774
57. Sententiæ latæ adverſus complures. 775
Reges poſſunt leges antiquare, & novas condere. 777

58. Car-

Digitized by Google

54. Cardinalis recipitur. Dux & Par Galliæ. 778
Unde Ducum & Parium dignitas. 780
59. Synodus Religionariorum, quos Reformatos vocant, celebratur Charantoni. 782
Adimenda ſunt media turbandi. 783
60. Lotharingia turbatur. 784
Non temere irritandus, qui vindictâ valet. 786
61. Lotharingus inſtituto excidit. 787
Chriſtianis non licet aliena uſurpare. 788

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER IX.

1632.

Summa Capitum, quibus ſingulis adjuncta eſt politica reminiſcentia.

1. DUx Lotharingiæ mittit ad regem, qui de pace ageret. 789
Monarchia cæteros coercet; & ſuo tempore mutatur. 790
2. Sermones inter regem & Lotharingum. 791
Non temere eſt offendendus potentior. 793
3. Pacta inter regem & Lotharingum. 794
Quomodo fides pactorum ſit ſervanda. 795
4. Imperator & Infans, gubernatrix Belgij, Lotharingo promittunt protectionem. 797
Auxilia ſunt plerunque damnoſa. 798
5. Cur regina mater noluerit perdere Cardinalem. 799
Quare fœminæ ab imperio arceantur. 800
6. Lotharingus matrimonium Aurelianenſis cum principe Margaretha optat. 802
Matrimonia ſumma non fiunt abſque conſenſu regis 804
7. Matrimonium Aurelianenſis cum Margaretha Lotharingia diſceptatur. 806
Intimorum copia reddit principem ancipitem. 808
8. Matrimonium conſummatur. 809
Princeps de nuptiis ſtatuit. 810

9. Electores imperij Catholici cupiunt neutrarum eſſe partium. 811
Sacra prætexuntur commodis privatis. 813
10. Rex mittit Marchionem Breſeum ad Guſtavum Adolphum, regem Sueciæ. 814
Amicorum cauſa nonnihil eſt faciendum. 815
11. Rex Sueciæ reſpondet Gallo. 816
Præmia vitæ æternæ reddunt invictos. 817
12. Transactio principum Catholicorum per Germaniam, cum rege Sueciæ. 818
Non decet in tranſigendo uti fallaciis, uti in bello. 820
13. Charnaſſæus non poteſt perſuadere Ligæ partes neutras. 821
Salus populi ſuprema lex eſto in amicitiis. 822
14. Breſæus fruſtra petit aliud armiſtitium. 823
Cedendum eſt neceſſitati, ad ſacra ſervanda. 824
15. Rex Galliæ patrocinium ſuſcipit Archiepiſcopi Trevirenſis. 825
Quomodo patrocinium & neutræ partes ſint legendæ. 826
16. Rex Mareſchalcos, Forcæum & Effiatum mittit in Germaniam. 828
Periculis expoſiti cur multa promittant, pauca præſtent. 829
17. Treveris obſidetur, & reſtituitur Archiepiſcopus per exercitum regis. 831
Per patrocinium valde augetur gloria & utilitas. 833
18. Imperator recurriit Romam, ut fædus Galliæ cum Suecia ſolvat. 834
Principes Catholici concordent cũ ſede Apoſtolica. 836
19. Cardinalis terminat diſſidium inter Epiſcopos & Monachos. 838
Authoritas viri graviſſimi plurimum valet. 841
20. Aurelianenſis abit Bruxellas. 843
Quanto periculo Exteri introducantur in regnum. 845
21. Aurelianenſis conſtituit ſeſe coniungere cum Gonſalâ Cordubenſi. 946
Quomodo ſponte extorres ſint habendi. 847
22. Faſtus Gonſalæ Cordubenſis, & diversũ inſtitutũ. 848

Per

Digitized by Google

Per diverſionem diſtrahitur hoſtis. 850
23 In jus vocatur Mareſchalcus Mariliacus. 851
Qui ſubitò emerſêre, ſint modeſti. 852
24. Crimina Mariliaco intentata. 853
Deus punit oppreſſionem popularium. 855
25. Supplicium extremum Mareſchalci Mariliaci. 856
Legum obſervantia beat rempublicam. 859
26. Rex dehortatur Lotharingum de bello. 860
Conſiliũ ab hoſte & amico ſuggeſtum expendatur. 862
27. Rex præmittit exercitum; & ipſus ſequitur. 863
Quod nam bellum ſit juſtum. 865
28. Aurelianenſis venit armatus in Lotharingiam. 866
Quomodo bellum ſit ſuſcipiendum, ne nos ipſos fruſtremur. 868
29. Dux Lotharingiæ mittit, qui regi offerat obſequiũ. 870
Quilibet ſit ſua ſorte contentus. 871
30. Altera tranſactio pacis cum Duce Lotharingiæ. 872
Libertatis uſus mortalibus gratiſſimus. 874
31. Dux Lotharingiæ reconciliatur regi. 875
Benevolentia aliquando plus poteſt, quã violentia. 876
32. Aurelianenſis Manifeſto atroci impugnat Cardinalem, 877
Calumnia perſequitur ſumma miniſteria. 879
33. Aurelianenſis tranſit in Burgundiam. 880
Temeritas ſive ob virtutem, ſive ob natales, raro fauſta 881
54. Aurelianenſis cogitur Burgundiam deſerere. 882
Nulla principia ſeditionum ſunt negligenda. 883
35. Momorantij faſtidium. 885
Virtus majorum eſt firmanda virtute poſterorum. 886
36. Momorantius non poſt à malo inſtituto reduci. 887
Obſtinatio non eſt virus, ſed vitium. 889
37. Momorantius ingeminat tricas, poſtquam Aurelianenſis Occitaniam eſt ingreſſus. 891
Magiſtratus ſuam authoritatem aſſerit, ut principis majeſtatem tuetur. 893
38. Rex principi complures provincias ſubjicit regendas per ſuam abſentiam. 894
Rara eſt fides in ambitione & amoribus. 895

39. Rex Declarationes promulgat adverſus factioſos 896
Diviſio oritur ex imperio communi 898
40. Alia mandata dantur Comiti Sueſſonum. 900
Exercitus paratus, quanta præſtet commoda. 901
41. Forcæus & Schombergius Mareſchalci profligant exercitum Aurelianenſis. 902
Turpe eſt, maiorum virtutũ per poſteros inquinari. 904
42. Aurelianenſis caſtellum Baukæriæ occupat. 905
Quomodo oppidum adverſus caſtellum defendi debeat. 906
43. Momorantius capitur. 907
Hoſtis non debet ad externam neceſſitatem compelli. 910
44. Rex petit reconciliari fratri. 911
Fratrum benevolentia debet ſarciri. 912
45. Quæ capita Aurelianenſis à rege petierit. 913
Miſericordia etiam apud hoſtem locum habet. 914
46. Quam ægre Aurelianenſis deſtituerit Momorancium. 916
Magnates debent conſiderare an Principes regij rectè agant. 919
47. Quibus legibus ſit tranſactum cum Aurelianenſe. 920
Clementia ſolidiſſimum reipublicæ propugnaculum. 922
48. Oppida Occitaniæ redeunt ad obſequium. 923
In caſtiganda perduellione adhibẽda eſt prudentia. 924
49. Complures Magnates negant Momorantio libertatem & vitam. 925
Reges ſemper ſpectant bonum publicum. 927
50 Momorantius deponit uſuram huius vitæ. 928
Magnatibus non eſt parcendum in perduellione. 930
51. Raptus inſtituitur adverſus Duciſſam, Eſquilionæam, 931
Fæminas illuſtres maximè decet clementia. 933
52. Aurelianenſis Galliã relinquit, Lotharingiã petit. 934
Inferiores poteſtates debent acquieſcere in voluntate ſupremæ. 936
53. Epiſcopi quidam Occitaniæ non poſſunt à perduellione abſtrahi. 939

Non

Digitized by Google

Non eſt conſtantia, in errore perſeverare. 941
54. Epiſcopi quidam Occitaniæ dejiciuntur. 491
Eccleſiaſtici debent maiorem præſtare obedientiam, aut puniri. 943
55. Diverſas factiones nectit Guyſius. 945
Faſtidioſis & jus quærentibus provincia non eſt committenda. 946
56. Rex redit ad Pariſios ex Occitania. 948
Fortuna multos præcipitat ex favore. 949

HISTORIA DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER X.

1633.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. Cardinalis redit ad Pariſios, poſt mortem, ex Occitaniâ. 951
Summo miniſtro ſummi debentur honores, etiam à principe. 953
2. Mittuntur ad Hollandos, qui inducias impediant. 954
Quanta ſit vis eloquentiæ. 957
3. Diluuntur induciarum rationes. 958
Quibus de cauſis debeant fieri induciæ. 961
4. Marchio Sanchaumontii mititur, à rege in agrum Treverenſem, ut ex reliquis locis hoſtes excuteret, & Electorem reſtitueret. 963
Patrocinium ex bona fide reddit omnia occupata. 965
5. Legatur & Negotiatur Feuquerius cum reginâ Sueciæ, ad renovationem fœderis, inter duas coronas. 966
Non omnia ſunt committenda omnibus. 969
6. Pacta inter regem & Suecos, adeoque principes aliquot Germaniæ. 970
Princeps cordatus à primo inſtituto non recedit. 972
7. Rex mittit Ducem Crequium ad Pontificem Vrbanum VIII. qui obſequium præſtet, & diſſidium cum Venetis componat. 973
Legationes obſequii regum noſtratium ad pontificem maximum. 975

8 Crequius agit cum Venetis & Pontifice. 978
Aliud agendo attingitur ſcopus. 979
9. Segerius evehitur ad dignitatem primicerij Gallicani. 981
Dotes primicerii,&cuſtodis ſigillorum neceſſariæ.984
10. De electione, quam rex inſtituit ex conſilio Cardinalis Prælatorum,& eruditorum,& piorum. 987
Ius Epiſcopos conſtituendi ex antiquiſſimis Coronæ competere: & quinam Epiſcopi ſint legendi,ad reipublicæ emolumentum. 988
11. Rex Declarationem facit, qua tres officiales, duo ex Parlamento Pariſienſi,& unus ex Curia rationum, privantur honoribus. 991
Magiſtratus colant principē,aut priventur munere. 992
12. Diverſæ mutationes factæ hoc anno in præfecturis provinciarum & munimentorum, 994
Summi eſſe momenti gubernacula provinciarum & munimentorum tradi viris fidiſſimis, per metum diviſionis Civilis. 995
13. Creantur Equites Spiritus Sancti. 996
Præmia, quæ virtutem ſuſcitant,quomodo ſint conferenda. 1000
14. Inſtituitur Parlamentum apud Metenſes Mediomatricum, poſtquā rex ſibi ſubjeciſſet numerum oppidorum & munimentorum per Lotharingiam. 1002
Novos eſſe conſtituendos magiſtratus in terris recens conquiſitis. 1003
15. Alpheſtonus & Chavaniacus Meti ſupplicio extremo afficiuntur. 1005
Quam abominabiles ſemper fuerunt ſicarii, adeo ut Magnates eorum opera nunquam debeant uti. 1006
16. Intimi reginæ matris diverſas ſumunt vias ad Cardinalem tollendum. 1008
Perſecutio clerici clerico turpiter convenit. 1009
17. Acta hoſtilitatis commiſſa à Duce Lotharingiæ, ut odio in Galliam concepto ſatisfaceret. 1010
Principum eſſe, iracundam moderari, maximè ad bellum ſuſcipiendum. 1013

18. Rex

18. Rex mittit Guronum, qui cum Duce Lotharingiæ negotietur. 1015
Magni refert, legatos mitti ad principes, bello invadendos, ut conſilia illorum diſcantur, & ratio belli ſumatur. 1018
19. Rex mittit Nauvæum, qui Ducatum Barrenſem occuparet, ex non præſtito homagio, & Coronæ redintegraret, iura alienata. 1020
Reges non debent alienare dominium, & particulariter jura ſuprema. 1023
20. Cardinalis Lotharingiæ adit regem ad Caſtellum Theodori, ubi Nanceium petitur obfirmatè in depoſitum. 1025
Quomodo medius princeps ſeſe poſſit conſervare. 1028
21. Summum ius regis in Lotharingiam. 1030
A principe commoto, & ſæpius fallente, non tantum verba ſecuritatis eſſe ſumenda. 1031
22. Cardinalis Lotharingiæ redit ad regem ad fanum Deſiderii, & propoſitiones facit diverſas, à Cardinale duce repudiatas. 1033
Miniſter ſagax prævideat incommoda propoſitionum, quæ fiunt in paciſcendo. 1036
23. Rex obſidet Nanceium, & vehementiſſimè inſtat Duci Lotharingiæ 1038
Hoſti turbato acriter inſtandum, etiam poſt diverſas clades. 1039
24. Margaretha Nanceio exit, Bruxellas petit. 1041
Nihil ingenioſius fœminis, ad exequēda deſtinata. 1043
25. Tranſigit Lotharingus. 1044
Nullum temporis momentum eſt negligendum. 1046
26. Obſervatur Lotharingus, quod tergiverſaretur pacta ſervare. 1047
Princeps promiſſa deſtituere parans, poſt tranſactionem, debet attineri, ut hoſtis. 1051
27. Rex invehitur Nanceium, & diſponit omnia: 1052
Qui ordo ſervandis in loco recens capto, adverſus principem hoſtem. 1054
28. Conatus Feriani & Aldringerii, ad Lotharingum aſſerendum, redduntur prudentia Cardinalis inutiles. 1056

Digitized by Google

Prudenter impetitur hoſtis in tranſitu per arma fœderatorum. 1058

29. Diverſi commeatus, ad tranſigendum cum regin matre, & Aurelianenſi. 1060

Summæ eſt prudentiæ, nihil præcipitare tranſactionem cum periculo reipublicæ conjunctam. 1064

30. Cardinalis gratiam reginæ matris ambit. 1065

Primæ impreſſiones ſunt tenaciſſimæ. 1068

31. Litigium inter Archiepiſcopum Burdigalenſem, & ducem Eſpernonium. 1069

Ab omni tempore Pontificibus & Epiſcopis magnos exhiberi ſolutos honores. 1073

32. Edictum ſumptuarium ad coerçendas expenſas. 1075

Edicta ſumtuaria, quæ moderandis expenſis nimiis fiunt, & principi, & popularibus eſſe utilia 1076

33. Diſſidium inter Epiſcopos & Monachos definitur per ſententiam Senatus. 1077

Quam poteſtatem habeant reges in cauſis Eccleſiaſticis. 1079

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER XI.

1634.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. Aurelianenſis redit in Galliam. 1081

Patria omnium locorum eſt gratiſſima. 1082

2. Philippiburgum traditur Gallis. 1083

Tranſitus ſunt accuratè ſervandi. 1084

3. Argentina recuſat Gallos. 1085

Vindicta non debet adferre damnum. 1085

4. Anglia non ſervat leges matrimonii. 1086

Principum exempla plurimum movent. 1087

5. Rohanius Helvetiorum animos conciliat regi. 1088

Inter vicinos eſt acerbiſſimum bellum. 1089

CON-

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII,

LIBER XII.

1635.

Summa Capitum, quibus ſingulis adjuncta eſt politica reminiſcentia.

1. PHilippiburgum & Treveris obruuntur, ipſo Archiepiſcopo. 1090
Fortitudo non debet carere prudentia. 1091
2. Rex Galliæ accingitut ad bellum adverſus Auſtriacos. 1091
Fæderati ex noſtro commodo ſunt aſſerendi. 1094
3. Rex inhiat Briſacô. 1094
Victores aliquando vincuntur. 1096
4. Aurelianenſis intimi coercentur. 1097
Quiſque ſit ſua ſorte contentus. 1097
5. Bellum indicit rex Flandris. 1098
Gallicanam virtutem eſſe mutatam. 1099
6. Anglia conciliatur regi, poſt ſublatum Bukinkamum. 1100
Vicini ſunt demulcendi, per Expeditiones longinquiores. 1101
7. Rex occupat Alpium clauſtra ſubitò. 1102
Honores aliquanto ſunt pernicioſi. 1103

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER XII.

1635.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. CArdinalis aſſerit limitem Galliæ. 1104
Diverſa eſt ratio militiæ cujuſcunque. 1105
2. Alicubi Hiſpani, alicubi vincunt Galli. 1106
Perfidia eſt deteſtandum crimen. 1107
3. Rohanius coercet Hiſpanos per Rhetiam. 1108

Leges

Leges æquiſſimæ ſunt præſcribendæ victis. 1109

4. Ob nimia tributa tumultuatum in aliquot provinciis. 1109

Quomodo tributa ſint adminiſtranda. 1110

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER XIV.

1637.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. GAllia non facile pervaditur: & collectas inſtituit. 1111

Imperiis ſui ſunt termini, cælitus conſtitui. 1112

2. Rex Hungariæ eligitur rex Romanorum, fruſtra obnitente Gallo. 1113

Cur ſolennia quæque ſint obſervanda. 1114

3. Galli per Arteſiam & Alſatiam triumphant. 1115

Caute utendum eſt opera peregrini militis. 1115

4. Leucata ſtrenuè defenditur adverſus Hiſpanos. 1117

Diverſiones armorum ſunt cautè inſtituendæ. 1118

5. Quibus de cauſis rex Galliæ bellum ſuſceperit. 1118

Cum Hæreticis licet fæderari. 1119

6. Cardinalis conſilia ſuccedunt proſpere. 1126

Virtus bellica migrat de gente in gentem. 1122

7. Regis arma vocantur in Italiam, ob duo teſtamenta. 1123

Quomodo teſtamenta ſint ſervanda. 1123

8. Factio Gallicana apud Rhetos perit paulatim. 1125

Cum ſummo periculo adſciſcuntur Exteri à factioſis. 1125

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER XV.

1638.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. VInarienſis Briſacum cogitat obſidere. 1126

Inopinata audacia frangit animum. 1128

2. Vi-

Digitized by Google

2. Vinarienſis inſignem reportat victoriam. 1128
Prudentia imperatoris reſtituit res collapſas. 1129
3. Poſt grandem alteram victoriam deditionem facit Briſacum. 1130
Vis externa fortiſſimos, fames munitiſſimos domat. 1131
4. Clades ſuſcepta in Cantabria. 1132
Imperator ſit & prudens & felix. 1133
5. Naſcitur Galliæ princeps in matrimonio per 20. annos ſterili. 1134
Gallorum & Hiſpanorum diverſa ingenia. 1135
6. Princeps Poloniæ attinetur in Gallia. 1137
Inſalutato principe nemo in alienam pervadet provinciam. 1138
7. Rhetia pereunte obtinetur victoria navalis. 1139
Qui claſſe valet, ubique dominatur. 1139

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER XVI.

1639.

Summa Capitum, quibus ſingulis adjuncta eſt politica reminiſcentia.

1. Vinarienſis moritur, & exercitum prius ordinat. 1140
Mors res arduas filo tenui pendere oſtendit. 1141
2. Cardinalis regi conciliat exercitum Vinarienſem. 1142
Nulla operæ aut ſumtui eſt parcendum, ad exercitum attrahendum. 1143
3. Carolus Ludovicus, Friderici ærumnoſi ex regis filius attinetur in Gallia. 1144
Mortalium facta ſunt diverſiſſima. 1146
4. Clades Feuquerij rependitur in Arteſia. 1147
Speculatores poſſunt cavere cladem. 1148
5. Hiſpani affliguntur in agro Ruſſiliano. 1148
Imperij hoſtilis quærenda eſt ſumma provincia. 1149
6. Rex ſuſcipit patrocinium Sabaudi minorennis. 1150
Tutelæ ſunt ſanctiſſimè adminiſtrandæ. 1150

DE

DE REBUS ITALIAE

ANNO 1639.

Per epiſtolarum ſecreta.

1. EPiſtola Cardinalis Richelii, ad Cardinalem Valettanum; amanuenſe Cheræo. 1152
2. Epiſtola Cardinalis Valettani, ad Cardinalem Richelium. 1153
3. Alia ab eodem ad eundem? 1155
4. Marchio Villanus Cardinali Richelio. 1156
5. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium. 1157
6. Comes Agliæ patrono ſuo Cardinali Richelio. 1159
7. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Richelium 1160
8. Alia ab eadem ad eundem. 1151
9. Epiſtola Cardinalis Valettani, ad Cardinalem Richelium. 1161
10. Alia ab eodem ad eundem. 1163
11. Alia eiuſdem ad eandem. 1165
12. Alia eiuſdem ad eundem. 1167
13. Alia eiuſdem ad eundem. 1170
14. Alia eiuſdem ad eundem. 1172
15. Alia eiuſdem ad eundem. 1175
16. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad eundem. 1178
17. Epiſtola Cardinalis Valettani ad eundem. 1179
18. Alia eiuſdem ad eundem. 1181
19 Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad eundem. 1182
20. Alia eiuſdem ad eundem. 1183
21. Epiſtola Cardinalis Valettani ad eundem. 1184
22. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad eundem.
23. Epiſtola Turii ad eundem.
24. Inſtituitur Emerius de rebus Pedemontii & Sabaudiæ
25. Epiſtola Cardinalis Richelii, ad Cardinalem Valettanum, amanuenſe Cheræo.
26. Epiſtola Cardinalis Valettani, ad Cardinalem Richelium.
27. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Cardinalem Duciſſem Richelii.

28. Epi-

Digitized by Google

28. Epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalē Richelium.
29. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad eundem.
30. Epiſtola Cardinalis Valettani ad eundem.
31. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad eundem.
32. Epiſtola Emerij ad eundem.
33. Alia ab eodem ad eundem.
34. Inſtruitur Chavinius, iturus in Pedemontium, viceſimo primo. Aprilis. 1639.
35. Epiſtola Cardinalis Richelii ad Duciſſam Sabaudiæ.
36. Epiſtola eiuſdem ad Cardinalem Valettanum ſine ſubſcriptione.
37. Epiſtola Emerii ad Cardinalem Richelium.
38. Epiſtola Cardinalis Richelii ad Emerium.
39. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad Card. Ducem Richelii.
40. Epiſtola Cardinalis Valettani ad Cardinalē Richelium.
41. Sylloge rerum Pedemontanarum & Sabaudicarū, exhibetur Cardinali duci à legato Sabaudiæ. 23. Apr. 1639.
42. Sylloge uſibus legati Sabaudici data, 28. Apr. 1639.
43. Epiſtola Cardinalis Richelii.
44. Alia eiuſdem ſine ſubſcriptione.
45. Epiſtola Duciſſæ Sabaudicæ ad regem.
46. Alia ab eadem ad eundem.
47. Alia ab eadem ad eundem.
48. Alia ab eadem ad eundem.
49. Epiſtola Chavinii ſine inſcriptione.

CONTINUATAE HISTORIAE DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII. LIBER XVII. 1640.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. GAllo Vinarienſes ad Bannerium vocantur.
Hoſtis periculoſe admittitur in provinciam.
2. Atrebatum deditur Gallis.
Magnæ urbes facile faciunt deditionem.
3. Luſitani & Catalauni deficiunt ab Hiſpanis.
Tyrannis eſt ſemper meticuloſa.
4. Caſala liberatur, Turinum capitur.
At vis, aut fames cogunt ad deditionem.

CON-

Digitized by Google

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER XVIII. 1641.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. ARiena capta & amiſſa.
Caput rerum ſemper eſt ſervandum.
2. Sueſſanus turbat, & cadit.
Perfidia tandem punitur.
3. Aurelianenſis jubetur exire Gallia.
Perduellio occæcat complices.
4. Bullionæus reconciliatur regi.
Amici non debent iniqua facere.
5. Perpinianum facit deditionem.
Galliæ reges protegunt vicinos.
6. Lamboius vincitur & capitur.
Induſtrij ſunt promovendi.
7. Breſæus vincit Hiſpanos claſſe.
Inſtitutio poteſt plurimum.
8. Novæ tricæ ventillantur.
Ingrati miniſtri ſunt puniendi.

CONTINUATÆ HISTORIÆ DE MINISTERIO CARDINALIS RICHELII.

LIBER XIX. 1642.

Summa Capitum, quibus ſingulis eſt adjuncta politica reminiſcentia.

1. REgina mater moritur. 1251
Quomodo offenſa matronæ ſint colendæ. 1252
2. Torſtenſohnus vincit Cæſareanos. 1253
Hoſtis non eſt contemnendus, ſed arcendus. 1253
3. Cardinalis moritur, rex mæret. 1255
Summi miniſtri cur rarius moriantur beati. 1255
4. Cardinalis moritur beatus. 1256
Viri graves frequentius moriuntur. 1257
5. Obitus & ætas Cardinalis. 1257
Sacra ſunt tempeſtivè uſurpanda. 1258
6. Cardinalis tumulatur: ei ſuccedit Maſarinus. 1259
Heroes etiam defuncti honorandi. 1259.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA
1974

Digitized by Google